

MAGNI AVGV-  
STINI NIPHI Commentaria, in

LIBROS TOPICORVM ARISTOTELIS,  
QVIBVS FACILE OMNIS DISSERENDI METHODVS COM-  
paratur, Industria & studiosissimi Philosophi iudicio nunc  
primum mendis, quibus numerosè ac miserè scate-  
bant, repurgata, & indice totius operis copioso  
locupletata.



Ne quid desideraretur, uel in maximam studiosorum utilitatem, adiectus est ipse  
Græcus, cui simul ferè ad uerbū respondet latina interpretatio.



PARISIIS

Aud Oudinum paruum, via ad D. Iacobum, sub signo  
Lilii aurei.

1 5 4 2.

MAGNI AVGV-  
stini Niphi Commentaria, in

OCTO LIBROS TOPICORVM ARISTOTELIS,  
QVIBVS FACILE OMNIS DISSERENDI METHODVS COM-  
paratur, Industria & studiosissimi Philosophi iudicio nunc  
primum mendis, quibus numerosè ac miserè scate-  
bant, repurgata, & indice totius operis copioso  
locupletata.

Ne quid desideraretur, uel in maximam studiosorum utilitatem, adiectus est ipse  
contextus Græcus, cui simul ferè ad uerbū respondet latina interpretatio.




PARISIIS

Apud Oudinum paruum, via ad D. Iacobum, sub signo  
Lilii aurei.

1542.



**AVGVSTINI NIPHI MEDICES, PHILOSOPHI**  
 Suesfani, Topica Commentaria, ad Paulum  
 Iouium Nouocomensem.



Um diebus elapsis Iouie doctissime, in domo Pópeii Columnæ Cardinalis olim illustrissimi (vt nosti) occupatissimus essem, quod nec ego sine tanto principe viuere, nec ille sine me potuerit, Commentaria Topica absoluere non potui. nacti igitur in præsentiarum bonam oportunitatem, extremam manum non sine magno labore, eis tandem imposuimus. quæ nunc ad te mittimus, non quidem vt dialecticam eum docere velim, quem multis antea annis in omni disciplinarum genere doctissimum, & in dicendo disertissimum atque facundissimum nouimus. Effet enim (vt in prouerbio dicitur) noctuas Athenas mittere: atque suam Mineruam velle docere: sed vt ea linceo (veluti aiunt) oculo recognoscas, demens quæ demenda, & quæ adicienda videntur, addens. Sic enim efflagitat nostra tãto tẽpore inita amicitia: sic quoque amor erga te meus, atque obseruantia merentur. Est insuper alia causa non sub silentio prætercunda, vt intelligant videlicet omnes, qui hæc Cõmentaria legerint, quanti te inter viros nostri seculi semper fecerim.

Vale.

**INDEX ALPHABETICVS,**  
 complectens quæ insigniora habentur  
 in libris Topicorum.



Accidens quid sit. colum. 2. fol. 14. f	3.15. f
Accidentis secunda definitio. 3. 14. g	3.14. g
Accidentis secunda definitio melior	3.14. g
Accidenti quæ accommodantur.	(1.15. b)
Accidens potest fieri proprium secundum quid	3.15. h
Accidens & proprium an sint in prædicamentis	3.20. h
Accidens destruitur si sit aliud prædicatum	1.40. b
Accidens non est genus	2.40. e
Accidens inesse ostenditur per partes	1.41. l
Accidens inesse monstratur ex definitione	2.42. e
Accidens inesse instantia cognoscitur	1.43. c
Accidens inesse autoritate probatur	2.43. f
Accidens multiplex quomodo destruitur	4.43. a
Accidens multiplex ignotum diuidendum	1.45. c
Accidens amphibologicum quomodo destruitur.	3.45. h
Accidentis diuisio quæ necessaria	2.46. e
Accidens inesse ex genere cognoscitur	1.47. b
Accidens inesse ex specie accipitur	2.47. e
Accidens genericum inesse a specie trahitur	3.47. f
Accidens cognoscitur ex antecedentibus	1.49. i
Accidens colligitur ex tempore	4.49. l
Accidens ex consequentibus habetur	1.52. c
Accidens inesse ex contrarijs deprehenditur	4.52. m
Accidens ex nominis interpretatione trahitur	2.53. f
Accidens solum magis inest aut minus	3.71. i
Accidens problema facilius vniuersale destruitur.	4.204. m
Accidens problema particulare facilius destruitur	4.204. m
Accidens omnium facilimum est construere	1.206. c
Aequiuoco interrogans vtitur quasi vniuoco	2.185. f
Aequiuocum non est accipiendum pro vniuoco	2.186. d.
Album an sit accidens niui	4.14. m
Alterum cum altero dicitur multipliciter	2.193. f
Analytica inuenit & iudicat	2.2. e
Aporema quid sit	1.231. c.
Aqua alteri aqua quomodo sit eadem	3.17. h
<b>B</b> onum an sit differentia vel genus	4.172. k
<b>C</b> elatio quid sit	2.209. e
Celare antecedens contingit dupliciter	2.209. e.
Celatio conclusiois quomodo fit	3.209. g
Celatio quomodo fiat	3.290. i
Celans non sumet proprias propositiones	1.210. a
Celans vtetur permutata definitione	2.210. d
Celans definitionem abstractorum sumet	3.210. g
Celans propositionem quasi diuersam sumet	4.210. k
Celans quod dubium est proferet	4.210. m
Celans interrogabit in simili	1.211. b
Celans proferet dicendo instantiam	2.211. e
Celans quod vtile est dissimulabit	3.211. h
Celans vtetur similitudine	3.211. i
Celans antecedens rei accipiet	4.211. m
Celans interrogabit vltimo quod vtile	4.211. m
Celans proteruis primo necessaria proferet	1.212. b
Celans interponet inutiles propositiones	2.212. e

Cognitio melius fit per priora simpliciter	3.163. i
Comparatio quorum fit	4.71. l
Comparatio in accidente multiplex fit	4.71. m
Comparatiua problemata quæ sunt	1.72. a
Comparari quæ debeant	2.72. f
Coniugata duodecim	3.56. h
Coniugatum quid sit	1.57. b
Coniugata quæ sint	3.63. f
Consequentia in contradictione qualis fit	3.60. i
Consequentia oppositorum e conuerso facta	2.60. d
Contrariorum coniugatio sex fit modis	1.56. c
Contrariorum susceptiuum idem est	1.59. a
Conuersio per contrapositionem quæ fit	4.60. l
Conuerti propriam nominationem quid sit	1.39. c
Creatura omnis an participet dei essentiam	2.100. f
Culpatio orationis diuersa	3.230. h
<b>D</b> efinitio cur terminus dicatur	3.11. i
Definitio cur significari quod quid erat esse	3.11. i
Definitio cur primum tractetur	4.11. m
Definitio est oratio	2.12. f
Definitio quot modis assignetur	1.12. c
Definitioni accommodatur nomen	3.12. h
Definitioni quæ accommodantur	3.12. h
Definitioni quomodo cetera annectantur	4.15. k
Definitio querenda ad abundantiam	3.48. i
Definitio dicitur de quo nomen	1.157. o
Definitionis prima pars est genus	2.157. d
Definitio propria esse debet	3.157. g
Definitio quid erat esse dicit definiti	3.157. l
Definitio si conueniat definito ex quo trahitur	1.158. a
Definitio bene est difficile	2.158. e
Definitio dupliciter destruitur	3.158. h
Definitio esse clara debet	3.158. h
Definitio esse non debet superflua	4.158. k
Definitio non sit equiuoca	4.158. m
Definitio non sit metaphorica	3.159. h
Definitio debet constitui nominibus receptis	1.160. a
Definitio proprijs conficitur	1.160. c
Definitio sit contrarij manifestatiua	3.160. i
Definitio debet indicare definitum	4.160. l
Definitio quibus concluditur superflua	1.161. l
Definitio superflua ob communitatem	1.161. l
Definitio superflua ob proprium positum	2.161. f
Definitionis partes conueniunt definito	3.162. h
Definitio per idem frequenter non fit	1.163. a
Definitio per notiora fieri contingit dupliciter	2.163. d
Definitio per posterius nulla est	4.163. m
Definitioni quomodo additur particulare	1.164. c
Definitio cognoscendi gratia datur	3.165. i
Definitio per notiora quid est dicit	3.165. i
Definitio per notiora simpliciter fit	2.166. f
Definitio per motum non fiat	4.166. k
Definitio per motum non fiat	2.167. e
Definitio non ex prioribus tripliciter fit	3.167. g
Definitio relatiuorum quomodo fiat	4.167. k
Definitio continere non debet definitum.	1.166. b
Definitio diuisi quam differentiam admittit	3.168. g
Definitio per inferiora non valet	3.168. i
Definitio per genus definiti construitur	1.169. b
Definitio relatiui ad omnia assignatur	2.169. e
Definitio per genus proprium fit	1.170. b
Definitio per differentias componitur	8.270. f

INDEX

Definitio differentijs specificis constructur 3.170.g  
 Definitio differentijs diuisiuis fit 3.170.i  
 Definitio differentijs contententibus rei vtitur 4.170.l  
 Definitio differentia constitutiu affurgit 1.171.a  
 Definitio negatione non fit 2.171.d  
 Definitio in quibusdam negationem admittit 1.172.b  
 Definitio speciem pro differentia non accipit 3.172.h  
 Definitio genus pro differentia respuit 3.172.i  
 Definitio reijcit pro differentia quod quid fit 1.173.b  
 Definitio abijcit p differentia quod predicatur de genere. 2.173.e  
 Definitio pro differentia accidens ignorat 1.173.c  
 Definitio nescit differentiam id de quo genus predicatur. 3.173.g  
 Definitio pro differentia non habet de quo species dicitur. 4.173.l  
 Definitio caret differentia posteriore specie 1.174.b  
 Definitio non habet differentiam alterius generis 2.174.d  
 Definitio pro differentia distinctionem loci renuit 4.174.m  
 Definitio pro differentia substantia non habet affectum 2.175.e  
 Definitio relati differentiam relatiuam admittit 3.175.h  
 Definitio differentiam habet cui primum conuenit. 2.176.c  
 Definitio accidentis continet subiectum 3.176.h  
 Definitio pro differentia tempus non sumit 2.177.f  
 Definitio differentiam continet magis propriam 1.178.a  
 Definitio rei intensibilis per magis datur 2.178.e  
 Definitio magis suscipit sicut definitum 3.178.g  
 Definitio & definitum secundum intentionem conueniunt 3.178.i  
 Definitio & definitum equaliter dicuntur 4.178.l  
 Definitio vt definitum ad aliquid dicitur 4.179.l  
 Definitio rei differentias omnes continet 4.180.l  
 Definitio quomodo in appetitibus assignetur 2.181.e  
 Definitio habitus quomodo assignetur 4.181.l  
 Definitio relatiuorum quomodo fiat 1.182.c  
 Definitio oppositi est opposita 2.182.e  
 Definitio contrarij est contraria 3.182.g  
 Definitio contrariorum priuatiue quomodo fiat 4.182.l  
 Definitio priuationis fit per subiectum 4.183.k  
 Definitio priuatiu est priuatiua 1.184.b  
 Definitio per casus casibus congruit 2.164.f  
 Definitio æquiuoci non est vna 4.184.k  
 Definitio complexorum quomodo assignetur 3.186.g  
 Definitio complexi per partium definitiones datur. 3.186.h  
 Definitio complexi non debet esse æquimembris. 4.186.m  
 Definitio per ignotiora non fit 2.187.e  
 Definitio per commutationem nominum quomodo fiat. 2.187.f  
 Definitio differentia quomodo assignetur 1.188.c  
 Definitio relatiu quomodo datur 3.188.i  
 Definitio alia rei alię bene se habentis 2.189.f  
 Definitio alia rei propter se & propter aliud 4.189.g  
 Definitio totius, tribus modis fit 1.190.c  
 Definitio totius declarat modum cõpositiõis 1.193.a  
 Definitio cõcluditur ex oppositis 3.200.i  
 Definitio ex genere & differentijs affurgit 3.201.g  
 Definitio ex casibus concluditur 4.201.m  
 Definitio constructur ex similiter se habentibus 1.202.c  
 Definitio comprobatur ex comparatione 2.202.f  
 Definitio ex coniugatis maxime probatur 4.202.k

Definitio difficilius constructur quam destruitur. 1.203.c  
 Definitio omnium facillime destruitur 1.205.b  
 Definitio omnium difficillime constructur 3.205.i  
 Definitio mala non contingit argumentari 3.218.i  
 Definitio deficiente quedam non monstratur 4.216.m  
 Definitum multiplex est diuidendum 2.159.d  
 Definitio genus ex locis generis cognoscitur 4.169.m  
 Demonstratio quid sit 4.3.m  
 Demonstratiõis & pseudographi conuenientia 3.6.g  
 Demonstrator vtroque syllogismo vtitur 2.215.e  
 Deus an irascatur & tristetur 1.45.l  
 Dialectica ad veritatis cognitionem confert 1.1.c  
 Dialecticam quidam sustulerunt 1.1.c  
 Dialectici multi philosophię ignari 1.1.c  
 Dialectica ad quot vtilis 1.1.c  
 Dialectica in quo consistat 2.1.d  
 Dialecticam Plato technam vocat 2.1.d  
 Dialectica vis & officium secundum Platonem 2.1.d  
 Dialectica methodus est syllogistica 2.1.e  
 Dialecticę definitio 2.1.f  
 Dialectica vnde rationem fortiat 3.1.g  
 Dialectica ex communibus differit 3.1.h  
 Dialectici & rhetoris differentia 3.1.i  
 Dialectica quare topica methodus dicitur 4.1.k  
 Dialectica ad quę vtilis secundum Anacroem 4.1.k  
 Dialectica an sit inuentina & iudicatiua 2.2.d  
 Dialecticus syllogismus quid sit 1.4.a  
 Dialectici syllogismi duę obliquitates 3.7.h  
 Dialectica ad tria vtilis 1.8.b  
 Dialecticam qui perfecte habent 2.9.g  
 Dialectici finis qualis sit 4.9.l  
 Dialecticarum rationum species duę 4.25.l  
 Dialecticus vtitur probatione ostensiu 2.215.e  
 Dialectica digressio 2.228.e  
 Differentia cui predicato adiungitur 3.10.g  
 Differentiarum inuentio valde vtilis 3.36.h  
 Differentia non supponitur speciei 2.106.e  
 Differentia an sint contrarię contrariorum 1.201.c  
 Dilucida oratio fit exempli & similitudinibus 1.213.a  
 Disparata duplicia sunt 3.55.i  
 Disputatio diuersimode culpatur 3.227.h  
 Disputatiõis male respondens est aliquando author 3.227.i  
 Disputatio est manifesta tribus modis 1.232.c  
 Disputatio falsa dicitur quadrupliciter 2.232.e  
 Disputatiõis nude cuius est vitium 4.232.l  
 Discenti quę ponenda sint 1.220.c  
 Docentis & interrogantis differentia 2.219.f  
 E  
 Eadem & diuersa quem habent ordinem 2.117.f  
 Eadem proportione quę dicantur 2.17.f  
 Eadem numero quę sint 1.17.b  
 Eadem specie quę sint 1.17.b  
 Eadem genere quę sint 1.17.b  
 Eadem sunt eiuõdem predicamenti 4.197.k  
 Eligibilis quid sit 2.72.d  
 Eligibilis est quod preminentius 3.72.i  
 Eligibilis quod diuturnius ac firmitus 1.73.b  
 Eligibilis quod eligit prudens 3.73.g  
 Eligibilis quod secundum meliorem disciplinam 2.74.e

ALPHABETICVS.

Eligibilis est quod per essentiam 4.74.m  
 Eligibilis quod propter se 3.75.i  
 Eligibilis quod est per se 1.76.c  
 Eligibilis quod est causa boni per se 3.76.i  
 Eligibilis quod simpliciter bonum 1.77.a  
 Eligibilis quod est natura 1.77.e  
 Eligibilis quod meliori inest 2.77.f  
 Eligibilis est quod propinquius fini 2.78.c  
 Eligibilis quod ad finem vitę pertinet. 2.78.f  
 Eligibilis cui consequens maius bonum 4.79.l  
 Eligibilis cui consequens minus malum 1.80.a  
 Eligibilis quod plura habet bona 3.80.g  
 Eligibilis quod cum voluptate 1.81.b  
 Eligibilis quod cum indolentia 1.81.c  
 Eligibilis quod in tempore magis habet 1.81.e  
 Eligibilis quod in omni tempore vel pluribus 4.81.k  
 Eligibilis quod excludit indigentiam 1.82.a  
 Eligibilis cuius corruptio est fugibilior 2.82.e  
 Eligibilis cuius generatio est eligibilior 2.82.f  
 Eligibilis quod propinquius bono 3.82.l  
 Eligibilis quod similis bono 3.82.l  
 Eligibilis quod meliori similis 2.83.f  
 Eligibilis quod maxime nobile 3.83.m  
 Eligibilis quod difficilius 1.84.b  
 Eligibilis quod magis proprium 1.84.c  
 Eligibilis quod malis incommunicabilis 2.84.d  
 Eligibilis cuius optimum optimo melius 2.84.f  
 Eligibilis quod contingit amicos participare 4.84.l  
 Eligibilis quod ad amicum agere malum 4.64.m  
 Eligibilis quod est ex circumstantia 1.85.b  
 Eligibilis quod liberius est 3.85.h  
 Eligibilis quod independens est 4.85.l  
 Eligibilis propter quod alterum negatur 1.86.b  
 Eligibilis cuius dolor ob absentiam minus vituperatur. 2.86.f  
 Eligibilis quod habet propriam veritatem 3.86.g  
 Eligibilis quod magis habet virtutem 4.86.k  
 Eligibilis quod facit bonum cui adest. 4.88.k  
 Eligibilis quod magis facit bonum 4.86.m  
 Eligibilis cui coniugatum magis conuenit 1.87.b  
 Eligibilis quod magis bonum 3.87.h  
 Eligibilis quod longe excellit 4.87.k  
 Eligibilis cuius superabundantia melior 4.87.l  
 Eligibilis quod eligit vt sibi causa fit 1.88.a  
 Eligibilis quod appositum totum facit melius 2.88.d  
 Eligibilis quod minori appositum melius facit 3.88.i  
 Eligibilis quo ablato deterius fit relictum 4.88.l  
 Eligibilis quod est propter se 1.89.c  
 Eligibilis quod propter se & gloriam 1.89.d  
 Eligibilis quod magis propter se honorandum 3.89.h  
 Eligibilis quod ad plura est vtile 4.89.l  
 Eligibilis quod magis inest 1.90.c  
 Eligibilis quod gratia melioris suscipitur 2.90.d  
 Eligibilis quod tantum eligibile 3.90.h  
 Eligibilis quod natura bonum 1.91.b  
 Epicherema quid sit 1.231.c  
 Exercitium disputandi quomodo comparetur. 1.235.b  
 Exercitium varijs modis acquiritur 1.235.b  
 Exemplum ab inductione differt 1.211.c  
 Entis & vnius an sint definitiones 2.100.e

F  
 Falsum semper per falsum concluditur 1.231.a  
 Finis eligibilioris quę ad finem 2.78.d  
 Fugibilis quod est causa mali per se 4.66.m  
 Fugibilis quod magis impedit virtutes 2.90.e  
 G  
 Genus quid sit 4.13.k  
 Geni quę accomodantur 1.14.b  
 Genus destruitur quando non predicatur 3.98.h  
 Genus non est quod non in quid dicitur 4.98.m  
 Genus non est alterius predicamenti 3.99.i  
 Genus non participat quod in genere 1.100.b  
 Genus dicitur de quo species 3.100.g  
 Genus non dicitur nisi de quo species 4.100.k  
 Genus de pluribus dicitur quam species 2.101.e  
 Genus non equaliter dicitur cum specie 3.101.i  
 Genus idem est, in diuoriorum specie 1.102.b  
 Genus omne de specie in quid dicitur 1.103.a  
 Genus non participat speciem 2.103.f  
 Genus predicatur in quid de quibus & species 1.104.i  
 Generis ratio speciei conuenit 2.105.d  
 Genus vt differentia non predicatur 3.105.g  
 Genus non de differentia predicatur 3.105.i  
 Genus non supponitur speciei 1.106.a  
 Genus non supponitur differentia 3.106.f  
 Genus non est differentia 4.106.k  
 Genus de pluribus quam differentia predicatur 1.107.a  
 Genus predicatur de quo differentia 2.107.e  
 Genus prius est natura specie 3.107.h  
 Genus consequens est ad speciem 4.107.l  
 Genus habet plures species 3.108.h  
 Genus quale continet species contrarias 4.108.m  
 Genus habens contrarium contraria continet 1.109.c  
 Genus si medium habeat & species 4.109.k  
 Genus contuens species contrarias & medias 2.110.e  
 Genus si habeat contrarium & species 3.110.i  
 Genus non habens contrarium vtriusque speciei est 1.111.e  
 Genus idem est contrariorum & medii 2.111.d  
 Genus contrarium est contraria speciei 2.111.f  
 Genus in casibus & coniugatis similiter 3.111.g  
 Genus in simili consimiliter accipitur 4.111.i  
 Genus in generationibus & corruptionibus accipitur 2.112.c  
 Genus quomodo accipitur in priuationibus 4.112.m  
 Genus in negationibus quõ constructur 2.113.f  
 Genus in relatiuis quomodo quæritur 4.113.m  
 Genus in relatiuis ad idem dicitur 1.114.e  
 Genus ad idem cum ceteris refertur 2.114.f  
 Genus relatum cum specie secundum casus refertur 3.114.i  
 Genus & species similiter conuertuntur 1.115.a  
 Genus & species equaliter referuntur 2.115.e  
 Genus oppositum est oppositi 4.115.l  
 Genus dicentis habitum est habitus 1.117.c  
 Genus non est ad omne quod consequitur 4.117.l  
 Genus & species in eadem nata sunt fieri 3.118.g  
 Genus secundum quid non participatur 1.119.c  
 Genus non est differentia nec contra 4.120.k  
 Genus passiu non est passiu 3.121.i  
 Genus non est alicuius quod nullius est 1.123.g  
 Genus non est vel differentia quod omnia sequitur 2.123.e  
 Genus non est in subiecta specie 3.123.i  
 Genus est vniuocum ad species. 4.123.l

INDEX

Genus quod melius assignari debet	1.124.c	Locus quid est logicus	2.38.c
Genus suscipit magis cuius & species	3.124.g	Locus quotuplex est	2.38.e
Genus quod similiter vel magis est genus	3.124.i	Locus duplex rationis	3.50.h
Genus predicatur de pluribus in quid	3.125.h	Loci considerationem cur non posuit	2.50.e
Genus quibus modis a differentia separetur	4.125.l	Locus extrinsecus logicae quid sit	1.54.b
Genus an sit quod semper sequitur	3.126.h	Loci a comparatione maioris quatuor	1.67.a
Generationis nomine quid intelligatur	3.65.i	Loci a simili	1.68.a
Generis problemata secundo determinanda loco	1.98.c	Locus ex appositione	2.68.f
I			
Idem tripliciter dicitur	1.17.b	Loci sumendi sunt vniuersales maxime	3.91.g
Idem numero multipliciter assignatur	1.18.a	Loci communes valde conuenientes qui sunt	1.93.b
Idem quid dicatur propriissime	4.195.m	Loci generu & propriorum ad definiendum valent	2.89.e
Idem ostenditur ex coniugationum identitate	1.196.b	Loci communes valde necessarij	4.220.l
Idem ex effectiuis & corruptiuis docetur	2.196.e	M	
Idem ostenditur ex gradu superlatiuo	3.196.g	Medicus non semper sanat	2.55.f
Idem ostenditur ex identitate accidentium	3.197.h	Medicus quod habet officium	3.9.i
Idem probatur ex identitate tertij	3.197.g	Melius quid sit	2.72.d
Idem concluditur ex identitate differentie	1.198.a	Melius est quod melioris est proprium	3.77.i
Idem monstratur ex appositione	2.198.f	Melius quod melioribus inest	4.77.m
Idem cognoscitur per ablationem	2.198.f	Melius cuius finis est melior	4.78.l
Inductio quid sit	4.25.l	Melius quod propter se honorabilius	2.79.f
Inductio nobis notior	1.26.b	Methodus hac ad quot sit utilis	1.3.a
Inductio a singularibus ad vniuersalia fit	1.209.c	Methodus hac quid doceat	1.3.c
Inductio confert ad propositiones habendas	1.209.c	Methodus hac tribus a surgit	4.9.l
Inductio conuenientior multitudini	1.213.c	Methodus non est ponenda vna oim predicatoru	2.16.d
Inductione aliquando difficile inferitur vniuersale	2.213.d	Multiplex diuidendu ad copia syllogismorum	1.29.b
Inducitur vniuersale ex multis particularibus	2.215.d	Multiplex quomodo cognoscitur	2.29.f
Instantia quando iuste petitur	4.213.k	Multiplex cognoscitur ex contrario	1.30.c
Instantibus quomodo occurrendum est	2.214.d	Multiplex deprehenditur ex medijs	3.30.h
Interrogantis officium quod sit	3.1.g	Multiplex cognoscitur ex contradictorio	4.30.m
Interrogantis munus secundum Alexandrum	2.3.d	Multiplex ex habitu & priuatione trahitur	1.31.c
Instrumenta quatuor ad abundantiam syllogismorum	4.26.k	Multiplex trahitur ex casibus	3.31.h
Instrumenta quatuor quodammodo vnum sunt	1.27.a	Multiplex demonstratur per genera diuersa	2.32.f
Interrogans ex praconfessione differit	3.165.i	Multiplicis distinctio tres adfert vtilitates	4.35.k
Interrogans primum debet inuenire locum	4.206.m	N	
Interrogans debet secundo disponere secum	4.206.m	Necessitas duplex	5.50.e
Interrogans praua oratione vti cogitur aliquando	4.228.m	Negotium circa definitiones quintuplex	1.57.c
Interrogari conclusio non debet	4.215.k	Nota quedam aliquibus tantum contingit	166.h
Interrogantis opus quod sit	4.219.l	Notum simpliciter quid sit	4.166.l
Interrogantis & respondentis officium	2.220.g	Nutritio an sit motus	2.50.f
Interrogatio omnis qualis est	1.223.a	O	
Interrogationis tres species	3.21.g	Diurnum in quo fit subiecto	2.59.d
Inuentio philosopho & dialectico conuenit	2.207.e	Oppositiones quatuor	4.59.m
Ira an sit odium	2.59.d	Opus commune dialecticis	3.228.g
Iudicium & inuentio quomodo accipiantur	3.2.g	Opus dialecticum quomodo impediatur	4.226.k
Interrogatio & propositio interrogata sunt idem	3.11.h	Orationis considerationes habenda secundum se	1.232.c
L			
Liber Priorum quare resolutius dicatur	4.2.k	Orationis increpatio diuersa	1.229.c
Liber Topicorum cur dicatur	4.2.m	Orationis secundum se quinque sunt increpationes	(2.229.f)
Libri octauum diuisio	3.206.h	P	
Libri octauum inscriptio	4.206.l	Paralogismus a litigioso differt	1.7.b
Libri octauum intentio	3.206.g	Perfectio alicuius in quo consistat	2.3.e
Libro secundo problemata accidentis tractantur	1.36.a	Positio quid sit	2.24.d
Libro tertio loca dantur quibus magis inest alteri	3.71.h	Positio & problematis differentia	4.24.m
Libro quarto assignatur loca generis	3.96.h	Petitio principij secundum veritatem quid	2.233.f
Libro quinto ponuntur loca proprii	1.127.b	Petitio principij sit quinque modis	3.233.g
Libro sexto loca definitionis statuuntur	1.157.b	Petitio contrarij quinque contingit modis	2.234.d
Libro septimo loca eiusdem ostenduntur	4.198.m	Petitio principij differt a petitione contrarij	4.234.l
Litigiosus syllogismus quid sit	1.5.c	Philosophema quid est	1.237.b
Litigiosi syllogismi species	2.5.e	Positio inopinabilis non est sustinenda	1.226.b
Litigiosus syllogismus an sit syllogismus	1.6.c	Positio inopinabilis multipliciter	1.226.b

ALPHABETICVS.

Prædicata in prædicamentis collocantur	3.19.h	Propones sophisticæ an sint probabiles	1.5.a
Principia disciplinae qua dicantur	2.4.e	Proprium in duo diuiditur	4.10.l
Principia an per se fidem habeant	2.4.f	Proprium quid est	1.13.b
Principia scientifica quomodo causam habeant	3.4.g	Proprium cur traditur prius quâ genus	1.13.c
Principia orationu litigiosarum qua sint	1.6.b	Proprium bifariam considerari potest	1.13.c
Principia sunt in multiplici differentia	1.9.a	Propria quomodo sumantur diuersimode	2.13.d
Principiu naturalis auscultationis quid sit	1.9.c	Proprij tres conditiones	2.13.f
Principia geometrie que sint	1.9.c	Proprium simpliciter & secundum quid	3.13.h
Principijs qua arte contradicitur	1.9.c	Proprium magis conuenit cum definitione	4.16.m
Principia qua arte probantur	2.9.d	Proprium an denominatiue prædicetur	4.40.m
Probabilia a vero differentia	(. .)	Proprium quotupliciter assignetur	1.127.m
Probabilia duplicia sunt	4.4.m	Proprij problemata cur post genus dentur	1.127.c
Probabilium reductio	4.4.m	Proprij ad alterum duo aut quatuor problemata	3.127.i
Probabilium enumeratio	4.4.m	Proprium per se quid sit	1.126.c
Probabilia que sint	3.4.h	Proprium ad aliud quid sit	3.128.d
Probabile apparet quod sit	3.5.i	Proprium semper quid sit	3.128.g
Probabile duplex	4.5.m	Proprium aliquando quid sit	3.128.l
Probabile in superficie	4.5.m	Proprij ad aliud diuisio	4.128.k
Problematis & propositionis differentia	1.11.c	Propria qua dicantur, maxime logica	1.129.b
Problematis & propoionis secundum Alexandria	2.10.f	Proprium debet esse notius quod inest	1.130.c
Problema quomodo cognoscitur & quale sit	3.20.g	Proprium debet esse simplex	1.130.c
Problema dialecticum quid est	1.23.c	Proprium multiplex debet distingu	1.132.b
Problematis diuisio	2.23.e	Proprium fit sine negatione	3.132.h
Problematum species	3.23.i	Proprium non assignatur per commune	1.133.c
Problemata quedam vniuersalia, quedam particularia	1.38.b	Propria plura non sunt eiusdem	3.133.i
Problemata vniuersalia prius determinanda	4.38.l	Proprium non est idem assignandum	2.134.d
Problematum peccata duo sunt	4.39.k	Proprium non est dandum per oppositum	4.134.l
Problema accidentis dupliciter fit	3.42.i	Proprium per id quod simul aut posterius non fit	4.134.l
Problemata secundum comparationem que sint	4.71.k	Proprium semper sequitur	2.135.e
Problemata secundum comparationem quibus applicetur	4.71.m	Proprium nunc, cum determinatione assignandū	4.135.e
Problema determinatum dupliciter interimitur	3.96.g	Proprium non est tantum sensu perceptibile	2.136.c
Problema indefinitum vno modo destruitur	4.95.l	Proprium non est terminus	4.136.m
Problema definitum duobus tripliciter destruitur	4.96.k	Proprium continet genus	2.137.e
Problema finitum tribus quadrupliciter destruitur	4.96.m	Proprium quid dicit	2.137.e
Problema quod difficile argumentabile	4.217.m	Proprium inest ei cuius est proprium	1.138.a
Propositiones dialecticæ quales problematibus	2.10.d	Proprium predicatur de quo nomen	3.138.g
Propones dialecticæ & problemata differunt	2.10.d	Proprium conuertitur cum nomine	4.138.k
Propones & problemata quid indicant	2.10.d	Proprium alteri inest	1.139.c
Propositio non est prædicatum	1.11.b	Proprium non secundum participationem datur	3.139.g
Propositio omnis dialectica a quatuor prædicatis	4.18.k	Proprium simul inest	1.140.b
Propositio omnis non est dialectica	4.20.l	Proprium est idem eorundem	2.140.f
Propositio dialectica notior problemate	1.21.b	Proprium eorundem est idem	4.140.l
Propositio dialectica quid est	2.21.d	Proprium vnius & solius dare est difficile	3.141.h
Propositio dialectica an sit interrogatio	3.21.i	Proprium natura cum determinatione non fit	4.142.l
Propositioni dialecticæ que adiunguntur	4.21.m	Proprium multiplicium difficile traditur	2.143.e
Propositio probabilis quinque modis	1.22.c	Proprium determinandum quo detur	4.143.k
Propositio probabilis in similitudine	3.22.i	Proprium quod nunc inest determinandum est	3.144.g
Propositio & problema qualia sint videnda	2.25.c	Proprium non est eiusdem idem	2.146.d
Propositionum sumptio qualis ad abundantiam	2.27.f	Proprium simularium de partibus dicitur	4.146.k
Propositio contigua maxime que fit	2.28.e	Proprium contrarij est contrarium	2.147.e
Propositiones que sint necessariæ dialectico	2.38.f	Proprium relatiui est relatum	4.147.k
Propones non necessariæ dialectico quadruplices	4.207.l	Proprium habitus est habitus	1.148.c
Propones necessariæ non statim proponendæ	1.208.a	Proprium affirmati non erit negatio	3.148.i
Propositio ad celandum vsus	2.208.c	Proprium secundum coniugata conuenit	2.150.e
Propones interrogandæ vt plurimum sunt vere	2.209.b	Proprium similitum est simile	4.150.l
Propositio dialectica quid est	3.215.h	Proprium similitum habentium est similitum habens	2.151.c
Propositio dialectica non est que quis interrogatio	1.216.c	Proprium essentiae datur secundum esse	4.151.l
Propositio non est vna sepius interroganda	1.216.c	Proprium est maioris si quam minoris sit	4.152.l
Propositiones que difficile impugnantur	4.216.m	Proprij rei simpliciter assignatio	2.153.d
Propones que difficillime arguuntur	4.216.m	Proprij eius quod est magis assignatio	4.153.k
Propones propinquæ principijs quales sint	3.217.g	Proprij assignatio in similibus	3.154.i
Propositiones primæ facillime ostenduntur	1.219.b	Proprium non assignatur per superabundantiam	3.156.h
		Proprium & genus facilius destruntur	2.204.d

INDEX ALPHABETICVS.

Protagoras ob philosophiæ ignorantiam lapsus 1.1.c
Pseudographia ceteris syllogismis differentia 3.6.h
Pseudographemata que dicuntur 1.7.c
Proterua quid est 3.22.g

Q Vasio hec cur Magnes attrahit ferrum qualis. 1.19.a
Quid est habetur in omni predicamento 1.20.g
Quid erat esse quid significet 1.12.b

R Epugnans quid dicat Albertus 2.3.d
Rhetor non semper persuadet 2.9.f
Rhetoris officium non est persuadere 3.9.i
Respondentis opus quod sit 4.219.m
Respondens quam debeat sustinere orationem 3.22.g
Respondens improbabilem potest defendere 4.200.l
Respondentis officium defendentis improbabile 1.221.c
Respondentis officium cum tenet improbabile simpliciter. 3.221.b.

Respondentis munus sustinendo quod neutrum est. 4.221.l.
Respondentis officium quando defendit opinionem alterius. 4.222.l
Respondens quod responsum ad interrogata 1.223.c
Respondens quod respondebit ad ignota 1.224.c
Respondens quomodo responsum est ad simplicia & clara. 4.224.m
Respondens quomodo respondebit ad rationes 1.225.a
Respondens quod respondebit ad inductionem 2.225.d
Respondens se debet preparare ante disputationem. 4.225.m
Respondens quomodo responsum ad syllogismos 2.226.c
Respondens conclusionem potest impedire quadrupliciter. 4.226.m

Res existentes diuersæ 1.54.a


S Cere an sit tantum presentium 2.50.f
Scientia quod sit futurorum 2.50.f
Scientia an sit generis geometrie 4.99.l
Similitas an sit accidens sicut naso 4.14.l
Similitudinis consideratio ad tria utilis 4.36.l
Simpliciter inest quod magis inest 2.69.f
Simpliciter esse quid sit 4.70.k
Sophistarum modus disputandi 3.50.i
Sophisma quid sit 1.231.b
Species non participat contrarium generi 1.108.a
Species non conuenit alteri a genere 2.108.d
Species generi non est æquiuoca 2.108.f
Species an sit predicatum 3.10.i
Species a magis vel similiter ostenditur 1.125.a
Subiectum & questum an sint idem 3.3.i
Superfluum quid sit 3.161.h
Stoici de ratione dialectica falluntur 3.1.g
Syllogismi quomodo differant 2.1.e
Syllogismus demonstratiuus ex necessarijs 2.1.f
Syllogismus dialecticus ex probabilibus 2.1.f
Syllogismus sophisticus ex apparentibus tantum 2.1.f
Syllogismorum conuenientia 2.1.f
Syllogismus quid sit 3.3.i
Syllogismus pseudographus quid sit 2.6.e
Syllogismus pseudographus quomodo sit 4.7.k
Syllogismi peccantes differenter 3.7.i
Syllogismus fit ex responsione 2.11.h
Syllogismo vtendum ad doctos 1.213.c
Syllogismi dialectici quibus fiant 2.230.h
Syllogismi & inductionis differentia 1.26.b

T Ermini qui maxime difficultatem habent 3.217.h
Terminus quid est 4.11.k
Topica est inuentiua & indicatiua 2.2.d
Topica an sit resolutiua 4.2.k
Topicorum liber quare dicatur 4.2.m
Transumptio a proposito, triplex 3.50.i
Transumptio utilis est duplex 2.51.a
Transumptio apparens necessaria 3.51.g
Transumptio qua neutra est 4.51.l

V Era & prima qua dicantur 1.4.c
Verum per falsa concludi potest 1.31.a
Viciosa ostensio qua sit longior 3.231.i
Vniuersalia magis ad differendum profunt 4.38.l
Vniuocum non est dicendum æquiuocum 1.186.a
Vni an plura sint contraria 1.8.a
Vnum trifariam dicitur 4.101.m

FINIS

ARISTOTELE



Methodus Aristotelis in Topica

Aristotelis Topicorum primus, Interpretis & expositoris Magno Augustino Nipho.

DE INTENTIONE LIBRORVM.

Propositum quidem negotii est, methodum inuenire, a qua poterimus syllogizare de omni proposito problemate ex probabilibus: & ipsi disputationem sustinentes, nihil dicere repugnans.

Volens Aristoteles absoluerit unum negotium Topicum, ad quod, & ad quæ utile sit Philosopho huiusmodi negotium, & quis illius finis (ut Alexander inquit) in præfati loco

Finis philosophi proponit. Et primo proponit, ad quod & ad quæ utilis sit. Secundo loco non longe progrediens explicat, quis sit eius finis, ut ex his patet, dialecticam philosophantibus dignam esse studio, quatenus ad ipsius veritatis inuentionem, & qua finis est Philosophi, momentum non paruum præbet.

Quidam dialektica sunt. Nec iniuria Aristoteles hæc fecit. nam sunt, qui dialecticam ex medio sustulerunt, asserentes potius obesse, quam prodesse philosophantibus pro veritatis inquisitione. cuius signum attulerunt, ex hoc, quod qui peritiores in dialectica fuerunt, omnis philosophiæ fuerit penitus ignari, ut Protagoras, qui cum ignarus philosophiæ esset, & dialecticis omne studium adhibuisset, deos in dubium reuocauit, & ob id decreto publico Athenienses eius libros auferunt, ipsi quoque profugerunt ab agro Atheniensi, tanquam sophisticam, ac dialecticam inutilem reipublicæ, & veritatis philosophicæ. Temporibus nostris hoc idem uidemus in hominibus nostri temporis. Sunt enim qui summis studiis dialecticæ incubuerunt, & tamen omnis philosophiæ sunt ignari, ut Hesberus, Ferebricius, Strodus, Dulmentonius, Suissectius, & cæteri id genus. Hi enim cum in dialecticis fuissent periti philosophiæ (pace cinerum dixerim,) fuerunt omnino ignari. Aristoteles ergo propter hæc (ut Alexander exponit) duo ostendit, primo quidem, ad quod dialectica methodus utilis sit, secundo, quis sit eius finis: ut ex his duobus præpositis aduersetur, atque occurrat illi qui

dialecticam methodum ex medio sustulerunt. Verum antequam ad uerba Aristotelis ueniamus, non erit nobis inutile præmittere quadam, quæ partim ex commentarijs Alexandri, partim ex peraphrasibus Auerrois colliguntur: nonnulla uero ex his, quæ uimiores dixerunt: alia quidem approbando, alia uero resellendo. Et primo uideamus, ad quid dialecticæ nomen Philosophi retulerunt. Stoici itaque dialecticam asserunt consistere in bene dicendo. Bene dicere uero asserunt idem, quod uera & conuenientia. In quo conueniente: & cum uera & conuenientia dicere proprium philosophi sit, ideo solus Philo secundum istorum opinionem dialecticam nuncupari debet. Plato uero dialecticam laude prosequens, technam totius philosophiæ ipsam uocat, cuius officium explicat, dicit esse uim, qua quis potest unum plura, & plura unum facere. facit enim quis unum plura, ut dialecticæ: qua diuidit genus in species per differentias, & compositum in atomos dissoluit. Cõfert uero plura ad unum compositione: ut species ad unum genus, & atomos ad unum mixtum. Per quæ Plato indicat omnem dialecticam uim consistere in diuidendo & componendo. Sed utraq; horum posito (ut mihi uidetur) falsa est. Stoicorum quidem, quoniam non semper uis dialecticæ consistit in ueris dicendis: cum aliquando sophisticæ, qui dialecticus est, falsa syllogizet: topicus uero probabilia ex probabilibus, rhetor ex persuasibilibus persuasibilia. Platonis autem opinio magis est, quoniam dialectici officium non solum in diuidendo, & componendo consistit: sed in syllogizando. Propterea Alexander Aphrodisicus magnus Aristotelis interpres, tradit de Aristotelis & eius sectatorum mente, omnem dialecticam uim consistere in syllogizando: cum posterint dialecticam nihil aliud esse, quàm syllogisticam methodum. Sed occurres, syllogismi differunt inter se, igitur dialectica non potest esse una facultas syllogizandi, Alexander inuuit responsonem ex eo, quia unus syllogismus, ut syllogismus est, nihil ab alio differt: sed differunt secundum propositionum species, & secundum figuras, & modos, & secundum materias circa quas sunt in ratione tunc syllogismi non differunt, ut patet. Differunt quidem propositionum specie, quoniam alii sunt hypothetici, qui ex propositionibus sunt hypothetici: alii prædicatiui, qui ex propositionibus sunt categorici. Differunt uero figuræ, quatenus quosdam imperfectos, ut qui sunt in secunda, & tertia figura: quosdam perfectos, ut qui sunt in prima figura, facimus. Differunt etiam materijs, circa quas uersantur. quoniam qui circa necessaria ex ueris & necessarijs sunt, demonstratiui dicuntur: & ea ars, quæ illis utitur, demonstratiua methodus uocatur. Qui circa probabilibus ex probabilibus, dialectici, & ea facultas, quæ illis utitur, dialectica nuncupatur. Qui circa apparenter probabilibus ex apparenter probabilibus, sophistici, & facultas, quæ illis utitur, sophistica appellatur. Conueniunt enim omnes in forma, hoc est, in ratione syllogismi, quoniam quisque horum oratio est, in qua quibusdam positis, aliud sequitur. Differunt autem propositionum, aut figurarum, aut materiarum differentijs. Ex his inferitur dialecticæ definitio, quod sit methodus syllogistica ex probabilibus de dialecticæ omni problemate. Et quidem, ut inquit Alexander, definitio merito huiusmodi syllogistica methodus de omni problemate, dialectica appellatur. Dialectica enim dicitur τὸ τὸ ἀγαλῆ γένος, latine tum differre, tum disputa-



gare, uocatur. Et cum differere in interrogatione, et respō- sione consistat, interrogans autem de omni proposito in- terrogat respondentem, recte additum est in definitione, de omni problema, siue proposito. Et cum non semper syllogizans, ex ueris syllogizet, non enim problema o- mne uerum est, recte est additum, ex probabilibus.

Sunt autem probabilia, quaecumque conceduntur a respondente, siue uera sint, siue falsa, modo dentur a re- spondente. Huius rei causa est, quoniam officium interro- gantis est ducere respondentem ad aliquid, praefer opin- ionem. Ad hoc autem inducendum sufficit, ut ex proba- bilibus syllogizet. Saep enim interrogans adducit respō- dentem ad aliquid, praefer opinionem ex falsis, modo re- spondenti sunt probabilia, et ab eo concessa. Diale- ctica igitur non ex eo, quia per uera uerum syllogizet, rationem suam sortita est, sed eo, quia per probabilia.

Male ergo Stoici uim dialecticæ dixerunt consistere in asserenda ueritate. Male etiam Plato uim dialecticæ om- nem in diuidendo et componendo consistere asseruit. Praeterea hoc idem patet ex eo, quia quemadmodum una quaeque scientiarum circa quiddam determinatum ge- nus propria illius generis non ostendit et accipit per pro- pria illius generis principia, sic et dialectica, sed diale- ctica circa communia. Dialectici enim similiter de musi- cis, medicinalibus, et de geometricis, naturalibus, et mo- ralibus, rationalibusque, et omnibus propositis argumen- tantur, non tamen ex propriis propositorum, sed ex cō- muni et probabilibus. Non enim per medicinalia prin- cipia aliquid in medicina ostendit, nec per geometrica principia aliquid in geometria, esset enim dialecticus ge- ometra, sed est proprium dialectico de omnibus propo- sitis per probabilia syllogizare, et non ex ueris uerum semper.

Sed dices, tunc rhetor esset dialecticus, quo- niam rhetor ex persuasibilibus argumentatur, quae pro- babilia sunt. Ad quod Alexander responsum inuenit, et asserit quod licet rhetor non uersetur circa genus determinatum, ueluti nec dialecticus: tamen non de omni argumentatur, ueluti dialecticus, uersatur enim rhetor circa medicinalia, circa philosophica, circa musica, pro- prie tamen non argumentatur nisi de politicis. uidetur e- nim propria rhetoris materia in politicis consistere. qua ratione sit, ut rhetorica et dialectica differant. Pri- mo quidem circa materias, quoniam materia rhetoris est in politicis principalius, materia dialectici est in omni- bus. Secundo, quia rhetor circa singularia orationes su- as conficit, format enim orationes circa fortunas, tem- pora, personas, loca, et ceteras singularium circūstā- tias, nā de his hortationes et dehortationes sunt, et accusa- tiones sunt et defensiones, et laudationes et uituperas- tiones: in quibus omnis rhetorica uis consistit. At diale- cticus circa omnia communiter, dabit enim nobis Aristo- teles aliqua loca, ex quibus poterimus per probabilia de omnibus propositis syllogizare. Conueniunt autem rhetor et dialecticus, quoniam uterque habet facultatem argumentandi ad opposita, qui enim circa scientias uer- satur, quantumvis cognitionem oppositorum habeat, intentio tamen eius est alteram partem determinatē considerare, uidelicet meliorem. Medici quidē sanare: Philosophi ue- ro, ueritatem adinuere. At dialecticus et rhetor cir- ca opposita consimilem ostensionem habent, uterque

Dialectici et Rhetoris differētia et conuenientia.

ex probabilibus: licet rhetor ex iis probabilibus, quae uerisimilia sunt, quaeque persuasibilia uocat Aristoteles in rhetoricis. Ex iis omnibus Alexander concludere in- tendit tā contra Stoicos, quā contra Platonicos, uim dia- lecticam omnem consistere in syllogizando ex probabili- bus, non autem in ueris dicendis, ut Stoici crediderunt: nec in componendo, et diuidendo, ut Plato asseruit. Et per dialecticam non omnem logicam partem Alexander intellexit, sed methodum topicam, quā in his libris edoce- bit Aristoteles, cuius causam Auerroes in proemio pa- raphrasum librorū topicorum asseruit ex eo, quia dia- lectica significat sermonem inter duos, quorum alterum, alter uincere enititur. et cum Aristoteles his libris assi- gnet loca, ex quibus hoc fieri potest, iure dialecticam no- men huic topicam methodo Aristoteles appropriauit.

Haecenus de uim dialecticæ, quae topica dicitur. Post haec de utilitate differendum est. Auerroes hic dialecti- cam, quae topica dicitur, dicit esse uilem, primo, quia disponit nos ad ueritatis inuentionem, nam cum methodo, loca et propositiones fuerint nobis nota, procedemus ad cō- struendū, et ad destruendū problema, et tunc ex usu talium uis quaedā ac potētia in nobis acquiritur, qua poterimus facile uerum a falso discernere, sic igitur ex cognitione locorum et propositionum facile reddimur ad dispu- tandum, destruendo, et construendo. Ex usu uero dispu- tandi facultas nobis relinquatur, qua facile poterimus ue- ra a falsis discernere, ergo prima huius artis utilitas erit displicere nos ad ueritatis inuentionem. Secundo, uti- lis est ad politica negotia, quae sunt tria, hortari et de- hortari in concionibus, accusare et defendere in foren- sibus, laudare et uituperare in demonstratiuis, et aduen- tur enim in hoc libro omnia illa loca, per quae Aristote- les docuit in rhetoricis haec facere. Tertio, utilis est ad ueritatis inuentionem in theoricis facultatibus. Primo, quia cum fuerit aliquod problema cognitū difficile, an- tequam illius uera pars pateat, syllogismi sunt pro u- traque parte ex locis et propositionibus probabi- libus, quae hic traduntur: quibus hinc inde factis, re- linquitur in intellectu nostro facultas quaedam, qua fa- cile poterimus partem uerā a falsa discernere. Nā cū pro- positiones probabiles nō sint omni ex parte falsae, ex illis nonnihil ueri colligere poterimus. Quod autē ita sit, Ari- stoteles nobis signo est, qui raro aut nūquā procedit ad problematis eā partē, quae uera est, nisi syllogismos dia- lecticos praemittat: nā ex iis deducimur tandē ad uerita- tis inuentionē. Secundo, quoniam ex probabilibus, saltē scientiarū principia accipimus, ex quibus fiūt demonstrati- onis, nō enim principia in sciētia, cuius sunt, demonstrari possunt, sed probabilibus quibusdā exponi: ut scētā, qui discit, quē modū seruauit Aristo. lib. i. phisicæ ausculta- tiōis, in quo ex cōcessis et probabilibus cōtra Parmeni- dē plura esse entia cōclusit: et cōtra eos, qui negarunt de quolibet dici esse uel nō esse, ex cōcessis ab eis quaer- to metaphysicæ. Hinc recte ac uerissime Victorinus Ro- manus dicit: natura hoīem ad ueritatis inuentionē habilit- factum esse, arte uero differendi facilem, usu autem po- tentem. Erīt igitur haec facultas nobis utilis, quatenus per eam faciles erimus ad ueritatis inuentionē, quod si ea ute- mur, et faciles erimus et admodum potentes ad ue- ritatis inuentionem peruenire. Quam ob rem recte

De utilitate dialecticæ.

A Boetius contra eos exclamat, qui dialecticam tanquam inutilem ē medio sustulerunt. cum inquit in Commentari- is libri ii. Topicorum Cicero in proemio, Prob diuinā atq; humanā fidē, quae est haec hoīem proteruitas, quae tā- te est imprudētia caecitas, ut pene sua sese ipsi confessio- ne condemnent. nullus enim est, qui se uideri nolit peri- tissimum in differendo, quid absurdus fingi potest, quā quod probabilibus, ut ipsi existimant, argumentis inu- tile studium dialecticæ nituntur astruere. Haecenus de utilitate. Post haec de differentia huius partis, hoc est, topicæ ad alias partes logicæ, quae traduntur in li- bro Priorum et Posteriorum, nonnulli itaque hanc lo- gicæ partem, quae topica dicitur, inuentiuam esse affir- mant, quod omnis illius uis in inuentione consistat: cā ue- rō, quae in Posterioribus ac Prioribus, iudicatiuam. Mouentur autem auctoritate Boetii in iis commentariis, quae in Cicerois topica scribit, ubi topicam inuentiuam ceteras uero iudicatiuas fecit. Et quidem non ab ratio- ne. Nam cum logica quaedam differendi ratio sit: omnis autem ratio differendi habeat duas partes, inuentionem et iudicium, sit, ut duae sint partes logicæ: altera inuen- tiua, quae topica dicta est, quae docet loca per quae faci- les reddimur ad inuentionem: altera iudicatiua, quae tra- ditur in libris Prioribus, ac Posterioribus, quae docet in- uenta iudicare. Sed mox occurreret, cum cuilibet sciēt- tiae in sint inuentio, et iudicium, per quae unaquaeque sci- entia differit: cum istae duae partes magis logicæ, quā ce- teris scientiis attributa sunt: Et dicendum, quod licet om- nium scientia inueniat et iudicet: qui a tamen logica in- uenit et iudicat, et docet artem inueniendi, et iudican- di, ideo soli logicæ haec attributa sunt: uel quia logica uirtute propria, alie scientiae uirtute logica inueniunt et iudicant, propterea concludunt inueniēdi artem tra- ditam esse ab Aristotele in topicis, et elenchis: iudican- di uero, in Prioribus, et Posterioribus. Sed contra, quoniam in topica traditur ars inueniendi media in syl- logismis dialecticis, in prioribus ars inueniēdi media i syl- logismis simpliciter, in posterioribus ars inueniēdi me- dia in syllogismis demonstratiuis, igitur non sola topica erit inuentiuam. Praeterea tam topica quā prioristica, et posterioristica uidetur iudicatiua, quoniam unaquaeque istarum cū inuenit medium sui syllogismi iudicat. et do- cet artem iudicandi de inuentis mediis, prioristicus enim docet artem iudicandi de syllogismo simpliciter, si sit ne- cessarius ex iis, quae posita sunt: posterioristicus docet artem iudicandi de syllogismo demonstratiuo, si sit ex ueris, necessariis, prioribus et primis, topicus autem do- cet artem de syllogismo dialectico, si sit ex probabi- libus. igitur unaquaeque harum artium est inuentiuam, quod doceat inuenire medium: et iudicatiua quod doceat de inuentis iudicare, si sit ita, ut inuenit. Quia- dam latinus Anonymus Aristotelis interpres, quem pu- to esse Egidium, asserit topicam esse inuentiuam, quia docet per signa syllogizare, cum inuentio non fiat nisi signis: et quia topica docet loca, ex quibus signa ha- bentur per quae syllogizare poterimus, ideo haec pars inuentiuam est: et quoniam iudicium sit per causas, et posterioristica docet syllogizare per causas, ideo dici- tur iudicatiua, unde licet topica doceat loca, quae sunt a- causis, non tamen docet illa nisi ut signa syllogistica,

Sine topica iudicatiua.

per quae probabiliter syllogizet. Sed haec positio sta- re non potest, quoniam tunc prioristica non esset iudica- tiua, quoniam docet syllogizare per medi a, quae sunt cō- muniā causis et signis. Praeterea Philoponus primo Priorum diuidens primum librum Priorum in tres partes, asserit primas duas esse inuentiuas, ultimam ue- ro resolutiuam. igitur in libris Priorum traditur ars in- ueniendi, et ita potest dici inuentiuam. Videtur igitur aliter si aliter occurrat, et cum excusatione, si aliter ali- bi dixerim, quod topica, et sophistica utraque est iudica- tiua et inuentiuam, analytica tam prioristica quā po- sterioristica utraque est iudicatiua et inuentiuam, quod dilucidamus. Topica inuenit media in syllogismis dia- lecticis: et ea docet inuenire, et cum inuenit, iudicat Topica est de syllogismo dialectico inuento, sit ne ex probabili- bus constitutus: et docet iudicare, sit ne, ut decet, ex et iudicā- probabilibus constitutus, ergo topica est tam inuentiuam tina, quā iudicatiua. Sophistica inuenit, et docet inueni- re media in syllogismis sophisticis, et postquam inuenit, iudicat et docet iudicare secundo elenchorum, sit ne syllogismus inuentus ex probabilibus appareat, igitur tam topica quā sophistica est inuentiuam, et iudicati- ua, quoniam ratione habita ad suum opus, inuenit et iudicat. Simili ratione prioristica inuenit et docet inueni- re medium in syllogismo simpliciter, ut parte capitibus de inuentione medi. Iudicat autem, et docet iudicare syllogismum, quem inuenit, sit ne conueniens sua arti, ut ex concessis, uel ne. Rursum posterioristica docet se- cundo posteriorum inuenire medium in syllogismo de- monstratiuo, et inuenit definitionem esse causalem, ex qua cōficit syllogismum, iudicat et docet iudicare post- quam inuenit, quod sit ex primis, ueris, immediatis, et primis causis. igitur topica, sophistica, prioristica, et posterioristica unaquaeque est inuentiuam, et iudica- tiua: ratione uidelicet habita ad suum opus, quod conficit. Videtur autem hoc ita esse, quoniam si ali- quis quaerit aliquid, quod ex suis regulis inuenit, si nō iudicat se illud quod quaerebat inuenisse contingit ire in infinitum. Etiam si aliquis docet inuenire aliquid, et non docet postquam inuenit artem qua cognoscat se inuenisse dimittit docuit inuentionem. igitur si to- pica et sophistica docent inuenire media in suis syllo- gismis, coguntur docere artem, qua iudicari possunt syllogismi inuenti, sint ne conuenientes suae arti uel non. Amplius, si prioristica et posterioristica iudicant et docent iudicare, oportet ut doceant inuenire. quo- niam non iudicant, nisi supponendo inuenta, semper enim iudicium inuentionem supponit. Patet igitur om- nem logicam partem, quae docet syllogizare aliqua syllogismi specie, esse inuentiuam, et iudicatiuam. Sed contra hoc est Cicero libro suorum topicorum, dicens, Cum omnis ratio diligens differendi duas ha- beat partes, unam inueniendi, alteram iudicandi, utriusque princeps, ut mihi quidem uidetur, Aristo- teles fuit. Stoici autem in altera elaborarunt, iudican- di enim uias diligenter prosecuti sunt: eam scientiam, quam dialecticam appellant, inueniendi uero artem, quae topice dicitur, quaeque ad usum potior erat, et or- dine naturae, certe prior, totam reliquerunt. haec Cicero.

**G**ubi Boethius uir doctissimus, inueniendi partem in li-  
bris topicorum atque elenchorum complecti affirmat,  
iudicandi uero in prioribus et posterioribus. Hedenol-  
phus in suis commentariis uolens hoc concordare, di-  
cit in unoquoque dictorum librorum esse aliquid inuen-  
tium, et aliquid iudicatum, quoniam aliquid de inuentio-  
ne, et aliquid de iudicio: quia uero in syllogismo de-  
monstratio unitum est medium, scilicet definitio causalis,  
ideo parum habet de inuentione. Liber ergo qui do-  
cet medium inuenire in demonstratione, parum est in-  
uentiuus. At cum syllogismi demonstratiui plures sint  
conditiones: cum debeat esse ex ueris, necessarius, prio-  
ribus et primis, ideo multum habet de iudicio. et hac ob  
ratione liber iudicatus ille est nuncupatus: cum semper no-  
men, ut Anaxagoras dicebat, a praedominanti sortitur  
unaqueque res. At cum syllogismus topicus plura ha-  
beat media, multae inuentionis est: conditionem autem  
unam quod uidelicet sit ex probabilibus, ideo parum  
iudicii habet. recte igitur liber topicorum inuentiu-  
us dicendus est. Simili ratione de sophisticis. Sed  
pace tanti uiri dixerim, haec non sunt dicta ad men-  
tem Ciceronis, nec Boetii. nam Cicero, et Boethius uo-  
luerunt librum priorum esse iudicatum, cum partem  
iudicatum tradi afferant in libris priorum et poste-  
riorum, ubi plura sunt media: et plures sunt condi-  
tiones syllogismi de quo considerat. Propterea non  
parua mihi fuit semper difficultas, quid sit dicendum, dis-  
serere ideo saluo meliori iudicio, dicerem inuentio-  
nem et iudicium accipi posse, aut respectu operis et  
syllogismi circa quem uersatur facultas: aut respectu  
eorum problematum, quorum quaeritur et inuestiga-  
tur ueritas, quae a natura appetimus attingere de uo-  
quoque quaesito. appetimus enim naturae scire, sit ne a-  
nimus mortalis, uel non. An mundus sit aeternus, uel  
non. Tunc dicerem, quod ratione habita ad opus, quod  
docent istae facultates et ad syllogismum sunt inuentiu-  
ae ac iudicatae: quoniam, ut argumenta concludunt,  
unaqueque docet inuenire medium in syllogismo sibi pro-  
prio, et docet iudicare: et inuenio utrum sit conue-  
niens sibi. ratione habita ad ueritatem quaeritorum, ad  
quam assequendam natura impellitur, topica docet in-  
uenire: quoniam docet loca ex quibus possumus syllo-  
gizare de omni problemate ambas contradictionis par-  
tes: at cum ueritas sit in altera contradictionis parte, si to-  
picus docet ex probabilibus ambas inuenire, docebit et  
alteram, in qua ueritas est, igitur respectu ueritatis quae  
fitorum problematum quam natura intendimus, inuen-  
tiuus est liber topicorum: sophisticorum quidem appa-  
remer, topicorum autem probabiliter. Non autem iu-  
dicatiui sunt, quoniam partem ueram a falsa non docent  
discernere. quia uero posterioristicus docet discernere  
partem ueram a falsa, cum doceat syllogizare uerum  
ex ueris, et necessarium ex necessariis, et per se ex  
is quae sunt per se, iudicatus appellatur ab Aristotele,  
et Cicerone. Prioristicus uero, quia docet discernere  
combinationem necessariam, et syllogisticam ab asyl-  
logistica, et non necessaria, iudicatus appellatur.  
Prioristicus enim est, qui docet cognoscere generati de  
omni syllogismo sit necessarius, an asyllogisticus: ideo  
prioristicus, iudicatus est censendus. Haec tenus de dif-

ferentis partium logicae, quae habentur per inuentio-  
nem et iudicium. Deinde uideamus sit ne topica  
resolutiuas, an non, sed compositiuas. Anmaduerit, quod sit resoluti-  
ua, non inuentioni, sed compositioni aduersatur. lo-  
quimur igitur de resolutiuo, ut distinguatur contra co-  
positiuum. Philoponus in prooemio primi priorum di-  
cit, librum priorum et posteriorum esse resolutiuos, et  
compositiuos. nam, ut inquit, liber priorum est diuisus in  
tres partes: quarum duae primae sunt inuentiuas, tertia est  
resolutiuas. et quia resolutio est nobilior compositione,  
ideo a nobiliore liber priorum inscriptus est. Similiter  
liber posteriorum est diuisus in duas partes: quarum  
prima docet resolueri demonstratiuum syllogismum,  
et haec traditur primo libro. Secunda uero docet com-  
ponere, quoniam docet medium, quo demonstratiuum  
syllogismus constat: quia resolutio praesentior est, ideo  
inscribitur analyticus, hoc est, resolutiuus. De libro ip-  
so topicorum nihil dixit. Nos uero dicamus saluo me-  
liori iudicio, et reservatione dicendi aliter, si aliter oc-  
currat, et cum excusatione, si aliter alibi diximus: quod  
si loquimur de compositione, et resolutione respectu  
syllogismorum: quos docent, tam topica quam sophi-  
stica, et analytica, utraque est compositiuas et resoluti-  
ua. quoniam quaelibet talis docet componere syllogis-  
mum sibi proprium, et docet resolueri ipsum in ea, ex  
quibus compositus. Topicus quidem docet loca et propo-  
sitiones, ex quibus componitur dialecticus syllogismus,  
et postquam est compositus docet eum resolueri in pro-  
babiles propositiones, ex quibus sit. Simili modo, et prio-  
risticus, et posterioristicus, et sophisticus suis modis  
suos syllogismos docent componere, et compositos re-  
soluere. Alia ratione loqui possumus de resolutione,  
et inuentione ueritatis eorum problematum, quae qua-  
runtur: et quia topicus docet inuenire problematum  
ueritatem per signa, conueniuntque illa probabilia,  
ideo dicitur compositiuus. inuentio enim ueritatis at-  
que constructio problematum per signa, est compo-  
sitiua. posterioristicus autem docet iudicare uerita-  
tem per causas, ideo est resolutiuus, quoniam iudica-  
re quaesiti ueritatem per causam, resolutio est. Simi-  
li ratione prioristicus docet syllogisticam necessita-  
tem per causas, ideo et ipse resolutiuus est. non igitur  
recte dixerunt inuentionem fieri per signa, et  
iudicium per causas: sed debent dicere compositio-  
nem per signa, resolutionem per causas fieri. Ex  
his patet libri inscriptio, dicitur enim hic liber topi-  
corum a uerbo τὸν, cuius adiectiuum est τὸν  
σοφιστικόν, quasi liber eorum, quae sedent in locis. Sedent  
enim in locis propositiones, quae dicuntur maxime: ut  
haec propositio. Si cui minus uidetur inesse, et inesse,  
ergo cui magis. sedet enim haec in loco, a minore.  
si quis enim definit ipsum minus, sumet statim hanc  
propositionem pro maxima. Est igitur liber hic  
inscriptus topicorum, quoniam est de propositioni-  
bus probabilibus, et maximis, quae sedent in locis,  
idem enim topicum, quod in loco sedens. His de-  
claratis, ueniamus ad uerba Aristotelis et dicamus  
quod Aristoteles proponit intentionem, et ea ad quae  
utilis est intentio, et quidem generatim, quoniam sequen-  
ti capite assignabit ea, ad quae speciatim utilis sit pro-

De inscri-  
ptione li-  
bri.

**A** postea intentio, et dicit. [Propositum quidem negotii] sub-  
audi, nostri in his topicorum libris [est] methodum inue-  
nire, et per propositum, quod graece est, πρόθεσις in-  
tentum intelligit, non enim πρόθεσις et πρόθεσις idē  
sunt. Est enim prothesis graece, latine propositio, pro-  
thesis uero propositum sine intentum. et per negoti-  
um, librum intelligit, quem in praesenti libro ad scri-  
bendum subit, quasi dicat, intentum nostri laboris in his  
libris, et per methodum, breuem artem intelligit, nam li-  
cet μέθοδος graece, latine sit semita, transsumitur ta-  
men ad compendiarium artem, quae breuissima est, et  
cito nos ad rei cognitionem ducens, de qua est, quasi di-  
cat intentum nostri laboris in his libris est, breuissimam,  
et compendiarium artem adinuenire, et dixit, inuenire, quo-  
nia ipse primus inuenit: aut quia ea, quae de hac arte ab  
ueteribus tradita sunt, aut nihil sunt aut adeo manca, ut re-  
latu nequaquam digna sint, nam (ut Cicero inquit) in suis to-  
picis, haec inueniendi artem totam reliquerunt Stoici, et  
solum Aristoteles tanquam princeps eam prosecutus dili-  
genter est. Et subscribit ad quos, et ad quae utilis sit haec  
methodus, quam se inuenire proponit: et dicit duas uti-  
litas, alteram ex parte interrogantis, ac opponentis, alte-  
ram ex parte respondentis, nam cum dialectica, quae hic  
trahitur, sit differendi ratio: et omnis differendi ratio  
inter duos uersetur, inter interrogantem et responde-  
ntem, oportet tradere eam artem quae et interrogantem et  
respondentem utilis sit. et haec ambo explicat, et dicit. [Ad  
qua poterimus syllogizare] dixit, et ad quae utilis sit haec  
methodus, ex quibus poterimus inuenire medium in omni syl-  
logismo ad construendum, uel destruendum omne proble-  
mata [est] id est, dialectico, ut exponit Alexander. quoniam  
quoniam non ex ueris, necessariis, prioribus, et primis.  
et per se, ut docet ars posterioristica: nec ex apparen-  
tibus, ut docet sophistica: nec ex ueris similibus, ut rhetori-  
ca: sed ex probabilibus. Addit autem [de omni proposito proble-  
mate] id est, dialectico, ut exponit Alexander. quoniam  
sunt nonnulla problemata non dialectica, de quibus dia-  
lecticus non differit. Quid sit problema dialecticum, quid  
ue non dialecticum, postea Aristoteles declarabit, nunc  
uero illud habeatur methodum hanc docere nos syllogi-  
zare de omni problemate dialectico, quod additum  
est (ut Alexander annotauit) ut diuideret rhetori-  
cam a dialectica. non enim similiter de omni dial-  
ectico problemate rhetor syllogizat, materia enim rhe-  
toris magis moralia et politica problemata sunt. At ma-  
teria dialectici in omnibus est, in quantum de naturalibus,  
de moralibus, medicinalibus, et rationalibus pertractat.  
Et per omne problema, non in specie, sed in genere intel-  
ligit: quoniam, ut postea dicit, unum problema est, in quo  
de specie accidens predicatur alterum, in quo de spe-  
cie predicatur genus: tertium, in quo de specie prae-  
dicatur definitio: et quartum in quo de specie prae-  
dicatur proprium. Alia problemata, ut illud in quo differen-  
tia de specie predicatur, et problema de eodem et di-  
uerso, et cetera id genus, ad haec reducuntur. docebit  
igitur nos syllogizare omne problema generatim con-  
struendo uel destruendo, haec est utilitas ex parte interro-  
gantis, deinde subscribit utilitatem ex parte responde-  
ntis, et dicit. [Et qua ipsi dispositionem sustinentes] id

est, et ipsi respondentes [nihil] poterimus [dicere] repu-  
gnans, uel a qua nos respondentes nihil dicimus repu-  
gnans. Quo quidem ad uerba attinet, dispositionem sus-  
tinentes, graece est λόγου ὑπέχοντες latine rationem  
sustinentes, nam qui respondent, rationem et dispositio-  
nem sustinere dicuntur, et per repugnans, intelligit prae-  
ter opinionem eorum qui probati sunt, uel contradic-  
tionem sumet, nam ut Alexander inquit in prooemio huius  
libri officium interrogantis est respondentem ducere ad  
aliquid, quod sit praeter opinionem suam uel aliorum pro-  
batorum, ut ad contradictionem. ergo officium respon-  
dentis est, nihil dicere uel argumenti praeter opinionem su-  
am uel aliorum sapientum, utrum uero eade et tot sint  
metae ad quas sophista et dialecticus respondentem du-  
cere enitentur, in elenchis differendum est: et postea  
aliqua dicemus in octauo libro. Docebit autem Aristo-  
teles respondentes nihil dicere repugnans maxime octa-  
uo libro. Albertus uero per repugnans, non contra-  
dictionem sui, uel aliquid praeter opinionem exponit, sed  
aliquid repugnans ad methodum secundum ipsius tra-  
ditionem et principia interpretatur, ut sit sensus. [et]  
nos ipsi dispositionem sustinentes] id est, in problemate  
dialectico alteram partem sustinentes in respondendo ni-  
hil dicemus repugnans, uel contrarium arti, uel proba-  
bilibus, ex quibus sit methodus, siue ars. Hedenol-  
phus horum librorum non imperitus interpres dicit, cu-  
insequaque operis perfectionem in tribus consistere, in sub-  
stantia, qua sit in uirtute, qua substantia possit operari,  
et in operatione egrediente a uirtute. Aristoteles igitur  
inueniens perfectionem methodi, quam hic traditu-  
rus est, haec tria complexus est, nam cum dicit [metho-  
dum] substantiam operis: cum uero [poterimus] addit,  
uirtutem inuenit. At cum subscribit [syllogizare de om-  
ni proposito problemate] operationem, quae ab illa uir-  
tute egreditur, dedit intelligere, et cum dicit [ad qua po-  
terimus] per illam praepositionem, a, principium, ut es-  
ficiens intelligit, cum uero dicit [de omni proposito pro-  
blemate] per illam praepositionem, de, finem et formam  
significauit, est enim syllogismus de problemate, ut de  
fine et forma, et cum dicit [ex probabilibus] per illam  
praepositionem, ex, materiam dedit intelligere, quae sunt  
propositiones probabiles, quae sunt syllogismi, et pro-  
blematis materia. Dixit autem [syllogizare] et non in-  
ducere, licet dialecticus utatur et syllogismo, et indu-  
ctione: rhetor uero exemplo, et enthymemate, quoniam  
inductio ad syllogismum, exemplum ad inductionem, et  
enthymema ad syllogismum reducuntur.

πρόθεσις δὲ τὸν πρόθεσις, τὸν ἐστὶν ἐπιλογισμὸς, ἢ ὁ  
τὸν ἐστὶν ἂν διαφορά, ὅπως λέγει ὁ δὲ διαλεκτικὸς  
ἐπιλογισμὸς, τὸν τὸν γὰρ ἔχει τὸν ἢ τὸν ἢ τὸν  
καμίνω ἢ γὰρ γὰρ τὸν.

2 Primum igitur dicendum, quid  
est syllogismus, & quae eius differen-  
tia, ut sumatur dialecticus syllogis-  
mus. Hic enim quaerimus secundum  
propositum negotium.

G Cum proposuisset intentionem generalem, in presenti parte assignat intentionem specialem, quae proprie est pro-  
centium ad dicenda. et ponendo intentionem specialem, colligit materiam praesentis libri, quaeque causa materia-  
lis dici potest, et dicit. [Primum igitur dicendum, quid est syllogismus, et quae eius differentia] hoc est, deinde dicendum quae eius species, ut ex illis sumatur dialecticus syllogismus, cuius causam assignat, et dicit [Hunc enim querimus secundum propositum negotium] tanquam propriam materiam et subiectum propositi negotii. Quo uero ad uerba attinet, uerbum ut] graece est, οπως, latine ut, et quomodo, uel quemadmodum: per quae patet propriam materiam, et subiectum propositi negotii, hoc est, huius libri esse syllogismum dialecticum, connectit autem Alexander hanc specialem intentionem illi generali. Nam cum proposuisset uelle tractare methodum, qua poterimus syllogizare et respondere de omni proposito problemate, merito subscribit esse dicendi, quid syllogismus sit, si enim non scierimus quid sit syllogismus, non poterimus de omni proposito problemate syllogizare. Quare necessarium est dicere, quid sit syllogismus. Deinde species syllogismorum dicenda sunt, ut qualis sit syllogismus dialecticus, qui ex probabilibus fit, de quo in praesentiarum negotiamur: et quomodo ab aliis differat, manifestum sit. et dicit. [Primum] hoc est, antequam determinauerimus ea, quae ponuntur in tractatu atque narratione, haec tria sunt dicenda, ut quid syllogismus sit, deinde quae eius species, ut tertio loco colligamus materiam et subiectum praesentis libri. Sed occurres: quoniam non est idem praecognitum et quaesitum, sed subiectum, uidelicet syllogismus dialecticus, est praecognitum: non ergo bene dicit, cum ait, hunc enim querimus. Iuniores Anonymi dicunt Aristotelem per querimus hoc est, intendimus intelligere: et sic licet sit intentum, non est quaesitum. Sed friuola haec euasio est, quoniam nihil intenditur, quin perquiratur, ut consideranti patet, et iam intentum et quaesitum idem est: quare adhuc pendet quaestio. A-

litter dicunt: quod subiectum queri in scientia, absurdum est, quoniam in illa semper praesupponitur, ut praecognitum, ut Aristoteles dicit: sed ipsum subiectum queri in procemio scientiae, nihil prohibet, quoniam procemium est ante scientiam. Dialecticus igitur syllogismus non in praesenti scientia, sed in procemio, quod est ante praesentem scientiam, queritur. Sed minime placet, quoniam in scientia, nec in procemio huius scientiae queritur subiectum esse, hoc enim supponitur. Quare dicendum, in hac scientia queri accidit ipsius propria, et non ipsum esse, ut recte Albertus inquit. *quod per se ipsum est.*

Est itaque syllogismus, logica connectio in qua positis quibusdam, aliquid aliud a positis ex necessitate accidit, per ea quae posita sunt.

Cum proposuisset intentionem specialem, nunc ex-

no

no

no

no

no

no

equitur de primo, et dicit. [Syllogismus itaque est logica connectio, in qua positis quibusdam] hoc est, duabus propositionibus, et per [positis] concessis intelligit [aliquid aliud a positis] hoc est, conclusio, quae aliquid aliud a positis [ex necessitate accidit] et dicit, aliquid aliud a positis, propter syllogismos friuolos, qui sunt ex uno termino uel ex duobus. Ex uno quidem, ut omne a est a: omne a est a, igitur omne a est a. ex duobus uero, ut omne a est a: omne b est a, igitur omne b est a. Ad differentiam horum additum est uerbum illud [aliquid aliud a positis] et dicit [a positis] hoc est, concessis, quoniam nisi propositiones, quae assumuntur, concedantur, nihil sequetur, et dixit [necessario] ad differentiam a syllogisticarum orationum, in quibus conceduntur propositiones: et tamen conclusio non necessario ab illis concessis sequitur, cum dari possint termini in quibus contraria a contradietoria concluduntur. uerbi causa, omnis homo est animal, omne risibile est animal, igitur omne risibile est animal. Haec syllogistica est, quoniam in eadem termini sunt, animal, homo, equus, nam non sequitur, omnis homo est animal, omnis equus est animal, ergo omnis equus est homo. immo cum propositionibus illis concessis stat, quod nullus equus sit homo, uerbum [logica connectio] graece est, λογος. Logos autem apud graecos commune est tam orationi, quae est in uoce, quam orationi quae est in mente. at si diceremus syllogismum esse orationem, solum in uoce esset syllogismus: ut igitur uteremur uerbo communi ad syllogismos in uoce, et in mente transiui uerbum λογος, hoc est, logica connectio, quoniam logica connectio commune quid est orationi, quae in uoce est, et orationi, quae in mente est, de iis autem excuso me, quoniam libro Priorum abunde diximus.

4 Demonstratio uero est, quando ex ueris, et primis syllogismus erit: aut ex talibus, quae per aliquam primam & ueram, suae cognitionis principium sumpserunt.

Cum descripsisset syllogismum in genere, nunc tractat ad species, et primo describit demonstrationem, et dicit. [Demonstratio uero est, quando ex ueris, et primis syllogismus erit.] hoc est, ex propositionibus, quae sunt primae, et uerae [aut] saltem [ex talibus, quae per aliquam primam et ueram suae cognitionis principium sumpserunt.] hoc est, aut saltem ex talibus propositionibus est, quae suae cognitionis principium sumpserunt ab aliis quibus primis et ueris, quae uelit demonstrationem esse, quando propositiones sunt primae et uerae, hoc est, immedie: aut quando sunt mediate, sed per alias immedie demonstrabiles. De hac re in libro Posteriorum multa diximus, ideo haecenus.

no

no

5 Dialecticus autem syllogismus, qui ex probabilibus est syllogizatus.

Cum descripsisset demonstrationem, tanquam principalem speciem syllogismi, nunc describit dialecticum, et dicit. [Dialecticus autem syllogismus, qui ex probabilibus] sibi audi, propositionibus, [est syllogizatus] dicit [ex probabilibus], intelligens per probabilibus, aut quae in se sunt probabilibus, aut quae ex propositionibus probabilibus probabilem cognitionem sumpserunt, multi enim dialectici syllogismi sunt, qui ex propositionibus constant, quae in se non sunt probabiles: sed quia probabilem cognitionem habent ex probabilibus, dicuntur dialectici. nec cur ait hoc addere, quoniam satis dedit intelligere illud, per ea quae addidit in definitione demonstrationis, nam sicut demonstratio est syllogismus, qui fit ex ueris et primis, aut ex iis, quae ex primis cognitionem acceperunt: ita dialecticus syllogismus est, qui ex probabilibus propositionibus fit, aut ex iis, quae probabilitatem acceperunt ex probabilibus. Sed occurres nullum genus praedicatur de sua specie denominatione, cum igitur syllogismus sit genus ad dialecticum, igitur non bene dicitur, quod dialecticus sit syllogizatus ex probabilibus. Quidam per uerbum syllogizatus, quod graece est, συλλογίζομαι, intelligerunt collectus, nam dialecticus syllogismus ex probabilibus collectus est. Fortasse de nominatum accepit pro principali, ut sit sensus, dialecticus uero est syllogismus, qui ex probabilibus est, et totum est bene dictum.

no

6 Sunt autem uera & prima, quae non per alia, sed per se ipsa fide habent, non enim oportet in disciplinabilibus principiis inquirere propter quid: sed unumquodque principiorum ipsum per seipsum fidem habet.

Cum descripsisset demonstratum, et dialecticum syllogismos, nunc exponit particulas, quae ponantur in illorum descriptionibus, et primo exponit, quae propositiones sunt primae et uerae, quod ponebatur in definitione demonstratiui syllogismi, et dicit [Sunt autem uera, et prima,] hoc est, primo uerae propositiones, [quae non per alia] hoc est, quae non per alias priores propositiones, [sed per se ipsa fidem habent] ac certitudinem. Aut sic, [sunt autem uera et prima,] quae non per alia, scilicet media, uel principia, sed per se ipsa fidem habent. Quo fit, ut primo uerae sint propositiones immedie, quibus non est altera aliqua propositio prior per quam possint demonstrari: et huiusmodi sunt suppositiones, et petitiones, et dignitates, quae ut uerae is qui discit, supponere debet. Ex hoc aut, ut Albertus autumat, et quidem male, Aristoteles inferre uidetur, non esse querendum propter quid de ipsis principiis disci-

plinabilibus. Melius autem dicamus Aristotelem reddere causam eius, quod dixit: ut denotat particula causalis illa [enim]. Et syllogismus componitur. Principiorum disciplinabilium non est querendum propter quid, sed unumquodque est sibi ipsi fides. Sed prima uera sunt principia disciplinabilia, igitur primorum uerorum non est querendum propter quid de hoc syllogismo ponit maiorem, et dicit. [Non enim oportet in disciplinabilibus principiis inquirere propter quid,] hoc est, causam, et medium, dicitur enim secundo posteriorum causam esse propter quid, et medium. [sed] oportet unumquodque principiorum disciplinabilium ipsum per se ipsum hoc est, sibi ipsi fidem esse, haec est maior, cui si addes, sed prima uera sunt principia disciplinabilia, concludemus, prima uera sibi ipsi fidem esse, et sic habebitur conclusio principialis, uel aliquid illi aequiualens, scilicet quod prima uera non per alia, sed per se ipsa fidem habeant. Quo uero ad uerba attinet, quid per disciplinabilia principia, intelligunt propositiones: quibus utitur praceptor in demonstrationibus ad docendum discipulos, et propterea dicunt huiusmodi disciplinabilia principia non debere inquirere a discipulis in scientiis, quas dicunt, primo, quia supponuntur in scientiis, aliter non essent prima, secundo, quia discipulus debet credere, sed haec non sunt bene dicta, si enim prima principia essent prima uera, quoniam supponenda: cum contingat aliquando supponere falsa, contingeret prima uera esse falsa. Amplius, si principia disciplinabilia habent fidem per se, quia discipulus debet credere: cum contingat discipulum credere falsum, contingeret principia disciplinabilia esse falsa, et sic contingeret prima uera esse falsa. Propterea dicamus Aristotelem per disciplinabilia principia intellexisse scientifica principia, quod graecum uerbum indicat, quod est, επιστημοναίς hoc est, scientificis, principia autem scientifica sunt, propositioes immedie: quibus non est aliqua propositio prior, per quem possunt demonstrari. Quare haec non debent queri, non quia in scientiis supponenda, uel quia qui discunt, credere debent: sed quoniam (ut Aristoteles inquit) unumquodque tale sibi ipsi fides est. Et haec est expositio Alexandri, qui dicit scientifica principia esse, ut definitiones quae non per demonstrationes syllogizantur: ut dignitates, ueluti apud philosophos sunt, calidum calefacit, frigidum frigefacit, et omne quod fit, ex aliquo fit, haec enim supponuntur, et non oportet in talibus querere propter quid: sed esse talia, ut ex ipsis fiat demonstratio, uel ex ipsis ea ex quibus fiunt demonstrationes, cognitionem accipiant. Sed occurres, quoniam Aristoteles primo de anima, et Themistius primo posteriorum dixerunt, prima principia scientiarum habere causam, quoniam lumen intellectus quo eis assentimus. Propterea non uidetur uerum, quod principium unumquodque sit fides sibi ipsi, quoniam fides est aut assensus, aut cognitio: at principium scientificum, nec est sibi assensus, nec sibi cognitio. Adhuc uidetur, quod prima et uera non per se ipsa fidem habent, quoniam essent per se ipsa nota, et sic idem esset notificans et notificatum, et notum et ignotum, quoniam prima uera quatenus se ipsa notificant, essent nota: quatenus notificant, essent ignota. Insuper principia cognoscimus

nota

nota

substantia

secundum

secundum

secundum

nota  
pzi. solis  
secundis solis  
ter. solis  
quasi solis  
correlatiu

per terminos, ut dicitur primo posteriorum. sed termi-  
ni sunt causa materialis principiorum, igitur cognoscit  
tur per causam materialem: sed causa est propter quid  
sunt idem, igitur eorum potest queri propter quid:  
quoniam potest queri causa materialis, quae est pro-  
pter quid. Dicendum quod principia scientifica ha-  
bere causam, bifariam intelligitur, aut per quam pos-  
sunt demonstrari, aut per quam assentimus ipsis. Tunc  
ad primum, dico ea habere causam, qua assentimus  
ipsis: haec est intellectus sine lumine intellectuale, quod  
est manifestatio ueritatis. sunt etiam termini: quoniam  
per cognitionem eorum principia cognoscimus. Ad  
secundum dicendum, principium scientificum esse sibi-  
ipsi fidem casualiter, quoniam ex cognitione termino-  
rum ei assentimus, non autem formaliter, ut argumētū  
cogit. Ad tertium dicendum, prima principia esse nota  
per se negatiue, quia non per alia: sic non sequitur idē  
esse notū et ignotum. Si enim per se affirmatiue essent  
nota, eadē essent nota et ignota. Ad quartum, con-  
cedo principia cognosci per terminos, et ita per cau-  
sam materialē, non tamen sciuntur per illos, cum per  
illorum cognitionem demonstrari non possint, nec est ue-  
rum quod omnis causa sit propter quid, nisi causa sit,  
per quam aliquid possit demonstrari. Quare licet ter-  
mini sine notiores in genere incomplexorum, non tū sunt no-  
tiores ipsis principijs in genere complexorum: multa  
alia in lib. posteriorū diximus, quae hic praetermittimus.

7 Probabilia autem sunt, quae videntur omnibus aut plurimis, aut sapientibus. & his, vel omnibus, vel plurimis, vel maxime cognititis, & probatis.

Nunc exponit probabiles propositiones. quae po-  
nebantur in definitione dialectici syllogismi, et dicit.  
[Probabilia autem sunt, quae uidentur omnibus, aut plu-  
rimis, aut sapientibus, et] quae probabilia uidentur,  
[his] sapientibus, sunt quae uidentur, [uel omni-  
bus, uel plurimis, uel maxime cognititis, et probatis.]  
Haec Alexander per exempla exponit, nam pro-  
babilis propositio, quae omnibus uidetur, est haec: bonum  
est omne illud quod est eligibile, ut sanitas, diuitiae, et ui-  
ta, omnes enim haec bona dicunt esse eligibilia. Et illa,  
oportet parentes honorare: omnibus enim haec uidentur,  
quae uero plurimis, haec, prudentia diuitijs eligibilior est,  
et illa, corpore anima gloriosior est. Apertius haec, dii  
sunt. Oia enim haec dialectici syllogismi utilia sunt,  
cū fuerint de iis, quae in cōibus opinioibus sunt, sed quo-  
niā syllogismi dialectici aliqui sunt de iis, de quibus nihil  
opinatur multi, sed soli sapientes, rursum syllogismus dia-  
lecticus etiam erit ex iis, quae uidentur sapientibus. Quae  
autem uidentur sapientibus, etiā trifariam sunt. Quoniam  
aut uidentur omnibus sapientibus, uelut hoc, bona animi  
maiora esse bonis corporis: et illud, nihil ex nihilo fit.


Amplius et istud, uirtutes bonas esse. Aut uidentur plu-  
rimis ipsorum sapientum, uelut hoc, uirtutem propter ip-  
sam uirtutem esse: et illud, felicitatem a uirtute fieri, quā  
uis Epicuro non uideatur. Amplius haec, non esse ali-  
quod corpus atomum, neque mundos esse, infinitos: quā  
uis uisa sunt Democrito. Aut tertio probabilia,  
quae sapientibus uidentur, sunt, quae uidentur maxime co-  
gnitis, et probatissimis sapientibus: ut animam esse im-  
mortalē, quod Platoni uidetur: aut quantum corpus es-  
se, quod uidetur Aristoteli. Sed dices, cur ea, quae  
uidetur solis maxime famigeratis ac probatissimis, pro-  
babilia sunt, cum isti paucissimi sint. Assignat causam  
Alexander, et quidem pulchram, quoniam (ut inquit)  
cum isti famigeratissimi ac probatissimi sint, a plurimis  
erunt laudatissimi, et in maxima admiratione habiti: eo-  
rum autem, qui laudatissimi sunt, ac in maxima admi-  
ratione habiti, creditur a plurimis talia esse, quae ab il-  
lis dicuntur: et ita ut illi probatissimi, sic quae ab illis tra-  
duntur, maxime probabilia habentur: et propterea opi-  
niones horum, et propositiones, maxime probabiles esse  
se uidetur, haec generatim Aristoteles tradit de probabi-  
libus: speciatim autem tractat loca, et primas propositiones,  
per quae poterimus probabilia cognoscere. Sed dices, uero dif-  
ferentia. Alexander inquit, probabile a uero non differre, quia  
probabile sit falsum (quoniam sunt aliqua probabilia et  
uera) sed differunt iudicio, quoniam uera sunt quae sunt,  
et uidentur uera: probabilia autem, quae uidentur, et  
censentur uera, licet persape non sint, propter quod pro-  
babilia ut probabilia, nec uera sunt, nec falsa: sed ali-  
qua uera, ut deos esse: aliqua falsa, ut deos omnia posse.  
non enim possunt mala. Quo uero ad uerba attin-  
et, animaduersione dignum: probabilia bifariam esse,  
quemadmodum et ipsa uera. Alia prima, quae non ex  
alijs suam probabilitatem habent: alia secunda, quae ex  
alijs probabilitatem suam acceperunt. Aristoteles pri-  
ma probabilia haec distinxit, quoniam quae secunda  
probabilia sunt, ex iis facile quispiam colligere pote-  
rit. Possunt autem probabilia ad normam hanc ratio-  
ne reducti, nam cum probabilia sint, quae opinatrix uir-  
tus accipit: aut opinatrix uirtus accipit ea ex sensibus  
exterioribus quibus omnes utuntur, et sic sunt probabi-  
lia, quae omnibus uidentur: aut accipit ea ab existimat-  
ua uirtute, quae utuntur plurimi, et sic sunt probabilia,  
quae uidentur plurimis: aut ea accipit ab intellectu, quo  
soli sapientes utuntur, et sic sunt probabilia quae  
uidentur sapientibus: et quia sapientes qui utuntur  
intellectu, trifaria eo utuntur, nam aut utuntur intellectu  
debiliter, et sic ea probabilia habentur, quae uidentur  
omnibus sapientibus, omnes enim saltem debiliter intelle-  
ctu utuntur: aut utuntur eo efficaciter, et sic ea probabi-  
lia habentur, quae plurimis sapientibus apparent: plurimi  
enim efficaciter intellectu utuntur, non autem omnes: aut  
utuntur eo efficacissime, et sic ea probabilia habentur,  
quae uidentur probatissimis sapientibus. Probatissimi  
enim soli intellectu efficacissime utuntur. Sunt qui  
enumerant probabilia ex parte rei, quoniam omne pro-  
babile est sui natura, aut crassum, aut sua natura subti-  
le ac acutum, aut inter haec sua natura mediocre, quod  
sua natura crassum est, probabile, quod omnibus

questio  
ratio  
nota  
dubius  
solus  
dubius  
solus

uidetur esse dicunt, quod inter haec mediocre est,  
probabile, quod uidetur plurimis esse affirmant, quod  
sua natura acutum ac subtile, id uolunt esse probabile,  
quod sapientibus uidetur, quod ulterius subdividunt, quae  
tenus acutum ac subtile potest esse, aut simpliciter acu-  
tum aut magis, aut maxime acutum, quod absolute acu-  
tum est, probabile quod uidetur omnibus sapientibus di-  
citur, quod autem adhuc magis acutum fuerit, probabi-  
le quod plurimis uidetur, appellatur, quod denique acu-  
tissimū, probabile erit, quod solis probatissimis uidetur.  
Quae non bene dicta sunt, cum nullum probabile dica-  
tur, nisi quatenus nobis uidetur, nihil enim altero alte-  
rum suapte natura probabilius est, sed quatenus nos  
probamus. Probamus autem quae nobis uidentur, quod  
uerbum graecum demonstrat, nam probabilia quae grae-  
ce dicuntur εὐδοκία, eadem dici approbata: quae aut  
ab alijs prioribus, uel a nobis sunt approbata, uel apta  
approbari, non autem quae suapte natura probata sunt,  
sive approbata, ideo cum Aristoteles dixit [probabilia  
sunt, quae uidentur] per [uidetur], non ea, quae appa-  
rent sensibus exterioribus, intelligit: sed quae apparent  
opinatrici uirtuti, quae uis probatiua est. Sed occur-  
res, si probabilia sunt, quae uidentur, tunc propositio-  
nes sophisticas dicerentur probabiles, quoniam etiam il-  
le apparent. Dicendum, dialecticas propositiones esse  
probabiles, quia uidentur cum scientia et sine dubita-  
tione: sophisticas autem, quae non cum scientia, sed cum  
dubitatione uidentur: cum uideatur, ut postea dicemus,  
in superficie. Ad haec occurreres, si tot modis diceretur  
probabile, ut in textu habetur, tunc idē posset esse pro-  
babile et improbabile, quoniam quod uidetur sapien-  
tibus, persape non uidetur omnibus, persape enim sapien-  
tibus unum oppositorum uidetur, alterum autem uide-  
tur plurimis hominibus: et ita aliquid poterit esse pro-  
babile sapientibus, et improbabile: quoniam non ab om-  
nibus approbatum. Dicendum, hoc non esse absurdum,  
sed necessarium, saepe enim accidit aliquid esse a sapien-  
tibus omnibus probatum, et non ab omnibus hominibus:  
ut bona animae maiora esse bonis corporis, ab omnibus  
sapientibus probatur, non tamen omnes illud probant,  
quia non qui tyrannos sequuntur, nec hoc ratione ca-  
ret, nam ut in contingentibus, utraque opposita contingit  
esse: ita in probabilibus utraque opposita probari con-  
tingunt.

εὐδοκία δὲ ἐστὶ συλλογισμὸς, ὁ ἐκ πολλοῦ μὲν ἐν-  
δοκῶν καὶ ὀντοῦ δὲ, καὶ ὁ ἐξ ἐνδοκῶν, δὲ ἢ φαι-  
νομένων ἐνδοκῶν φαινομένων.

8 Litigiosus autem, est syllogismus ex iis, quae uidentur probabilia, non sunt autem. Et qui ex probabilibus quidem, aut ex iis, quae uidentur probabilia, est apparens.



Cum descripsisset syllogismum demonstratiuum,  
et dialecticum, in praesenti parte describit syllogismum  
litigiosum, qui dicitur graece ἐρισμὸς, hoc autem facit,  
aut ut omnes syllogismi species completatur, aut ut ap-  
pareat obliquitas eorum syllogismorum, quos descripsit.  
Eristicus enim syllogismus, hoc est, litigiosus, obliquitas  
est dialectici syllogismi, agit ergo de litigioso, ut intela-  
ligatur obliquitas syllogismi dialectici, et quoniam litigiosus  
litigiosus syllogismus non est nisi quia inter disputantes syllogismi  
lis uertitur, non uidetur autem ueritas nisi quando syl-  
logismus peccatum habet, fit ut syllogismus litigiosus de ca-  
catur syllogismus peccans, et quoniam potest peccare  
in tribus: aut in materia tantum, hoc est, in propositio-  
nibus, ut cum ambae propositiones non fuerint probabi-  
les, sed apparenter probabiles: aut in forma tantum,  
ut cum ambae propositiones fuerint probabiles, sed  
coniugatio non est syllogistica: aut in materia et ma-  
teria, ut cum propositiones fuerint apparenter pro-  
babiles, et coniugatio fuerit non syllogistica, ideo fit,  
ut litigiosus syllogismus sint tres, et hoc tangit, et dicit,  
[Litigiosus autem, est syllogismus] scilicet in forma.  
[ex iis, quae uidentur probabilia, non sunt autem] uelut  
hoc. Quae cum loqueris, ex ore eueniunt, currum lo-  
queris, currum igitur ex ore euenit. In hoc enim syllogis-  
mo propositiones uidentur probabiles, uidetur enim pro-  
babile id omne, quod loquimur, ex ore euenire, et etiā  
uidetur probabile, currum loqui, non tamen sunt pro-  
babilia, quoniam maior pro uoce probabilis est, quo-  
niam omnem uocem, quam loquimur, ex ore euenire: pro  
re, quam uox significat, maior falsa est. Similiter minor,  
nam si currum pro uoce acceperimus: currum loqui-  
mur, si pro re, non est uerum currum nos loqui. Sunt et  
a v

litigiosus  
syllogismus





gizant, [sunt paralogismi ex his, que sunt circa aliquas disciplinas peculiarias,] hoc est, ex principis falso modo acceptis, aut diminute sumptis. Conueniunt itaque demonstratio et pseudographus, quoniam ambo sunt ex quibusdam principis propriis, ac peculiaribus alicuius scientie. Differunt autem, ut statim subscribet, quoniam demonstratio est ex principis alicuius scientie ueris, aut falso acceptis, aut diminute sumptis, ut patebit. Deinde exemplificat de scientiis, ex quarum principis sunt, et dicit, [Quomodo in geometria,] in [cognatis huius scientie,] scilicet geometria, [accidit habere.] Nam demonstratio et pseudographus sunt ex quibusdam principis propriis, et accommodatis his scientiis, et per cognatas scientias geometria, intelligit [ut Alexander exponit] arithmetica, quoniam et hec circa quantitatem uersatur, sed discretam: et astrologiam, et perspectiuam, et mechanicam: utitur enim haec principis geometricis.

Α αὐτὸν γὰρ τὸν τρόπον οὗτος διαφέρει τῶν ἐπιπέδων συλλογισμῶν. οὐτὲ γὰρ ἐξ ἀληθείας καὶ πρῶτον συλλογίζεται αὐτὸ ψευδογραφῶν, οὐτὲ ἐξ ἐπιπέδων. εἰς γὰρ τὸν ὅρον οὐκ ἐπιπέδα. οὐτὲ γὰρ τὰ πρῶτα διορίζεται λαμβάνει. οὐτὲ τὰ τοῖς πλεονέκτοιν. οὐτὲ τὰ τοῖς ἰσοπέδοις, οὐτὲ τῶν τοῖς πλεονέκτοιν. οὐτὲ τῶν ἐπιπέδων, οὐτὲ τῶν ἰσοπέδων. οὐτὲ τῶν ἐπιπέδων, οὐτὲ τῶν ἰσοπέδων. οὐτὲ τῶν ἐπιπέδων, οὐτὲ τῶν ἰσοπέδων.

12 Videtur autem hic modus differre a dictis syllogismis. Nam neque ex ueris, & primis syllogizat pseudographus, neque ex probabilibus. Non enim in definitione cadunt, neque enim que omnibus videntur, sumit, neque que pluribus, neque que sapientibus, & his, neque que omnibus, neque que plurimis, neque que probatissimis: sed ex peculiaribus quidem disciplina sumptis, non ueris autem syllogismum facit.





Cum accepisset conuenientiam inter pseudographum, et demonstratum, in presenti parte ponit differentiam inter pseudographum ex una, et demonstratum, et dialecticum ex alia, et dicit, [Videtur autem hic modus] hoc est, haec species syllogismi, que dicitur pseudographus [differre a dictis syllogismis,] et exponit syllogismos, a quibus differunt, et dicit, [Nam neque ex ueris et primis syllogizat pseudographus,] uelut demonstratio syllogizat. Cuius causam assignat Alexander, quoniam impossibile est ex ueris falsum inferri [neque ex probabilibus,] pseudographus syllogizat, cuius causam assignat, et dicit, [Non enim in definitione] subaudi, probabilium, cadunt ea, ex quibus pseu-

dographemata syllogizantur, ut Alexander exponit. Et causam adhuc assignans, dicit, [Neque enim que omnibus uidentur sumit, neque que pluribus, neque que sapientibus, et his neque que omnibus, neque que plurimis, neque que probatissimis sumit [sed ex peculiaribus] principis [quidem] alicuius discipline sumptis, non ueris autem syllogismum facit.] Per que patet syllogismum pseudographum differre a syllogismo demonstratiuo, et a dialectico.

ὅμοιο γὰρ τὸ τὰ ἡμισυκίρια περιγυφῆσαι μὴ ὡς ὁ εἶναι γραμμὰς τινὰς ἀγαμὴν ὡς ἀπὸ ἀρχοῦ καὶ τῶν παραλογισμῶν ποιῆται.

13 Nam eo quod aut semicirculos describit non, ut oportet: aut lineas aliquas ducit, non ut ducendae sunt, paralogismum facit.

Cum dixisset pseudographum syllogizare falsum ex principis alicuius scientie falso acceptis, aut diminute sumptis, exemplificat in geometria, et dicit, [Nam eo quod aut semicirculos describit non, ut oportet,] ut cum accipit eos non eiusdem circuli, et syllogizat eos esse equales, [aut lineas aliquas ducit] a centro circuli [non ut ducendae sunt, paralogismum facit,] ut cum alteram a centro circuli rectam, alteram curuam ducit, et syllogizat, quod sint equales. Animaduersione dignum pro dilucidatione horum exemplorum, in geometria esse duo principia per se nota, quorum alterum est hoc, uide licet. Omnes semicirculi eiusdem circuli sunt equales, uerbi causa, a et b, semicirculi sunt aequales, qui sunt equales. Alterum uero principium est. Omnes lineae rectae ductae ab eodem centro ad circumferentiam sunt aequales: ut o c, o d, o e, o f. Omnes enim sunt aequales, quoniam sunt rectae, ductae ab eodem centro o, ad circumferentiam. Si quis igitur accipiat haec principia falso et diminute, faciet in geometria paralogismum. uerbi causa, si prima accipiat hoc pacto, omnes semicirculi sunt equales: et non addiderit, eiusdem circuli, paralogizabit hoc pacto. Omnes semicirculi sunt equales: a et b sunt semicirculi: igitur a, et b, sunt equales. Falsum enim concludit, quoniam accipit semicirculos non eiusdem cir-



A cili, sed dicitur foris circumcolorum. Sin autem secundum principium accipiet hoc modo, omnes lineae ductae ab eodem centro ad circumferentiam eiusdem circuli sunt equales, et non addiderit, rectae, paralogizabit hoc pacto, omnes lineae ductae ab eodem centro ad circumferentiam eiusdem circuli sunt equales: a, et b lineae, sunt lineae ductae ab eodem centro ad circumferentiam eiusdem circuli sunt equales: quod falsum est, quoniam non sumptis a et b ambas rectas, sed a rectam, et b curuam, ideo sunt inaequales. Sed occurres, cum huiusmodi paralogismi peccent in materia, sumit enim falsa, apparenter tamen probabilis, alioquin non paralogizarent: quo modo differunt a litigioso, qui est obliquitas dialectici syllogismi. Et dicendum [ut Alexander exponit] et apparet per ea, que hic Aristoteles dicit, quod litigiosus procedit ex falsis, apparenter tamen probabilibus: communibus, non autem propriis alicuius scientie. Pseudographi uero sine paralogismi procedunt ex propositionibus falsis, apparenter probabilibus, propriis tamen alicuius scientie, ut geometria, uel naturalis philosophia. Quod uero ad uerba attinet, animaduersione dignum, Aristoteles hos syllogismos, qui ex falsis principis, et propriis alicuius scientie paralogizant, appellasse pseudographos, et paralogismos: ea uero falsa que sita, que paralogizant, appellasse pseudographemata. Pseudographos enim graece latine possunt dici syllogismum mendacium, uel falsidicum uno uerbo. Paralogismus uero est genus falsidicorum, quoniam etiam litigiosum si dicuntur paralogismi, dicitur autem παραλογισμός, quasi iuxta syllogismus, uel praeter syllogismus, latine uero caullis, siue caullatorius syllogismus: pseudographemata autem dicuntur que sita falsa, que falsidici syllogismi syllogizant: ueluti sophismata, que sita sophistorum syllogismorum: problemata que sita dialecticorum syllogismorum. Ex his patet, quid sit syllogismus falsidicus, qui dicitur pseudographus. Est enim paralogismus ex principis alicuius scientie falso acceptis syllogizans. Secundo patet, falsidicum syllogismum esse ueluti speciem litigiosam, ac paralogismi, quoniam falsidicus fit ex principis alicuius scientie propriis falso acceptis, apparenter tamen. At litigiosus et paralogismus fit non ex propriis alicuius scientie: sed ex communibus, apparenter tamen probabilibus. Parmenidis enim

caullus dicitur litigiosus siue paralogismus, quatenus peccat in materia et forma: pseudographus autem, quatenus accipiebat principia falso sumpta alicuius scientie. Syllogismus etiam Brissonis similitudine dicebatur litigiosus, et pseudographus. Amplius, pseudographus differit a litigioso, quoniam litigiosus est obliquitas dialectici, pseudographus est obliquitas demonstratiui syllogismi. Sed quare, in quo libro logica agit de pseudographo. Dicendum, quod quatenus est species litigiosa, agit de eo in elenchis: quatenus est obliquitas demonstratiui agit de eo in libro Posteriorum, capite de ignorantia, quoniam dicitur syllogismus ignorantie.

Εἶναι μὲν οὖν τὴν συλλογισμῶν ὡς τύπος περιγυφῆσαι, εἶναι τὰ ἐπιπέδα, καὶ ὁλοὺς δ' ἐπιπέδων πάντων τὴν εἰρημίαν, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα ἰσοπέδοις, ἐπὶ τοσούτου ἤμισυ διωριζόμενα. Διότι περὶ οὗτοιοῦτοῦ τῶν ἀκριβῆς λόγου ἀποδοῦναί τε προσηγορεύεται. ἀλλ' ἔσορ τι τῶν περὶ αὐτῶν βεβαιώματα δὲ ἐπιπέδων, πῶς ἐκείνη ἡγοῦμαι ἰκανῶν καὶ τὰ ἀποδοῦνα μὲν εἶναι τῶν ἀκριβῆς γωνιῶν, εἰ δὲ ἄλλο τι τῶν περὶ αὐτῶν ἐκείνη δὲ ποιῆσαι.

14 Species igitur syllogismorum, ut figuratim sit complecti, sint dictae, summatim autem dicendo de omnibus praedictis, & de his, que postea sunt dicenda, in tantum nobis determinatum sit, eo quod de nullo eorum exactam rationem assignare elegimus, sed aliquantum figuratim de his uolumus pertransire, omnino sufficiens arbitrandis esse secundum propositam methodum posse cognoscere quoquo modo vnum quodque illorum.

Epilogat, et proponit que postea est dicturus, ut se continet ad sequentia, et dicit, [Species igitur syllogismorum, ut figuratim sit complecti] ac accipere, [dictae sunt,] et dixit figuratim, uel quia non diligenter definitiones harum specierum [ut Alexander inquit] assignauit: aut quia reliquit syllogismum temerarium, et non exposuit eum, ut Alexander etiam exponit: aut quia reliquit enthymemata, exempla, et inductiones, que argumentorum species sunt. Accipit autem species pro modis syllogizandi, qui non proprie species sunt, et exponit, que dixit, et que dicenda, et quo modo dixit, et dicit, et inquit [summatim autem dicendo de omnibus praedictis] speciebus syllogismorum, [et de his que postea dicenda] de nouo [sunt, in tantum] modo de speciebus syllogismi [sit determinatum,] donec de aliis dicemus. Dico de dictis speciebus, et de aliis posterus dicendis esse determinandum summatim et figuratim [eo quod de nullo eorum] que dicta sunt, et dicenda [exactam rationem] ac definitionem [assignat]

nota

Substantia sollicita

substantia

solus

nota

nota

nota

G gnare elegimus] sed superficiali descriptionem. Deinde explicat modum quo dicitur est, ut se continet ad sequentia. Et dicit, [sed aliquantulum figurat] hoc est, exemplariter [uolumus pertransire] postea, ea, que simul additur, ueluti exemplariter de speciebus diximus et repetendo, ea que dicta sunt per exempla, et addendo alia etiam per exempla. Reddit causam, et dicit, [omnino sufficiens arbitrans esse secundum propositam methodum] hoc est, secundum propositam artem, que dicitur topica [posse cognoscere quoquo modo unumquodque illorum] hoc est, unumquodque eorum, que dicenda sunt, igitur diximus summam de speciebus syllogismorum, et dicimus iterum summam et per exempla, etiam de aliis. Quod uero ad uerba atinet, de syllogismis, ut Alexander inquit, diligenter egit in prioribus, quoniam illic egit quomodo fiat, et secundum quod figurat, et quod syllogismi in unaquaque figura, et qui perfecti, et qui imperfecti, qui ostentant, quoniam dicentes ad impossibile, qui categorici, quoniam hypothetici: qui syllogistici, quoniam asyllogistici. de his omnibus in Prioribus. De demonstrationibus uero et de definitionibus in Posterioribus. docet etiam de definitionibus in metaphysica. At hic meminit de his omnibus, sed si perfectaliter. Si enim aliquis que in illis dicta sunt, hic referret, non seruaret rationem dialecticam, que ut diximus ex probabilibus syllogizat. Sed circa ea, que hic dicuntur, queritur: propter quid assignat in syllogismis, qui sunt dialectici duas obliquitates, uidelicet alteram contra materiam, alteram contra formam, cur non assignat duas obliquitates contra syllogismi demonstrationem. Secundo queritur, sicut docet pseudographos, qui peccant contra illam partem definitionis demonstrati, que est esse ex ueris, cur non docet alios pseudographos, qui peccant contra alias particulas definitionis, que sunt esse ex necessariis, esse ex immediatis, esse ex prioribus, esse ex notioribus, et esse ex causis?

nota.

H per exempla, etiam de aliis. Quod uero ad uerba atinet, de syllogismis, ut Alexander inquit, diligenter egit in prioribus, quoniam illic egit quomodo fiat, et secundum quod figurat, et quod syllogismi in unaquaque figura, et qui perfecti, et qui imperfecti, qui ostentant, quoniam dicentes ad impossibile, qui categorici, quoniam hypothetici: qui syllogistici, quoniam asyllogistici. de his omnibus in Prioribus. De demonstrationibus uero et de definitionibus in Posterioribus. docet etiam de definitionibus in metaphysica. At hic meminit de his omnibus, sed si perfectaliter. Si enim aliquis que in illis dicta sunt, hic referret, non seruaret rationem dialecticam, que ut diximus ex probabilibus syllogizat. Sed circa ea, que hic dicuntur, queritur: propter quid assignat in syllogismis, qui sunt dialectici duas obliquitates, uidelicet alteram contra materiam, alteram contra formam, cur non assignat duas obliquitates contra syllogismi demonstrationem. Secundo queritur, sicut docet pseudographos, qui peccant contra illam partem definitionis demonstrati, que est esse ex ueris, cur non docet alios pseudographos, qui peccant contra alias particulas definitionis, que sunt esse ex necessariis, esse ex immediatis, esse ex prioribus, esse ex notioribus, et esse ex causis?

dubia.

Ad primum quidam dixerunt, ideo contra syllogismum dialecticum duas obliquitates assignasse, quoniam dialecticus addit aliquid supra formam syllogismi in eo quod inferens, uidelicet, habitudine locale, qua non addit syllogismus demonstratiuus. Sed hanc responsio nihil est quoniam si dialecticus addit aliquid supra formam syllogismi inferens, demonstratiuus etiam addit aliquid, ut habitudinem necessariam. Melius igitur dicendum, quod peccatum syllogismi potest esse quo ad materiam, et quo ad formam. Peccatum forme est commune omnibus syllogismis, quoniam est contra rationem syllogismi, ut syllogismus est, peccatum materie, est unicuique proprium, in dialectico quidem, contra probabilitatem: in demonstratiuus, contra ueritatem. Tacuit igitur in demonstrationibus obliquitates contra formam, quoniam eam exposuit in syllogismis dialecticis, quoniam cum illa sit communis omnibus syllogismis, non curauit eam hic repetere: quoniam satis intelligitur per id quod dictum est in dialecticis. Hanc enim demonstratio est peccans in forma. Omnis homo est animal, omnis equus est animal, igitur omnis equus est homo. Est enim ex ueris et necessarius, non tamen syllogizat, quoniam peccat contra formam syllogismi, ut syllogismus. Tacuit igitur, quoniam

fo. ad p. 10.

Ad primum quidam dixerunt, ideo contra syllogismum dialecticum duas obliquitates assignasse, quoniam dialecticus addit aliquid supra formam syllogismi in eo quod inferens, uidelicet, habitudine locale, qua non addit syllogismus demonstratiuus. Sed hanc responsio nihil est quoniam si dialecticus addit aliquid supra formam syllogismi inferens, demonstratiuus etiam addit aliquid, ut habitudinem necessariam. Melius igitur dicendum, quod peccatum syllogismi potest esse quo ad materiam, et quo ad formam. Peccatum forme est commune omnibus syllogismis, quoniam est contra rationem syllogismi, ut syllogismus est, peccatum materie, est unicuique proprium, in dialectico quidem, contra probabilitatem: in demonstratiuus, contra ueritatem. Tacuit igitur in demonstrationibus obliquitates contra formam, quoniam eam exposuit in syllogismis dialecticis, quoniam cum illa sit communis omnibus syllogismis, non curauit eam hic repetere: quoniam satis intelligitur per id quod dictum est in dialecticis. Hanc enim demonstratio est peccans in forma. Omnis homo est animal, omnis equus est animal, igitur omnis equus est homo. Est enim ex ueris et necessarius, non tamen syllogizat, quoniam peccat contra formam syllogismi, ut syllogismus. Tacuit igitur, quoniam

fo. nota.

Ad primum quidam dixerunt, ideo contra syllogismum dialecticum duas obliquitates assignasse, quoniam dialecticus addit aliquid supra formam syllogismi in eo quod inferens, uidelicet, habitudine locale, qua non addit syllogismus demonstratiuus. Sed hanc responsio nihil est quoniam si dialecticus addit aliquid supra formam syllogismi inferens, demonstratiuus etiam addit aliquid, ut habitudinem necessariam. Melius igitur dicendum, quod peccatum syllogismi potest esse quo ad materiam, et quo ad formam. Peccatum forme est commune omnibus syllogismis, quoniam est contra rationem syllogismi, ut syllogismus est, peccatum materie, est unicuique proprium, in dialectico quidem, contra probabilitatem: in demonstratiuus, contra ueritatem. Tacuit igitur in demonstrationibus obliquitates contra formam, quoniam eam exposuit in syllogismis dialecticis, quoniam cum illa sit communis omnibus syllogismis, non curauit eam hic repetere: quoniam satis intelligitur per id quod dictum est in dialecticis. Hanc enim demonstratio est peccans in forma. Omnis homo est animal, omnis equus est animal, igitur omnis equus est homo. Est enim ex ueris et necessarius, non tamen syllogizat, quoniam peccat contra formam syllogismi, ut syllogismus. Tacuit igitur, quoniam

proximo capite explicauit, quoniam in omnibus communis error est contra formam. Ad secundum dicendum, quod peccatum contra principia propria ueris, complectitur omnes alias obliquitates, quoniam si non est ex ueris, principis, propriis, non est ex necessariis, nec ex primis, neque ex causis, neque ex notioribus, et ceteris id genus. Secundo dubitatur, quoniam non uidetur falsidicus syllogismus posse procedere ex uis principis, que sunt peculiaris, et propria alicui scientie. non enim falsa possunt esse peculiaris alicui scientie. At falsidicus ex falsis procedit. Potest dici falsidicum procedere ex uis que sunt propria alicui scientie, quo ad terminos, non autem quo ad propositiones.

fo. ad p. 10.

du. 3.

solutio.

du. 4.

nota.

Tertio dubitatur, quoniam Aristoteles in hoc libro pertractabit multa per definitiones: sed omnis est ratio exacta, et non superficialis. Anbmaduertendum, quod Aristoteles in presenti textu tria fecit. epiloga, ut, cum dixit, [Species igitur syllogismorum,] assignauit modum procedendi, tam cum quem seruauit in uis, que dixit, quoniam quem seruabit in uis, que dicitur esse postea: et asserit se circa dicta processisse summam, et figurat. Et circa dicenda etiam se uelle dicere summam et figurat. [Summam autem.] Tertio, inuit se uelle dicere multa alia, ultra ea que dicta sunt, et omnia figurat et uia superficiali. Ad rationem uero dico, quod definitiones bifariam sunt, aut que dantur per essentialia et propria rei principia, et tales dicuntur exacte rationes, de quibus metaphysicus agit. Alie sunt, que dantur per probabilia, ut cum dicitur problema esse speculationem, conclusionem esse probatam propositionem, et id genus, et tales sunt superficiales, et non exacte. et de his agemus in hoc libro.

Επομένως δ' ἐν τῷ εἰρημένῳ ἐπιπέδῳ, πρὸς τὸ ὅτι τὴν ἑξῆς χρισμῶς ἡ παραμυθία.

DE DIALECTICAE UTILITATE.

15 Consequens autem erit iis, quae dicta sunt, dicere, & ad quot, & quae utile sit hoc negotium.

Cum dixisset, quis sit dialecticus syllogismus, et in quo ab aliis differat, consequenter ad quot et ad quae uilis sit dialectica, demonstrat, nam, ut Alexander inquit, qui utilitatem de dicendis praecognoscunt, promptiores sunt ad illa assequenda, est secunda ratio longe melior: quoniam potest dici dialecticam esse inutilem ad philosophiam, cum utatur syllogismus ex probabilibus factis, quibus non utimur in philosophia, nam in philosophia utimur demonstrationibus, que sunt ex ueris, et necessariis: ut igitur ostendat dialecticam etiam utilem esse ad philosophiam, nunc praesens caput aggreditur, nam ut Alexander inquit, ex hoc loco patebit dialecticam esse utilem ad philosophiam, et ad uerorum inuentionem, et ita scietur praesens negotium non esse extra philosophiam, uel fortasse utilitatem nunc aggreditur, quoniam ut Aristoteles inquit in tertio libro rhe-

no.

A toricorum, sunt tres proemii partes, intentio, ordo, et utilitas. quoniam per intentionem, redditur auditor attentus: per ordinem uero, docilis, et facilis: per utilitatem, beneuolus. cum igitur compleuisset intentionem tam uersatilem, quam particularem, et ordinem et modum procedendi, nunc de utilitate consequens erit dicere, nam sic complebitur proemium. unde dicit, [Consequens erit iis, quae dicta sunt] de ordine, et intentione, [dicere, et ad quot et ad quae uile sit hoc negotium,] quod dicitur dialectica, nam sic complebitur proemium.

Ἔσι δ' ἡ πρὸς τῶν ὁρῶν ἡ μυσία, ὡς τὸς τὰς ἐπιπέδῳ, πρὸς τὰς ἑξῆς χρισμῶς ἡ παραμυθία.

16 Est itaque ad tria, ad exercitationes, ad colloquia, ad eas (quae secundum philosophiam sunt) disciplinas.

Cum dixisset dialecticam esse utilem, nunc exponit ad quae sit uilis, et dicit, [Est itaque] dialecticum negotium utile ad tria, uidelicet [ad exercitationes, ad colloquia, ad eas (quae secundum philosophiam sunt) disciplinas.] et per exercitationes, quas Aristoteles graece γυμνασίας uocat, ut Alexander exponit, intelligit exercitationes, quae sunt in differendo et disputando. Sunt enim exercitationes confictus gymnici, qui in ludo lituario fiunt. Aut potest intelligi per exercitationes conatus, qui fiunt ad utranque problematis partem: erat autem (ut Alexander inquit) consuetudo haec species conatus antiquis. Antiqui enim quidam plures tales conatus faciebant, non in libris sicut in presentiarum, nondum enim erant tunc libri. Sed in conuentu, nam aliqua posita positione, in discussione illius se exercebant ex probabilibus argumentando. Et sunt libri de conatibus ab Aristotele, et a Theophrasto scripti, qui continent conatus in contra positione ex probabilibus. uult igitur Aristoteles, ad huiusmodi exercitationem, quae dicitur conatus, esse praesens negotium, quod est dialectica, uile, quoniam hic traditur locorum cognitio, per quam poterimus facile de omni proposito syllogizare. et per colloquia, quae Aristoteles graece ἐπιπέδῳ nuncupat, quae in translationibus ueteribus obuiationes dicuntur, conuersationes, ut Alexander exponit, quae sunt consueculando, aut conuiuendo. nam cum in huiusmodi conuersationibus occurrat quicquam, aut recreationis, aut alicuius utilitatis gratia differendum, per praesens negotium satis facile contrahari potest, ueluti non raro contingit in mensa Ferdinandi primi salernitani principis, querit enim persepe ipse problema satis pulchra, et digna perscrutatione, nam ingenii dexterritate satis pollet, quae nec discutere, nec pertractare potuissimus, nisi dialecticam percelleremus. et per, secundum philosophiam disciplinas, intelligit naturalem, moralem, logicam, et metaphysicam.

Cum dixisset, quis sit dialecticus syllogismus, et in quo ab aliis differat, consequenter ad quot et ad quae uilis sit dialectica, demonstrat, nam, ut Alexander inquit, qui utilitatem de dicendis praecognoscunt, promptiores sunt ad illa assequenda, est secunda ratio longe melior: quoniam potest dici dialecticam esse inutilem ad philosophiam, cum utatur syllogismus ex probabilibus factis, quibus non utimur in philosophia, nam in philosophia utimur demonstrationibus, que sunt ex ueris, et necessariis: ut igitur ostendat dialecticam etiam utilem esse ad philosophiam, nunc praesens caput aggreditur, nam ut Alexander inquit, ex hoc loco patebit dialecticam esse utilem ad philosophiam, et ad uerorum inuentionem, et ita scietur praesens negotium non esse extra philosophiam, uel fortasse utilitatem nunc aggreditur, quoniam ut Aristoteles inquit in tertio libro rhe-

ἔτι μὲν οὖν πρὸς ἡμῶν ἡ μυσία, ὡς τὸς τὰς ἐπιπέδῳ, πρὸς τὰς ἑξῆς χρισμῶς ἡ παραμυθία.

17 Quod igitur ad exercitacionem sit utile, ex his perspicuum est. Methodum enim habentes, facile de proposito argumentari poterimus.

Exponit illa tria, et primo quomodo praesens negotium sit utile ad exercitacionem, quae in ludo lituario fit, et dicit, [Quod igitur ad exercitacionem sit utile, ex his perspicuum est,] quae statim subscribit, et dicit, [Methodum enim] hoc est cognitionem locorum habentes, facile de omni [proposito] problemate, pro quauis parte illud asseratur ad respondente, [argumentari poterimus.] nam ut in rhetoricis exercitacionibus, qui locis abundant, facile in omni proposito dicere possunt, sic (ut Alexander inquit) in dialecticis, qui cognitionem locorum habent, propositionibus facile abundant, ex quibus facile argumentari ex probabilibus poterunt.

πρὸς δὲ τὰς ἐπιπέδῳ, δὴ τὰς τῶν ὁρῶν κατὰ τὴν μυσίαν, ὡς τὸς τὰς ἐπιπέδῳ, πρὸς τὰς ἑξῆς χρισμῶς ἡ παραμυθία.

18 Ad colloquia uero, eo quod multorum annumerantes opiniones, non ex extraneis, sed ex propriis dogmatibus sermocinabimur contra eos, transmutantes quicquid non bene uidentur nobis dicere.

Secundo ostendit quomodo praesens negotium sit utile ad colloquia, quae fiunt in conuersationibus, et dicit, [Ad colloquia uero, eo quod annumerantes,] hoc est, considerantes numeratim, et ad amussim [multorum] aliorum [opinionem,] qui in conuersatione sunt, [non ex extraneis, sed ex propriis dogmatibus,] hoc est, ex consensu ab eis, quae conceduntur secundum propria dogmata, [sermocinabimur contra eos, transmutantes,] hoc est, consutantes [quicquid non bene uidentur nobis dicere.] Quod uero ad uerba atinet: per dogmata, doctrinas uel sectas intelligit, ut sunt secta Epicurea, Stoica, Academica, Peripatetica, Cinica, et id genus, haec enim dogmata dicuntur graece, latine doctrina, aut secta. Argumentum autem quod fit ex propriis dogmatibus, est argumentum factum ex uis, quae conceduntur in dogmate, extranea uero, dogmata sunt, ea, quae sunt concessa in alia secta, ut si quis contra Stoicos argumentaretur ex eis, quae conceduntur in dogmate peripatetico. uerbi causa, ut Alexander exponit, si in conuiuio occurrat de uoluptate sermo cum aliquo epicureo, qui asserat uoluptatem bonum esse, querat peripateticus ab eo: numquid bonum bonos faciat, sicut album albos et calidum

nota.

nota.

nota.

G dum calidos: et respondebit statim quod sic non enim potest hoc negare. hoc posito, statim interroget: si uoluptas uideatur ipsi bonos facere, accipiet certe quod non faciat. manifestum est enim omnibus hoc. Colliget igitur ex concessis ab eo, quae illi probabilia sunt, uoluptatem non esse bonum. hoc enim sequitur ex propositionibus, quas ille concessit, ut probabiles sibi. Simili modo in ceteris fieri potest, quoties in colloquiis occurrerint. Hunc modum tenuit Plato in Symposio, et in omnibus dialogis.

Προς δὲ τὰς ἡμετέρας φιλοσοφίας ἐπισήμας ὅτι οὐκ ἐπιμένει πρὸς ἀμφοτέρωθεν ἀναφορᾷ, ἢ ὅτι ἐκαστοῖς κατ' ἰδίαν τὰ ἀληθινὰ τε καὶ τὸ ψεῦδος.

19 Ad secundum philosophiam autem disciplinas, quoniam potentes ad utraque dubitare, facile in singulis intuebimur verum & falsum.

H Tertio ostendit, quomodo praesens negotium sit utile ad disciplinas, quae sunt secundum philosophiam, et ostendit hoc duabus rationibus. de prima ratione dicit, [Ad disciplinas autem, quae sunt secundum philosophiam] praesens negotium utile est, [quoniam potentes ad utraque] hoc est, ad utranque partem problematicam [dubitare] ex probabilibus [facile in singulis intuebimur] tandem [uerum et falsum] hoc est, tandem discernemus uerum a falso, nam tunc ex probabilibus syllogizabimur nunc ad unam, nunc ad alteram partem, donec ad ueritatis iudicium deuenimus. per dialecticam enim inuenire poterimus, quatenus ad utranque partem syllogizamus, in quarum altera ueritas est. per Analyticam iudicamus de altera inuentionis parte, quae uera est. Unde Alexander inquit, potentes enim persuasibilia considerare, quae pro utraque contradictionis parte inducuntur, facile inueniunt in qua contradictionis parte ueritas est, quemadmodum enim iudex, cum utranque partem intellexerit, iustitiam facile cognoscet: ita et in questionibus, quae secundum philosophiam sunt, plerumque non est facile ueritatem iudicare, nisi prius in utranque partem contradictionis interposuerimus. Concordat autem his, quod Plato dicit in Parmenide, cum inquit, Assuefacite ipsum, ac exerceat quousque inuenis eris in dialectica, quae cum inutilis uideatur esse, a compluribus etiam ἀεὶ ἴσα, hoc est, garrulitas, siue nugatio uocatur. Sin autem non te in ea exerceueris, ueritas te fugiet. Amplius, qui scit naturam persuasibilem, quae pro utraque parte persuadent, praereligit aliquando uera a non ueris propter comparationem illorum adinuicem. Ad haec, inuentionem eorum quae uerissima sunt, quae ueritas quidem persuasibilia sunt, promptior ad ueritatis inuentionem est. Praeterea (ut etiam Alexander inquit) quemadmodum corporis exercitium arte factum bonam corporis habitudinem efficit, sic et animae exercitium in disputationibus bonam animae habitudinem facit: bona autem animae ualido, quae propria animae est, dialecticae potentia est, secundum quam inuenitur ac iudicatur ueritatis est.

Quare dialectica, per quam disputationes fiunt, utilis est ad ueritatis cognitionem.

Εἰ δὲ πρὸς τὰς πρώτας ἐπισημασθῆναι ἐπισημασθῆναι ἀρχῶν ἐκ μὲν γὰρ τῶν οὐκ ἐπισημασθῆναι πρὸς τὸ εἶναι ἐπισημασθῆναι ἀρχῶν, ἐκ δὲ ἕτερον ἐπισημασθῆναι πρὸς τὸ εἶναι ἐπισημασθῆναι ἀρχῶν, ἀνάγκη περὶ αὐτῶν διελεῖσθαι. τὸ γὰρ ἐπισημασθῆναι ἀρχῶν, ἀνάγκη περὶ αὐτῶν διελεῖσθαι. τὸ γὰρ ἐπισημασθῆναι ἀρχῶν, ἀνάγκη περὶ αὐτῶν διελεῖσθαι.

20 Adhuc autem ad prima eorum, quae in uinaquaue disciplina sunt principia. Nam ex propriis secundum propositam disciplinam principis, impossibile est dicere aliquid de ipsis, eo quod prima principia sunt omnium. Sed per ea, quae sunt circa singula probabilia, necesse est de illis transigere. Id autem proprium, maxime peculiare dialecticae est. Cum enim sit inquisitiua, ad omnium methodorum principia uiam habet.

Hic ponit secundam rationem, quod ualeat ad disciplinas, quae sunt secundum philosophiam: et syllogismus componitur: Valens ad cognitionem ueritatis primorum principiorum, quae sunt in unaquaue disciplina, est utilis ad omnes disciplinas, quae sunt secundum philosophiam: Dialectica ualeat ad cognitionem ueritatis primorum principiorum, quae sunt in unaquaue disciplina: igitur est utilis ad disciplinas, quae sunt secundum philosophiam. De ratione asserit minorem, et dicit, Adhuc autem ad prima principia [de numero] eorum, quae in unaquaue disciplina sunt, ualeat dialectica ipsa: haec est minor, quam probat ex eo, quia nulla scientia specialis potest probare sua principia, oportet enim ea probare per principia notiora, et sic illa non fuissent principia prima, et etiam esset processus in infinitum. Cum igitur non possint probari per ea, quae sunt propria scientiae, cuius sunt prima principia, cum ab aliquo negabuntur, oportebit ea probare per communem facultatem, quae uiam habet ad omnia: haec autem dialectica est, quare utilis est ad cognitionem ueritatis primorum principiorum. Probat ergo minorem, et inquit, [Nam ex propriis principis,] quae sunt [secundum] propositam disciplinam,] cuius ueritatem principiorum quae rimus. [Impossibile est aliquid dicere] syllogizando, aut demonstrando [de ipsis,] quoniam nullus artifex per propositiones sui generis potest demonstrare principia sui generis, et dixit, [Ex principis] sui generis: quoniam per propositiones a posteriori demonstratio ne signi nihil prohibet, ut Auerroes autumat contra Aristonem. Sed probatio a signo dialectica est, cum sit

A loco ab effectu. Quod ad uerba attinet, principia scientiarum in multiplici sunt differentia. Quoniam quaedam sunt communia omnibus scientiis, ut illa quorum terminus, ex quibus constant, communes sunt omnibus scientiarum terminis: ut de quolibet dicitur esse, uel non esse, et de nullo ambo. Quaedam autem quae pluribus scientiis communia sunt, ut ea, quorum terminus, ex quibus constant, pluribus scientiis communes sunt, ut si ab aequalibus aequalia demas, cetera quae remanent sunt aequalia. Hoc enim commune est naturalis philosophiae, quoniam si ab aequalibus temporibus aequalia tempora demas, cetera tempora quae remanent aequalia sunt: et arithmeticae, quoniam de numeris sicut de temporibus uerum est: et geometriae, quoniam et de magnitudinibus uerum est. Quaedam sunt propria uni scientiae, ut in naturali philosophia, motus est, et plura mobilia sunt: et haec bifariam sunt, aut communia omnibus conclusionibus demonstratis in ea scientia, cuius sunt, et dicuntur suppositiones, uel petitiones: aut uni conclusioni tantum, et dicuntur propositiones immediate demonstratae. Aristoteles igitur intelligit per principia prima, quae sunt in unaquaue disciplina, prima principia tertio modo, siue fuerint suppositiones, siue propositiones demonstratae: haec enim in scientia cuius sunt, demonstrari non possunt, et assignat causam, et inquit, [eo quod sunt prima principia omnium] eorum quae in scientia cuius sunt, per ipsa demonstrantur. Sed dices, si non possint demonstrari ex propriis scientiae principis, cum negabuntur: a quo demonstrari poterunt? exponit, et respondet, et inquit, [Sed per ea quae sunt circa singula probabilia] hoc est, circa singulas partes omnium problematicum probatur: quales sunt dialecticae propositiones, quae sunt communes omnibus communitate applicationis, [necessae] est neganti, [de illis] principis transigere. id autem proprium maxime peculiare dialecticae est. Cuius causam subdit, et dicit, [Cum enim sit inquisitiua] ac cuiusque contradictionis partis inuentiua, [ad omnium methodorum] hoc est, facultatum et artium principia uiam probat uiam [habet]. Quod uero ad uerba attinet, animaduerte Alexandrum aliter exponere uerba illa: [Sed per ea, quae sunt circa singula probabilia] intelligit enim per inductiones, quae ex singularibus probant uniuersales. Causa autem, quoniam maxima fides de principis per inductionem fit, aut saltem ex propositionibus, quae per inductionem probantur uerbi causa, in tertio Physicae auscultationis, hoc principium: nullum corpus est infinitum, neganti, per dialecticam sic probat Aristoteles. Nullum determinatum in terra est infinitum: omne corpus determinatum in terra: igitur nullum corpus est infinitum, maior et minor per inductionem, fidem habent. Amplius, in geometria haec ut principia ponuntur. Superficies est, quae solum longitudinem et latitudinem habet: Linea, quae longitudinem sine latitudine: Punctus uero, cuius nulla pars est.

Contra haec principia aliqui instant, contra primum quidem, quoniam impossibile est esse aliquam magnitudinem, quae solum duas distantias habeat. Contra secundum uero, quia nulla magnitudo solum unam distantiam habere potest. Contra tertium uero, quoniam punctus nihil est, quoniam nihil est, a quo non possit aliquid inueniri,

uel cui non possit aliquid addi et fieri maius et minus, ut Eleates Zeno assererat. Contra haec obicitur sic. Omnis finis est aliud quid ab eo, cuius est finis: quod per inductionem patet: Superficies est corporis finis, linea superficiei, et punctus lineae finis: igitur superficies aliud est a corpore, et linea a superficie, et punctus a linea. minor est probabilis, quare superficies non potest habere profunditatem, quoniam cum sensu pateat eam habere longitudinem, et latitudinem, si haberet profunditatem, esset corpus. nec linea latitudinem, cum sensu pateat eam habere longitudinem: si haberet latitudinem, esset superficies. nec punctus habet longitudinem, esset enim linea. igitur punctus est, cuius pars non est.

Aut forsasse Aristoteles per ea, quae sunt circa singula probabilia intelligit omnia loca, quibus probari possunt principia contra negantes, ut est locus ab omnibus singularibus, quo constat inductio: locus ab effectu, quo constat demonstratio signi: locus a contrario, quo constat syllogismus hypotheticus: locus a conditionali, quo etiam constat syllogismus hypotheticus: et per concessa ab aduersariis, quae sunt probabilia ei, ex quibus fiunt syllogismi dialectici, per omnia enim haec, quae dialectica sunt, probari possunt scientiarum principia, contra eos qui illa negabunt. Et licet Aristoteles loquatur de principis propriis cuiusque disciplinae: tamen ampliari potest sermo ius de omnibus principis et primi et secundum ordinis: illa si negabuntur, dialecticis rationibus probari possunt contra negantes, ut Aristoteles fecit in metaphysica contra eos qui negant illud principium, de quolibet dicitur esse uel non esse. Recte igitur dicit, cum ait, [Cum enim] dialectica [sit inquisitiua], hoc est, inuentiua utriusque partis cuiusque problematicae, [habet uiam] scilicet probandi [ad principia omnium methodorum] hoc est, omnium scientiarum, quoniam ex aliquo loco potest argumentari contra eos, qui negant principia quaecumque.

Εξο μὲν δὲ τελείως τὴν μέθοδον, ὅταν ὁμοίως ἐχόμενον, ὡς πρὸς τὴν ῥητορικὴν καὶ ἰατρικὴν καὶ ἄλλοις τοῖς τεχνικῶν δυνάμεων, τὸ πρὸς τὸ εἶναι τὸν εὐχόμενον ποιεῖν ἢ προαίρεσθαι, οὐκ ἔστι γὰρ οὐδὲν ἄλλο πρὸς τὸ εἶναι τὸν εὐχόμενον ποιεῖν ἢ προαίρεσθαι, οὐδὲν ἄλλο πρὸς τὸ εἶναι τὸν εὐχόμενον ποιεῖν ἢ προαίρεσθαι, οὐδὲν ἄλλο πρὸς τὸ εἶναι τὸν εὐχόμενον ποιεῖν ἢ προαίρεσθαι.

21 Habemus autem perfecte methodum, quando perinde habebimus, ac in rhetorica, & medicinali, & huiusmodi facultatibus. Hoc autem ex iis, quae contingunt facere, quae eligimus. Nam neque rhetor omni ex modo persuadent, neque medicus sanabit: sed si ex iis, quae contingunt nihil omiserit, sufficienter eum disciplinam habere dixerimus.

Hic textus uno modo potest legi, quod uelit Aristoteles



teles soluere dubitationem. nam dictu est, dialectica esse utilem ad exercitationes: quoniam qui dialecticam metho- dum callet, facile poterit in exercitationibus destrue- re, uel construere omne problema: & ad colloquia, quo- niam dictum est, quod qui dialecticam calluerit, potest redarguere in colloquiis eum, qui alterius fuerit secte: & ad disciplinas secundum philosophiam, quoniam di- ctum est, quod qui dialecticam calluerit, potest probare principia omnium scientiaru neganti ex concessis ab eo. Modo dubitatur, quoniam uidemus dialecticu eum, qui dialecticam callet, non semper destrucere, aut construc- re omne problema in exercitationibus, neque semper in colloquiis redarguere eum qui est alterius secte, neque semper probare principia neganti ex concessis ab eo, & hoc propter tres causas: aut propter debilitatem pro- positionum, ex quibus dialecticus syllogizat: aut pro- pter respondentis proteritatem: aut propter problema- tis, quod syllogizatur, difficultatem. Soluit, nos posse ha- bere perfecte methodum dialecticam, quando eam ha- buerimus, ueluti perfectus rhetor habet rhetoricam, & perfectus medicus habet artem medendi. Modo rhetor potest habere perfecte rhetoricam, & perfecte dicere, & non persuadere: & medicus potest habere perfecte medicinalem facultatem, & ex arte sufficienter curare aliquem, & tamen non sanabit: igitur dialecticus potest perfecte habere dialecticam methodum, & perfecte ea uti, qui tamen non probabit. Habebit igitur medicus per- fecte medicinalem facultatem, & perfecte utitur arte, & si non sanauerit, si in curando nihil praetermiserit ex iis que fieri possunt in arte: & rhetor poterit habere per- fecte artem dicendi, & perfecte dicere, & si non per- suadebit, quoniam si dicit nihil praetermittendo de iis, que fieri possunt in arte, perfecte dicit, & artem perfecte habebit. unde dicit, [Habemus autem perfecte methodu] dialecticam [quando perinde habebimus] eam, [ac] si peritus [in rhetorica, & in medicinali, & in ceteris] hu- iusmodi facultatibus, [habet tales facultates, uel harum aliquam]. Exponit autem quo modo sit habere perfe- cte has facultates, & dicit, [Hoc autem] scilicet habe- re, & uti perfecte talibus facultatibus, [est facere, quod eligimus] id est, que appetimus facere, [ex iis, que con- tingunt,] hoc est, ex possibilibus in arte, non autem est inducere opus, & explicat causam, & dicit, [Nam ne- que rhetor omni ex modo persuadere, neque medicus sa- nabit: sed si ex iis, que contingunt, nihil omiserit, sufficien- ter eum disciplinam habere dixerimus.] Quod uero ad uerba attinet, per huiusmodi facultates, intellexit (ut Alexander inquit) omnes eas facultates, que sunt circa aliqua, quibus ad aliquod opus possumus bene, & male uti, ut sunt rhetorica, medicinalis, dialectica, militaris, nau- tica, pastoralis, agricultura, & cetera id genus. Hec enim uersantur circa quedam, quibus bene & male uti- do, aliquando euenit opus, cuius gratia utimur eis: aliqua- do etiam si recte usi fuerimus, non accidit opus. Vel (ut Alexander inquit) per huiusmodi facultates, intelligit omnes artes, que ad opus perficiendum sunt inuenta.

no  
ratio

no est medicus sit medicus, & qui est medicus no sit medi- cus. quonia sanas se penumero & qui non sunt medici ali- quos aegros, & medici no sanant, quado egritudo fue- rit maior auxilio medicinali. propter quod recte Alexan- der inuit diuisionem, quod sunt artes quedam que se- cundum determinatas uias, opus necessario faciunt for- tuna nullo pacto fauente, ut adificatus, & tectoria, & statuaria, & pictoria, & id genus: & artifices, qui a- gunt ex iis artibus, non dicuntur habere perfecte ar- tem, nisi cum utuntur eis que ad opus ordinantur, neces- sario opus perficiunt. Et alie sint, que licet secundum de- terminatas uias, & ordinatas procedant, non tamen o- pus perficiunt, nisi fortuna fauente, & in talibus non o- portet semper sequi opus, gratia cuius artifices operantur. causa autem, quoniam in iis concurrunt fortuna, & iis sequitur finem talium artium non esse opus, sed bene or- dinare omnia que possunt facere ad opus, aut nihil pra- termittere de iis que sunt possibilia pro opere.

Vterius sequitur, finem dialectici non esse inducere opinionem, ac fidem facere, siue probare, sed bene loqui ad inducendam opinionem: sicut finis oratoris non est persuadere, sed bene dicere ad persuadendum.

περωτο ου θεωρητικον εν τινω η μεθοδου εδδλ λδ εκει μιν προς ποσα και ποσα. κω εν τινω δε λογοι κω πωσ τω ευπορητικω. εχου μιν εν ικανω το προκειμενον.

DE PARTIBVS QVIBVS DIA- LECTICA CONSTET.

22 Primum igitur considerandum, ex quibus est methodus: nam si sum- pserimus ad quot, & qua, & ex quibus orationes sunt, & quomodo his abundemus, habebimus sufficienter propositum.

Cum perfecisset proceum, nunc accedit ad nar- rationem, in qua, ut mihi uidetur, tria facit. Nam primo determinat de syllogismo dialectico, quatenus ordinatur ad secundum philosophiam disciplinas, quod erat tertia utilitas dialectica. Secundo determinat de syllogismo dia- lectico, quatenus ordinatur ad colloquia, & ad redar- guendum in colloquiis, que fuit secunda utilitas: & hac pars incipit in principio octauo. Tertio determinat de syllogismo dialectico, ut ordinatur ad exercitationes, que erat prima utilitas, & hac pars incipit etiam in octauo, ibi [ad exercitationem.] Et differendo de syllo- gismo quatenus ordinatur ad secundum philosophia di- sciplinas, agit de eo dupliciter: uno modo determinando de ipso in communi, & in suis uniuersalibus principis no- contrahendo eum ad aliquod problema determinatum, & hoc pacto agit de eo theoretice magis. Alio modo de- terminando de eo, contrahendo ipsum ad determinatum diuersa problemata, & hac determinatio, cum sit secun- dum usum eius, dicitur practica potius, & incipit libro secundo. Circa prima parte, primo premitit intentio

no

no

no

no

no

no

A non, & dicit, [Primum igitur] scilicet in hoc primo li- bro theoretice [considerandum ex quibus est methodus] una expositio est, que mihi placet. [methodus] hoc est, syllogismus dialecticus, [ex quibus] scilicet materiis, tam ex quibus, quam circa quas propinquas, & remotas. & quia tacuit formam de qua dictum est libro prioru, quasi assignans causam cur solli de syllogismo dialectico uult agere quo ad materias, scribit, [nam si sumpserimus ad quot] scilicet genera problematum. non enim intelligit ad quot particularia, quia illa sunt infinita, [et] ad [que] hoc est, ad quidia problemata, secundum specifi- cam rationem. non enim qui scit problemata esse quatu- or genere, scit qualia sunt specie, per que tetigit mate- rias circa quas, que sunt problemata, nam sicut materia, circa quas est demonstratio, sunt questiones, que sunt aequales numero his, que scimus, & materia circa quas est syllogismus sophisticus, sunt sophisticata: ita materia circa quas est syllogismus dialecticus, sunt problemata. Deinde tangens materias ex quibus, subscribit. [et] ex quibus orationes] hoc est syllogismi dialectici, & indu- ctiones sunt, per que tetigit materias ex quibus propin- quas, scilicet propositiones, & remotas, scilicet terminos, qui sunt quatuor, uidelicet, genus, accidens, proprium & definitio, [et] quomodo his, [scilicet] syllogismis, uel his propositionibus [abundemus] & tetigit loca, que sunt sedes argumentorum [habebimus] sufficienter pro- positum] hoc est, syllogismum dialecticum quo ad om- nia, que attinent ad presentem librum. Et fortasse per methodum, ut Alexander exponit, intelligit artem dialecticam, que dicitur topica: ut sit sensus, [primum] scilicet in primo libro] igitur considerandum, [que] sunt illa omnia, [ex quibus] hoc est, per que [methodus] hoc est, uniuersa topica est, & exponit quod sunt tria, propo- sitiones & termini, ex quibus orationes ta syllogistica qua- inducitur sunt: problemata circa quot & qualia ora- tiones tales sunt: & loca quibus abundamus propositio- nibus & syllogismis. nam per haec tria propositum, hoc est, sufficienter omnia requisita ad methodum habebun- tur. Hac est expositio Alexandri, que satis bona est, per que inuit Alexander tria esse, quibus dialecticus dicitur perfectus in arte sua, ut uidelicet sciat, ex quibus dia- lecticae orationes, hoc est, terminis, & propositionibus co- stent, circa quot problemata genere & qualia specie o- rationes dialectica uersentur, & quomodo abundamus propositionibus, & syllogismis. His enim habetur perfe- cta methodus, qua dialecticus erit perfectus. non enim spectat ad eum scire formam syllogismorum, de quibus dictu est in prioribus, ueluti nec ad perfectum postero- risticum spectat scire formam demonstratiuorum syllo- gismorum: sed propositiones quot, & qua, & predica- ta ex quibus demonstratio constat. Quo uero ad rem attinet, animaduersione dignum, problema bifaria accipi, aut antequam sit ad alteram partem determina- tum, & hoc pacto problema est materia circa quam syl- logismi dialectici, & inductiones sunt, alio modo potest accipi, ut determinatum ad alteram partem, & sic est propositio ex qua sunt orationes dialecticae, dixit au- tem [sufficienter,] non quod alii libri superfluant, sed quoniam erit sufficienter dictum de methodo, quo ad eam partem, que est de dialecticis orationibus, in genere

theoretice, non autem quo ad usum, de quo in aliis libris. D  
εστ δε αρθμα ισα και τε αυτα εε ωντε οι λογοι  
C περι ων οι συλλογισμοι γινονται μεν γαρ οι λογοι εν τω προταστω. περι ων δε οι συλλογισμοι, τα προβληματα εστ, ποσα δε προτασις, κω ων αρθβλημα, η γενε, η ιδιοι, η συμβε- βηκος δ κλω κω γαρ πλω διαφορε ωσ οσαν γε κωιρ, δμα εω γενει ταυτε ου.

23 Sunt itaque numero aequalia, & eadem ea, ex quibus orationes, & de quibus syllogismi. Fiunt enim ora- tiones, ex propositionibus, de quibus autem syllogismi fiunt, proble- mata sunt. Omnis autem propositio, & omne problema, aut propriu, aut genus, aut accidens indicat. Et- enim differentia cum sit generalis, cum genere ordinanda est.

Nunc prosequitur, & declarat quid problema sit de quo dialectici syllogismi sunt, & quid propositio ex qua sunt syllogismi dialectici, & quot sint propositio- nes atque problemata, & quoniam modo propositiones & problemata se habent inter se, ante uero quam decla- ret, quot sunt problemata & propositiones, & quomo- do differant, ponit talem conclusionem, Ea ex quibus fiunt orationes, & syllogismi dialectici, & ea de quibus fiunt orationes, & syllogismi dialectici sunt aequalia numero, quoniam quatuor, & eadem quo ad substantiam. unde dicit, [Sunt autem numero aequalia,] quoniam quatuor, [et] eadem, ex quibus orationes, & ea [de quibus syl- logismi] sunt. & licet Aristoteles haec diuisim protule- rit, legenda sunt copulatum, hoc modo. Ea ex quibus, & ea de quibus sunt orationes & syllogismi dialectici, sunt aequalia numero, & substantia eadem. Et intelligit per ea ex quibus, materiam ex qua, & per ea de quibus, ma- teriam circa quam: & per orationes, possumus intellige- re disputationes: & per syllogismos, argumenta, quibus utimur in disputationibus. Deinde syllogizat conclusio- nem, & facit hunc syllogismum. Omnis propositio, & omne problema, aut proprium, aut genus, aut accidens significat: ea ex quibus, & ea de quibus sunt orationes & dialectici syllogismi sunt problemata, & propositio- nes: igitur ea ex quibus, & ea de quibus orationes & syllogismi sunt, significant aut genus, aut proprium, aut accidens. De ratione primo minorem, deinde maiorem assignat more Graecorum, qui minorem primo loco affe- runt, & dicit, [Fiunt enim orationes] hoc est, disputatio- nes, [Ex propositionibus, de quibus autem syllogismi sunt problemata sunt,] & debet haec minor legi copulata hoc modo: ea ex quibus, & de quibus fiunt orationes & dialectici syllogismi, sunt problemata & propositio- nes: que est minor. Deinde tangit maiorem, & dicit, [Omnis autem propositio, & omne problema, aut propria- um, aut genus, aut accidens indicat.] igitur ea ex qui- bus, & ea de quibus orationes & dialectici syllogismi

Sunt significant aut proprium, aut genus, aut accidens.

Sed dices, hic syllogismus non uidetur ad propostum: nam conclusio erat, ea ex quibus, & ea de quibus sunt syllogismi, & orationes dialecticae sunt numero & substantia eadem. At syllogismus Aristotelis probat ea ex quibus, & ea de quibus orationes & syllogismi sunt, significant eadem, quoniam aut genus, aut proprium, aut accidens: & sic conclusio presentis syllogismi non conuenit cum propostita conclusione. Dicendum, huic rationi esse supplendum, hoc pacto, quaecumque significat idem, sunt numero & substantia eadem. sicut conclusio nem proximi syllogismi, uel aliquid ei equiuadens, uide licet, sed ea ex quibus & ea de quibus sunt orationes dialecticae, & syllogismi, significant eadem: igitur sunt numero equalia, & substantia eadem. Et certe hunc textum pace Alexandri, & ceterorum expositorum dixerim, pauci intelligunt. Sed remouet dubitationem, quonia quis possit dicere non esse uerum, quod omnis propositio, omneq; problema, aut proprium, aut genus, aut accidens significat, quoniam propositio in qua praedicatur differentia, est problema & propositio, quae tamen non significat genus, uel proprium, uel accidens. Respondet, & dicit. [Et enim differentia cum sit generalis, cum genere ordinanda est. Quod autem ad rem attinet, animaduersione dignum quod Aristoteles (ut Alexander inuauit) per huiusmodi discursum probauit numerum problematum, & ista problema esse tria per inductionem significauit: un de inductio secundum Alexandrum est haec. Problema omne significat aliquod horum trium, & nullum est aliud praeter haec tria, igitur tria sunt problema. Sed dices, cur potius differentia est generalis, & ad genus reduci tur, quam aliud praedicatum? Respondet Alexander, quoniam differentia est in substantia eius, de quo praedicatur sicut & genus: & est in pluribus, & de pluribus differetibus, sicut & genus: & solum ab ipso genere differt eo, quia non praedicatur in eo quod quid est. Sed adhuc dubitabis cur de specie nihil dicit. Respondet Alexander & assignat duas causas, prima est, quoniam hic agit de praedicatis, quatenus sunt partes definitionis: ex eisdem enim propositio, & definitio est: at species non est pars definitionis, sed illud quod definitur: genus autem & differentia partes definitionis sunt, proprium & accidens partes descriptionis. Melius autem assignat causam, quoniam uel species praedicatur de pluribus differentibus specie, uel solum de differentibus numero, si de differentibus specie, est idem quod genus, uel generale. Si solum de pluribus differentibus numero, non est praedicatum problematicum, sed subiectum omnium praedicatorum. Sed ego dubito contra Alexandrum, quoniam differentia est duplex: quaedam, quae conuertitur cum specie: & quaedam generalis, quae ad genus reduci tur: igitur non est bene dictum Aristotelem praetermisisse differentiam, quia reduci tur ad genus, cum sit aliqua differentia quae reduci tur ad speciem. Potest dici pro Alexandro, quod sicut differentia generalis comprehenditur cum genere, ita differentia specifica conuertitur cum specie specialissima: & quia species non est praedicatum, sed subiectum praedicatorum, ideo praetermisit differentiam, quae cum specie conuertitur, quia non est praedicatum. Fortasse dici potest Aristotelem non accepisse hic genus proprie (ut Alexander existimat) sed pro omni generali praedicato, & siue pro omni superiori, & sic inter praedicata continentur species, subalterna saltem, & differentia, cum sint superiora ad aliqua. Melius de his postea.

Alexander existimat) sed pro omni generali praedicato, & siue pro omni superiori, & sic inter praedicata continentur species, subalterna saltem, & differentia, cum sint superiora ad aliqua. Melius de his postea.

ἔπειτα δὲ τὸ ἴδιον τὸ μὲν ὅτι ἢ ἔναι σμικροῦν, τὸ δὲ οὐ σμικροῦν, διηκρίσθη τὸ ἴδιον εἰς ἀμφοτέρους προσημύλλια μέρη, καλεῖσθαι τὸ μὲν ὅτι ἢ ἔναι σμικροῦν, ὅρος δὲ λοιπὸν, καὶ τὴν κοινὴν περιεχόντων ἀποδοθέντων ὀνομασίων προσαγορευθέντων ἴδιον. διὰ τοῦτο ἔκ τῶν εἰρημένων, ὅτι καὶ τὴν αὐτῶν διαφέρουσαν, τέσσαρα τὰ πάντα συμβαίνει γίνεσθαι, ἢ ἴδιον, ἢ ὅρος, ἢ γένος, ἢ σμικροῦν.

24 Quoniam autem proprii hoc quidem quod quid erat esse significat, illud autem non significat, diuidatur proprium in utraque praedictas partes, & uocetur illud quod significat quod quid erat esse, terminus: reliquum uero secundum communem de ipsis assignatam nominationem, nuncupetur proprium. Manifestum igitur ex iis, quae dicta sunt: quoniam secundum presentem diuisionem, quatuor omnia accidit fieri, aut proprium, aut terminum, aut genus, aut accidens.

Sed circa dicta Aristoteles remouet dubitationes tres, quarum prima est, Quia non uidetur numerus praedicatorum esse sufficienter traditus, & ita nec numerus problematum, quoniam communiter ab omnibus praedicata enumerantur quatuor. Respondet, praedicata esse tria prima diuisione: quatuor uero, si diuidatur proprium in duo, & dicit. [Quoniam autem proprii, hoc quidem quod quid erat esse significat, illud autem non significat] quod quid erat esse, sed accidens cum specie conuertibile: [diuidatur proprium in utraque praedictas partes] hoc est, in duo membra, quae dicta sunt: quod aliud significet quod quid erat esse, aliud uero non, [et uocetur illud quod significat quod quid erat esse, terminus.] hoc est, definitio, quae ideo dicitur proprium, quoniam uni soli, omni, & semper competit. [Reliquum uero secundum communem de ipsis assignatam nominationem nuncupetur proprium.] hoc est, alterum membrum, quod est accidens competens omni soli & semper, dicitur nomine communi, quod dicitur de utroque proprii significato, & dicitur proprium carentia nominis specialis. Tunc ex his concludit solutionem, & dicit. [Manifestum igitur ex iis, quae dicta sunt, quoniam secundum presentem diuisionem] quae est subsidiaria, & non secundum primum, quatuor omnia accidit fieri, aut proprium, aut terminum, aut genus, aut accidens. quare quatuor sunt problema, & quatuor praedicata. Aristoteles igitur probauit quatuor esse problema, & quatuor esse praedicata inductione. Alexander, hoc idem

*Subiecto*

*Subiecto*

*Subiecto*

*Subiecto*

*Subiecto*

*Subiecto*

A. probat syllogismo. Quoniam cum omne problema habeat praedicatum, quod de subiecto aliquo praedicatur: uel in substantia illius inest, de quo praedicatur, uel non. Si quidem quod praedicatur de subiecto, inest in illius substantia, uel ut genus, uel ut definitio praedicatur, & non aliter: si autem praedicatur, & non inest in substantia eius, de quo praedicatur, praedicabitur aut ut proprium, aut ut accidens, & non aliter. Quare omne praedicatum erit, aut genus, aut definitio, aut proprium, aut accidens.

ἢ ἴδιον, ἢ ὅρος, ἢ γένος, ἢ σμικροῦν. τῶν κατὰ αὐτὸ λεγόμενων, πρῶτα σὺν ἢ προβλημὰ ἐστίν. ἄλλ' ὅτι ἀπὸ τούτων καὶ τὰ προβλημὰ τὰ αὐτὰ πρῶτα σὺν γίνονται.

25 Nemo autem nos opinetur dicere quod unumquodque horum secundum se dictum propositio uel problema sit: sed quod ex iis & problema & propositiones fiant.

Hic soluit secundam dubitationem. Nam cum problema enumerasset pro numero praedicatorum, posset quis credere problema esse praedicata enumerata, remouet hoc dubium, & dicit. [Nemo autem nos opinetur dicere, quod unumquodque horum secundum se dictum propositio, uel problema sit.] licet pro numero horum sint problema enumerata, [sed quod ex his & problema & propositiones fiant.] & propterea pro numero alium enumerata sunt problema. Causa autem (ut Alexander inquit.) quia ad hoc ut aliquid horum fiat propositio, uel problema, oportet addere uerbum & subiectum, qui enim dicit, homo, aut animal, aut risibile, nisi dixerimus, Socrates est homo, uel homo est animal, uel homo est risibilis, non est propositio, uel problema.

Διαφέρει δὲ τὸ προβλημὰ καὶ ἡ πρότασις ὅτι πρότερον οὗτος μὲν γὰρ ἰδέσθαι, ἀρχὴν τὸ εἶναι καὶ ὅτι ἴδιον, ὅρος μὲν ἐστὶν ἀνθρώπου καὶ ἀρχὴν τὸ εἶναι γένος ἐστὶ τὸ ἀνθρώπου, πρότασις γίνεσθαι. ἔπειτα δὲ πρῶτον εἶναι καὶ ὅτι ἴδιον ὅρος μὲν ἐστὶν ἀνθρώπου ἢ οὐ, πρόβλημα γίνεσθαι. ὅμοιος δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ὅτι ἐκόντας ἴσα ὅτι ἀρχὴν μὲν τὰ προβλημὰ καὶ ἡ αὐτὰ πρῶτα σὺν ἐστίν, ἀπὸ πάντων γὰρ πρῶτα σὺν, πρόβλημα ποιήσας μεταλλάσσάντων ὅτι πρότερον.

26 Differunt autem problema & propositio modo, nam cum sic dicitur, putas ne animal gressibile bipes, definitio est hominis? & putas ne animal genus est hominis? propositio fit, si autem: utrum animal gressibile bipes, definitio sit hominis, an non? problema fit, similiter autem & in aliis. Quare equalia numero pro-

blemata, & propositiones sunt. Nam ab omni propositione problema efficitur mutans modum.

Hic soluit tertiam dubitationem, quia primo primum & primo posteriorum Aristoteles uoluit propositionem esse genus problematicum: hic autem dicit propositiones & problema esse eadem numero, & equalia. Respondet, quod problema & propositio dialectica idem sunt secundum rem: & differunt prolatione, quoniam propositio profertur sine conuentione disiunctiua cadenti inter partes contradictionis: problema uero profertur cum conuentione disiunctiua cadenti inter contradictionis partes. unde patet solutio, nam libro primum & posteriorum accepit propositionem fuisse, pro quodam communi ad propositiones omnes syllogisticas, hic accepit propositionem pro dialectica tantum, & dicit, [Differunt autem problema & propositio modo, scilicet profertur, sed re idem sunt.] Nam cum sic dicitur, putas ne animal gressibile bipes, definitio hominis est? & putas ne animal genus est hominis? propositio fit, ubi patet talem propositionem sine disiunctiua cadenti inter contradictionis partes profertur. [si autem, utrum animal gressibile bipes, definitio est hominis, an non? problema fit] ubi patet tale problema profertur disiunctiua cadenti inter contradictionis partes [similiter] ut inquit [et in aliis] problematicis & propositionibus dicendum est. Tunc ex iis concludit quo modo problema, & propositiones se habeant inter se, ac quo modo inuicem comparentur: & dicit, [Quare merito equalia numero problema & propositiones sunt.] cuius causam repetit, & dicit, [Nam ab omni propositione problema efficitur, mutans modum & formam interrogandi. Verum ut Alexander addit, propositio & problema non solum prolationis modo, sed re differunt: quoniam propositio est interrogatio responsionis, ut sumat consensum, ex quo intendit syllogizare, problema uero est interrogatio contradictionis, non ut ex altera parte capta argumentetur, sed ut contrariam partem, quam opinatur ac fatetur, fiant syllogismi. Quare utrumque est interrogatiuum, propositio quidem consensum, ut ex illo syllogizet, problema alterius partis contradictionis, ut contra eam argumenta faciat. Aristoteles autem non curauit facere hanc differentiam, quoniam infra faciet. Sed occurret, si propositio & problema utrumque sit interrogatio, cur propositio est interrogatio incompleta, in qua solum altera pars explicatur, problema uero interrogatio completa, in qua explicatur utraque pars contradictionis. Secunda dubitatio est, quoniam si dialectica propositio est interrogatio, cum ex interrogatione non fiat syllogismus, tunc ex propositione dialectica, non fiet syllogismus. Tertia dubitatio, propositio dialectica est propositio interrogata, igitur non interrogatio. Breuius ut ex his quae dixit Alexander patet, primo inter propositionem dialecticam, & problema dialecticum duplex differentia est ex parte rei, & ex parte modi profertur: ex parte rei, quoniam propositio dialectica est interrogatio responsionis quae nihil aliud est, quam interrogatio alterius

*710A*

*Subiecto*

*Subiecto*

*Subiecto*

*Subiecto*

*Subiecto*

*Subiecto*

partis contradictionis, qui enim interrogat respon- sionem, interrogat consensum alterius partis...

Ex ad p... scilicet ad p... Nota ad p... Nota ad p...

eternitatem definitionis & convertibilitatem cum re...

Αλεξάνδρου δὲ τὸ δόξος, τὸ γένος, τὸ ἴδιον, τὸ συμ-

DE TERMINO.

27 Dicendum autem quid terminus, quid proprium, quid genus, quid accidens: est itaq; terminus...

Cum accepisset problema & propositiones esse numero equalitas, & substantia eadem, & hoc ex eo quia predicata...

Nota ad p... Nota ad p...

A quinto, de proprio, at ultimo libro sexto de definitione.

Quidam dixerunt Aristoteli prout egiſſe de definitione, quo ad intentionem, quoniam uideatur definitio finis categoriarum...

Nota ad p... Nota ad p... Nota ad p...

sub oratione significantur, quaedam definiuntur.

Cum descripsisset terminum, nunc ut Alexander dicit, Aristoteles declarat, quot modis definitio assignatur...

Nota ad p... Nota ad p...

ὅσοι δὲ δπως οὐκ ὀνόματα πλὴν ἀπόδοσιν ποιούσι...

29 Quicunq; autem quolibet modo nomine assignationem faciunt: manifestum, quoniam non assignant rei definitionem...

Sed dubitatur et iunior, utrum sicut definitio assignari possit de nomine, & de oratione: ita contra nomen assignari possit de nomine...

Nota ad p...

28 Assignatur autem aut oratio pro nomine, aut oratio pro oratione. Possibile enim est, & eorum quae...





Exemplum nunc probat hanc particulam, soli inesse, et hanc particulam, semper inesse, per consensum hominum, qui de proprio ipso uerba fecerunt, et dicit, [Nemo enim proprium dicit, quod contingit alii inesse, ut homini dormire] igitur per communem hominum consensum, patet proprium inesse soli, et non alii. deinde probat se eundem, et dicit, [Neque quidem si forsitan per aliquid quod tempus inesse soli,] igitur per consensum hominum oportet, ut in sit semper.

Εἰ δ' ἄρα τὴν ἰσοπέθειον τὴν τοιοῦτον ἴδιον, οὐχ ἁπλοῦς, ἀλλὰ ποσὴ, ἢ πρὸς τὴν ἰσοπέθειον, ἴδιον, τὸ μὲν γὰρ ἐν δὴ ἰσοπέθειον, ποσὴ ἴδιον ἐστὶ, τὸ δὲ ἴδιον, πρὸς τὴν ἰσοπέθειον, τυχρὰν λέγει, ἡ μὲν οὖν, ἴδιον, πρὸς τὴν ἰσοπέθειον, ἡ δὲ ἴδιον, οὐ δὲ τὴν ἰσοπέθειον, ἀλλὰ τὴν ἰσοπέθειον, οὐ δὲ τὴν ἰσοπέθειον, ἀλλὰ τὴν ἰσοπέθειον, ἐπὶ καὶ ἴδιον, ἡ δὲ ἰσοπέθειον, ἐπὶ καὶ ἴδιον.

33 Si autem forte dicatur aliquod talium proprium, non simpliciter, sed aliquando, vel ad aliquid proprium dicitur. Nam ex dextris quidem esse, aliquando proprium est. Bipes autem, ad aliquid proprium est dictum, ut homini ad equum, & ad canem. Quod autem eorum quae contingit alii inesse, nullum conuersum praedicatur manifestum est. non enim necessarium est, si aliquid dormit, hominem esse.

Sed occurret aliquis, nam consuetudo loquendi dicitur, ut quaedam propria dicantur, quae non semper insunt, et etiam quaedam quae non soli. Respondet, et dicit, [Si autem forte dicatur aliquod talium proprium] uidelicet quod non semper, nec soli inesse, respondet tale esse dicendum, aut secundum quid temporis, aut secundum quid relationis. et hoc exponit, et dicit, [sed aliquando dicitur proprium] hoc est secundum quid temporis, [uel ad aliquid] hoc est, uel secundum quid relationis: haec exponit exemplis, et dicit, [Nā ex dextris quidem esse aliquando proprium est] uidelicet cum homo magistratū agit, tunc enim sedendo, et ambulando ex dextris esse debet, non autem alio tempore hoc inerat. [Bipes autem, ad aliquid proprium est dictum,] quoniam secundum quid relationis [ut homini] propriū est esse bipedem, non simpliciter, sed ratione habita [ad equum, et ad canem,] qui quadrupedes sunt, non autem comparatione ad aues. Ultimo ostendit alteram particulam per alteram, hoc est, quod proprium in sit soli et non alii, quia praedicatur conuersum, et dicit, [Quod autem eorum quae contingunt alii inesse, nullum conuersum praedicatur, manifestum est,] exemplo, [non enim necessarium est, si aliquid dormit, hominem esse,] quare cum proprium conuersum praedicatur, oportet, ut in sit soli. Haec de proprii definitione.

DE GENERE.

γένος δὲ ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν ἰσοπέθειον, ἡ δὲ ἰσοπέθειον, ἡ δὲ ἰσοπέθειον, ἡ δὲ ἰσοπέθειον.

34 Genus autem est, quod de pluribus, & differentibus specie in eo quod quid est, praedicatur.

Nunc de genere, et quidem prius quam de accidente, quoniam genus cum definitione magis conuenit. et dicit, [Genus autem est, quod de pluribus et differentiibus specie in eo quod quid est, praedicatur.] Sed dices si praedicatur de differentiibus speciebus, igitur de pluribus, quare superfluum dicitur de pluribus: propterea uerbum, et tenetur expositiue, uidelicet pro, id est, ut sit sensus, de pluribus, hoc est, de differentiibus specie: et sic non superfluum, quoniam alterum alterius est expositiue. Est autem bona haec definitio, quoniam ut Porphyrius, et Alexander exposuerunt, per illam particulam differentiibus specie, differt genus a specie speciatissima, quae solum de differentiibus numero praedicatur: per illam uero, in eo quod quid est, genus differt a proprio, a differentia, ab accidente, et a definitione. proprium enim et accidens et differentia in quale praedicatur, definitio autem partim in quid, partim in quale, quoniam constat ex genere quod praedicatur in quid, et ex differentia, quae praedicatur in quale. Differt etiam a definitione, quoniam definitio praedicatur in eo quod est quod quid erit esse, hoc est, conuenit, et conuertibiliter de re, cuius est: at genus non praedicatur conuertibiliter.

Ἐν τῷ τὴν ἐστὶ δὲ κατὰ τὴν ἰσοπέθειον, ἡ δὲ ἰσοπέθειον, ἡ δὲ ἰσοπέθειον, ἡ δὲ ἰσοπέθειον.

35 In eo quod quid est praedicari ea dicantur, quaecunque conuenit eos, qui interrogati sunt, reddere quid est quod propositum est: quemadmodum de homine conuenit eos, qui interrogati sunt quid id est, quod propositum est, dicere, quoniam animal.

Nunc probat alteram particulam, quae ponebatur in definitione generis, uidelicet quod genus praedicatur in quid: et syllogismus est. Quae respondentur ad interrogationem factam per quid, in quid praedicatur: genus respondetur ad interrogationem factam per quid: igitur genus in quid praedicatur. De ratione primo tangit maior, et dicit, [In eo quod quid est praedicari ea dicantur,] hoc est, dici consueuerunt, et nunc secundum consuetudinem dicantur, [quaecunque conuenit eos, qui interrogati sunt, reddere quid est, quod propositum est,] per quae uult habere maiorem, uidelicet. Quae respondentur ad interrogationem factam per quid, in quid praedicatur: quam maiorem non probat, sed sumit tantam concessam ab omnibus, qui loquuntur de praedi-

catu. ex usu enim loquentium haec maior perspicua est. Deinde tangit minorem in exemplo, et dicit, [quemadmodum de homine conuenit eos, qui interrogati sunt, quid id est, quod propositum est dicere] subaudi de homine, et respondetur [quonia] est animal. [et sic ad id quod est genus praedicatur in quid de homine: et color in quid de albedine: et quantitas in quid de linea et sic perficit, quare patet genus responderi ad interrogationem factam per quid, et ita genus in quid praedicatur. Haec ratio ex usu loquentium a posteriori est, ratio uero a priori in metaphysica perquiratur.

γενὸς δὲ ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν ἰσοπέθειον, ἡ δὲ ἰσοπέθειον, ἡ δὲ ἰσοπέθειον, ἡ δὲ ἰσοπέθειον.

36 Generi autem accommodatum est & hoc: utrum in eodem genere aliud cum alio, an in altero sit. nam & huiusmodi sub eadem methodo cadit cum genere. Disputates enim quod animal genus hominis, similiter & bouis sit, disputantes erimus, quoniam haec in eodem sunt genere. Sin autem alterius quidem ostenderimus quod genus sit, alterius autem quod non sit, disputates erimus, quoniam non in eodem genere haec sunt.

Animaduersione dignum, quod quemadmodum contingit quari de aliquo, utrum sit genus respectu aliorum uerbi causa, utrum animal sit genus hominis et bouis uel non, aut utrum animal sit genus hominis et lapidis, an non, et tunc est problema de genere: ita contingit quari de aliquibus, utrum illa sint sub eodem genere, uerbi causa, utrum homo et bos sint sub eodem genere, uel utrum homo et lapis sint sub eodem genere, an non. Posset igitur esse dubium, utrum problema istud, cum quaeritur de aliquibus, utrum sint sub eodem genere an non, sit problema de genere, uel non: et respondet quod non est problema de genere, sed amexum cum problema de genere, quoniam sub eadem methodo, cum problema de genere continetur, et eisdem locis terminatur, aut destruitur, aut destruitur, quibus et problema de genere destruitur, uel destruitur. dicit γένος, hoc est [generi accommodatum est et hoc] problema, uidelicet utrum in eodem genere aliud cum alio, ut homo cum boue. [an in altero sit] et reddat causam, et dicit, nam et huiusmodi problema, sub eadem methodo cadit cum genere, quod probat rursus, et dicit, [Disputat

tes enim quod animal genus hominis, similiter et bouis sit.] et ad partem affirmatiuam problema terminauerimus, [disputantes erimus,] et terminantes ad partem affirmatiuam, [quonia] haec scilicet, homo et bos [in eodem sunt genere. Sin autem ostenderimus, quod alterius sit genus] homo a lapide, [alterius autem quod non sit] uidelicet homo a boue [disputantes erimus, quoniam non in eodem genere haec sunt,] uel quoniam in eodem genere haec sunt. Quare cum eisdem locis, et considerationibus terminetur unum et alterum, haec conexa sub eadem methodo sunt. Sed quaeres, istud quaesitum: utrum homo sit animal, an non? et illud: utrum genus praedicetur de speciebus, an non? quod quaesitum est, utrum problema de genere, uel de proprio, uel aliquod tale? Dicendum, quod talia quaesita per se sunt analytica, quoniam in nullo talium quaeritur de aliquo praedicatorum, nec de amexum alicui eorum: per accidens autem possunt contineri sub illis, quoniam possum probare hominem esse animal, quoniam animal est genus hominis, ut per loca de genere patet: simili ratio est de ceteris. omnia enim per accidens problemata topica dici possunt, si autem reduci ad ea poterunt, aut terminari poterunt eisdem locis, et considerationibus: quoniam (ut dictum fuit) topica est cois omnibus scientiis per applicationem, per se tamen problema topicum est in quo quaeritur de aliquo illorum quaeritur, aut de aliquo amexum alicui eorum: ueluti sunt haec, utrum animal sit hominis et bouis genus, an non: et illud, utrum disciplina capax sit proprium hominis: rursus, utrum album sit accidens cygno. Amplius, utrum animal rationale est hominis terminus, praeterea, utrum homo et bos sub eodem genere sint, et de ceteris id genus. haec enim per se, et directe per considerationes, et loca topica construantur, aut destruantur. Quaecumque uero per reductionem, per talia loca terminantur, per accidens problema topica dicuntur.

DE ACCIDENTE.

Συμπερικέως δὲ ἐστὶ τὸ μὲν μὲν μὲν τοιοῦτον ἐστὶ, ἡ δὲ ἰσοπέθειον, ἡ δὲ ἰσοπέθειον, ἡ δὲ ἰσοπέθειον.

37 Accidens autem est, quod quidem nihil horum est, neque terminus, neque proprium, neque genus, inest autem rei.

Cum dixisset de genere, nunc transit ad dicendum de accidente, et primo ponit duas definitiones de accidente, deinde comparat illas definitiones adiucium. Est autem prima accidentis definitio, quae demonstrat accidens. (ut Alexander inquit) ceterorum praedicatorum, quae dixerat, negatione, quoniam quod quidem inest rei, secundum nullum praedictorum modorum, hoc accidens est. Secunda uero demonstrat accidens ab ipsa accidentis natura, nam quod contingit eidem inesse, et non inesse, accidens est secundum accidentis naturam. et de prima dicit, [Accidens autem est, quod quidem nihil horum] praedicatorum quae dicta sunt. [est, inest autem rei,] et addit hoc uerbum [inest autem rei,] quoniam non sequitur, ac

Cidens non est aliquid eorum, que dicta sunt, igitur aliquid est. non enim ex negatiua sequitur affirmatiua, nisi per constantiam subiecti, ut dicitur libro de interpretatione.

ἕως ἴσθαι ὅτι ἡ ἀπόδειξις ἐστὶν ἀποδείξις ἐν τῷ αὐτῷ ἢ ἐν τῷ ἄλλῳ μὴ ὡς ἀρχαῖον τὸ καθ' ἑαυτὸν ἀποδείξις ἢ ὡς ἀρχαῖον τὸ ὡς ἀρχαῖον, ἀποδείξις δὲ ἢ ὡς ἀποδείξις, ὅτι μὴ ἀποδείξις ἢ ἀποδείξις.

38 Et quod contingit inesse cuius uni & eidem, & non inesse, ut federe contingit inesse alicui eidem, & non inesse. Similiter autem & album. nam & idem nihil prohibet quandoque album, quandoque non album esse.

Hec est secunda definitio accidentis, que demonstrat accidentem (ut Alexander inquit) ab ipsa accidentis natura, nam quod contingit eidem inesse, & non inesse, accidens est secundum accidentis naturam, & dicitur. [Et quod contingit inesse cuius rei] uni & eidem, & non inesse] subaudi, præter subiecti corruptionem, hoc suppletur, accidens est ab ipsa accidentis natura. Quam definitionem exponit per exempla, & dicitur, [ut federe contingit inesse alicui eidem, & non inesse] præter subiecti illius corruptionem. [Similiter autem & album] accidens est, [nam & idem nihil prohibet quandoque album, quandoque non album esse] præter sui corruptionem, & dicitur, [nihil prohibet] quoniam necessitate materie aliquid subiecti necessario habet accidens, ut coruus nigredinem, & cygnus albedinem. uerum nihil prohibet coruū, qua coruus subiectum est nigredinis, non esse nigrum, & cygnum non esse album, quoniam gratia forme coruus sine nigredine, & cygnus sine albedine esse potest. non sic subiectum potest esse sine proprio, non enim ratione forme potest subiectum esse sine suo proprio, cum proprium essetialiter formam consequatur in subiecto.

Ἔστι δὲ τὸ πρῶτον συμπληρωτὸν ὅτι ὁμοιωτὸν δὲ τῷ αὐτῷ ἢ τῷ ἄλλῳ, καὶ τὸ δεύτερον ὅτι ἡ ἀπόδειξις ἐστὶν ἀποδείξις ἐν τῷ αὐτῷ ἢ ἐν τῷ ἄλλῳ, ἀποδείξις δὲ ἢ ὡς ἀποδείξις, ὅτι μὴ ἀποδείξις ἢ ἀποδείξις.

39 Est autem accidentis definitio- num secunda melior: nam cum dicitur prima, necessarium est, si debet quis intelligere, præscire quid est terminus, & genus, & proprium. Secunda autem perfecta est ad cognoscendum (quid est quod dicitur) per se.

Nunc comparat has descriptiones accidentis adinuicem, & uult quod secunda accidentis definitio, sit sufficientior, quoniam sola sufficit accidens explicare. Prima uero cum sit priuatoria, & priuatio intelligitur per habitum, eget cognitione cæterorum, dicitur, [Est autem

accidentis definitio prima melior, nam cum dicitur] de ipso accidente definitio [prima, necessarium est, si debet quis intelligere] eam, [præscire quid est terminus, & genus, & proprium,] non enim potest priuatio intelligi, nisi intelligatur habitus cuius fuerit priuatio. Quare prima definitio erit imperfecta, [secunda autem perfecta est ad cognoscendum, quid est quod dicitur] scilicet ipsum accidens, quod dicitur esse contingens inesse, & abesse. dico est perfecta, quoniam [per se] sine alius cognitione declaratur at accidentis naturam. Cum enim non detur per priuationem sed per habitum, se sola sufficit demonstrare accidentis naturam. Sed occurrit, nam si secunda est perfectior, & sufficientior, cur Aristoteles utranque accidentis definitionem, & non eam dumtaxat, quam præeligit. Respondet Alexander Aristotelem utranque complexum esse, ut inuenerit, talem definitionis reddidit, que sit per negationem fieri aliquando, & non esse inuitem: uel hoc fecit (ut Alexander inquit) quia de aliquibus terminantur problemata de accidente, per priuam definitionem, de aliquibus per secundam. Secundo, quæret quispiam, si accidēs est, quod contingit inesse alicui & abesse, tunc darentur quedam prædicata, que nec definitio, nec proprium, neque genus, nec differentia, nec accidens erunt, ut similitas nasi. hæc enim nec accidens, nec genus, nec proprium, nec differentia, nec definitio nisi est. Erunt igitur aliquid prædicatum præter hæc, & ita numerus problematum, & propositio non erit, ut dictum est. Et propter hoc argumentum, prima definitio uidetur melior, quoniam per eam comprehenditur generatim similitas nasi, & omne accidens, non enim similitas nasi proprium est, cum sit aliquis nasus non simis, ut aquilus. nec est differentia nasi, propter eandem rationem: nec est genus nasi, cum non prædicetur in quid de naso: nec est nasi definitio, cum non sit quid quid erit esse nasi. Respondet tandem Alexander & probe (ut mihi uidetur) quod licet ex parte similitatis, simum non possit inesse & abesse naso, tamen dicitur accidens, quoniam est extra essentialē nasus, & extra omne essentialē nasus, nam nasus ea ratio qua nasus est, nec est simus, nec aquilus, licet nec simi nec aquili esse possint, nisi in naso. Quare ex parte nasi simum contingit inesse & abesse naso.

Tertio adhuc quæret aliquis de albo, utrum sit accidens niui & cygno: & nigrum pici uel coruo. Primo respondet. Alexander hic esse pro tanto accidentia, pro quibus non sunt de substantia eorum, quibus insunt, non enim substantia niuis est esse albam, aut picis esse nigram, sed hæc sequitur eorum naturam inseparabiliter. Et si Alexander per naturam, intelligit materiam eorum, recte dicit, hæc enim non sunt de substantia eorum, quibus insunt quoniam ea quibus insunt secunda substantia, hoc est ratione forme, nihil prohibet non esse talia. nix enim ratione sue forme substantialis, quæ nix est, formaliter nix, nihil prohibet, ut sit absque albedine: & pax ratione sue forme nihil prohibet, ut sit absque nigredine. ratione tamen materie quæ nix est, & pax, inseparabiliter nix est alba, & pax est nigra. At proprium inseparabiliter inest ratione forme, cum essentialiter formam sequatur. Et quod album inseparabiliter insit niui ratione materie, & ipsi pici nigrum, Alexander declarat ex meteorologicis longa oratione, que cum dia-

Et hæc sunt a nobis in libro meteororum, bona fronte prætermittimus. Simili ratione de masculino, & femino dici potest: hæc enim inseparabilia accidentia sunt eis quorum sunt, non quidem ratione forme eorum, sed ratione materie ex qua illa constant. Adhuc dici potest (ut Alexander inuit) quod quamuis fieri non possit, ut hæc insint, & non insint iis quorum sunt, hæc tamen eandem secundum speciem possunt aliquibus aliis inesse, & non inesse, que uero sic se habent, accidentia sunt, non enim propria possunt aliis inesse, & non inesse, sed solis iis, quibus insunt, necessario insunt, & nullis aliis. Et licet Alexander dispudet hanc solutionem, uolo hæc sufficere, que diximus.

Προκειμένου δὲ τῷ ὀνόματι συμπερικρίσει, καὶ αἱ πρὸς ἀλλήλας συγκρίσεις ὁπωσδήποτε ἄν συμπερικρίσει, λέγόμενα, διὰ τὸ ποσοστόν δὲ καὶ ἢ διὰ τὸ σμῆνος αἰσθητότερον, καὶ ποσοστόν δὲ κατὰ εἶδος ἢ κατὰ ἀπόλαυσιν, ἢ ἀπολαυσίαν. καὶ ἔτι ἀπολαυσίαν ἀπολαυσίαν τυχόντων τούτοις λέγόμενα, καὶ ἀπολαυσίαν ἀπολαυσίαν τυχόντων ποσοσθέν μὲν τὸ κατὰ τὸν ἀπολαυσίαν, καὶ ἀπολαυσίαν ἀπολαυσίαν.

40 Annectantur autem accidenti, & que ad seinuicem sunt comparationes quolibet modo ab accidente dictæ: ut utrum honestum, an quod confert, expeitibilis. Et utrum, que est secundum uirtutem, an que secundum uoluptatem suauior uita, & siquid aliud similiter his, dicitur. In omnibus enim talibus utri magis prædicatum accidit, quæstio fit.

Nunc de annexis accidenti differit, est enim annexum accidenti, id omne, quod eidem locis ac considerationibus construitur, uel destruitur de eo, de quo queritur, quibus & ipsum accidens construitur uel destruitur de eo, de quo queritur, & uult annexa esse prædicata que queruntur de aliquibus secundum comparationem, que fit per magis & minus, & dicitur. [Annectuntur autem accidenti, que adinuicem sunt comparationes quolibet modo ab accidente dictæ] hoc est, quecumque prædicata per comparationem quouis modo dictam queruntur de aliquo subiecto, & hoc per exempla exponit, & dicitur, [Ut utrum honestum an quod confert sit expeitibilis,] istud enim prædicatum, quod queritur de illis subiectis, uidelicet honesto & uitio, annexum accidenti est, quoniam sensus est, utrum hoc prædicatum expeitibile magis insit ei subiecto, quod est honestum, an ei subiecto, quod est uitio. Et hoc, quod accidens illis utriusque supponitur, & queritur cui magis insit. Quare annexum accidit, deinde offert secundum exemplum, & dicitur, [Et utrum uita que est secundum uirtutem, an] uita [que est secundum uoluptatem suauior] sit. istud enim prædicatum suauis, quod per comparationem queritur de illis subiectis uidelicet de uita secundum uirtutem, & de uita secundum uoluptatem, annexum accidenti est: sensus est, utrum

hoc prædicatum suauis magis insit ei subiecto, quod est uita secundum uirtutem, an ei subiecto, quod est uita secundum uoluptatem. Ecce quod accidens illis utriusque supponitur, & querit cui magis, igitur annexum accidenti est, immo est ipsum accidens. & dicit non modo esse ita in talibus, sed addit, & siquid aliud similiter his dicitur, etiam annexum accidenti dicitur. Cuius causam reddit, & dicit. [In omnibus enim talibus quæstio fit prædicatum] quod [accidit,] utriusque, [utri] eorum [magis accidit,] & sic supponitur esse accidens eorum, & queritur utri eorum magis accidat, quare annexum accidenti esse uidetur. Quod uero ad uerba attinet, dixit [comparationes quolibet modo ab accidente dictæ] quoniam (ut Alexander inquit) & bene, comparationes aut sunt unius de duobus, ut suauiter uiuere, utrum insit magis uita que est secundum uirtutem, an uita que est secundum diuitias. Aut duorum de uno, ut utrum prudentia insit magis prudentia, an iustitia. Aut duorum de duobus, ut utrum sanctorum insit magis bonum, quàm ægritudinis malum. Quolibet enim modo tales comparationes ab accidente dictæ, sunt annexæ accidenti. Vel fortasse intelligit non solum comparationes esse annexas accidenti, sed etiam quolibet modo fiant, etiam eas, que non sunt per magis & minus, quales sunt in consiliis, ut utrum ducenda sit uxor, aut non, & utrum procreandi sint filii, aut non: hæc prædicata, ducendum, & procreandum, annexa accidentia dicuntur (ut Alexander exponit) quoniam sensus est, utrum hoc prædicatum ducendum insit uxor, aut non. Sed quæres, quale problema est istud, utrum diuitia sint bone uel non: & istud, utrum diu sit, aut non: & istud utrum anima est, aut non. Dicitur, ut Alexander sentire uidetur, hæc ab aliquibus dictæ annexa generi, quoniam bonum diuitarum genus uidetur, & ens uidetur genus eorum, & anime. Alexander autem assignat pulchram regulam, quod quæsitum omne queri potest, aut absolute in propositione de inesse, & sic omne tale erit quæsitum annexum accidenti, ut istud quæsitum, utrum diuitia sint bone aut non: & illud utrum diu sit, aut non: & hoc, utrum anima est, aut non: omnia talia quæstia sunt annexa accidenti, quoniam in omnibus his, queritur utrum prædicatum absolute insit subiecto, modo inesse dicitur modum accidentis, & ita talia omnia erunt annexa accidenti, & per consequens istud quæsitum utrum homo est substantia, & utrum homo est animal, & utrum homo sit risibilis, & utrum homo sit animal rationale, uel non, &c. tale est quæsitum annexum accidenti, quoniam in omni tali queritur, utrum prædicatum inheret subiecto, quod est proprium accidenti, uel modo dicitur se habendi illius, nec uadet, hoc quæsitum est annexum accidenti, igitur est accidens. satis enim est, ut sit accidens, uel per modum accidentis. Aut quæsitum queri potest de aliquo subiecto cum determinatione aliqua, & tunc quæsitum erit de genere illius determinationis: ut si queritur utrum animal sit genus hominis aut non, problema est quæsitum est de genere. Amplius si queritur, utrum risibile sit proprium homini aut non, problema, & quæsitum est de proprio, etiam si queritur utrum animal rationale sit definitio hominis, aut non, problema est de definitione. Rursum si queritur utrum album sit accidēs ligno, aut non, quæsitum est de accidente. Et si queritur utrum album sit

subp

solo p

subi

subi

nota

Responsio

notae

nota

nota

nota amplius

subi

nota

Reiecto







parationis similitudinem, ut cor, fons, et unitas. quoniam hæc genere differunt, sed similitudine communione eadem sunt.

Δόξα δ' ἂν ὁ ἀπὸ τῶν ἀποδείξεων ἡ ἀποδείξις ἡ ἀποδείξις ἡ ἀποδείξις...

46 Videbitur autem ab eodem fonte aqua, quæ eadem dicitur, habere aliquam differentiam præter dictos modos, non tamen, sed & huiusmodi in eodem ordinetur iis, quæ secundum unam speciem quoquo modo dicta sunt.

Mouet Aristoteles hic dubitationem contra dicta, et querit, utrum duæ aquæ ab eodem fonte acceptæ, et in diuersis locis collocatæ, sint eadem specie.

[iis, quæ secundum unam speciem quoquo modo dicta sunt,] est igitur solutio, quod aquæ diuersis temporibus, et in diuersis locis collocatæ, quæ ab eodem fonte colliguntur, sunt eadem specie, et differunt numero.

Μάλιστα δ' ὁμοιογενεῖας δ' ἐπ' ἀριθμῶν, τὰν δὲ πᾶσαι τὰς ἀποδείξεις λέγουσιν, εἰς ἃς δὲ καὶ τὰ...

47 Maxime autem indubitanter, quod unum est numero, idem ab omnibus videtur dici. Solet autem & hoc assignari multipliciter: propriissime autem & primo, quando nomine vel termino idem assignatum fuerit, ut vestis, indumento: & animal gressibile bipes, homini.

Nunc comparat hos modos inter se, et subdividit eum in modum, qui maxime talis dicitur, et dicit, [Maxime autem indubitanter quod unum est numero, idem ab omnibus videtur dici,] quoniam (ut Alexander inquit) in his, quæ secundum genus et speciem eadē sunt, non illico identitas cadit, sed indiget ratione ad concedendum aliqua esse huiusmodi, ut adiuuicem sint eadem.

ab illa uoce, homo: sed re omnino eadem sunt. et ea quæ dicuntur hoc pacto eadem numero, sunt primo et propriissime in primo gradu identitatis numeralis: quoniam talia sunt sola uoce differentia, re autem omnino eadem, cum definito significet ea quæ sunt essentialia primo modo dicendi per se illi rei, quam significat homo.

nota

rolo

rabo

lo nomine iubemus uocare. [Manifestum quod] nos sic facimus, ut eundem opinantes et secundum nomen proprium et secundum accedens significare. [Ergo idem] scilicet numero [quemadmodum dictum est, tripliciter dicitur.] Queritur hic primo, utrum ea que sunt eadem numero, sint eadem numero, quia significant idem numero, an quia sunt eadem numero. Dicendum, quod ad modum loquendi logicorum illa sunt eadem numero, que significant eandem rem numero, et hoc pacto hoc nomen homo, et illa oratio animal rationale bipes, sunt eadem numero: et uestis et indumentum similiter, significant enim eandem rem numero, ut illam rem, que uel sit ac indumento significatur. Et hoc potest esse trifariam: Aut nomine uel definitione, ut puta cum nomina sunt, quorum alterum significat rem, que definitur, alterum uero rem, quam significat definitio. et cum res, quam significat definitio, sit eadem cum re, uel in sit rei, quam significat nomen definiti, primo modo per se: fit ut essentialiter alterum nomen significet eandem rem ei, quam significat alterum. Aut proprio, ut quando nomen aliquod significat rem, que est subiectum, et alterum nomen significat rem, que est proprium, cum enim res, quam significat proprium, sit aut res, quam significat nomen subiecti, aut ei accidat per se secundo modo: fit ut alterum nomen essentialiter significet eandem rem ei, quam significat alterum. Aut accidente, ut cum nomen aliquod significat rem, que est subiectum, et alterum significat accedens, quod inheret subiecto per accidens: et cum res, quam significat nomen accidentis, accidat per accidens rei, quam significat nomen subiecti, ita accidit, ut alterum nomen significet per accidens eandem rem ei, quam significat alterum. At si loquimur metaphysice, eadem numero sunt, quorum alterum alteri inest: et hoc est trifariam. Quoniam si alterum ut definitio inheret alteri ut definitio, hęc sunt eadem numero primo modo: Si alteri inheret per se secundo modo, hęc sunt eadem numero proprio: Si autem alterum alteri accidat per accidens, hęc sunt eadem numero accidente. iis enim omnibus modis dicuntur eadem numero apud metaphysicos, pro quanto alterum pro altero accipi potest. Sed quę res, cur non dantur eadem numero, genere, ut Socrates, et animal, nam Socrates significat rem, cui inest animal ut genus: et animal significat aliquid, quod est Socrati ut genus: ergo Socrates et animal dici possunt eadem numero genere. Fortasse, quia ea, que dicuntur eadem numero genere, reducuntur ad ea, que dicuntur eadem numero definitione. Aut fortasse, quoniam hęc acceptio non fuit secundum usum loquentium, quia cum difficultate per hoc nomen animal intelligi potest Socrates. Est enim nomen commune, quo non discrepat Socrates ab aliis animalibus. Adhuc queritur, utrum sedens et musicum possunt dici eadem. Dicendum, quod possunt dici eadem numero accidente, quoniam accidunt eidem, et sic alterum per alterum intelligi potest. Et ut Alexander inquit, quot modis idem dicitur, tot quoque et diuersum uel alterum dici potest. Aut enim numero, ut Socrates alter a Platone est: aut specie, ut homo ab equo: aut genere, ut scientia ab animali. Et differunt hęc ab illis, que dicuntur eadem ordine, quoniam quęcumque sunt eadem numero, sunt eadem genere et specie: et quęcumque specie

*subi. p. 1.*  
*solu. h. o. 1.*

*nota.*

*solu. p. 1.*  
*nota.*

*subi. p. 1.*

*solu. p. 1.*

*subi. p. 1.*

*subi. p. 1.*  
*nota.*

sunt eadem, hęc et genere sunt eadem, non tamen conuertuntur. Non enim que genere eadem sunt, hęc specie uel numero eadem sunt: nec que specie eadem sunt, hęc numero eadem. At altera modo e contrario se habet: nam que genere diuersa uel altera sunt, hęc et specie, et numero diuersa sunt: et que specie altera, hęc numero altera sunt, et non conuertuntur.

οτι δε εκ τ προτι ομοι εν ρημενων δι λογου. η εν δι αυ του τω η η προδε ταυτα μια μολ πασις η δια τ εωα γωσις. η γαρ τρις εωσποκοιη εκαστω αυ προτασεωρ. η τ προβληματα των φαινοιντ αυ η αω το τω ερου, η αω το τω ιδιου, η αω το τω εινους η αω το τω συμμεβηκωτ. η γυγνημην.

DIALECTICAS DISPUTATIONES ET SYLLOGISMOS NON ESSE EX ALIIS PRAEDICATIS, QUAM EX DICTIS.

48 Quoniam autem ex prius dictis sunt orationes, & per hęc, & ad hęc, una quidem fides est per inductionem. Si enim quis consideret unam quęcumque propositionum & problematum, apparebit aut a termino, aut a proprio, aut a genere, aut ab accidente facta.

Cum superius dixisset quatuor esse predicatum generum, in quibus uidelicet, problemata atque propositiones consistunt, ut sunt definitio, proprium, genus, accedens, demonstraueritque unum quodque horum quid sit, quoue modo propositiones, ac problemata ab ipsis fiat, nunc demonstrat ex his. et ad hęc esse disputationes et syllogismos, et non ex aliis, et ad alia preter hęc, et ponit primo intentionem et argumenti speciem, qua probare intendit suam intentionem, et dicit, [Quoniam autem ex prius dictis sunt orationes] scilicet ex quatuor predicatis, et non pluribus, nec ex aliis [sunt orationes] hoc est, disputationes dialectice et syllogismi, dico, subaudi, ex prius dictis, quoniam [et per hęc, et ad hęc una quidem fides est per inductionem] uerbum enim, et expositiuum est: nam cum dixisset ex his orationes esse, quasi exponens, quomodo subdit. [et] pro, id est, [per hęc] intelligens propositiones, per quas syllogismi et disputationes sunt, [et ad hęc] intelligens problemata ad que disputationes, et syllogismi fiunt. Et cum proposuisset intentionem, subdit speciem argumenti, qua uult uti ad probandum intentionem. et dicit, [una quidem fides est per inductionem.] et una fides, quoniam alia fides erit per syllogismum. uultur autem (ut Alexander inquit) proprie inductione et syllogismo ad hoc probandum, quoniam inductio et syllogismus proprie fides sunt in dialecticis. Etenim exemplum, inductio est rhetorica: et enthymema syllogismus rhetoricus, proposita intentione et argumenti specie, qua uult uti, mox exequitur probationem, et dicit, [Si enim quis consideret unam quęcumque propositionum et problematum, apparebit] illud esse [aut a termino, aut a proprio,

*nota.*

*nota.*

*subi. p. 1.*

*solu. h. o.*

*correlatiu.*

A aut a genere, aut ab accidenti,] et a nullis aliis preter hęc, que dicta sunt. uerbi causa: utrum tempus est caeli motus, an non, definitiuum problema est. querit enim si hęc oratio, caeli motus, sit temporis definitio. et utrum honestum in substantia est, an non, genericum problema est. querit enim si honesti genus sit substantia. et utrum soli igni secundum naturam in sit motus sursum, an non, que situm est de proprio. hoc uero, utrum ignis sursum mouetur, aut non, de accidenti que situm est. querit enim si igni inest motus sursum. omne igitur problema, et omnis propositio ex aliquo predicatum est, et ex nullo alio preter hęc. Sed dubitatur, quoniam hoc est problema, ut delictur cur magnes trahit ferris: et hoc, que natura est aquarum uaticinatarum: et tamen sub nullo talium est.

Respondet Alexander hęc non esse problemata dialectica: quoniam problemata dialectica, et propositiones dialectice eadem sunt. At propositiones dialectice sunt interrogationes contradictionis, et cum hęc que sita non sunt interrogationes contradictionis, non ergo erunt problemata dialectica: quemadmodum nec dialectica interrogatio est, querere quid est homo, aut que natura aquarum uaticinatarum, non enim principia horum sunt propositiones, que dicuntur interrogationes contradictionis. Quare huiusmodi que sita non dialectica, sed physica problemata dicuntur. Hęc enim problemata dicuntur, quoniam cause ignorantur, et queruntur. Physica uero, quoniam ignorantur cause a physicis, et propterea Aristoteles confecit librum problematum physicorum que sita que sita a physicis propter ignorantiam cause. et licet sint problemata physica, que queruntur per modum problematum dialecticorum propter ignorantiam cause. Sunt etiam et que sita scientifica: que non sunt problemata, nec physica, nec dialectica: ut sunt que sita enumerata in principio secundi lib. posteriori, si est, quid est, quale est, et propter quid est. Ex iis colligitur trifariam esse ea, que queruntur: Aut problemata dialectica, et hęc sunt, quorum principia sunt propositiones dialectice, que sunt contradictionis interrogationes: aut problemata physica, et hęc sunt quorum cause ignorantur a physicis, et propterea ab eis assignantur uarie cause: Alia sunt que sita scientifica, que sunt quatuor, si est, quid est, quia est, et propter quid est, que habent ueras et proprias causas.

Αλλ δε πασις η δια συλλογισμω αναγκη γουρ παρ ε περι τω καταγορε μωου, ητοι εντικατηγορεθωαι το προγαματ. η μη και ει μολ εντικατηγορητ, ερω αυ εν η ιδιου. η γωρση μαυα δ τι η ενου, ερω ει δε μη σημελων ιδιου. τοπο ε ηρ ιδιου ο εντικατηγορου μωου η, μη σημελων δε δ τι η ενου. ει δε μη εντικατηγορητα το προγαματ, ητοι τω ερω. ερω ερω μω ερωσημω λεγομενων η γένω, η διαφορά εν εν. ερω ερω ο ερωσημω εκ γένου ηρω διαφορω ερω. ει δε μη η ερω ερωσημω λεγομενων ερω, διαλωρ οτι συμβηκωδ ερ εν. ο γω συμβηκωδ ελε γω, ο, μητε ερω, μητε γένω, μητε ιδιου, υπαρ χα δε προγαματ.

49 Alia autem fides per syllogis-

mus, necesse est enim omne, quod de aliquo predicatur: aut conuersim de re predicari, aut non. Et si conuersim predicatur, terminus erit, uel proprium. Nam si significat quid est esse, est terminus. Si autem non significet, proprium. Hoc enim erit proprium quod conuersim predicatur, non significans quid est esse. Si autem non conuersim predicatur de re: aut ex eis, que in definitione subiecti dicuntur, est, aut non. Et si est ex iis que in definitione dicuntur, aut genus aut differentia erit. eo quod definitio ex genere, & differentiis est. Si uero ex iis non est, que in definitione dicuntur, palam est, quoniam accidens erit. Nam accidens dicebatur, quod neque terminus, neque genus, neque proprium, inest autem rei.

Nunc secundo loco probat eandem conclusionem syllogismo, quem Alexander suo modo, ego uero sic compono. Omne quod predicatur conuersim uel non conuersim, predicatur ut definitio, aut ut proprium, aut ut genus, aut ut accidens: omne quod predicatur, predicatur conuersim, aut non conuersim. igitur omne quod predicatur, aut ut proprium, aut ut definitio, aut ut genus, aut ut accidens predicatur. unde dicit, [Alia autem fides] est [per syllogismum], cuius maior, quam non explicat, debet esse hęc. Omne quod conuersim aut non conuersim predicatur, aut ut proprium, aut ut definitio, aut ut genus, aut ut accidens predicatur. explicat autem minore, et dicit, [Necesse est enim omne, quod de aliquo predicatur, aut conuersim de re predicari, aut non] conuersim. Hęc est minor, cuius conclusio, quam non exprimit, debet esse hęc. igitur omne quod conuersim, aut non conuersim predicatur, erit aut proprium, aut definitio, aut genus, aut accidens. Et licet cetera partes omnes possint syllogismo probari, ut Alexander enititur, non uero: explicat igitur, que conuersim, que uel non conuersim, predicatur, et dicit, [Et si conuersim terminus erit uel proprium] hęc potest esse conclusio, cuius probatione subdit, et dicit, [Nam si significat quid est esse, est terminus: si autem non significet, est] [proprium. hoc enim erat proprium, quod conuersim predicatur] de re, [non significans quid est esse]. Est autem syllogismus, Omne significans quid est esse, aut non quid est esse, est proprium, aut terminus. Omne quod conuersim predicatur de re, significat quid est esse, aut non quid est esse: igitur omne quod conuersim predicatur de re, est aut proprium, aut definitio. Deinde ponit tertiam conclusionem, et dicit, [Si autem non conuersim predicatur de re, aut ex iis, que

c iii



G in quanto, uel quoto, & in ceteris aliis modis. ostendit autem solum ipsum quid circuire omne predicamentum. primo, quia nullus alius modus predicandi circuit omne predicamentum, secundo, quia per hoc uult habere definitionem & genus circuire omne predicamentum quod proposuerat. Ex his plane patet concreta esse genera predicamentorum, non abstracta: alioquin non esset idem substantia secundum modum, & accidens secundum rem respectu diuersorum. At si predicamenta essent abstracta, solum essent quid, & respectu nullius accidentia. Albedo enim de nullo subiecto predicatur, non enim lignum est albedo, sed album. Queres fortasse, primo, cum problema & propositio habeat subiectum & predicatum, an cognoscatur problema esse de aliquo genere ratione predicati, an ratione subiecti. Alexander discurrendo post uerba prolata, dicit: non magis a subiecto, quam a predicato genus in quo problema est cognosci. Et licet ipse enutiat hoc probare, tamen hoc mihi ambiguum est, quoniam idem subiectum potest esse omnium predicamentorum, igitur ex parte subiecti non cognoscitur genus problematis. Et propterea Aristoteles docuit a predicato cognosci genus problematis. Sed adhuc queres, cum Aristoteles accepisset quatuor predicata esse in decem predicamentis, & demonstrasset hoc ita esse de definitione, & de genere, cur non demonstrauit hoc idem de accidente & proprio. Alexander inuuit solutionem & asserit Aristotelem hoc de accidente indicasse, cum ostenderit accidens respectu substantia esse secundum rem accidens, sed respectu indiuiduorum sui generis se habere, ut quid: & ita inuuit problema que sunt de accidente in aliis generibus a substantia esse, quoniam in substantia nihil est accidens alterum alteri. De proprio uero respondet Alexander hoc non demonstrasse, quoniam proprium uel est de genere eius, cuius est suum subiectum, & sic proprium erit in omnibus generibus: aut est solum in generibus accidentium, & sic quod dixit de problematibus accidentium, uoluit esse intelligendum de proprio. Ex his patet quatuor esse prima problematum & propositionum genera, quoniam tot quot sunt predicata, subalterna uero de ceteris sunt predicamenta, etiam decem erunt problemata, & propositionum subalterna genera. Sed queres, si accidit substantia accidenti, ut in propositionibus preternaturarum, ut est haec, album est corpus, utrum tale problema sit de genere substantia, an de genere accidentis. Alexander respondendo asserit huiusmodi problema esse accidentis, quoniam accipitur substantia, ut accidens ipsi accidenti, licet sit propositio preternaturae: per quae patet librum predicamentorum uilem esse ad dialecticam, non enim posset sciri in quo genere entium est problema, nisi in libro predicamentorum declarata essent predicamenta.

DE PROPOSITIONE DIALECTICA ET PROBLEMATI.

πῶς δὲ ληθόμεθα, καὶ δὴ ὧν εἰρηκόμεν, μετὰ τὰ ὑποκείμενα.

53 Quomodo autem sumemus, &

per quae copiosi erimus, post haec dicendum.

Cum dixisset de integrabilibus, & simplicibus principiis syllogismorum dialecticorum, qui sunt termini & materia remota dialecticorum syllogismorum, hic proponit determinare de propositionibus, & problematibus. Nam propositiones sunt complexa principia dialecticorum syllogismorum, & materia propinqua: problema uero, sunt causa finalis & forma eorum, & dicitur. Quomodo autem sumemus, subaudi, propositiones dialecticas: quae sunt principia complexa syllogismorum dialecticorum, & per quae copiosi erimus. hoc est, & per quae facile erimus copiosi in syllogizando, & disputando [post haec dicendum] & horum duorum, quae proponit, primum est gratia secundi. Non enim doceret quomodo propositiones dialecticae, & quales sint sumende, nisi ut in disputationibus, & syllogismis copiosi euadamus, & faciles ad disputandum fiamus. quare proponit haec duo, ut per primum assequamur secundum. hoc de intentione.

πρῶτον τοίνυν διωρίσθαι τῆς πρότασις διαλεκτικῆς καὶ τῆς προβλήματις διαλεκτικῆς. οὐ γὰρ ὡς τὰ ἄλλα πρότασις, οὐδὲ τὰν προβλήματις διαλεκτικῆς. διότι οὐδὲ γὰρ ἐν προτινέαις νομῶν ἔχων δὲ μὴ ἐν δόξῳ. οὐδὲ προβλήματις ὡς τὰ φανερὰ, ἢ τὰς πλείους, τὰ μὲν γὰρ οὐκ ἔχει ἀπορίαν. τὰ δὲ οὐκ ἔχει ἀπορίαν.

54 Primum igitur determinetur quid est propositio dialectica, & quid problema dialecticum. Non enim omnem propositionem, nec omne problema dialecticum ponendum. Nullus enim offeret, qui mentem habeat, quod nulli uidetur: nec proponet, quod omnibus est manifestum, uel plurimis. Nam haec quidem non habent dubitationem, illa autem nemo ponet.

Nunc prosequitur, & prosequendo intentionem propositam, primo assignat ordinem & causam ordinis, & assignando ordinem, & causam ordinis, inuuit intentionem adhuc in speciali, & dicit. Primum igitur determinetur, quid est propositio dialectica, ut cognoscamus propositiones, ex quibus syllogismi dialectici fieri possunt, & quid problema dialecticum, ut cognoscamus, quae problemata oportet querere. Huius ordinis Alexander bonam rationem assignat, quae enim (ut inquit) oportet querere pro methodi facultate, haec praedefinire oportet, & primum nota esse, haec de intentione in speciali, & ordine. Deinde assignat causam intentionis & ordinis, & dicit. [Non enim omnem propositio nem, nec omne problema dialecticum ponendum.] Oportet igitur definire dialecticam propositionem, & dialecticum problema: quoniam non omnis propositio est pro-

A positio dialectica, nec omne problema est problema dialecticum. Et assignat causam, & dicit, [Nullus enim offeret qui mentem habeat, & sani capitis est, quod nulli uidetur.] Iuniores de propositione & problema intelligunt, ut sit sensus, quod nullus offeret propositionem quae nulli uidetur: aut problema, quod nulli uidetur: [nec proponet quod omnibus est manifestum uel plurimis] quod similiter de utroque intelligit quasi dicitur, nec aliquis proponet propositionem, uel problema, quod omnibus est manifestum uel plurimis. Alexander autem rationabiliter primam partem de propositionibus intelligit, secundam autem de problematibus hoc modo, nullus enim offeret qui mentem habeat, quod nulli uidetur. hoc est, propositionem quae nulli uidetur: nam propositio dialectica, quae proponitur ad syllogizandum contra respondentem, non debet esse dubia, aut falsa apud omnes, quoniam non posset assumi, ut propositio syllogistica in disputatione dialectica [nec proponet quod omnibus est manifestum uel plurimis] pro problema, quoniam problema non debet esse omnibus manifestum, sed pro utraque parte dubium, nullus enim pro problema proponet: utrum oportet iniuria prosequi parentis, aut non: nec quisquam proponet, utrum oportet esse impios erga deos, aut non: nec utrum sole existerent supra terram dies est, aut non. Cuius causam Aristoteles assignat, & dicit. [Nam haec quidem] scilicet problemata [non habent dubitationem.] cum omnibus sine manifesta, & ita non sunt problemata, quoniam problema est quae sita de aliquibus dubiis & ignotis sunt: [illa autem] quae nulli uidentur, nemo ponet: ut propositiones, cum sint apud omnes falsa, sed dubia sunt, quoniam superius dixit propositiones & problema esse eadem ac numero aequalia, & solum differre in modo proferendi: nam problema interrogat de utraque contradictionis parte sub distinctione per hanc particulam, utrum: propositio uero interrogat de altera parte contradictionis tantum per illam particulam, ne, uel id genus. At hic dicit problema esse, quod dubitationem habet: propositio uero, quae est nota. Alexander respondet, superius Aristoteles locutum esse de propositionibus & problematibus inuenerunt non contrahendo illa ad dialecticam: sed generatim asseruit ea sola ratione differre. At hic contrahit haec ad dialecticam, & asserit ea, quae sunt probabilia, esse propositiones: quae uero sunt quaestiones, esse problemata. Et fortasse si uerba Aristotelis considerentur, non apparet differentiam aliquam praeter eam, quam superius dixit: nam hic asserit quod nullus sane mentis, ut propositionem proponet, quod nulli uidetur, hoc est ignotum, uel aperte falsum: nec proponet ut problema, quod omnibus est manifestum: & sic inuuit quod problema non debeat esse omnibus notum: nec propositio omnibus ignota, modo haec non differunt, idem enim problema potest non omnibus notum, & non omnibus ignotum esse: quare haec differentia non tollit conuenientiam quam superius exposuit.

Ἐὰν δὲ πρότασις διαλεκτικῆς, ἔστω τῆς ἐν δόξῳ, ἢ τῶν ἀσπι, ἢ τῶν πλείους, ἢ τῶν σοφοῦν, καὶ τοῦ τῶν, ἢ τῶν ἀσπι, ἢ τῶν πλείους, ἢ τῶν μάλα ἰσχυρῶν, ἢ τῶν σοφοῦν, ἢ τῶν πλείους, ἢ τῶν μάλα ἰσχυρῶν.

καὶ τοῖς σοφοῦν, καὶ μὴ τῶν σοφοῦν, καὶ τῶν ἀσπι, καὶ τῶν πλείους, ἢ τῶν μάλα ἰσχυρῶν.

55 Est autem propositio dialectica, interrogatio probabilis, aut omnibus, aut plurimis, aut sapientibus: & his vel omnibus, uel plurimis, uel maxime famigeratis, & non inopinabilis. Ponet enim aliquis, quod uidetur sapientibus, nisi id contrarium sit multorum opinionibus.

Nunc de intentione proposita exequitur, & primo describit propositionem dialecticam: simulque cum illius descriptione inuuit diuisionem in quinque gradus, nam sicuti ipsum probabile est quinque modis, ita quae propositio dialectica est quinque modis. & dicit, [Est autem propositio dialectica interrogatio probabilis.] Iuniores uerbum probabile in genituo legunt, ut sit sensus, dialectica propositio est interrogatio eius quod est probabile: mouentur ex eo, quoniam probabile est determinatum ad alteram contradictionis partem interrogatio uero, non. Quae expositio est contra uerba Graeca, scribitur enim ἐρωτησις ἐν δόξῳ, ubi constat uerbum probabile in graeco codice legi in nominatiuo, ut sit sensus, propositio dialectica est interrogatio probata: & quoniam probatum esse potest, quod in se uerissimum, & necessarium est, scribitur, probata [aut omnibus] ut inuuit primum gradum propositionum dialecticarum [aut plurimis], qualis est secundus gradus dialecticarum propositionum, [aut sapientibus, & his uel omnibus], qualis est tertius gradus dialecticarum propositionum, [uel plurimis sapientibus] qualis est quartus gradus [uel maxime famigeratis] qualis est quintus dialecticarum propositionum gradus, & addit, [et non inopinabilis] cuius causa est, quoniam non omnis propositio, quae apparet maxime famigeratis erit probabilis, oportet enim ut appareat maxime famigeratis, & non sit contra opinionem communem multorum. Sunt enim aliqua propositiones probatae a maxime famigeratis, quae si nec sunt contra opinionem multorum, nec secundum opinionem multorum, probabiles erunt: at ubi erunt, contra multorum opinionem, non erunt absolute probabiles: sed solum sectatoribus eorum sapientium, quorum sunt propositiones probabiles. uerbi causa, haec propositio. Nihil sit ex nihilo, apud Aristotelem probata est, & erit probabilis oibus sectatoribus Aristotelis, non tamen simpliciter probabilis, quoniam est contra opinionem multorum. Est enim contra ueritatem christiana & iudaica, & mahumetanana. & hoc dicit, [Ponet enim aliquis, quod uidetur sapientibus] ut propositio dialecticam, [nisi id contrarium sit] expresse multorum opinionibus, nam in hoc casu illa propositio erit probabilis secundum quid, quoniam solum in secta eorum sapientium, a quibus propositio probata est, non autem simpliciter ab omnibus. In hac definitione ponitur interrogatio loco generis, quoniam omnis dialectica propositio est interrogatio: & non e conuerso: nam quae

conce

subst

solutio

questio

repositio

conce

questio

repositio

conce

nota

subst

repositio

conce

repositio

repositio



G Alexander & Eudemus dixerunt, sunt nonnullae interrogatores, quae queruntur, non ut habeatur consensus respondentis, ex quo postea syllogizent: sed discedi gratia, cum assignata est definitio, & queritur de propriis accidentibus rei definitae: aut cum queritur de substantia, ac rei definitio, ut definitio ignis, haec interrogatio fieri solet: quis secundum naturam ignis motus est, aut quid accidit Socrati: uel definito accidente, queritur aliquando, cui accidat: ut definito ipso discere, queritur, cui accidat. haec est una species interrogationis scientificae. Amplius queritur aliquando, quid est homini, cui queritur definitio hominis, & est secunda species interrogationis scientificae, sunt et aliae, ut secundo posteriorum patet. At tertia species interrogationis est, quando aliquis interrogat de proponere, petes de ea consensus respondentis, quae est altera pars contradictionis, ut putas ne mundus est sphaericus. Adhuc sicut non omnis interrogatio est propositio dialectica, ita etiam non omnis propositio est interrogatio: sunt enim propositiones aliae immediae & primae, uel demonstratiuae: aliae litigiosae, ac sophisticae: aliae uero dialecticae, quales sunt probabiles: & tales sunt omnes interrogationes. Queres fortasse, sit aliqua propositio probata a sapientibus, ut ex nihilo nihil fieri, & sit contra multorum opinionem, utrum sit sumenda ut propositio dialectica. Alexander uerba Aristotelis considerando, dicit quod non: nam Aristoteles dicendo propositionem probabilem esse, quae apparet maxime famigeratis, subscribit, [et non inopinabilis] hoc est, propositio probata a sapientibus erit dialectica propositio, & absolute probabilis, modo non sit inopinabilis, hoc est, contra multorum opinionem. Nam ubi opinio multorum pugnat, illa propositio, quae multorum consensu probata est, erit magis probabilis. Multorum enim sapientum est, quod sanitas non sit bonum, quia uero est contra opinionem multorum, nullus haec ut probabilem diceret, quoniam est contra opinionem multorum. Quod enim ens est immobile & unum, est Parmenidis: & quod contraria sunt eadem, Heracliti: & quod non est contradiere, est Anaximandri: propositio uero quidem sunt apud hosce, non tamen dialecticae propositiones. Sed queritur, utrum dialectica propositio sit interrogatio: & uidetur quod non: nam omnis interrogatio inter extrema contradictoria uertitur, propositio autem non: cum sit propositio maior, uel minor syllogismi dialectici, quae est altera pars contradictionis. Praeterea, omnis propositio est uera uel falsa: at interrogatio, nec uera, nec falsa est. Ad haec, interrogatio est actus animae interrogantis, propositio autem est res interrogata, siue oratio interrogata, igitur non est interrogatio. Pro dilucidatione autem accipiendum primo, interrogationem bifariam accipi posse aut pro motu anime: quo anima in disputatione interrogat: & pro complexu per uerbum copulato, cuius consensus petitur a respondente. secundo modo, idem est interrogatio, quod propositio interrogata, primo uero modo, est actus intellectus compositiuis uel diuisiuis, quo propositio ipsa interrogatur, utrum uero sint, quaestio est praeter humilitatem. Secundo, accipiendum unam & eandem propositionem esse uni consensum, alteri uero dubitationem: nam propositio quam proponit opponens, quamque interro-

gat, opponenti quidem altera pars contradictionis est, K respondenti uero dubitatio uidetur. Tertio, accipiendum dialecticam propositionem esse orationem compositam ex subiecto & predicato, atque interrogandi signum, ut haec, putasne mater omnis diligit filium suum, uel haec propositio, omne bonum est indolens. Signa quidem interrogandi sunt, propono, & putasne. Propositio uero quae est oratio ex subiecto, & predicato, est, omnis mater diligit filium suum, & omne bonum est indolens: propositio autem interrogata erit, propono tibi, omne bonum est indolens, quae opponenti ac interroganti propositio est, quae in mente sua est actu syllogismi maior, uel minor. Respondenti uero est propositio, quae potentia est maior, aut minor, natura: captato respondentis consensu, erit opponenti, & respondentis syllogistica propositio. Ex his colligitur dialecticam propositionem esse interrogationem, quae uertitur inter contradictoria, magis tamen ad unam quam ad alteram partem prolapsa, quoniam ad illam, quam interrogans explicat. Problema uero uertitur inter contradictoria uel contraria, in quo utraque explicatur: nam quaestio, quae protrahitur sui parte argumenta habet, problema dicitur, ut utrum mundus sit eternus, aut non. Ex his patet quid sit dialectica propositio. Est enim interrogatio, hoc est, propositio interrogata, quae aut omnibus uideatur probata, aut pluribus, aut sapientibus. Obiecta uero nulla sunt. Primum quidem nihil est, quoniam propositio dialectica propositio interrogata est inter contradictoria, licet sit prolapsa ad alteram partem, quam quaerit opponens. Secundum etiam refellitur, nam dialectica propositio uera uel falsa est, pro altera sui parte, non tamen patet ad consensum respondentis quae pars sit uera, cum pars quaestio apud ipsum dubia sit. Tertium uero probatum est, quoniam hic interrogatio pro propositione interrogata accipitur.

*f. dubi.*  
*res pro.*

*Solutio.*

*Solutio.*

*Solutio.*

*Solutio.*

*Solutio.*

*f. dubi.*

*2. nota.*

*2. nota.*

Ei si de προτάσας διαλεκτικῶν, καὶ τὰ τοῖς ἑσὶ δόξαις ἄμοια, καὶ τὰ ἐναντία κατ' ἀντίφασιν τοῖς δ' οὐκ ὄντων ἐναντία ἐστὶν ἀποκρίσασθαι. καὶ ὅσα δ' ὄξαι καὶ τὰς τεχνὰς ἐστὶ τὰς ἐπιφύλακας. ἐστὶ γὰρ ἐν δόξαις τὸ, πῶς ἐπιφύλαξ ἐστὶν ἡ ἀντιφάσις ἐπιφύλαξ. καὶ ὅσα ἀποκρίσιν πῶς ἐπιφύλαξ ἐστὶν ἡ ἀντιφάσις, ἐν δόξαις ἄμφοτεροῦ ἄμφοτεροῦ, καὶ ἐν μίᾳ ἀμφοτεροῦ ἄμφοτεροῦ ἐστὶν ἡ ἀντιφάσις, καὶ ἐν ἀλλήλοις ἀμφοτεροῦ ἄμφοτεροῦ, καὶ ἐν ἀλλήλοις ἀμφοτεροῦ ἄμφοτεροῦ. καὶ τὰ τοῖς ἑσὶ δόξαις ἐναντία καὶ ἀντιφάσις, καὶ τὰς τεχνὰς ἐστὶ τὰς ἐπιφύλακας. ἐστὶ γὰρ ἐν δόξαις τὸ, πῶς ἐπιφύλαξ ἐστὶν ἡ ἀντιφάσις ἐπιφύλαξ. καὶ ὅσα ἀποκρίσιν πῶς ἐπιφύλαξ ἐστὶν ἡ ἀντιφάσις, ἐν δόξαις ἄμφοτεροῦ ἄμφοτεροῦ, καὶ ἐν μίᾳ ἀμφοτεροῦ ἄμφοτεροῦ, καὶ ἐν ἀλλήλοις ἀμφοτεροῦ ἄμφοτεροῦ. καὶ τὰ τοῖς ἑσὶ δόξαις ἐναντία καὶ ἀντιφάσις, καὶ τὰς τεχνὰς ἐστὶ τὰς ἐπιφύλακας. ἐστὶ γὰρ ἐν δόξαις τὸ, πῶς ἐπιφύλαξ ἐστὶν ἡ ἀντιφάσις ἐπιφύλαξ. καὶ ὅσα ἀποκρίσιν πῶς ἐπιφύλαξ ἐστὶν ἡ ἀντιφάσις, ἐν δόξαις ἄμφοτεροῦ ἄμφοτεροῦ, καὶ ἐν μίᾳ ἀμφοτεροῦ ἄμφοτεροῦ, καὶ ἐν ἀλλήλοις ἀμφοτεροῦ ἄμφοτεροῦ.

56 Sunt autem propositiones dialecticae, & ea, quae probabilibus sunt familia: & contraria iis, quae uidentur esse probabilibus, secundum tamen contradictionem protensa: & quaecunque opiniones sunt secundum artes inuentas. Si enim probabile est eandem esse contrariorum disciplinam, & sensum eundem esse contrariorum, probabile apparebit: & si unum numero grammaticam esse, & tibicinariam unam: si autem plures grammaticas, & plures tibicinarias. Omnia enim similia, & cognata uidentur haec esse. Similiter autem & ea, quae probabilibus sunt contraria secundum contradictionem protensa, probabilia uidentur. Si enim probabile est, quoniam oportet amicis benefacere, & quoniam non oportet amicis malefacere, probabile est. Est autem contrarium quidem, quoniam oportet malefacere amicis: secundum contradictionem autem, quoniam non oportet amicis malefacere. Similiter autem & si oportet amicis benefacere, inimicis non oportet. Est autem & hoc secundum contradictionem contrariorum, similiter autem & in aliis.

*nota.*

*Propositio probabilis est quinque modis.*

tur probabilia, secundum tamen contradictionem protensa: & quaecunque opiniones sunt secundum artes inuentas. Si enim probabile est eandem esse contrariorum disciplinam, & sensum eundem esse contrariorum, probabile apparebit: & si unum numero grammaticam esse, & tibicinariam unam: si autem plures grammaticas, & plures tibicinarias. Omnia enim similia, & cognata uidentur haec esse. Similiter autem & ea, quae probabilibus sunt contraria secundum contradictionem protensa, probabilia uidentur. Si enim probabile est, quoniam oportet amicis benefacere, & quoniam non oportet amicis malefacere, probabile est. Est autem contrarium quidem, quoniam oportet malefacere amicis: secundum contradictionem autem, quoniam non oportet amicis malefacere. Similiter autem & si oportet amicis benefacere, inimicis non oportet. Est autem & hoc secundum contradictionem contrariorum, similiter autem & in aliis.

Cum determinasset, quae sit propositio dialectica principalis, ac primaria, hic declarat propositionem dialecticam secundariam. Dicitur autem dialectica propositio principalis, ac primaria, quae per se ipsam est interrogatio probabilis, & non ratione similitudinis, nec ratione contrarietatis. Secundaria uero dicitur, quae probabilis est, quia est similis propositio principaliter probabilis: & quia contraria secundum contradictionem enunciata: & quia contraria e contrario protensa. & quae secundum inuentas artes est probabilis. Quare quinque modis propositio probabilis est. secundo modo, quae est per similitudinem ad probabilem, quae est secundum se probabilis. tertio, quae est probabilis contraria secundum contradictionem protensa. quarto, quae est probabilis, quia contraria e contrario protensa: quinto est, ea quae est probabilis secundum inuentas artes. primo modo propositio dicitur probabilis in se, & principaliter, ac primarie: aliis autem modis omnibus secundario probabilis dicitur. Aristoteles igitur cum dixisset de primis, nunc de secundario probabilibus uult exponere. Et primo proponit diuisionem, & dicit, [Sunt autem propositiones dialecticae] ultra principales, quae dictae sunt, [et ea quae probabilibus sunt similia, & contraria iis, quae ui-

dentur esse probabilia, secundum tamen contradictionem protensa.] hoc est, probata, ac enunciata, [et quaecunque opiniones sunt secundum inuentas artes,] & potest addi modus quartus, ut ipse addet, eorum, quae sunt contraria probabilibus secundum contrarietatem. Erunt igitur propositio dialectica probabilis quadrupliciter. Nam alia est probabilis, quia per aliquod simile alicui probabili per se. Alia est probabilis, quoniam assumitur contrarium alicuius per se probabilis cum contradictione uel negatione. Alia est probabilis, quia accipit contrarium alicuius per se probabilis cum contrarietate. Alia est probabilis, propter opinionem alicuius experti in aliqua arte, qui probatus est in illa. Ex his sequitur quid sit propositio dialectica principaliter probabilis. Est enim, aut quae est probabilis, ac probata ab omnibus, aut a pluribus, aut a sapientibus, ut per inductionem uel alio modo probata, ut contrariorum eadem est disciplina: haec enim probatur, quoniam medicinalis est salubrium & insalubrium, & arithmetica parium & imparium, & sic de ceteris. Deinde exponit, quae sit propositio dialectica probabilis propter analogiam atque similitudinem, & dicit, [Si enim probabile est eandem esse contrariorum disciplinam, & sensum eundem esse contrariorum probabile apparebit.] Quod autem probabile sit eadem esse contrariorum disciplinam, manifestum est inductione. Quod autem ita sit de sensu respectu contrariorum, patet: quoniam ut scientia ad se habet, & sensus ad sensibilia se habet. Virumque enim horum indicium est eorum, quae sub ipsis sunt. Amplius, sensus est sub habitu, & scientia etiam. Ad haec, sensus ad alia quid est, & scientia etiam. Quod autem ad exemplum attinet, ut recte Alexander animaduertit, manifestus est sensum esse contrariorum quoniam scientiam uerum Aristoteles accepit pro exemplo, cuius non ueritas queritur, sed expositio. Deinde ponit aliud exemplum in eodem genere probabilium, & dicit, [Et si unum numero grammaticam esse] probabile est. [et tibicinariam,] unam erit probabile. [Si autem plures grammaticas] esse probabile est, [et plures tibicinarias] esse probabile erit. cuius causam dicit, [Omnia enim similia & cognata uidentur esse] haec quae dicta sunt, quoniam sunt species sub eodem genere. Hic est primus modus propositionum dialecticarum probabilium, quae dicuntur per analogiam, ac similitudinem probabiles, quoniam sunt similes alicui propositioni secundum se probabili. Deinde exponit alium modum, & dicit, [Similiter autem & ea probabilia uidentur, quaecunque probabilibus sunt contraria secundum contradictionem protensa] ac enunciata. Quod uero ad uerba attinet, animaduertit Aristotelem non accepisse contraria, ut in libro de interpretatione, quales sunt uniuersalis affirmatiua, & uniuersalis negatiua ex eisdem subiectis, ac predicatis compositae, ut omnis homo est iustus, nullus homo est iustus. intelligit igitur per contrarias, quarum aut subiecta, aut predicata, aut utraque sunt contraria. Exemplum primi est, album currit, nigrum currit. Haec enim ratione subiectorum contrariae dicuntur. Exemplum secundi, equus currit, equus quiescit. haec enim contrariae sunt ratione predicatorum. Exemplum tertii, album currit: nigrum quiescit. haec enim dicuntur contrariae ratione subiecti & predi-

*probabilia.*

*Nota.*

*nota.*

*coherencia tua: per liberum.*

*per modo.*

*per modo.*

*per modo.*

G cati. Et per contrarias secundum contradictionem pro-

tenfas intelligit propositiones de subiectis, uel predicatis, aut de utrisque contrariis, secundum negationem enunciatas: quarum quidem primum exemplum est, Album currit, non nigrum currit: hæ enim ratione subiectorum contraria sunt, ratione uero negationis contradi-

ctoria, cum altera affirmatiua, altera negatiua sit. Exemplum uero secundum, album currit, non album quiescit. Hæ enim ratione prædicatorum contrariae sunt, propter negationem uero secundum contradictionem dicuntur prolata. Exemplum uero tertium, album currit, non nigrum quiescit. Sunt enim hæ ratione extremorum utrorumque contrariae, propter negationem autem secundum contradictionem protense. Affert igitur Aristoteles exempla, et dicit, [Si enim probabile est, quoniam oportet amicis benefacere, et quoniam non oportet amicis malefacere, probabile est. Est autem contrarium quidem, quoniam oportet malefacere amicis] malefacere enim ipsi benefacere contrarium est. Igitur sunt contrarie ratione prædicatorum [secundum contradictionem autem] protense, [quoniam non oportet amicis malefacere,] quoniam oportet et non oportet, secundum contradictionem sunt. Hæ igitur sunt contrariae secundum prædicata, sed secundum contradictionem protense. Deinde assignat exemplum secundum, et dicit, [Similiter autem si oportet amicis benefacere, inimicis non oportet] subaudi, benefacere. Hæ enim sunt contrariae ex parte subiectorum, secundum tamen contradictionem protense. quarum prima per se probabilis est, secunda autem, quia est ei contraria secundum contradictionem protense. Et idem subdit, [est autem et hoc secundum contradictionem contrarium] subaudi, subiectorum, nam contrarium est, quoniam oportet inimicis benefacere, et uidelicet, oportet amicis benefacere, secundum tamen contradictionem enunciatum. [Similiter autem et in aliis,] exemplis potest deduci, quæ breuitatis causa subicitur. Causam autem probabilitatis exponit Alexander, nam si est probabile amicis benefacere, non potest esse probabile contrarium: nam si alterum contrarium fuerit probabile, non est rationi consentaneum, ut alterum etiam sit probabile: quare negatio contrarii erit probabilis. Hæc regula uniuersalis est, et maxima duorum contrariorum si alterum est probabile, negatio alterius erit probabilis. Tacuit autem contrariam de utroque extremo secundum negationem protensam, quoniam hæc non est probabilis secundaria, quia non dicit ordinem ad aliquam probabilem secundum se.

nota

regula nota

Ενωτορον δε ηδη εν τω αραβολη φωνηται, ο το ενωτορον, περι το ενωτου, διορι ει τους ειλους δε εν ποιημ, ηδη τους εχθρους δε ακαως. φωνη δ αυ η ενωτορον ε τους ειλους εν ποιημ, ηδη τους εχθρους ακαως. ο το ορον δε ηδη κατ' αληθειαν ουτως εχει η ου, εν τοις ηωερ αν ενωτιω λεγομενους φησινεται.

57 Probabile autem & in similitudine, apparet etiam contrarium de contrario, ut si oportet amicis bene-

facere, & inimicis oportet male. Apparebit enim & contrarium hoc, quod est amicis benefacere, ei, quod est inimicis male. Vtrum autem secundum veritatem se habeat, vel non, in his quæ de contrario dicentur, ostendetur.

Hic assignat quartum genus propositionum probabilem, quod etiam per similitudinem est, ut si probabile est aliquid prædicatum inesse alicui subiecto, probabile erit contrarium prædicatum inesse contrario subiecto, et dicit, [Probabile autem et in similitudine apparet etiam contrarium de contrario.] si enim aliquid prædicatum probabile est inesse alicui subiecto, probabile erit contrarium prædicatum inesse contrario subiecto, [ut si oportet amicis benefacere,] fueritque probabile: [et inimicis oportet malefacere,] et probabile erit. Reddit causam, et dicit, [Apparebit enim et contrarium hoc, quod est amicis benefacere, ei, quod est inimicis malefacere:] apparebit dico contrarium de contrario, hæc enim amicis benefacere, et inimicis malefacere apparent contraria. [Vtrum tamen secundum ueritatem se habeat] ita ut sint uere contraria, [uel non, in his, quæ de contrario dicentur, ostendetur] uidelicet secundo huius. Quod ad uerba attinet, hæc dicuntur per similitudinem, et apparenter contraria: per similitudinem quidem, quoniam secundum proportionem: quoniam ita benefacere ad amicos se habet, ut malefacere ad inimicos: quare si id est probabile, et hoc erit probabile. apparent autem contraria, quoniam benefacere, et malefacere contraria sunt: non tamen sunt contraria, quando cum contrariis coniunguntur. Verum de his dicit libro secundo huius: et dicitur est libro περι επικνησιας, differt autem hoc probabile tertio modo a primo, quoniam illud fuit secundum similitudinem, hoc autem est secundum proportionem.

nota

nota

Διλωρ δ' οτι ηδ' οσα εδ' οσα ηδ' τεχνιας εισ, διορ λεκτικω προτασας εισ. θει ηδ' αντισ τα διορω τα τοις ηωερ τουτωρ επικνησιας. διορ περι ηδ' αν ημ ιατρικη, ως ο ιατρος περι δε αν εν γεωμετρικη, ως ο γεωμετρικη. ομοιωσ δε ηδ' ετωρ τουρ ειλωρ.

58 Palam autem quoniam & quæcunque opiniones secundum artes sunt, dialecticæ propositiones sunt. Ponet enim aliquis ea, quæ uidentur iis, qui in eis probati sunt, ut de iis quidem quæ in medicina, ut medicus, de illis autem quæ in geometria, ut geometer, similiter autem & in aliis.

Nunc ponit propositionem probabilem quarto mo-

Ad eo dicit, [Palam autem quoniam et quæcunque opiniones secundum artes sunt, dialecticæ propositiones sunt.] cuius rationem assignans, dicit, [Ponet enim aliquis ea: quæ uidentur iis, qui in eis probati sunt: ut de iis quidem, quæ in medicina] et aponit quæ ponit [ut medicus] [de illis autem quæ in geometria] ponit ea quæ ponit [ut geometer] Inuenit itaque circa artes, quæ ponunt perit in talibus artibus (ut Alexander inquit) sunt propositiones probabiles, quoniam qui ea ponunt, probati sunt: et quia probati sunt, creduntur probabilia esse, quæ ipsi ponunt: nam communis opinio est, ut qui nescit aliquam rem, credat ex parte sapientibus in ea re. unde in medicinali, ea, quæ Hippocrates ponit in aphorismis, probabilia sunt: ut illud, labores spontanei indicant morbos: et illud, humidæ diætæ conueniunt febricitantibus. Amplius in geometria ea, quæ Euclides ponit, probabilia sunt, ut illud, tres anguli trianguli duobus rectis sunt æquales: et illud, supra datam lineam contingit triangulum æquilaterum collocare, et cetera id genus, et non intelligit Aristoteles has inuentiones, quæ secundum scientias sunt, aut artes esse probabiles, et non demonstratiuas, quoniam sunt demonstratiue: sed dicit hæc, quoniam multæ concedere huiusmodi propositiones ab his inuentas, etiam si non fuerint demonstratæ, quoniam communis opinio est, ut nescientes rem aliquam, credant experitis in ea re, ut medicis in medicinalibus, et in geometriis, quæ geometris. Sed uidetur quod talia sunt probabilia secundum se, quoniam sapientibus uidentur. Potest dici hæc, una ratione esse probabilia secundum se, quatenus uidentur sapientibus, probabilia autem per accidens, quatenus probantur solis auctoritatibus expertorum in talibus. Non enim de se sunt probata, sed quatenus probati sunt, qui ea ponunt: et sic eadem sunt probabilia secundum se, et probabilia secundum aliud, hæc enim probabilia sunt secundum se, quoniam non sunt probata propter aliud probabile, cui sunt similia, aut contraria secundum negationem protensam, aut secundum contrarietatem enunciatam: sunt tamen probabilia propter aliud, quoniam qui ea ponunt, est communiter probatus in arte, in qua ponuntur: quare et propter aliud probabilia sunt. Hic possunt quatuor loca annotari, uidelicet a similibus, a contrario secundum negationem enunciatam, a contrario secundum proportionem de contrario enunciatam, et ab inuentis opinionibus secundum artes, quæ non curio exponere, quoniam postea repetentur.

nota

nota

nota

nota

nota

nota

nota

nota

προβληματα δε εστι διαλεκτικη δεωρημα το σωτη ενωρ, η περδε αρεσση ηδη φυγημ, η περδε αληθειαν ηδη γνωσση, η αυτω, η ως σωρηρημ, περδε τι επερο αν τοιωτωρ. περι ου, η οιδ' επερωσ δε οδε αζου σπη η ενωτιωσ οι σωροη τοις σοφοις. η οι σοφοι τοις σωροησ, η εκεπροι αυτοι εωτοις.

DE PROBLEMATIBVS DIALECTICIS

59 Problema autem dialecticum est speculatio intendens vel ad electionem & fugam, vel ad veritatem

& cognitionem, aut per se, aut ut amminiculans ad aliquid aliud talium, de quo aut neutro modo opinatur, aut contrariè plerique sapientibus, aut sapientes plerique, aut utriusque iidem eisdem.

Cum dixisset de dialectica propositione, nunc de problemate dialectico, ordinis autem causa est, quoniam propositiones ordine doctrinæ conclusionibus priores sunt. Desinit autem simul problema, et in species diuidit (ut Alexander inquit) et quidem non iniuria: nam ut Alexander inquit in libro priorum, et in libro de interpretatione, cum genus fuerit æquiuocum, aut analogum, nullam habens naturam præter specierum naturas, simul desinitur: per species diuiditur. Diuiditur autem problema: Aut ex parte finis, quæ diuisio est ex parte rei: Aut ex parte nostræ: si ex parte finis, sic est triplex: Aut moralis, cuius finis est electio boni, et fuga mali. Et

Aut naturale, cuius finis est ueritas, et cognitio, quod est aut physicum, aut mathematicum, aut metaphysicum. Aut est rationale, quod est logicum, quod est: Aut rethoricum, quod queritur gratia moralium problematum: querimus enim ex quibus est exemplum, aut enthymema, et quid sit locus: et propositio rethorica non propter se, sed ut his utamur ad problematum moralium disputationem. Aut est analyticum problema, ut cum in prioribus queritur de conuersione, et syllogistica, et syllogistica coniugatione. Hæc enim non queruntur per se, sed quia seruiunt ad disputationem, quæ fit de problematibus naturalibus. At si diuiditur ex parte nostræ, etiam quadruplex: Aut quoniam neutro modo opinantur: Aut de eo uulgares sapientibus aduertantur: Aut sapientes uulgaribus: Aut de eo uulgares uulgaribus, uel sapientes, sapientibus aduertantur. Aristoteles igitur simul problema ipsum dialecticum describens in species dissectit, et dicit, [Problema autem dialecticum, est speculatio intendens] hoc est, questum propositum in controuersia (ut Alexander exponit), [uel ad electionem] boni, [et fugam] mali, et hoc est problema morale et de hoc agitur in consiliis, et concionibus, et in ceteris disputationibus moralibus, [uel ad ueritatem et cognitionem] et hoc est problema naturale: quod est triplex, scilicet metaphysicum, physicum, et mathematicum, [aut per se, aut ut amminiculans ad aliquid aliud talium,] ut rethorica et analytica problemata, quæ non per se, sed horum gratia queruntur. unde ut Alexander annotauit, per hæc Aristoteles aperte declarauit logicam esse instrumentum cæterarum scientiarum, quoniam utitur in aliis scientiis: quoniam quæ in ea querimus, non per se querimus, ut illa sciamus, sed ut eis utamur in aliis scientiis. Deinde addit diuisionem ex parte nostræ, et dicit, [De quo aut neutro modo opinantur] et est primum membrum, [aut contrariè sapientibus plerique] hoc est, uulgares opinantur, [aut] contrariè plerique] opinantur [sapientes, aut utriusque iidem eisdem] hoc est, sapientes sapientibus, uel uulgaribus uulgares opinantur. igitur problema diuisione sumpta ex parte nostræ erit quadruplex. Quæres fortasse, cum dialectica pro-

nota

nota

nota

nota

Positio est problema sunt idem, et circa idem, cur non diuisit ac descripsit propositionem dialecticam per moralem, naturalem, et logicam: et etiam ex parte nostra in quadruplitem, ut fecit de ipso problemate. Assig- gnauit huius rei causam Alexander, si uerba eius recte percepi, quoniam positio consideratur ut probabili- tas: problema, ut questum: et quoniam probabile ut pro- babile non intelligit nisi respectu nostri, ac respectu con- sensus hominum, questum uero respectu materie, ideo his diuisiombus in propositis dialecticæ ratione non est usus. Quod uero ad uerba attinet, nonnulli sic legunt [problema autem est speculatio dialectica] hoc est, pro- positum in controuersia, et disputatione. Alexander au- tem legit modo quo diximus, cui est credendum: quo- niam cum prius propositionem dialecticam descripsis- set, consentaneum est, ut describat problema dialecticum. Hæc de definitione.

Ἐπειὰ γὰρ μὲν ἁπλῶς προβλήματα τῶν χριστιανῶν ἢ ἀναπείθεσθαι, ἢ ἐλεῖσθαι, ἢ φυγεῖν. διὸν ὅτι περὶ ἡ- δὲ οὐκ ἀγαθῶν, ἢ οὐ. ἔπεια δὲ περὶ τῶν ἀναπείθεσθαι, ἢ οὐ. ἔπεια δὲ περὶ τῶν ἀγαθῶν, ἢ οὐ. ἔπεια δὲ περὶ τῶν ἀγαθῶν, ἢ οὐ. ἔπεια δὲ περὶ τῶν ἀγαθῶν, ἢ οὐ. ἔπεια δὲ περὶ τῶν ἀγαθῶν, ἢ οὐ. ἔπεια δὲ περὶ τῶν ἀγαθῶν, ἢ οὐ.

60 Quædam enim problematum utile est scire tantum ad eligendam, vel fugiendam: ut utrum uoluptas sit eligenda, aut non. Quædam autem ad sciendum tantum: ut utrum mundus æternus sit aut non. Quædam uero ipsa per se quidem ad neu- trum horum, adminiculantia au- tem sunt ad aliqua talia. Pleraque enim ipsa per se quidem non uolu- mus cognoscere, sed aliorum gra- tia, ut per illa aliud quippiam co- gnoscamus. Sunt autem problema- ta & de quibus contrarii sunt syllo- gismi. Dubitationem enim habent, utrum sic se habent, an non sic: eo quod de utrisque sunt rationes sua- sibilis. Et de quibus rationem non habemus, cum sint magna, diffici-

le arbitantes esse propter quid as- signare: ut utrum mundus sit æter- nus, aut non. Nam huiusmodi quæ- ret aliquis. problemata ergo & pro- positiones (ut dictum est) determi- nata sint.

Nunc declarat ea quæ sunt posita in definitione, et primo declarat membra diuisionis problematis, quæ ac- cipitur ex parte finis. secundo ibi [Sunt autem proble- mata] declarat membra diuisionis, quæ accipitur ex par- te nostre. De prima parte declarat tria membra, et pri- mo per exemplum exponit quid sit problema morale, et dicit, [Quædam enim problematum utile est scire tan- tum ad eligendum] bonum [uel fugiendum] malum. [ut utrum uoluptas sit eligenda an non.] hoc est, problema morale, quod queritur non ut sciamus, sed ut boni fia- mus. Deinde exponit problema naturale, et dicit, [Quædam autem ad sciendum tantum] uerbi causa, in natura li philosophia, [ut utrum mundus æternus sit, an non.] in me- taphysica, ut quæ sunt Protagoras utrum dii sint, aut non. in mathematicis, utrum stelle sint pares uel impares, quod querit in astrologia, aut utrum diameter sit commensu- rabilis costæ, an non. Deinde exponit problema logi- ca, quæ queruntur in logica, et dicit, [quædam uero ip- sa per se quidem ad neutrum horum] queruntur, [admi- niculantia autem sunt ad aliqua talium] ut ea problema ta, quæ queruntur in logica: ut utrum quatuor sint op- positiones an non, utrum figura sint tres, an non. Assi- gnat causam, et dicit, [Pleraque enim ipsa quædam per se non uolumus cognoscere, sed aliorum gratia, ut per illa aliud quippiam] aut in naturali philosophia, aut in na- turali [cognoscimus]. non enim finis logica est ut scia- mus ea, quæ queruntur in logica, sed ut illis utamur in aliis scientiis. Est enim logica, ut Alexander annotauit or- ganum sciendi, non scientia propter se. Deinde declarat membra diuisionis problematis, quæ accipitur ex parte nostre, et dicit [Sunt autem problemata] uno modo [et de quibus contrarii sunt syllogismi] pro utraque parte, et hoc exponit, et dicit, [Dubitationem enim habent, utri- que sic se habent, an non sic: eo quod de utrisque] hoc est, utraq; parte [sunt rationes suasibiles] [sunt dico rationes suasibiles] spectantes ad genus scientiæ, cuius sunt: et quia sunt ra- tiones suasibiles in scientia, cuius sunt, ideo aliquando uita- gares cum uulgariis e contrario se habent, et sapien- tes cum sapientibus, et aliquando sapientes cum uulga- ribus e contrario se habent. deinde exponit problemata, de quibus neutro modo opinantur: quia non sunt rationes in scientia cuius sunt, rationes accipiuntur in dialectica. et dicit, [et] subaudi, sunt alia problemata, [de quibus ra- tionem non habemus] in ea scientia cuius sunt, [cum sint magna, difficile arbitantes esse propter quid assignare, ut utrum mundus sit æternus, aut non. nam huiusmodi quæ- reret aliquis] in naturali philosophia, sed non habet ra- tiones naturales pro utraque parte, sed occipit eas ex lo- gica. Denum epilogat, et dicit, [Problemata ergo et propositiones (ut dictum est) determinata sint.] hæc Ari- stoteles ex quibus potest colligi hæc diuisio. Quod problema sunt alia, de quibus neutro modo opinantur.

A Alia de quibus sunt contrarie opinionis. Eorum ue- ro quorum opinionis contrarie sunt: Alia sunt, in quibus sapientes, et uulgares e contrario se habent, illa in quibus uulgares cum uulgariis: Alia in qui- bus sapientes cum sapientibus contrarie se habent in opinionibus, problemata de quibus neutro modo opinan- tur, sunt, quorum in scientia cuius sunt, non sunt rationes pro utraque parte: sed adducuntur rationes ex logica, uerbi causa, in naturali philosophia, utrum stelle sint pa- res, an non, non enim in naturali philosophia habemus ra- tiones pro utraque parte, sed a logica eas accipimus, pro- bantur enim pares esse, ex logica sic. Quod in numeris est optimum, est stelle peculiare. Par est in numeris opti- mum, igitur peculiare est stelle. Impares uero ex logica sic. Quod in uirtutibus est optimum, in stelle peculiare est: impar in uirtutibus est optimum, igitur peculiare est stelle. Amplius, problema neutrum est, utrum mundus sit æternus, an non: et utrum sphericus, an non. Non enim pro utraque parte argumentatur philosophus natura- lis, sed dialecticus. Amplius in morali problemata de qui- bus neutro modo opinantur sunt, ut utrum uirtutes sint con- nexæ, an non: et utrum uirtutes sint in parte rationali anime, an in parte concupiscibili, hæc enim neutra sunt, quoniam pro utraque parte ex dialecticis argumenta- mur. Adhuc in logica problemata neutra sunt, ut utrum quatuor sint oppositiones, an non: utrum sint tres figu- ræ, an non, horum enim non sunt rationes pro utraque par- te, nisi ex dialectica. Problemata uero, de quibus sunt opi- niones contrarie, sunt quidem in quibus uulgares et sa- pientes differunt, ut utrum uita magis quam corpo- ris bona eligenda, an non: et utrum uoluptas sit maxi- mum bonorum, an non. Nam uulgares bona corporis et fortunæ eligibilia esse opinantur, sapientes contra. Am- plius esse maximum bonorum, uulgares sapientes con- tra opinantur. In quibus uulgares a uulgariis differunt: ut utrum uires magis quam diuitia sint eligibiles, an non. in quibus sapientes a sapientibus: ut utrum animus sit mortalis, an non: utrum uacuum sit, an non.

Sed occurreret, quoniam illud problema, utrum mundus sit æternus, an non, non uidetur problema, de quo neutro modo opinantur, quoniam est problema naturale, de quo Platonici aliter, et Peripatetici aliter opinantur et e contrario modo inter se. Dicendum, quod licet de eo contrarie opinentur, tamen non opinantur contrarie per rationes naturales, sed per dialecticas rationes. Et ideo dicitur problema neutrum neutralitate argumto- rum naturalium. At problema, de quo contrarie opi- nantur, est de quo sunt opinionis contrarie per rationes oppositas, quæ spectant ad eam scientiam, cuius est. Istud est problema neutrum in metaphysica, utrum dii sint an non, quoniam non sunt rationes pro utraque par- te spectantes ad metaphysicam, sed ad alias scientias, unde Protagoras sophista per sophisticas rationes neu- tro modo opinabatur de illo problemate. Hæc de pro- blematibus.

Ἐπεὶ δὲ ἐστὶν ἐπιβεβηκότων ἀποδείξεως ὅτι ἡ γυνὴ πρῶτος τινὸς ἢ τῆς θεοῦ. Ἐπεὶ δὲ τὸ ἀποδεικνύμενον ἐστὶν ἀγαθόν, καὶ τὸ ἀποδεικνύμενον ἂν ἴσθαι, καὶ τὸ ἀποδεικνύμενον ἂν ἴσθαι, καὶ τὸ ἀποδεικνύμενον ἂν ἴσθαι.

61 Positio autem est opinio extra- nea alicuius famigeratorum in phi- losophia, ut quoniam non est con- tradicere, quemadmodum dixit An- tisthenes: aut quoniam omnia mouet- tur, secundum Heraclitum, aut quo- niam vnum est ens, quemadmodum Melissus dixit.

Cum dixisset de problemate, nunc dicit de positione, quæ est quedam problematis species. Sumitur enim po- sitio multasiam (ut Ammonius inquit) libro de inter- pretatione, nam uno modo positio est unum decem prædi- camentorum. Alio modo positio est propositio immediata, quæ non est altera prior, cuius duæ sunt species, unde- licet suppositio, et definitio. Alio modo positio accipi- tur pro quacunque responsione cuiuscunque respondē- tis. Quarto uero modo accipitur pro opinione, quæ est contra consensum multorum alicuius tamen philosophi- corum, qui sunt noti in philosophia, uel aliqua arte: et hoc quarto modo eam describit, et inquit, [Positio au- tem est opinio alicuius famigeratorum in philosophia extranea] tamē, hoc est contra consensum multorum: et hæc exponit exemplis, et dicit, [Vi quoniam non est con- tradicere, quemadmodum dixit Antisthenes.] qui tene- bat contradictionem nihil esse. [Aut quoniam omnia mo- uentur, secundum Heraclitum.] qui dixit omnia moueri, et nihil quiete. [aut quoniam unum est ens, quemad- modum Melissus dixit.] et Parmenides, qui dixerunt oia esse unum ens. Zeno uero dixit, nihil moueri; Chrysip- pus dixit salutem esse optimum. Omnes enim hæc posi- tiones sunt, quoniam sunt opinionis alicuius sapientis, uel aliquorum sapientum notorum in philosophia, contra ta- men consensum multorum.

Positio uariè accipitur.

τὸ γὰρ τὸ τυχόντων ἐναντία ταῖς ἀποδείξεσι καὶ ποσιν ἀμείνου, φρονιζέται, ἕκαστος ἐστίν.

62 Nam de quouis contraria opi- nionibus proferente, curam habere stultum est.

Hic locus uno modo exponitur, ut dicamus Ari- stotelem soluere tacitam questionem, nam cum opinionis ex- tranea talium sapientum habeat argumenta, quibus pro- bantur huiusmodi positiones, posset quis dicere, cur tu Aristoteles non adduxisti illa argumenta, et soluere illa enixus es? Respondet igitur Aristoteles, et dicit, [Nam de quouis proferente contraria opinionibus] multorum [curam habere stultum est] non adduxisti igitur argu- menta opinionum, ne stultitie notam incurreret. Alii ex- ponunt Aristotelem reddere causam, cur positio debeat esse opinio extranea eorum qui in philosophia sunt fa- migerati, quasi dicat, diximus [famigeratorum], quoniam si aliquis stultus proferat contrarium opinionibus multorum, non debemus curare, sed si sapiens poneret contrarium opinioni multorum, est curandum. Alius

G autem dico Aristotelem uelle assignare causam, cur positio extranea alicuius sapientis sit problema dignum...

ἢ περὶ τοῦ λόγου ἔχοντες ἐν αὐτοῖς τὰς δόξας. ἔστιν οὖν τὸ πρὸς τὸν λόγον ἢ γινώσκοντες ἢ ἀδύνατοι...

63 Aut de quibus rationem habemus contraria opinionibus, ut quoniam non omne quod est, vel factum est, vel aeternum, quemadmodum sophistae dicunt...

Quidam, ut Albertus, copulant haec uerba ad proxime dicta, hoc pacto. [Nam de quibus contraria opinionibus proferente cur an habere stultum est, aut]...

64 Est igitur & positio quidem problema, non autem omne problema positio: quoniam quaedam problema...

cus de nouo, factum uero minime, quia si musicus sit gra[m]maticus, aut sit ex materia gram[m]matici, uel ex contrario gram[m]matico...

Alexander respondet ad cauilum sophistarum, dicit enim musicum fieri gram[m]maticum non per se, sed ratione subiecti...

ἔστι μὲν δὲ καὶ ἡ θέσις τῶν προβλημάτων, οὗ πᾶσι δὲ προβλήματα θέσις, ἐπεὶ δὲ ἕνα τῶν προβλημάτων...

64 Est igitur & positio quidem problema, non autem omne problema positio: quoniam quaedam problema...

Nunc comparat problema ad positionem, et uult quod positio sit una problematis species, et assignat conclusionem...

A omnis positio sit problema, de prima parte dicitur, quoniam quaedam problema talia sunt iam, de quibus neutro modo opinamur...

ἔστι δὲ οὖν καὶ τὰ πρὸς τὰς ἀποφάσεις τῶν προβλημάτων, θέσις καλοῦνται. διαφορῶν δὲ μὴ...

65 Pene autem nunc omnia dialectica problema positiones uocantur. Differt autem nihil quomodolibet dicatur...

Sed dubitat contra se, quoniam suo tempore omnia problema dialectica erant positiones, et econuerso, igitur non bene assignata...

bus neutro modo opinamur, quae nec suo tempore etiam dicebantur positiones. Respondet ad dubitationem, et dicit, Differt autem nihil quomodolibet dicatur...

οὐ δὲ δὲ πᾶσι τῶν προβλημάτων, οὐ δὲ πᾶσι δὲ ἀποφάσεων, ἀλλὰ ἢ ἀποφάσεων ἀντιθέτων...

66 Non oportet autem omne problema, nec omnem positionem considerare, sed quam dubitabit aliquis eorum...

Nunc ostendit quae problema sunt querenda, et disputanda, et quae non, et potest intelligi quod dicitur duobus modis...

Quoddam est problema, quod querere, demonstrat eum qui querit, egere sensu, ut si quereretur, utrum nix sit alba, an non...



G tifice, ut ueritas elucescat, non enim dubitant de utraque parte, sed de altera querunt, ut patet. Adhuc quæres, Aristoteles tales propositiones uocat problemata, igitur sunt quæstiones, ergo possunt queri. Dicendum, quod loquitur ad hominem, uidelicet ad eum, qui uellet hæc putare esse problemata. dicit enim Aristoteles, quod etiam si hæc ab aliquibus dicerentur problemata, non debeant queri, quoniam alterum esset contra legem, alterum contra sensum.

ὅτι δὲ τὸ δὴ δῶμ σὺν ἄλλοις, ἢ ἀποδοξάζει, οὐδὲ δῶμ λίσσιν τὸ ἄλλο. τὰ δὲ τὸν γὰρ οὐκ ἔχει ἀποροῖαν. τὰ δὲ, καλῶς ἢ γινώσκουσιν.

67 Neque uero, quorum propinqua est demonstratio, neque quorum ualde longe. Nam illa quidem non habent dubitationem, hæc autem magis quam secundum facultatem exercitatum.

H Amplius ostendit secundo loco, quæ problemata sunt querenda, et quæ non, ex parte demonstrationis. et dicit nec esse querenda problemata, quorum demonstratio est manifesta et nota: nec ea, quorum demonstratio est procul, et ualde immanifesta. et dicit, [Neque uero] ea problemata sunt querenda [quorum demonstratio propinqua est.] hoc est, nota et per se manifesta. [neque] ea problemata [quorum] demonstratio [ualde longe] est, et ualde immanifesta. Cuius causam affert, et dicit, [Nam illa quidem] quorum demonstratio est propinqua, ac ualde manifesta, [non habent] dubitationem: hæc autem] problemata, quorum demonstratio procul est, et ualde immanifesta [magis] dubitationem habent [quam secundum facultatem exercitatum] ac dialecticam sit. Problemata quorum demonstratio est propinqua, ac manifesta (ut Alexander exponit) sunt, ut problemata frivola, de quibus disputant Stoici philosophi. Sunt autem hæc, utrum deceat cum ali-

I quibus cenare, aut non: utrum oportet auditores philosophorum mutare pedes, aut non: utrum uirile uirilitatem habeat, aut non: utrum iustus iniusta faciat, aut non: utrum sapiens sit indoctus, aut non. Hæc enim problemata sunt apud philosophos, quoniam cauillis enuntiantur hæc probare. probant enim iustum esse iniustum, quoniam qui iniusta facit iniustus est: iustus iniusta facit aliquando. igitur est iniustus. probant sapientem esse indoctum, quia docet indoctum. probant uirile non uirilitatem habere, quia pallium est uirile, et non habet uirilitatem. hæc igitur cum sint facilia, superficialia, et habent fallaciam propter dupliciter dictionem, querenda non sunt, quoniam faciliem habent demonstrationem. Sunt etiam problemata (ut Alexander inquit) quæ habent causas et demonstrationes proprias, non ex propositionibus probabilibus constructas, sed ex per se, et propriis quorum nullum est problema dialecticum. cum causa sit immanifesta dialectico, et procul à doctrina dialectica, ut utrum omne trigonum habeat tres angulos æquales duobus rectis, aut non. utrum una omnium sit

matéria, aut non. utrum materia sit ens perfectum, an imperfectum. utrum atomi sint rerum principia, aut non. utrum omne mouens motum moueat, aut non. utrum motus sit sempiternus, aut non. hæc quidem quæstiones non dialecticæ sunt, sed altioris scientiæ, quoniam hæc sunt quæstiones scientifiæ, quæ demonstrationibus altioribus probantur, et non dialecticis syllogismis, quare sophistica problemata non est dignum queri. quoniam sunt facilia, et de facili reprobantur. Scientifiæ uero, minime, quia ex probabilibus non probantur, sed ex eis, quæ transcendunt dialecticam.

Διαρισμένον δὲ τῶν κριτῶν καὶ διὰ τὸ αὐτὸ τῶν λόγων εἶδη τῶν διαλεκτικῶν. ἐστὶ δὲ τὸ μέγ, ἐπαγωγὴν. τὸ δὲ, συλλογισμὸς. καὶ συλλογισμὸς μὲν τὴν ἐπιπέδου, ἀποδοξάζει. ἀποδοξάζει τῶν καθέκαστα, τὰ καθόλου ἐφοδοξάζει. ἐστὶν κινεσθέντων ὁ ἐπιστάμενος. ἀποδοξάζει τὴν ἰνίσχου. καὶ ὅλως ἐστὶν ὁ ἐπιστάμενος. ἀποδοξάζει τὴν ἐπιστάμενος.

DE SPECIEBUS DIALECTICARUM RATIONUM

68 Determinatis autem his, oportet diuidere quot dialecticarum rationum sunt species. Est autem alia quidem inductio, alia autem syllogismus. Et syllogismus quidem quid est, dictum est prius. Inductio uero, est à singularibus in uniuersalia accessio, ut si est gubernator eruditus, optimus: & auriga, & omnis qui est eruditus in uoquoque, optimus.

Proponit nunc dicere, quot, et quæ sunt species rationum dialecticarum, quibus dialecticum certamen fieri solet et dicit, [His determinatis, oportet diuidere quot dialecticarum rationum sunt species.] Sunt enim rationum dialecticæ plures partes, alia quidem integrales: alia species, quæ partes subiectiuæ dicuntur. Partium integralium alia sunt remota, ut termini, quæ sunt quatuor prædicata. alia propinqua, quæ ex his componuntur: quarum alia ut principia sunt, propositiones, uidelicet dialecticæ: alia ut conclusiones, problemata uidelicet et positiones. cum igitur dixisset de partibus integralibus rationum dialecticarum, nunc de subiectiuis, quæ species dicuntur, dicere proponit, et inquit, [Est autem alia quidam inductio, alia autem syllogismus.] prædicit causam cur de syllogismo tacere uult, sed de inductioe dicere, et inquit, [Est syllogismus quidem quid est, dictum est prius.] Exponit autem inductioem, et dicit, [Inductio uero, est à singularibus in uniuersalia accessio,] siue progressio, per quæ patet eos non recte sentire, qui asserunt progressum à simili ad simile esse inductioem, non enim est simile uniuersale iis singularibus quæ sub ipso sunt. Potius enim (ut Alexander inquit) ea præ-

A gressio, quæ à simili ad simile exemplum est. nam ratio, in qua proceditur à singularibus ad uniuersale, inductio est. Et quot ita sit, exemplo ostendit, et dicit, [Vt si est gubernator nauis uel exercitus eruditus, optimus: et auriga] gubernator carri eruditus, optimus, et sic de singulis, et] pro igitur omnis, qui est eruditus in unoquoque,] erit] optimus,] est igitur inductio. Hic eruditus est optimus, demonstrato nauis uel exercitus gubernatore: et hic eruditus est optimus, demonstrato auriga: et hic eruditus est optimus, demonstrato medico: et hic eruditus est optimus, demonstrato agricola: igitur omnis eruditus, est optimus.

Ἐστὶ δὲ καὶ ἐπαγωγὴ πῆθανωτέρα καὶ σαφέστερα καὶ ἰσχυρὴ τὸν ἀποδοξάζει, ἢ συλλογισμὸς. ἀποδοξάζει τῶν καθέκαστα, τὰ καθόλου ἐφοδοξάζει. ἐστὶν κινεσθέντων ὁ ἐπιστάμενος. ἀποδοξάζει τὴν ἰνίσχου. καὶ ὅλως ἐστὶν ὁ ἐπιστάμενος. ἀποδοξάζει τὴν ἐπιστάμενος.

69 Est autem inductio uerisimilior, & planior, & secundum sensum notior, & pluribus communis. Syllogismus autem ualentior, & ad contradicendum efficacior. Ergo genera, de quibus disputationes, & ex quibus (quemadmodum dictum est antea) determinata sint.

Nunc comparat inductioem et syllogismum ad inuicem, et dicit, [Est autem inductio uerisimilior, et planior, et secundum sensum notior, et pluribus communis. syllogismus autem ualentior, et ad contradicendum efficacior.] Quod uero ad uerba attinet, animaduersione dignum, quod quando aliquod prædicatum inducitur prædicari uniuersaliter de aliquo subiecto. uerbi causa, omnem eruditum esse optimum, tripliciter inducitur. Una ratione secundum similitudinem, nam quæ ratione prædicatur optimum de gubernatore, eadem ratione de auriga, et quæ ratione de auriga, eadem ratione de medico: et sic uerisimiliter de omnibus aliis. Secundo modo, æqualiter de omnibus prædicando. nam æqualiter hoc prædicatum, optimum, prædicatur de gubernatore, de auriga, et de medico. Tertio, per sensum de omnibus singularibus uere prædicari. per sensum enim accipitur hoc prædicatum optimum prædicari de gubernatore, de auriga, de medico. Hæc ratio Aristoteles dicit, quod inductio sit uerisimilior ratione habita ad uerisimilitudinem prædicatiois, et clarior, hoc est, planior, ratione habita ad æqualitatem prædicatiois, et secundum sensum notior, ratione habita ad modum cognoscendi quo cognoscitur dici prædicatum de omnibus singularibus. Addit autem [et pluribus communis] quoniam uulgares sunt plures, qui utuntur sensu, et inductioe: sapientes, pauciores, qui utuntur syllogismo. [Syllogismus autem ualentior, et ad contradicendum efficacior,] dixit [ualentior] quantum ad syllogismum ostensiuum, dixit [ad contradicendum efficacior] quo ad syllogismum, qui ducit ad impossibile. Tunc epilogat, et dicit,

[Ergo genera] problematum, [de quibus] tanquam de conclusionibus. [sunt disputationes, et ex quibus] tanquam ex propositionibus [quemadmodum dictum est antea, determinata sint.] subaudi, in hunc modum.

Sed circa hæc dubitatur de numero rationum. primo, quoniam ratio dialectica est argumentum (ut Boetius ait) autumata. argumenti autem quatuor sunt species, ut idem Boetius enumerat, ut syllogismus, inductio, enthymema, et exemplum. præterea Aristoteles libro Priorum addit inter rationes, rationem necessariam non syllogisticam, de qua in libro Priorum satis. Iuniores aduident inter rationes, eam, quam consequentiam uocant, igitur non tantum due sunt dialecticæ rationes.

Alexander reducit enthymema ad syllogismum, exemplum ad inductioem, et nos consequentiam reduce re possumus ad inductioem: rationem necessariam non syllogisticam, ad syllogismum. Aut dici potest Aristotelem enumerasse rationes dialecticæ completas, quæ sunt due tantum, uidelicet inductio et syllogismus. non autem incompletas, ut patet.

Deinde dubitatur circa definitionem inductiois. primo, quia cum inductio sit oratio, non uidetur bene definita per accessionem, uel progressionem. Secundo dato, quod recte definitur per progressionem, uel accessionem, cum accessio et progressio sit motus, et omnis motus sit ab uno termino in unum terminum, male dictum est inductioem esse progressionem à singularibus ad uniuersalia in numero plurali. Tertio dato, quod inductio sit à pluribus singularibus, Aristoteles uidetur diminutus, quoniam non declarat ut an ab omnibus singularibus, an ab aliquibus. Quarto, cum eadem sit uia ab Athenis ad Thebas, et e conuerso, queritur utrum progressio ab uniuersalibus ad singularia sit inductio, quod cum Aristoteles non exposuisset, uidetur diminutus. Quinto dubitatur, cum inductio sit oratio, queritur utrum sit una oratio, an plures: et si una, qui unitate est una. Sexto queritur, dato quod sit una: utrum sit hypothetica, an categorica. Hæc enim sunt, quæ dubitationem faciunt quantum ad definitionem. Quantum uero ad uim probatiuam, queritur primo, quæ uirtus animæ est, quæ inductioem facit. secundo quis est medius terminus, per quem fit inductio. tertio quæ quot requiruntur ad perfectam inductioem, si debet esse ratio dialectica.

Ad hæc respondetur per ordinem, et primo ad primam rationem, dico quod inductio potuit per orationem describi, uerum propter duas causas per motum descripta est. primo, quia inductio ui noninis annotat magis motum, quam syllogismus. Nam inducere motum dat intelligere. secundo quoniam ex parte rei etiam motum annotat. nam in inductioe terminus à quo, et terminus ad quem ualde differunt, quoniam singularia, et uniuersalia plus differunt, quam uniuersale et uniuersale, quæ sunt termini in syllogismo.

Ad secundam dico, quod licet terminus a quo sine plura singularia, tamen uirtute copulationis subeunt uicem unius terminus uero ad quæ, est uniuersale: non quod est opus intellectus agentis, sed quod est uniuersale secundum modum enuntiandi, et sic est propositio uniuersalis.

Ad tertiam dicimus, quod triplex est inductio, ut Aueroes inquit secundo Priorum. Demonstratiua, et in hac non oportet inducere in omnibus singularibus, ut

DE INSTRUMENTIS, QUIBVS ABUNDAMVS IN SYLLOGISMIS, QUI FIYNT AD DISSEYENDVM

70 Instrumenta autem, per quę abundantamus in syllogismis, sunt quatuor, unum quidem propositiones sumere. Secundum autem, quadrupliciter vnumquodque dicitur, posse distinguere. Tertium, differentias inuenire. Quartum autem similitudinis consideratio.

Cum dixisset de speciebus rationum dialecticarum: nunc dicit de instrumentis, quibus in syllogismis abundantamus in disputationibus, & dicit, [Instrumenta autem, per quę abundantamus in syllogismis,] & subaudi, in inductionibus, hoc est, instrumenta per quę facultatem habebimus faciendi rationes dialecticas: [sunt quatuor.] Tacuit autem inductionem: quia est minus principalis ratio dialectica; Alexander autem suppleuit. Exponit hæc per ordinem, & dicit, [Vnum quidem est propositiones sumere] appellat autem instrumentum, per quod poterimus syllogismis abundare: sed quoniam instrumenta non sunt partes syllogismorum & inductionum, propterea dicit instrumentum esse non propositiones, sed propositiones sumere: ut recte animaduertit Alexander. Secundum uero, quod iuvat ad facultatem propositionum, est [quotupliciter: unumquodque dicitur, posse se distinguere,] sine in nominibus fuerit hæc multiplicatas, sive in orationibus. Qui enim distinguit unum nomen subiectum uel prædicatum propositionis, uel qui distinguit propositionem, syllogisticam efficit, & sic in propositionibus abundat. [Tertium instrumentum est [differentias inuenire,] qui enim inuenit differentias inter aliqua, abundat in propositiones, qui enim distinguit, & differentias inter distincta exponit, syllogisticam facit propositionem. [Quartum autem] est [consideratio similitudinis] quę reperitur in rebus differentibus. nam etiam qui similitudinem ponit inter ea, quę differunt propositionem dialecticam constituit, quare sumere propositiones est instrumentum, quo abundantamus in syllogismis, sed posse distinguere, & inter distincta differentias inuenire, & inter differentia considerare similitudinem, instrumenta sunt, quibus sumimus abundanter propositiones, & consequenter quibus abundantamus in syllogismis. Quid quidem (ut Alexander inquit) propositiones sumere utile sit ad syllogismorum abundantiam, patet, quoniam cum dialecticas propositiones habuerimus, facile poterimus de omni proposito problemate syllogizare. Catera autem instrumenta habere, ut considerare diuisionem eorum, quę multipliciter dicitur, & posse cognoscere differentias eorum, quę distincta sunt, & differentium similitudinem considerare, instrumenta sunt, quibus principaliter in propositionibus abundantamus, & consequenter in syllogismis, & hoc sub

G dicit secundo physica auscultationis. Est enim in propositionibus per se, quę sunt de omni. Dialectica, quę est in propositionibus probabilibus. & quoniam in talibus idem est iudicium de uno singulari, & de omnibus, ideo non oportet inducere in omnibus singularibus. Alia est sophisticas, de qua ad sophistas, hac ratione dixit, & singularibus, & non ab omnibus singularibus. Ad quartam solutio patuit in ludicris, diximus enim progressum ab uniuersali ad singularia esse descensum, qualis sit sub termino, qui supponitur in propositione distribuitur: modo descensus, non inductio, sed potius syllogismus est. Ad quintam & sextam dicamus, quod inductio est una propositio composita a unitate consequentis, qui est finis inductionis, & unitate signi illatiui, & unitate medii termini, de quo secundo Priorum diximus. Etiam dicimus inductionem non esse propositionem hypotheticam, nec simplicem, sed orationem coniunctiuam, in qua propositiones scilicet antecedens & consequens coniunguntur signo rationis. Ad alia quesita quę aueruntur circa uim probatiuam. Ad primam, nonnulli dixerunt uirtutem, quę inducit, esse sensum, qui singularium est, quod falsum est, quoniam utrius, quę inducit, est discursiva, at sensus non discursiuit. Alii dixerunt uirtutem illam esse intellectum, quod dubium est, quoniam intellectus non cognoscit singularia. Isaac inter uirtutes animę posuit uiam, quam uocauit collatiuam, & hanc uoluit esse uirtutem, quę inducit. Quid nisi aliter exponatur, res noua est hæc Peripateticis. Philoponus uero asserit uirtutem quę inducit, esse diuisionem, quę latine dicitur ratiocinatio, quę si inducit ad uniuersale, quod est in intellectu, facit inductionem demonstratiuam, si ad uniuersale, quod est in opinatrice, facit inductionem dialecticam, si ad uniuersale, quod est in phantasia, facit inductionem sophisticam, Verum de re hac in libro Priorum. Ad secundum dicendum, quod medius terminus est hoc quod dicitur, & sic de singulis, uel aliquid huic æquiualens. hoc enim est medius terminus, quia copulat antecedens, cum consequente, & tu quare secundo priorum. Ad tertium quidam dicuntur requiri: primo quod sumantur omnia singularia, quoniam non ualet, iste homo est musicus, & ille homo est musicus, ergo omnis homo est musicus. secundo, quod tales singulares non repugnent, quoniam non ualet, corpus potest esse sine isto loco, & sine isto, & nullus est locus qui sine illo possit stare, igitur sine omni, est enim unus locus nobis indeterminatus sine quo stare repugnat aliis, nec ualet materia, potest stare sine hac & sine illa forma, igitur sine omni forma: propter eandem rationem. Sed hæc sunt superflua, quoniam in inductione demonstratiua non oportet inducere in omnibus, quoniam cum propositio sit per se, est de omni: in dialectica minime, quoniam est in propositionibus probabilibus, in quibus idem iudicium est de uno singulari, & de omnibus singularibus.

Τὰ δὲ ὄργανα δι' ὧν ἐπιπορησόμεθα τῶν συλλογισμῶν, εἰς τέσσαρα ἔμμεν, τὸ πρῶτον ἐστὶ λαβεῖν τὸ ἐν τῷ ὅτι, τὸ δεύτερον δὲ, τὸ ποσοχῶς εἰσάγειν λέγειν δὲ ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ ἐξῆς, τὸ τρίτον, τὸ τὰς διαφορὰς ἐκείνων, τὸ τέταρτον δὲ, τὸ ὁμοίους ἀεὶ εἶναι.

A dicit Aristoteles in textu proximo.

Εἰς δὲ τῶν ὄργανων τινῶν ἢ τῶν τρεῖν τούτων, πρῶτον τὰς διαφορὰς, ἢ τὸ λαβεῖν τὸ ἐν τῷ ὅτι, ἢ τὸ ποσοχῶς εἰσάγειν, ἢ τὸ λέγειν ἀνωθεν ἀπὸ τοῦ ἐξῆς, ἢ τὸ εἰσάγειν τὸ ἐν τῷ ὅτι, ἢ τὸ ποσοχῶς εἰσάγειν, ἢ τὸ λέγειν ἀνωθεν ἀπὸ τοῦ ἐξῆς, ἢ τὸ εἰσάγειν τὸ ἐν τῷ ὅτι, ἢ τὸ ποσοχῶς εἰσάγειν, ἢ τὸ λέγειν ἀνωθεν ἀπὸ τοῦ ἐξῆς, ἢ τὸ εἰσάγειν τὸ ἐν τῷ ὅτι, ἢ τὸ ποσοχῶς εἰσάγειν, ἢ τὸ λέγειν ἀνωθεν ἀπὸ τοῦ ἐξῆς.

71 Sunt autem & modo quodam etiam tria horum, propositiones. Est enim vnumquodque eorum propositionem facere, ut quoniam eligendum est honestum, uel delectabile, uel uile, & quoniam differt sensus à disciplina, eo quod amittenti eam, possibile est rursum sumere: Illum autem impossibile. & quoniam similitur se habet salubre ad sanitatem, & habile, ad bonam habitudinem. Est autem prima propositio ab iis, quę multipliciter dicuntur, secunda à differentiis, tertia uero à similibus.

Docet hic Aristoteles quomodo diuidens, & differentias faciens, & similitudines considerans propositiones syllogisticas efficit: & hoc primo proponit, & dicit, [Sunt autem & modo quodam etiam tria horum, propositiones] cuius causam assignat, & dicit, [Est enim unumquodque eorum propositionem facere, ut quoniam eligendum] triuarian est. Est enim [honestum, uel delectabile, uel uile,] ideo qui distinguit ipsum eligendum, facit hanc propositionem syllogisticam: Omne eligendum est honestum, uel delectabile, uel utile, per quam possumus argumentari ad hoc problema, utrum tyrannis sit eligenda, aut non. [Et quoniam differt sensus à disciplina, eo quod amittenti eam: possibile est rursum sumere, illum autem] scilicet sensum amittenti, [impossibile] est sensum rursus sumere, ex hac differentia accipitur hæc propositio: Quid amissum potest resummi, differt ab eo quod amissum non potest resummi. ex hac propositione dialectica possumus argumentari ad hoc problema, utrum disciplina sit sensus, aut non. hoc pacto. Quid amissum potest resummi, differt ab eo quod amissum non potest resummi: disciplina amissa potest resummi, sensus amissus non potest resummi: igitur disciplina non est sensus. [Et quoniam similitur se habet salubre ad sanitatem, & habile ad bonam habitudinem.] Ex hac propositione possumus argumentari ad hoc problema, utrum cause effectiue bone habitudinis, sint habiles, aut non. hoc pacto. Sicut se habent cause effectiue san-

nitatis ad sanum, ita cause effectiue bone habitudinis ad D habile: sed causa effectiue sanitatis sunt sanę, igitur cause effectiue bone habitudinis sunt habiles. maior patet, quoniam sicut se habet sanum ad sanitatem: ita habile ad bonam habitudinem. exponit autem concludendo propositiones, & dicit, [Est autem prima propositio] sumpta [ab his: quę multipliciter dicuntur] uidelicet illa. Omne eligendum, aut utile, aut honestum, aut delectabile. [Secunda à differentiis] uidelicet illa: quę sunt minor. disciplina amissa potest resummi, sensus amissus non potest resummi: hæc fuit propositio minor syllogismi secundi, quę accipiebatur à differentia inter sensum, & disciplinam. [Tertia uero à similibus] uidelicet illa. sicut sanum ad sanitatem, ita habile ad bonam habitudinem, quę fuit probatio maioris in tertio syllogismo: igitur diuidens, & differentias assignans, & similitudinem considerans propositiones dialecticas facit. Plura alia exempla assignari possunt, quę Alexander satis explicat, ideo hæc sufficiant. E Quidam enuntur reducere hæc quatuor ad normam hoc pacto, omne instrumentum ordinatur ad hunc finem: ut argumentemur, quando uolumus: & fieri hoc non possit, nisi per propositiones: igitur omnia hæc instrumenta ordinantur ad propositionem. aut igitur ad totam propositionem: aut ad partem. Si ad totam, habetur primum instrumentum. Si ad partem, aut ex parte uocis, aut ex parte rei. si ex parte uocis: habetur multiplicis distinctio. Si ex parte rei, aut quo ad differentiam, & habetur inuentio differentię: aut quo ad conuenientiam & habetur similitudinis consideratio. Hęc tamen sufficientia friuola est, quoniam omnia tria sunt propositionum sumptio, ut declarat Aristoteles & sic propositiones sumere non ponit in numero: est enim quid commune ad illa tria.

Τὰς δὲ διαποριστικὰς ἐκλεγετέον διαφορὰς διώριστον εἶναι πρῶτον, ἢ τὰς ἀντικειμένων διαφορὰς, ἢ τὰς ἀπὸ τοῦ ἐξῆς, ἢ τὰς ἀνωθεν, ἢ τὰς ποσοχῶς, ἢ τὰς εἰσαγωγικὰς, ἢ τὰς ἐπιπορησόμενους.

DE PROPOSITIONVM SUMPTIONE.

72 Ergo propositiones quidem eligendum quotquot modis determinatum est in propositione, aut omnium opiniones proponenti, aut plurium, aut sapientum, & horum uel omnium, uel plurimorum, uel notissimorum.

Nunc determinat de quatuor his instrumentis in speciali & primo de propositionum sumptione, & determinando de propositionum sumptione primo docet sumere propositiones ex parte illius particule: quę ponetur in definitione propositionis dialecticę uidelicet ex parte definitionis ipsius probabilis, & quoniam probabile est duplex, primariū, quod ratione sui est probabile, & d. iii

Secundarium,ideo primo docet sumere propositiones ex parte definitionis probabilis primarii, et dicit, [Ergo propositiones quidem eligendum quotquot modis de terminatum est in propositione] ipsa dialectica ipsum probabile, et primo probabile primarium: nam ipsi [proponenti] propositiones dialecticæ sunt [opiniones omnium] hoc est, hæc propositiones, quæ uidentur omnibus [aut] hæc propositiones, quæ sunt [plurium, aut] quæ sunt [sapientum et horum uel] hæc quæ sunt [omnium sapientum, uel] quæ sunt [plurimorum, uel] quæ sunt [notissimorum] sapientum, omnibus enim istis modis dialecticæ propositiones sunt, uerbi causa propositio sapientum quæ est omnium, ut omne quod fit, ex ente, uel hæc, nihil fit ex nihilo. Hæc est plurium sapientum, uentus est aer uelociter motus, quoniam est Democrati, et Senecæ. hæc notissimorum, intellectus est quid diuinum et immortale. Præterea hæc est omnium, sanitas, et robur, et diuitiæ sunt bona. Hæc uero plurium, diuitiæ sunt meliores uirtutibus, hæc est, sapientum, uirtutes sunt meliores diuitiis. Omnes enim hæc propositiones dialecticæ sumuntur ex definitione probabilis primarii.

¶ Ἡ ὁ τὰς ἐναντίας τὰς φαινόμενας κτλ ἀντιφασίαν καθ' ἑαυτὴν ἐπιπέσει τῶν ἰσχυρίων.

73 Aut etiam contrarias apparentibus, aut quæcunq; opiniones secundum artem sunt, aut contrarias apparentibus probabilibus quascunque oportet protendere secundum contradictionem, quemadmodum dictum est prius.

Nunc docet sumere propositiones ex parte probabiles secundarii, quod, ut dictum est, dicitur in ordine ad aliud, hoc est, aut contrarium de contrario: sed simile in qualitate, ut si amicus est benefaciendum, inimicus est malefaciendum. et hoc dicit, [Aut etiam] oportet sumere [contrarias] propositiones [apparentibus] hoc est, probabilibus, quod intelligo secundum utrumque extremum, ut si amicus sit benefaciendum: inimicus erit malefaciendum. aut quod est secundum opiniones, et dicit, [Aut] eligendum [quæcunque] opiniones secundum artem sunt. nam si opinio uisus artis, probabilis est: opinio similitis in alia arte, probabilis erit: ut si in geometria probabile est, si ab æqualibus æqualia demas, cætera quæ remanent esse æqualia: in naturali philosophia erit probabile, si ab æqualibus temporibus æqualia tempora remoueas, cætera tempora esse æqualia: et in geometria, in numeris etiam. item (ut Alexander inquit) ponet ut probabile, quod ab Hippocrate in medicina, et quod ab Archimede in geometria, et quod ab Aristoxene in musica ponitur: aut quod est secundum contrarium in contradictione: et dicit, [Aut contrarias] eligendum [apparentibus] probabilibus quascunque oportet protendere secundum contradictionem, quemadmodum dictum est prius: nam si amicus est benefaciendum, inimicus non est benefa-

ciendum, et si amicus est benefaciendum, amicus non est malefaciendum.

Χρησίμων δ' ἐκ τοῦ ποιεῖν αὐτὰς ἐν τῷ ἐκλέγειν μὴ μόνον τὰς οἰσὰς ἐπιτόξους, ἀλλὰ καὶ τὰς ὁμοίως τὰν τῶν διὸν ὅτι τῶν ἐναντίων ἢ αὐτῶν αἰσθητικῶν ὁ γὰρ ἡ ἐκπαιστικὴ ὁ δὲ ὁ δὲ μὴ ἐστὶν ἡ δὲ οὐκ ἐκπέμποντες ὁ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων αἰσθητικῶν ὡσαύτως, ἀλλ' οὐ μὴ π γὰρ ἐστὶν ἐχθροὶ μὴ οὐκ ἐκπέμποντες. ὁ γὰρ ὁμοίως ἴσθαι ὁ δὲ ὁ δὲ μὴ αἰσθητικῶν, ὡσαύτως, ὁμοίως δ' ἐκ τῶν τῶν ἄλλων.

74 Vtile autem, & facere eas in eligendo, non solum, quæ sunt probabiles, sed & similes eis, ut quod contrariorum idem sit sensus, quoniam & scientia contrariorum est eadem. Et quod uideamus suscipientes aliquid, non emittentes, quoniam & in aliis sensibus sic est. Nam & audimus suscipientes aliquid, non emittentes, & olfacimus eodem modo si militer autem & in aliis.

Tertio docet sumere propositiones ex parte similitudinis, et ponit exempla quomodo à simili accipiuntur propositiones, et dicit, [Vtile autem] subaudi, dico [et facere eas in eligendo, non solum, quæ sunt probabiles] secundum se, et in ordine ad aliud [sed et similes eis,] quæ sunt secundum se probabilia: et offert exempla, et dicit, [ut quod contrariorum idem sit sensus] sumitur ut probabile, [quoniam et scientia contrariorum est eadem,] quæ erit probabilis secundum se, [et quod uideamus suscipientes aliquid non] extra [emittentes] ut Plato dixit. Hoc enim accipimus tanquam probabile, [quonia et in aliis sensibus sic est.] et apud omnes probabile secundum se, [nam et audimus suscipientes aliquid non] extra [emittentes, et olfacimus eodem modo] intus suscipiendo, et non extramittendo. [similiter autem et in aliis] uidelicet gustu et tactu. Quare cum sit probabile in cæteris sensibus: et in uisu erit probabile.

Ἐπεὶ ὅσα ἐστὶν ἅπαντων ἢ τῶν ὁμοίων φαίνεται, ἀληθῆς ὡς ἀρχὴν ὁ δὲ ὁμοίων ἴσθαι, τὴν ἴσθαι γὰρ οὐ μὴ συναρπάζοντες ἐπὶ τῶν οὐχ οὐτως.

75 Amplius quæcunque in omnibus vel plurimis videntur, sumendum, ut principium, & apparentem positionem: nam ponunt, qui non conspiciunt in aliquo non sic.

Nunc tertio docet sumere propositiones, ex quibusdam accidentalibus, et hoc est quando instantia non apprehenditur contra propositionem assumptam, ut

A sit propositio inuicem probabilis, in qua non apparet instantia, licet reuera sit instantia, et dicit, [Amplius quæcunque] probabilia accipiuntur [in omnibus uel plurimis] uidentur, sumendum, ut principium, et apparentem positionem, et maximam, pro dialecticis propositionibus, [nam] respondentes [ponunt] ea et concedunt, [qui non conspiciunt in aliquo non sic] hoc est, qui in promptu non habent instantiam, sunt huius generis, maior bono maius malum opponitur. Hæc licet uideatur inuicem, tamen habet reuera instantiam, quoniam bona habitudo est maius bonum, quam sanitas, et tamen bona habitudo opponitur mala habitudo, et sanitati egritudo, et tamen maius malum est egritudo quam mala habitudo. Quod autem bona habitudo sit maius bonum quam sanitas, patet, quoniam includit sanitatem, et aliquid ultra. Amplius et hæc, si aliquid predicatum de aliquo subiecto dicitur, et contrarium de contrario dicitur: nam si de dulci dicitur suauis, de amaro dicitur austerum, et tamen habet instantiam, quoniam de bona habitudo dicitur sanitas, et tamen de mala habitudo non semper dicitur egritudo. Similiter hæc propositio, cor est principium animalium, ut in omnibus uideatur, quæ tamen habet instantiam de animalibus infectis, in quibus non est cor.

ἐκλέγει γὰρ δὲ τὸν καὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων λόγων. τὰ δὲ διαγραφὰς ποιεῖται περὶ ἐκάστου γένους ὑποτιθέντας χάριτας, διὸν περὶ ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ. καὶ περὶ ἀγαθοῦ πάντος ἀρετῶν μιν ὡς ἐπὶ τοῦ τῆ ἐστὶν ἀρετῆς ἀλλ' ἐπὶ τῶν δὲ ἐκάστου δὲ ὅπου δὲ ἐπιπέσει οὐκ ἐστὶν οὐκ ἐστὶν ἐπὶ τῶν ἀρετῶν σοιζομένων ἐπὶ τῶν δὲ.

76 Eligere autem oportet & ex scriptis disceptationibus. Descriptiones autem facere in unoquoque genere supponentes seorsum, ut de bono, aut de animali, & de bono omnino incipiendo à quid est. Annotare autem & singulorum opiniones. ut quod Empedocles quatuor dixerit elementa corporum esse, ponet enim aliquis, quod ab aliquo probato dictum est.

Cum docuisset sumere propositiones dialecticas in prompta electione, nunc docet sumere propositiones in preparata electione, ut Alexander exponit, quæ preparata electio sit aut per ea, quæ in disceptationibus sunt scripta ab aliis: aut per descriptiones quas quis à se facit, antequam ueniat ad certamen de unoquoque, aut per opiniones aliorum, et dicit, pro preparata electione propositionum, [eligere oportet] eas [ex scriptis disceptationibus,] factis ab aliis, nam disceptata ab aliis sumenda sunt, ut propositiones dialecticæ in preparata electione, quæ preparata electio sit antequam congregemur in ludo literario. Amplius pro preparata electio-

tionem propositionum dialecticarum oportet [facere] descriptiones in unoquoque genere, hoc est, in unoquoque predicamento, [supponentes] eas [seorsum, ut de bono, aut de animali, et] supponentes [de bono omnino,] quod est in unoquoque predicamento, [incipiendo à quid est] hoc est, à substantia, uel incipiendo à quid est, hoc est, à definitione uniuscuiusque boni, uel entis, postea quid unicuique inest, ut quid animal sit prius, postea, quod sit aut gressibile, aut aquatile, aut uolatile.

Amplius, oportet scire si aliquod contrarium est illius; et quid sit illud contrarium, et quid sequitur ad tale contrarium: et hæc eadem fieri debent de prudentia, præsciendo prudentiam esse coniecturam in tempore inconsiderato, et quid sequitur ad prudentiam, et contrarium prudentiæ, quid sequitur ad illud contrarium. Si nulli ratione præsciendo, quod sol sit stella lucens de die, et quid sequitur ad solem, et contrarium, et ad quid ad contrarium sequitur. Amplius, præsciendo quod bonum sit eligibile, et quod uirtus sit optimus habitus, et quod felicitas sit sufficientia in uita. In preparata igitur propositionum sumptione oportet, ut opponens hæc habeat electa. Amplius [annotare] oportet in preparatione electa [et singulorum opiniones,] eorum qui sunt in disciplina præcipui, [ut quod Empedocles quatuor dixerit elementa corporum esse, ponet enim aliquis] ac concedet, [quod ab aliquo probato dictum est] hæc igitur tria (ut Alexander exposuit) necessaria sunt in preparata electione propositionum dialecticarum, quæ uero prius dixit, sunt utilia in preparata et prompta propositionum dialecticarum sumptione.

Ἐπεὶ δὲ ὡς τὴν περὶ λαθεῖν τῶν προτάσεων ἢ τῶν προβλημάτων μέρη τρία, αἱ μὲν γὰρ ἰθὺς καὶ προτάσεις ἐστὶν, αἱ δὲ φυσικαὶ, αἱ δὲ λογικαὶ, ἰθὺς καὶ μὴ ὅτι αὐτὰ τοιαῦτα. διὸν πότερον δὲ τῶν γονύσι μάλλον παθαροχέρῃ ἢ τῶν νόμοις, ἐὰν διαφανῶσι. λογικὰ δὲ, διὸν πότερον τῶν ἐναντίων ἢ αὐτῶν ἐπισημνῆται, ἢ οὐ φυσικὰ δὲ πότερον ὁ νόστος, αἰσθητικῶν ἢ οὐ ὁμοίως δὲ καὶ τὰ προβλήματα.

77 Sunt autem (ut figuratè fit complexi) propositionum & problematum partes tres: nam aliæ sunt morales propositiones, aliæ naturales, aliæ rationales. Morales quidem sunt huiusmodi, ut, utrum oporteat parentibus magis, an legibus obedire, rationales uero, ut, utrum contrariorum eadem disciplina sit, an non, naturales autem, ut, utrum mundus sit æternus, an non. Similiter autem & problemata.

Cum docuisset sumere propositiones non concernendo materiam, nunc docet sumere propositiones concernendo materiam, et repetit diuisionem propositionum, et problematum, quam (ut Alexander inquit) prius fecit

G & dicit, [Sunt autem, ut figuratiter sit completi, propositio...

moralia, & dicit ea esse, que spectant ad fugam, uel per-

δωροα δ' εκαστα...

78 At vero quales sint singula earum, que dicte sunt, definitione...

Vna expositio esse potest, quod Aristoteles se excusa...

Αληθέρ δέ οτι μέγιστα, καθόλου τώσας τας...

79 Sumenda autē sunt quam maxime uniuersales propositiones...

Nunc dat unum documentum ad magnam facultatem...

A sic per ipsi poterimus syllogizare per multos syllogismos...

tionis eorum tentandum assignare, hoc est, non solum...

τὸ δὲ ποσάχως, πρὸς γὰρ ἑνὸς μὴ μόνον...

DE MULTIPLICI DISTINCTIONE.

80 Ipsum autem quotupliciter negotiandum est, non solum...

Secundum instrumentum erit posse illud quod multipliciter...

πόσους δὲ ποσάχως ἢ μοναχῶς ἢ ἐπὶ λα...

81 Vtrum autem multipliciter specie dicitur, aut vno modo...



contrarium. Non enim idem acutum erit obtuso, & graui contrariu, vtrique autem acutum contrarium. Rursum graui in voce quidem, contrarium acutum, in corpore vero leue. Quare multipliciter graue dicitur, quoniam & contrarium. Similiter autem & pulcho, ei quide, quod in animali turpe, ei vero, quod est in domo, perniciosum. Quare æquiuocum pulchrum.

Cum dixisset ad negotium de multiplici non sufficere solum ea, de quibus multipliciter ipsum dicitur, sed etiam rationes, quibus illa differunt, nunc assignat loca, & consideraciones per quas scire poterimus aliquod nomen esse multiplex, & primo proponit hoc, & dicit, [Viriu autem multipliciter specie] aliquid dicitur, hoc est, significatione, ut Alexander exponit, aut uno modo, hoc est, una significatione [dicitur per hæc] scilicet loca quæ dicuntur, considerandum, & per specie multiplex. Alexander exposuit multiplex significatione, quod est multiplex æquiuocatio, & per uno modo dictum, exposuit, secundum inuocacionem. Deinde exponit primum locum & dicit, [Primum quidem in contrario perspicendi] eius, que sitit uel propositi, de quo sermo est, [si multipliciter dicitur] specie, nam siue specie, hoc est, significatione, multiplex dicitur, siue specie, & nomine, propositum erit multiplex semper. Est enim hæc maxima. Propositum cuius contrariu est significatione multiplex, ipsum est multiplex, siue contrariu sit multiplex significatione tantum, siue significatione, & nomine etiam. Primum ergo declarat propositum dici multiplex, quando contrarium dicitur multiplex significatione, & nomine, & hoc per exempla exponit, & dicit, [Quædam enim] contraria, quæ significatione differunt, [etiam nominibus alia sunt, ut] acutum est multiplex significatione, quoniam suum contrarium est significatione, & nomine multiplex. Nam [acuto in uoce, contrarium est graue,] quod etiam est in uoce. [in magnitudine autem] acuto, uidelicet in gladio, contrarium est [obtusum. Patet igitur, quoniam contrarium acuto multipliciter] significatione & nomine. [Si autem hoc] dicitur multipliciter significatione, & nomine, [et acutu] dicitur multiplex significatione, non autem oportet nomine multiplex dici, quoniam tunc non esset unu nomen. Et reddit causam quare oportet acutu dici multipliciter significatione, si suu contrariu dicitur multiplex significatione, & dicit, [Nam secundum utrumque horum aliud erit contrarium, non enim idem acutum, erit obtuso & graui contrarium,] sed est unum nomē [acutum] quod utrique est contrarium, [significatione uero multiplex. Deinde affert exemplum de graui, & dicit, [Rursum graui in uoce quidem contrarium acutum] est etiam in uoce, [in corpore autem] graui contrarium est [leue, quare multipliciter] significatione [graue dicitur,] quoniam & contrarium dicitur multipliciter significatione, licet diuer-

sis nominibus appelletur. Tertio exemplum affert, de pulchro, & dicit, [Similiter autem & pulchro, ei quidem quod in animali est turpe] contrarium est, [ei uero, quod est in domo, perniciosum] siue scdum contrarium est. [Quare æquiuocum] hoc est, significatione multiplex est ipsum [pulchrum,] per hæc patet propositum dici multiplex, si suum contrarium dicitur significatione multiplex, etiam si cum multiplici significatione sit nominu multiplicitas.

Ἐπὶ ἐνίῳ δὲ τοῖς μὲν ὀνόμασι οὐδ' ἀμῶς διὰ φωνῆ. ὅτι δὲ ἐν ἑκάστῳ ἐν αὐτοῖς εὐθέως ἢ διαφορά ὄσιν. ὅση ἐστὶ τῶ λευκῷ, ὅτι τὸ μέλας ἐστὶ φωνῆ γὰρ λευκῆ καὶ μελανὰ λέγεται. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ χρώμα. τὸ δὲ ὄνομα οὐδέμ διαφωρῆ. ὅτι δὲ ἐν ἑκάστῳ ἐν αὐτοῖς εὐθέως ἢ διαφορά. οὐ γὰρ ὁμοίως τὸ, τὸ χρώμα λευκῶν λέγεται καὶ ἢ φωνῆ. ὁ ἵλος δὲ τὸ τοῦ καὶ τὸ τῆς ἀσθῆνως. τὸ δὲ ἀπὸ τῆς φωνῆς καὶ ἐπὶ τῶ χρώματι. οὐ τῆ ἀπὸ τῆς ἀσθῆνως κρῖνον μόνον. ἀλλὰ καὶ μὲν ὄψα. ὅ δὲ ἀκοῆ. ὁμοίως δὲ ὁ ὄσιν καὶ ὁ ἄμβλυ ἐν χυμοῖς καὶ ἐν ὄγκοις. ἀλλὰ τὸ ἄσιν, δὲ λέγεται. οὐδὲ γὰρ ταῦτα διαφωρῆ τοῖς ὀνόμασι, οὐτ' ἐπὶ αὐτῶν, οὐτ' ἐπὶ τῶν ἐναντιῶν. ἀμβλυ γὰρ καὶ δὲ ἐναντίον ἐκαστῶν.

82 In quibusdam autem nominibus nullo modo dissonat, specie autem manifesta in eis statim differentia est, vt declaro, & obscuro. Vox enim clara, & obscura dicitur. Similiter autē & color, ergo nominibus quidem nihil dissonant, specie autē manifesta in eis statim differentia est. Non enim similiter & color clarus dicitur, & vox clara. Manifestum autem hoc est per sensum. Nam eorum quæ eadem sunt specie, idem sensus est: at clarum quod est in uoce, & in colore, non eodem sensu iudicamus. Sed hoc quidem visu, illud autem auditu. Similiter autem & acutu & obtusum in saporibus, & in magnitudinibus. Sed hoc quidem tactu, illud autem gustu. Nam neque hæc dissonant nominibus, neque in seipsis, neque in contrariis. Obtusum enim contrarium est vtrique.

Cum declarasset propositum dici multiplex, quando contrarium dicitur significatione, & nomine multiplex, nunc ostendit propositum dici multiplex, quando

contrarium significatione dicitur multiplex, etiam si contrarium non dicitur nomine multiplex. Et hoc ostendit duobus exemplis, quorum primum est declaro, cui opponitur obscurum: alterum est de acuto, cui contrarium est obtusum, & dicit, [In quibusdam autem] multiplicibus, ipsum multiplex, nominibus nullo modo dissonat, specie autem] ac significatione manifesta in eis statim differentia est [ut declaro, & obscuro] clarum enim dicitur multiplex, quoniam obscurum significatione est multiplex, quod exemplo declarat, & dicit, [Vox enim] una genere existens [clara & obscura] dicitur, similiter autē & color [dicitur] clarus, & obscurus [ergo] claru in uoce & clarum in colore [nominibus nihil dissonant] quæ admodu nec obscuru in uoce, & in colore, [specie aut] & significatione [manifesta in eis statim] differentia est. non enim similiter & color clarus dicitur, & uox clara, manifestum aut hoc est per sensum, & exponit rationē & dicit, [Nam eorum quæ eadem sunt specie, idem sensus est: at clarum quod est in uoce, & clarum quod est in colore, non eodem sensu iudicamus: sed hoc quide] quod est clarum in colore [uisu, illud autem] claru quod est in uoce, [auditu] iudicamus. deinde exponit exemplū in saporibus, & magnitudinibus de obtuso, & acuto, & dicit, [Similiter autem & acutum & obtusum in saporibus, & in magnitudinibus] dicuntur multiplicita significatione, sed sub uno nomine. [sed hoc quidem] scilicet obtusum & acutum iudicamus [tactu] scilicet in magnitudinibus [illud autem] acutum & obscurum in saporibus iudicamus [gustu]. & reddit causam, & dicit, [Nam neque hæc] scilicet obtusum & acutu [dissonant] nominibus, neque in seipsis [propositis] neque in suis contrariis, quoniam obtusum] quod est in saporibus & magnitudinibus [est] contrarium utrique [scilicet] acuto in magnitudine, & saporibus. Iuniores applicans hæc maximā, non solum ad contraria, sed etiam ad opposita, nam etiam de oppositis, alteru oppositorum dicitur multipliciter significatione, & alterum etiam, sed utrum ita sit, alius dicemus. Sed quæres cum propositum cognosci esse multiplex possit & per conueniens, & per contrariu, propter quid non docuit propositum esse multiplex ex multiplicitate conueniens, sicut ex multiplicitate contrariu. Dicendum Aristotelem hoc docere post modum, ideo ad illud tempus differatur.

Ἐὰν εἰ τοῦ μὲν ὄσι ἢ ἐναντίου. ὅτι δὲ ἀπλῶς μὲν δὲ, ὅση τῆ μὲν ἀπὸ τῆ φωνῆ ἢ ὄσιν, ἢ ἀπὸ τῆ φωνῆ λιπῆς ἐναντίου. τῆ δὲ ἀπὸ τῶ δέω ρῆμ ὄσι ἢ ἀπὸ τῆ τῆ φωνῆ ἢ ὄσιν, ἢ ἀπὸ τῶ δέω ὄσιν. ὅση πλεοναχῶς ἢ ἢ ὄσιν λέγεται. καὶ τοῦ δὲ καὶ διὰ τὸν οὐλοῦν, τὸ μισθῶν ἐναντίου. τῆ δὲ καὶ τῶ σωματικῶν ἐναντίου. οὐδὲν. ἀλλοῦ δὲ καὶ τῶ οὐλοῦν, ὁ μόνου μοῦ.

83 Amplius si huic quidem est aliquid contrarium, illi autem simpliciter nihil: vt ei, quæ est a potu delectationi, ea, quæ est a siti tristitia, contrarium in: Ei autē quæ est ab eo, quod est considerare, quoniam diameter

est costæ icōmenfurabilis nihil. quare multipliciter delectatio dicitur, & ei quidem, quod est secundum mentem amare, odisse contrarium est: ei autem, quod est secundum corporalem actum, nihil. manifestum, quoniam amare æquiuocum.

Hic ponitur secundus locus, quo cognoscitur aliquid esse multiplex, & quidam uolunt hunc locum accipi ad significationis propositi, cuius maxima est, si aliquid propositum in uno significatione habet contrarium, in alio non, tale propositum est multiplex. Quæ expositio non placet, quoniam petit principium, supponit enim propositum habere plura significationes, quorum unum habet contrarium, aliud non. Dicimus igitur hunc locum accipi ad subiectis, uel ab iis, in quibus reperitur: cuius maxima est, si aliquid propositum reperitur in pluribus, in quorum uno habet contrarium, in altero non, hoc propositum est multiplex, hoc dicit, [Amplius si huic quide] quod reperitur in uno [est] aliquid contrarium, illi autē] quod reperitur in alio [nihil simpliciter] est contrarium, subaudi tale propositum est multiplex, [ut] delectatio multiplex est, quoniam ei delectationi, quæ est a potu, ea quæ est a siti tristitia, contrarium est. et autem] delectationi, quæ est ab eo, quod est considerare, quoniam diameter est costæ incommensurabilis, nihil] omnino est contrarium, & non modo ei delectationi nihil contrariu est, quæ est in speculatione rei geometricæ, sed etiam in quouis alia sciētia. [quare multiplex delectatio dicitur.] Sed occurrens, quoniam delectationi quæ est speculari, non est conclusio, uidetur contraria ea tristitia, quæ nō speculari. Tristamur enim diu nō possumus aliquid conclusionē geometricā, aut physicā speculari. Vno modo dici potest Aristoteles, hic per contrarium intellexisse contrariu presse, quod destruit corpus: modo delectationi, quæ est in potu, ea tristitia contraria est, quæ est in siti, per quā non solum delectatio destruitur, sed corpus. Aut dici potest tristitiam, quæ est in non posse speculari, non esse contraria illi delectationi, quæ est in speculari nisi per accidens, propter sensus ipsos, qui seruiunt speculationi, intellectus enim per se nō recipit contraria, sed contrariorum species, ac intentiones, quæ non sunt contrarie, cū compositibiles sint in eodem subiecto. Deinde ponit secundum exemplum de ipso amare, quoniam amare reperitur in actibus animæ, & sic habet contrarium odisse, & reperitur in actibus corporeis, & delectationibus, & sic non habet contrarium, & dicit, [Et ei quidem quod est secundum mentem amare, odisse contrarium est, ei autem quod est secundum corporalem] actum, [nihil] contrarium omnino est, [manifestum, quoniam] amare æquiuocum est, & multiplex. Quod uero ad uerba attinet, per amare, quod attinet ad animam, intelligit amare quod attinet ad animam rationalem secundum Alexandrum, hoc enim modo ipsi amare contrarium est odisse. Et per amare quod est secundum corporalem actum, intelligit illud, in quo assueuimus osculari, & concumbere: & huic nullum contrarium posituum est, nisi forte pri-

Locus ab iis in quibus reperitur alteru contrariu.

Ratio, quod est non delectari corporali. Sed uide- tur hic locus contrarius priori, quoniam per primum ha- betur, quod si alterum contrarium sit multiplex, & alte- rum etiam multiplex sit, per hunc habetur posse esse ali- quod contrarium multipliciter dictum, cuius contrarium non multipliciter dicitur. Odit enim quod ipsi amare con- trarium est, non dicitur multipliciter, at amare dicitur multipliciter. Alexander asserit hunc locum non de- struere priorem locum, quoniam in primo loco per con- trarium intellexit illud quod est contrarium ipsi propo- sito. At hic per contrarium intelligit non illud, quod est ipsi proposito contrarium, sed aliquid signficato illius. Posset etiam concedi hunc locum esse destructiuum prio- ris, quoniam topica habet loca contraria, quoniam ha- bet unum syllogizandi pro utraque parte problematis.

Επι τῷ εἰσὶ τὸ ἀνά μέσον, εἰ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔστι μὲν μέσον, ἢ δὲ, καὶ μετὰ, ἢ εἰ ἀμφοτέρω μὲν οὐδὲν, καὶ ταῦτα μὲν ἀλλοιούμενα, καὶ μὲν μέλαν, καὶ χρῶμα σιμῶν, τὸ φαῖον, καὶ φωνὴ δὲ, οὐδ' ἐπὶ, ἢ εἰ ἀρα δ' σο μπόρ καὶ δ' ἀπὸ τῶν ἀντιφάσι συμφορῶν φωνῆ ἀνά μέ- σορ εἶναι. ὡς δ' ὁ μόνον μὲν δὲ λευκὸν, ὁμοίως δὲ τὸ δ' μέλαν. Εἰ εἰ τὸ λευκὸν τὰ ἀνά μέσον, καὶ τὸ δ' ἐπὶ καὶ τὸ λευκὸν καὶ μέλαν, ἐπὶ τὸ λευκὸν καὶ χρῶμα τῶν πολλὰ τὰ ἀνά μέσον, ἐπὶ δὲ τῶν φωνῶν, ἐπὶ συμφορῶν.

Locus d' medius tertius. 84 Præterea in mediis, si huic qui- dem est aliquid medium, illi autem nihil. Aut si utriusque quidem est, nō idem autem, vt clari & obscuri, in coloribus quidem aliquid est medi- um, fuscum: in voce autē nihil. Aut si forte raucum, quemadmodū qui- dam dicunt raucam uocem mediū esse. quare æquiouocum clarum, si- militer autem & obscurum. Insuper si horum quidem plura media, illo- rum autem vnum, vt in claro & ob- scuro. Nā in coloribus plura media: in uoce autem vnum, raucum.

Hic ponitur tertius locus, qui sumitur a mediis, cuius accipit tres maximas: quarum prima est, si reperitur ali- quod propositum in aliquo, in quo non habet medium, in alio uero alio, habet mediū, hoc est multiplex, ut quo- niam clarum in coloribus habet mediū, uidelicet fuscū, quod est medium inter clarum & obscurum, in uocibus autem non habet medium, nam inter clarā uocem, & obscurā nihil est mediū, igitur clarum est multiplex. Simili ratione de obscuro dici potest, unde dicit, [Præter- ea in mediis] subaudi, respiciendum est pro multiplici di- stinctione. hic est locus, tunc ponit primam maximam, & dicit, [si huic est aliquid mediū, hoc est, si aliquod pro- positum reperitur in aliquo, in quo habet mediū, [illi au- tem nihil] hoc est, in alio autem non habet mediū, hoc est, subaudi multiplex. Deinde ponit secundam maxi-

nam: quæ est, si aliquod propositum reperitur in diuer- sis, in quibus non habet idem medium, tale propositum est multiplex. & dicit, [Aut si utriusque quidem est] me- diū, uidelicet in quibus reperitur, [non idem autem] ta- le propositum multiplex est, tunc ponit exemplum pri- mæ maximæ, & dicit, [Vt clari & obscuri in coloribus quidem aliquid est mediū] uidelicet [fuscum. In uo- ce autem nihil] igitur tam clarum, quam obscurum est multiplex. Quod uero ad uerba attinet, clari, græ- ce est λευκός, latine albi, uerum hic pro claro intelligē- dum est: obscuri uero græce μέλαν, latine nigri, quod pro obscuro intelligit: sic enim coloribus, & uoci- bus communia sunt. Et quia aliqui uolunt, etiam clari, & obscuri, tā in uocibus quam in coloribus reperiri me- diū, ideo hoc accipiendo asfert exemplum secundæ re- gulae, & dicit, [Aut si forte raucum quemadmodum qui- dam dicunt raucam uocem medium esse] clare & ob- scure, cum non sit idem medium in coloribus & in uoci- bus, ideo concludit, [quare æquiouocum clarum, simili- ter & obscurum] æquiouocum est propter eandem cau- sam. Tertia uero maxima est, si aliquod propositum re- peritur in pluribus in quorum altero non habet nisi unū mediū, in altero uero plura, tale propositum est multi- plex: unde dicit, [Insuper si horum] propositum [qui- dem plura media] sunt in aliquibus in quibus reperiri- tur, [illorum autem unum] subaudi, in aliis, in quibus re- periri tur, hoc, subaudi, sunt multiplicia, [ut in claro, & obscuro: nam in coloribus plura media:] habent, [in uo- ce autem unum, raucum.] he sunt tres maximæ, quæ ab eodem loco accipiuntur.

Πάλιν ἐπὶ τὸ κατ' ἀντιφάσι ἀνακειμένου σκο- πῶν εἰς τὸ λεοναχῶς λέγεται. εἰ γὰρ τὸ τὸ λεο- ναχῶς λέγεται, καὶ τὸ τοῦτο ἀντικείμενον λεο- ναχῶς ῥηθίσεται. διὸ δ' καὶ βλέπω ἀνακειμένου λέγεται. ἐν μὲν δ' καὶ ἔχει ὄψιν, ἐπὶ δὲ τὸ μὴ εἶναι γὰρ τὸ ὄψιν. εἰ δὲ τὸ τὸ λεοναχῶς ἀνακεί- μενον καὶ τὸ βλέπω λεοναχῶς λέγεται, ἐκατέ- ρω γὰρ τὸ μὴ βλέπω ἀντικείμεται ἢ διὸ τὸ μὴ μὲν ἔχει ὄψιν, δ' ἔχει. τὸ δὲ καὶ ἔχει ὄψιν τὸ ὄψιν, δ' ἔχει γὰρ.

85 Rursum in eo, quod secundum contradictionem opponitur, confi- derandum si multipliciter dicitur: nā & si hoc multipliciter dicitur, & quod huic opponitur, multipliciter dicitur, vt: non uidere, multipliciter dicitur, vnum quidem non habere visum, alterum autem non operari visu. Si autem hoc multipliciter dici- tur, necessarium est, & uidere multi- pliciter dici. Vtrique enim non uide- re opponitur, vt ei quidem, quod est nō habere visum, habere. Illi autem, quod est nō operari visu, operari.

A Cum dixisset loca inuentionis multiplicis quæ acci- piantur a contrariis, nunc dat loca inuentionis mul- tiplicis in contradietionis respiciendo ad contradietionis, & hoc proponit, & dicit, [Rursum in eo, quod secundū contradictionem opponitur, considerandum, si dicitur] tale contradietorium [multipliciter], est igitur locus re- spiciendo ad contradietorium propositū, tunc ponit ma- ximam, & dicit, [nam si hoc] scilicet contradietori- um propositū [multipliciter dicitur, &] propositum [quod huic] contradietorie [opponitur multipliciter di- cetur]. Hæc est maxima, & asfert exemplum, & dicit, [Vt non uidere multipliciter dicitur,] dicitur enim ali- quem non uidere bisariam, [unum quidem non habere uisum,] hoc est, uno modo quia non habet uisum, uideli- cet per negationem actus primi, [alterū autem non ope- rari visu,] hoc est alio modo, quia habet uisum, sed co- non uitur, uel quia dormit, uel quia oculos habet clau- sos. Tunc concludit etiam propositum esse multiplex, sci- licet ipsum uidere, & dicit, [si autem hoc multipliciter dicitur, necessarium est, & uidere multipliciter dici, utri- que enim] ipsi uidere, [non uidere opponitur, ut ei qui- dem] quod est non habere uisum, [opponitur] habere [ui- sum,] illi autem quod est non operari visu, [opponitur] operari visu, quare ipsum uidere multiplex est, quæ- admodum ipsum non uidere. & Alexander dicit, hoc idē habere ueritatem in aliis similibus contradietionis, quæ op- ponuntur secundum affirmationem, & negationem, ut in ipso sentire, & intelligere, & uelle, & ceteris id genus. Amplius hic locus (ut Alexander inquit) est communis tam contrariis quam contradietionis, non tamen conueni- unt in aliis locis, non enim aliquid affirmationi particulari opponi potest negatio particularis, cum negatio neget totum: nec locus qui accipitur ab immediatis, uel media- tis, conuenit contradietionis, cum inter contradietoria nullibi media reperiri possint.

Εἰ ἐπὶ τὸ κατὰ σέρισιν καὶ ἔξιν λεγομένων ἐπισκοπῶν. εἰ γὰρ ἀπὸ τῶν πλεοναχῶς λέγε- ται, καὶ τὸ λοιπὸν, διὸ εἰ δ' ἀποδεδειχθῆς λεο- ναχῶς λέγεται κατὰ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σώμα, καὶ ἔξιν δ' ἀνά ὀφθαλμῶν εἶναι, τὸ λεοναχῶς ῥηθί- σεται κατὰ τὴν ψυχὴν καὶ κατὰ τὸ σώμα. ὡς δὲ καὶ εἰς σέρισιν καὶ ἔξιν ἀντικείμεται τὰ αὐτὰ λε- γόμενα, ὁ δὲ τὸ ὄψιν, ἐπὶ τὸ ὄψιν ἐκατέρας τῶν αἰ- ὰθίσεων ἔχει τὰ ἔξιν, καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν καὶ κατὰ τὸ σώμα.

86 Amplius in iis, quæ secundum priuationem & habitum dicuntur, perspicendum: nam si alterum mul- tipliciter dicitur, & reliquum, vt si sensibile multipliciter dicitur, & se- cundum animam & corpus, & in- sensibile multipliciter dicitur, & secundum animā, & corpus. Quod autem secundum priuationem & habitum opponantur, quæ dicta

sunt, manifestum, eo quod nata sint utrumque sensum habere ani- malia, & secundum animam, & se- cundum corpus.

Consequenter in priuatiue oppositis assignat locum inueniendi multiplex, & dicit, [Amplius in iis quæ secū- dum priuationem & habitum dicuntur, perspicendum,] & assignat maximam, & dicit, [Nam si alterum] pri- uatiue oppositorum [multipliciter dicitur, & reliquū] etiam multipliciter dicitur. Hoc exponit per exemplū, & dicit, [ut si sensibile] hoc est, sensitiuum se habēs per modum habitus [multipliciter dicitur, & secundum ani- mam, & secundum corpus:] sumus enim sensitiui anima & corpore, [et insensibile] hoc est, insensitiuum [mul- tipliciter dicitur, & secundum animam, & secundum corpus] est enim brutum animal. anima quidem insensi- tiuum, corpore uero sensitiuum. Deinde probat exem- plum & dicit, [Quod autem secundum priuationem & habitum opponantur] sensitiuum & insensitiuum, [quæ dicta sunt, manifestum, eo quod animalia nata sunt habere utrumque sensum] hoc est, utrumque sensationem, [et secundum animam, & secundum corpus,] ergo utrumque insensationem, & secundum animam, & secundum cor- pus, & dixerunt nonnulli per sensationem secundum ani- mā, intellexisse ipsum intelligere, quod animal solum fit. per sensationem uero secundum corpus, intellexisse pro- prie sensationem ipsam. Quam expositionem attulit Ale- xander, tamen si dici possit Aristotelem hæc dixisse secū- dum opiniones eorum, qui inter intellectum & sensum nullam posuerunt differentiam, apud enim istos ipsum sentire secundum animam intelligere dicitur: ipsum uero sentire secundum corpus, proprie sentire appellatur. Potest etiam dici, quod Aristoteles per sentire secundū animam intellexerit sentire ipsum, quod fit sensibus inte- rioribus, per sentire uero secundum corpus, ipsum senti- re quod fit sensibus exterioribus. Quam expositionem probat, quoniam Aristoteles dixit animalia habere utrum- que sensum, ubi patet animalia non habere ipsum intelli- gere, etiam secundū ueteres. Tacuit autem opposita re- latiuæ, quoniam (ut Alexander inquit) in talibus perspi- cum est alterum oppositorū multiplex esse, si alterū su- erit multiplex: & hoc ab ipsa relatiuorum ratione quo- niam relatiuorū ratio est se habere quodā modo ad ali- quid, & propterea quia amatum dicitur pluribus mo- dis, dicitur & amicitia etiam pluribus modis: nam esse amicitia ad amatum est. Amplius, quoniam scientia est dupliciter, actu, & potentia, & sensibile etiam dicitur di- pliciter. Ad hæc & de sensu & sensibili eodem modo. Præterea si excedens dicitur multipliciter: nam & se- cundum quantum, & secundum potentiam, aut secundū habitum uel actionem, & excessum etiam dicitur mul- tipliciter, demum quia mobile dicitur multipliciter secū- dum qualitatem, uel quantitatem, uel ubi, & motus etiā. Habitus etiā quia multipliciter dicitur, & habens mul- tipliciter dicitur. Quare in omnibus perspicuum est, quoties alterum oppositum dicitur multipliciter, & alterum etiam dici.



gnificat, hoc est, uniuersale aia, quod est communis sub...

Si autem subalterna sint genera, non necessarium diuersas esse ratios, ut corui, animal, & auis genus est.

Remouet dubium, quod est, utrum si diuersi generibus inuicem subalternis sit equiuocum...

Remouet dubium, quod est, utrum si diuersi generibus inuicem subalternis sit equiuocum...

tio eadem sit, cuius causam repetit, ex dicit, neque enim...

σκοπεῖν δὲ μὴ μόνον ἐπὶ τῶν προκειμένων...

Considerandum autem non solum, si in proposito diuersa sint genera, & non subalterna, sed in contrario.

Tertius locus est in contrario, cuius proposito maxima est, si propositum est contrarium, quod est in diuersis predicamentis...

χρησιμὸν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀπορροῦν ἐπιβλέπειν...

Vtile autem ad definitionem inspicere quae de composito fit, ut candidi corporis & candidae uocis...

Aliqui, ut nos longo tempore, arbitrantur Aristotelem afferre locum accipiendi multiplex in accidentibus...

Considerandum autem non solum, si in proposito diuersa sint genera, & non subalterna, sed in contrario.

πολλὰ μὲν δὲ ἐν αὐτοῖς τοῖς λόγοις λαμβάνει...

μέτρητος καὶ ἐκείνου ἔργου. διορ εἰ δὲ μὲν...

Sæpe autem & in ipsis definitionibus latet assequens equiuocum, quapropter & in definitione considerandum, ut si quis significatiuum, vel effectiuum sanitatis...

Cum docuisset accipere equiuocum per conueniens in definitionibus, cum interdum de definitionibus sit æque ambiguum...



Ad huc cum signo: et sanum cum causa, et sanum cum corpore, deinde definitur sanum, signum quod sit mediocriter se habens ad sanitatem in significando: et sana causa, quod sit mediocriter se habens ad sanitatem in efficiendo. et sanum corpus, quod sit mediocriter se habens ad sanitatem in habendo. Si igitur remouetur proprie, quibus he definitiones differunt, ut a prima remouetur illa particula, uidelicet in significando, a secunda uero illa, uidelicet in efficiendo, a tertia autem illa, uidelicet in habendo, quae sunt proprie differentiae, quibus haec differunt, remanebit communis ratio illa, uidelicet mediocriter se habens ad sanitatem, quae competit sano signo, sane cause, et sano corpori, igitur sanum erit uniuocum, cuius contrarium patet per alias regulas. Haec est dubitatio secundum Alexandrum. Respondet Aristoteles, quod quando ita est, debemus considerare illud commune, quod remanet, uidelicet mediocriter se habens ad sanitatem. Nam si illud commune significat res diversorum predicamentorum, erit aequiuocum, et sic est in proposito, quoniam in causa, uidelicet in ipso cibo mediocriter se habere, intelligitur in quanto, in ipso uero signo, significatur qualem: nam quale est signum, talis est sanitas. Igitur illud commune erit aequiuocum, ut patet per locum acceptum a primis generibus: unde dicit. [Sape autem et in ipsis definitionibus latet] propositum, quod est [asse] quens aequiuocum ad ipsam definitionem, ita latet, ut per locum a definitione non sciatur utrum propositum sit aequiuocum. [quapropter et in definitione considerandum] ea, uide licet, quae est de sano composito, cum his de quibus dicitur, assignatur, [ut si quis] sanum significatiuum, uel [si] sanum effectiuum sanitatis dicat esse, id quod mediocriter se habet ad sanitatem, [illud dictum] non est resutandum, sed inspicendum, quod mediocriter secundum utrumque dixit, ut si hoc quidem tale significat ut facere sanitatem] et ita significat quatum, [illud autem tale, ut significare, qualis quidem sit habitus,] et significat quale, igitur illud commune erit aequiuocum, et per consequens propositum erit aequiuocum.

Et cum similibus, et in ipsis definitionibus latet propositum, quod est [asse] quens aequiuocum ad ipsam definitionem, ita latet, ut per locum a definitione non sciatur utrum propositum sit aequiuocum. [quapropter et in definitione considerandum] ea, uide licet, quae est de sano composito, cum his de quibus dicitur, assignatur, [ut si quis] sanum significatiuum, uel [si] sanum effectiuum sanitatis dicat esse, id quod mediocriter se habet ad sanitatem, [illud dictum] non est resutandum, sed inspicendum, quod mediocriter secundum utrumque dixit, ut si hoc quidem tale significat ut facere sanitatem] et ita significat quatum, [illud autem tale, ut significare, qualis quidem sit habitus,] et significat quale, igitur illud commune erit aequiuocum, et per consequens propositum erit aequiuocum.

Adhuc si non comparabilia sunt secundum magis & minus, uel similiter, ut clara uox, clara uestis, & acutus sapor, & acuta uox. Haec enim nec si militer dicuntur clara uel acuta, neque magis alterum, quare aequiuocum clarum & acutum: nam uniuocum omne comparabile, aut enim similiter dicitur, aut magis alterum,

Quartus locus est inspicere (ut Alexander inquit) ad significata proposita, quae sub ipso proposito sunt,

Locus a comparatione significatorum.

sint ne comparabilia an non. ergo secundum Alexandrum, locus est inspicere ad comparationem significatorum ipsius propositi, cuius propositio maxima est, si significata alicuius propositi nec secundum magis & minus, nec secundum similitudinem comparabilia sunt, secundum nomen illius propositi, propositum est aequiuocum. huius causam assignat Alexander per rationem a contrario, quoniam omnia, quae aliquo eodem uniuoco participant, aut similiter eo participant, et sunt comparabilia secundum similitudinem, ut circuli omnes secundum similitudinem comparabiles sunt, quoniam omnes similiter circuli sunt, quoniam omnes circuli ratione similiter participant. similiter et homines, et generatim ea, in quibus non est magis, et minus, haec secundum similitudinem aliquo communi uniuoco participant, aut aliquo uniuoco participant secundum magis & minus, et secundum similitudinem, ut sunt ea, in quibuscunque sunt magis & minus, ut in albis est uide re. Alba enim quae colore participant, aut secundum similitudinem colore participant, aut secundum magis & minus, nam quo colore participant secundum magis & minus, comparabilia sunt secundum magis & minus: quo uero colore participant aequaliter, comparabilia sunt secundum similitudinem. ex his patet ratio propositiois maxime: nam si significata propositi nec secundum similitudinem, nec secundum magis & minus comparabilia sunt, non erit propositum uniuocum, quare erit aequiuocum. dicit. [Adhuc si] significata propositi non comparabilia sunt secundum magis & minus, uel similiter, hoc est, nec secundum similitudinem, subaudi propositum erit aequiuocum, declarat propositionem maximam exemplis, et dicit. [ut clara uox, clara uestis, et acutus sapor, et] acuta uox, [Haec enim,] scilicet uox, et uestis, nec similiter, hoc est secundum similitudinem dicuntur clara, non enim uox et uestis dicuntur similiter clara, aut obscura, neque alterum] altero dicitur magis, non enim uestis est magis clara quam uox, nec contra. Igitur clarum aequiuocum est ad uocem et ad uestem. Similiter acutum, aequiuocum est ad saporem et ad uocem. [Haec enim nec similiter dicuntur acuta, nec magis alterum] altero, igitur acutum aequiuocum est ad saporem, et ad uocem, quare aequiuocum est clarum et acutum, cuius causam assignat a suo contrario, et dicit. [Nam uniuocum omne] est comparabile, hoc est omne uniuocum est, in quo significata sunt comparabilia, cuius causam assignat, et dicit, [aut enim similiter dicitur] de suis significatis, ut in substantiis, et in iis in quibus non est magis et minus, [aut magis alterum] altero, ut in quibus est magis et minus, nam in quibus est magis et minus: est etiam comparatio secundum similitudinem. Quare si uniuocum est, cuius significata sunt comparabilia, aequiuocum erit, cuius significata non sunt comparabilia, quae sunt propositio maxima.

Quod uero ad uerba attinet, dicit uniuocum omne comparabile non in omnibus eodem modo, quoniam in substantiis est comparabile secundum similitudinem, in accidentibus (ut Alexander inquit) in quibus est magis et minus, comparabile est et secundum magis et minus, et secundum similitudinem. Sed occurres, quoniam in quibus est magis et minus, ut Alexander

der inquit, est simile, igitur in quibus est simile, erunt magis et minus: nam similiter, et aequaliter idem. At constat in quibus est aequale, in eis esse magis et minus: et cum simile sit aequale, igitur in quibus est simile, erit magis et minus: et eum in substantiis sit simile, igitur aequale et magis et minus. Nonnulli dixerunt in omnibus in quibus est simile, esse aut magis et minus, aut prius et posterius: at aequale differt a simili, quoniam in quibus est aequale, est magis et minus, et prius et posterius: et quia in substantiis est simile, ideo in substantiis erunt aut prius et posterius, aut magis et minus. et sic in plus est simile, quam aequale, cum simile sit in quibus non est aequale. Sed haec solutio non est uera, non enim in quibuscunque est simile, in eis est prius et posterius, uel magis et minus: in hominibus enim est simile, quoniam omnis homo omni homini similis, est in homine, et tamen nullus homo est prior aut magis homo altero homine. Propterea rectius dicendum Aristotelem et Alexandrum accepisse, simile, confuse pro quodam communi ad idem in substantia, uel pro aequali in quanto, et pro simili in qualitate, simile enim pro communi acceptum reperitur in omnibus, et in substantiis, et in accidentibus: simile uero secundum qualitatem est simile proprie, quod non reperitur nisi in eis, in quibus est magis et minus, uel quae sunt qualia, secus autem accipitur in metaphysicis, ubi aequale proprie in quantitate, simile in qualitate, idem in substantia accipitur: nam easdem sunt, quorum substantia est una: quorum uero quodam titis una est, haec aequalia sunt: quorum autem qualitas, haec similia. At hic per simile intellexit quid commune ad idem secundum substantiam, et ad simile secundum qualitatem, et ad aequale secundum quantitatem, et tunc patet solutio ad dubitationem.

Et si de istis et per se uerum est, magis uero est magis et minus, et aequaliter idem. At constat in quibus est aequale, in eis esse magis et minus: et cum simile sit aequale, igitur in quibus est simile, erit magis et minus: et eum in substantiis sit simile, igitur aequale et magis et minus. Nonnulli dixerunt in omnibus in quibus est simile, esse aut magis et minus, aut prius et posterius: at aequale differt a simili, quoniam in quibus est aequale, est magis et minus, et prius et posterius: et quia in substantiis est simile, ideo in substantiis erunt aut prius et posterius, aut magis et minus. et sic in plus est simile, quam aequale, cum simile sit in quibus non est aequale. Sed haec solutio non est uera, non enim in quibuscunque est simile, in eis est prius et posterius, uel magis et minus: in hominibus enim est simile, quoniam omnis homo omni homini similis, est in homine, et tamen nullus homo est prior aut magis homo altero homine. Propterea rectius dicendum Aristotelem et Alexandrum accepisse, simile, confuse pro quodam communi ad idem in substantia, uel pro aequali in quanto, et pro simili in qualitate, simile enim pro communi acceptum reperitur in omnibus, et in substantiis, et in accidentibus: simile uero secundum qualitatem est simile proprie, quod non reperitur nisi in eis, in quibus est magis et minus, uel quae sunt qualia, secus autem accipitur in metaphysicis, ubi aequale proprie in quantitate, simile in qualitate, idem in substantia accipitur: nam easdem sunt, quorum substantia est una: quorum uero quodam titis una est, haec aequalia sunt: quorum autem qualitas, haec similia. At hic per simile intellexit quid commune ad idem secundum substantiam, et ad simile secundum qualitatem, et ad aequale secundum quantitatem, et tunc patet solutio ad dubitationem.

Quoniam autem diversorum generum & non subalternatum positorum, diuersae species sunt, & differetiae, ut animalis, & scientiae (diuersae enim horum differetiae) considerandum, si quae sub eodem sunt nomine, diuersorum generum & non subalternatum, diuersae differetiae sunt, ut acutum uocis, & magnitudinis: differt enim uox a uoce, eo quod acuta sit, similiter & magnitudo a magnitudine. quare aequiuocum acutum diuersorum enim generum & non subalternatum diuersae differetiae sunt.

Idem in ante praedicatione. c. iiii.

Hic est quintus locus, qui accipitur a differentia, cuius propositio maxima haec est, si aliquid propositum est differentia diuersorum generum, non subalternatum positorum, tale propositum aequiuocum est. Secundum uero Alexandrum propositio maxima haec est, si propositum praedicatur de pluribus, quae sunt differentia diuersorum generum non subalternatum positorum, propositum tale erit aequiuocum. et tunc, ut Alexander innuit, iste locus non a differentia accipitur, sed demonstrat, quae differentia sit multiplex, per locum acceptum a significatis differentiae, per comparationem ad genera in quibus ponuntur, et dicit. [Quoniam autem diuersorum generum, et non subalternatum positorum, diuersae species sunt, et differentiae, ut animalis, et scientiae, (diuersae enim horum differentiae) considerandum, si quae sunt sub eodem] differentiae, diuersorum generum, et non subalternatum, diuersae differentiae sunt, nam si sic, talis differentia erit aequiuoca, et hoc demonstrat exemplis, et dicit. [Ut acutum uocis] differentia est [et] magnitudinis] etiam differentia est. [differt enim uox a uoce, eo quod acuta sit] aliqua subaudi, aliqua uero obtusa, [similiter et] magnitudo a magnitudine] differt, quia magnitudo aliqua est acuta, ut gladius, aliqua uero obtusa, [quare acutum] erit aequiuocum, nam diuersorum generum et non subalternatum significata acuta] diuersae differentiae sunt, [similiter de obtuso. Sed occurres, quoniam propositio maxima, quae dicta est, non est uera in omnibus: nam bipes est differentia uolatilium et pedestrium, quae sunt diuersa genera et non subalternatum posita, et tamen bipes non est aequiuocum. Respondet Alexander et satis, ut mihi uidetur, ad propositum, et uult Aristotelem per diuersa genera, quae non subalternatum ponuntur, intellexisse ea, de quibus sermonem fecit, cum dixit, ut animal et scientia, uox et magnitudo, quae diuersa genera sunt, et nec subalternata sunt inuicem, nec sub aliquo communi, sed sunt diuersorum predicamentorum: modo uolatilium, et pedestrium, quorum differentia est bipes, licet non inuicem subalternata, tamen sunt subalternata in eodem genere animalia, et sic instantia non uadet.

Idem in ante praedicatione. c. iiii.

Rursum si eorundem, quae sunt sub eodem nomine, diuersae differentiae sunt, ut coloris qui est in corporibus, & in melodiis: nam eius, qui est in corporibus, congregatiuum, & diffregatiuum uisus: eius uero, qui in melodiis, non eadem differentiae, quare aequiuocum color: nam eorundem eadem differentiae.

Hic est sextus locus, per quem ostenditur aliquid pro-



analogie in iis, que sunt genere diuersa, & per alterum & aliud, idem intelligit, est tamen usus nominibus diuersis, ne accidat obscuritas, tamen per alterum intelligit aliud. Quod exemplis exponit, [ut sicut scientia ad scibile, sic sensus ad sensibile, igitur sensus & scientia similes sunt secundum analogiam, licet differant generibus. Affert secundum exemplum, & dicit, [Et ut alterum in alio quo altero, sic aliud in alio, ut quemadmodum usus in oculo,] sic mens in anima,] ergo licet usus & mens differant generibus, tamen sunt analogia similes. Affert tertium exemplum, & dicit, [Et ut tranquillitas in mari] sic serenitas in aere,] ergo licet serenitas & tranquillitas differant generibus, tamen sunt secundum analogiam similes, [quoniam utrinque quies] in utroque quies est. multa alia exempla affert Alexander, quae breuitatis causa omittit.

Μάλιστα δὲ ἐν τοῖς πολλοῖς διασώσι γυμνάζεσθαι χρὴ, ἵνα γὰρ γὰρ ἐπὶ τῶν λογισμῶν διακρίσεις τὰ ὁμοία σωθῶσι. Σκεπτικῶν δὲ καὶ τῶν ἀποδεικτικῶν γένεσιν ὄντα, ἐπὶ ἀποδείξεσιν ὁμοίως τὰ αὐτῶν, ὅπου ἀνδραγαθῶν καὶ ἡρώων ὑπάρχουσι τῶν αὐτῶν τῶν ἡρώων ὁμοίως ὄντι.

100 Maxime autem in iis, que multum distant, exerceri oportet: facile enim in reliquis poterimus similia inspicere. Considerandum autem & ea, que sub eodem sunt genere, siquid inest omnibus idem, vt homini, & equo, & canis: nam si inest aliquid eis idem in eo sunt similia.

Nunc docet ea, in quibus reperitur simile secundum aliquid commune, & duo facit, quoniam primo assignat unum præceptum quod est obseruandum in iis, in quibus est similitudo secundum analogiam, & dicit, [Maxime autem in iis, que multum distant, exerceri oportet] si uelimus facile inuenire simile secundum analogiam, nam ex quo multum distant, nisi exercitio reddamur potentes, non poterimus esse prompti ad inuentionem similitudinum, que secundum analogiam. Assignat tamen ipse etiam aliam rationem, & dicit, [Facile enim in reliquis,] que non ita distant, poterimus similia inspicere, qui enim in arduis se exercet, in paruis erit promptissimus. assignato præcepto, docet ea, in quibus inuenitur simile secundum aliquid commune, & dicit, [Consideranda autem & ea, que sub eodem sunt genere, siquid inest omnibus idem, ut homini, equo, & canis,] quibus inest esse pedestre, [nam si inest aliquid eis idem,] ut pedestritas, [in eo sunt similia,] hæc de secundo.

κρίσιμον δὲ τὸ μὴ ποσοχῶς λέγειν ἐπισκέψασθαι, πρὸς δὲ σαφέστερον μάλλον γὰρ ἂν τις εἰδῆσιν τῶν τῶν ἐμφανισθέντων τῶν ποσοχῶς λέγειν.

DE UTILITATE MULTIPLEXIS.

101 Vtile autem ipsum quidē, quod

quotupliciter dicitur, considerasse, ad diluciditatem. Maxime enim quis sciet quid ponatur, manifesto facto quotupliciter dicitur.

Hæcenus de instrumentis, nunc de utilitatibus instrumentorum loquitur, tacuit autem utilitatem propositionum, quoniam (ut Alexander inquit) utilitas propositionum est euidentissima, nam cum propositiones sint materiae ac partes syllogismorum, (ex propositionibus enim sunt syllogismi) perspicuum: summptionem propositionum non modo utilem esse ad syllogismos, uerum etiam necessariam, est & alia ratio, quoniam cum hæc tria instrumenta reducuntur ad propositionum summptionem, sit ut assignando utilitates horum, etiam summptionis propositionum utilitatem assignet. De multiplici uero distinctione tres affert utilitates, quarum prima est proposita propositionis diluciditas, qua dilucidum sit, quo sensu proposita propositio accipitur, nam hoc patefacto, opponens & respondens ad idem referent, alter quidem opponendo, alter uero respondendo, unde dicit, [Vtile autem ipsum quidem quod quotupliciter dicitur, considerasse, ad diluciditatem] proposita propositio aut opinionis, [maxime enim quis sciet quid ponatur] in opinione, [manifesto facto] ipso [quotupliciter dicitur,] Alexander autem hæc utilitatem dicit esse ad manifestationem opinionum, que de quæstionibus ponuntur à Philosophis, unde quia Parmenides & Melissus non diuiserunt quot modis dicitur ens, ideo opinio eorum, qua dixerunt unum esse ens, non est manifesta, & quod Aristoteles sic intellexerit patet, dicit enim [maxime quis sciet quid ponatur,] & intelligit in opinione.

καὶ πρὸς τὸ γίνεσθαι κατ' αὐτὸ τὸ πρῶτον καὶ ἕξιν μὴ πρὸς τὸ ὄνομα τῶν συλλογισμῶν, ἀλλ' ἵνα γὰρ ὄντων ποσοχῶς λέγειν, ἡ δὲ λέγειν μὴ ἐπὶ τῶν τῶν ἀποδεικτικῶν καὶ τῶν ἐρωτητικῶν φέρειν τὴν διάκρισιν, ἐμφανισθέντων δὲ ποσοχῶς λέγειν καὶ ἐπὶ τῶν φέρειν τῶν τῶν, γὰρ οὐκ ἔστιν ἄρ' φαίνοιο ὁ ἐρωτῶν, ἢ πρὸς τὸ τὸ λόγον ποιῶν.

102 Et ad fieri secundum rem eadem, & non ad nomē syllogismos, si enim immanifestum sit quotupliciter dicitur, contingit non ad idem etiam qui respondet, & qui interrogat, ferre intellectū. Manifestato autem quotupliciter dicitur, & ad quid ferens ponat, ridiculus videbitur in terrogans esse, si non ad hoc sermonem faciat.

Secunda utilitas inuentionis multiplicis est ad dialecticam disputationem secundum rem (ut Alexander inquit) est enim duplex disputatio, ut dicitur in elenchis, altera ad nomen, altera ad rem, disputatio ad nomen est, quando interrogans opponit ad unum, & respondens re

Respondet ad aliud, & solum in nomine, & non in significato conueniunt, & hæc disputatio dicitur sophisticæ. Disputatio uero ad rem est, quoniam utroque, & respondens referuntur ad unum & idem, & est dialecticæ ad ueritatis inuentionem utilis. Aristoteles igitur dicit, quod multiplicis distinctio est utilis ad syllogismos, hoc est, ad disputationem dialecticam, que fit ad rem, non ad nomen, dicit, [Et] subaudi multiplicis distinctio est utilis [ad fieri syllogismos] in disputatione dialecticæ [secundum eandem rem, & non ad nomen,] ad quod nomen sunt syllogismi in disputatione sophisticæ, & assignat causam, & dicit, [Si enim immanifestum sit quotupliciter dicitur, contingit non ad idem eam qui respondet, & qui interrogat ferre intellectum:] nam interrogans intellectum fert ad unum significatum æquiuoci, suos syllogismos dirigendo. Respondens fert intellectum ad aliud significatum, suas responsiones afferendo, & sic laborando in æquiuoco non dialecticæ, sed sophisticæ disputabit. Deinde exponit qualem se habeat opponens habita distinctione, & dicit, [Manifestato autem quotupliciter dicitur] ab ipso respondente, [ad quid ferens ponat,] hoc est ad quod significatum ferendo intellectum, respondens ponat, [ridiculus uidebitur interrogans esse, si non ad hoc] scilicet significatum, [sermonem] ac syllogismum faciat, uerbi causa, ut Alexander affert, asserat peripateticus scientiam non esse naturalem animæ, pro sua propositione, & Platonius syllogizet sic, inseparabile ab anima est anima conaturale, scientia est inseparabilis ab anima, igitur scientia est anima conaturale, distinctio hæc est, inseparabile est duplex: quoddam, quod est in substantia eius, cuius est, ut risibile est inseparabile ab homine: quoddam quod non potest per se ipsum esse, quin sit in alio, quoniam separatio ab eo cuius est, corruptio eius est. Dicit igitur Peripateticus ad maiorem, inseparabile ab anima, secundum primam rationem esse anima conaturale, secundum uero alteram significationem, non est conaturale. Sic enim omne accidens erit conaturale substantiæ. Si igitur Platonius adhuc opponendo referit intellectum ad inseparabile secundo modo, ridiculus erit.

κρίσιμον δὲ καὶ πρὸς τὸ μὴ ποσοχῶς λέγειν ἐπισκέψασθαι, πρὸς δὲ σαφέστερον μάλλον γὰρ ἂν τις εἰδῆσιν τῶν τῶν ἐμφανισθέντων τῶν ποσοχῶς λέγειν. καὶ πρὸς τὸ γίνεσθαι κατ' αὐτὸ τὸ πρῶτον καὶ ἕξιν μὴ πρὸς τὸ ὄνομα τῶν συλλογισμῶν, ἀλλ' ἵνα γὰρ ὄντων ποσοχῶς λέγειν, ἡ δὲ λέγειν μὴ ἐπὶ τῶν τῶν ἀποδεικτικῶν καὶ τῶν ἐρωτητικῶν φέρειν τὴν διάκρισιν, ἐμφανισθέντων δὲ ποσοχῶς λέγειν καὶ ἐπὶ τῶν φέρειν τῶν τῶν, γὰρ οὐκ ἔστιν ἄρ' φαίνοιο ὁ ἐρωτῶν, ἢ πρὸς τὸ τὸ λόγον ποιῶν.

103 Vtile etiā & vt nō falsā ratione decipiamur, sed decipiamus potius: nā scientes quotupliciter dicitur, nō allucinamur, sed sciemus, si non ad idem sermonem faciat is, qui interro-

gat. Et ipsi interrogantes poterimus appareri ratiocinatione fallere, nisi is qui respondet, agnoscat quotupliciter dicitur. Hoc autem non in omnibus semper possibile est, sed quando fuerint eorum, quæ multipliciter dicuntur, alia quidem uera, alia autē falsa. est autem proprie non conueniens modus hic dialecticæ: quare omnino uitanda dialecticis huiusmodi ad nomen disputationis, nisi quis aliter nō possit de proposito differere.

Nunc affert tertiam utilitatem, & uult quod distinguere re multiplex etiam utile sit ad hoc, quoniam qui scit multiplex distinguere, poterit alios decipere, & ab aliis non decipi. Nam si cum interrogat, qui multiplicis distinctionem ignorat, poterit ipsum fallere. Si autem ab alio interrogetur, sciens multiplicis distinctionem, statim intelligit ad quid referat intellectum is, qui eum interrogat, & sic non decipitur, dicit, [Vtile etiam & ut non falsa ratione decipiamur, sed decipiamus potius,] igitur scire multiplex distinctionem utile est ad decipiendum alterum, nō autem ad decipi ab altero, & assignat causam, & dicit, [Nā scientes quotupliciter dicitur, non allucinamur] ab aliis, [sed sciemus] respondere, [si is qui interrogat, non ad idem] significatum, [faciat sermonem,] ad quod nos propositum sustinemus. [Et ipsi interrogantes] respondentes, [poterimus appareri ratiocinatione fallere,] eos [nisi] si is qui respondet, agnoscat quotupliciter dicitur, uerbi causa (ut Alexander inquit) qui ponit diuicias esse bonum, si scierit boni æquiuocationem, non concedet opponenti hanc, uidelicet, bonum bonos facit, quoniam possessio, & potentia bona sunt, que tamē bonos non faciunt. Amplius qui ponit motum mutare locum, si scierit moti æquiuocationem, non concedet alteratum esse motum. Deinde (ut Alexander exponit) Aristoteles ostendit in quibus hæc utilitas potest fieri, & dicit, [Hoc autem] scilicet decipere alios, & non decipi ab aliis, non in omnibus semper possibile est, sed quādo fuerit eorum, quæ multipliciter dicuntur, alia quidem uera, alia quidē falsa, nam si in omnibus propositum uerum est, aut in omnibus sensibus falsum, non erit utile ad decipiendum alios, quoniam in ambobus Aiacibus uerum fuit, Aiacem ad Ilium militasse, ideo ex hoc nullus fieri potest paradoxus. Affert Alexander alia exempla, quæ clara sunt, deinde ostendit Aristoteles quibus hæc utilitas competit, & dicit, [Est autem proprie non conueniens modus hic dialecticæ,] sed sophisticæ, [quare omnino] (ut inquit) [uitanda dialecticis huiusmodi ad nomen disputationis, nisi quis aliter non possit de proposito differere,] in hoc enim casu conceditur non per habitum dialecticæ, sed per habitum sophisticam. Conuenit autem hoc fieri (ut Aristoteles inquit) octauo huius, & secundo elenchorum, quādo respondens negaret per se notum, nam cum ipse causa uillat, licet interroganti cauillare.

Γ τὸ δὲ τὰς διαφορὰς εἶναι πρὸς τὴν συλλογισμῶν πῶς περὶ ταύτων καὶ πρὸς ἀλλοτρίων ἑκάστων. ὅτι μὲν οὖν πρὸς τὴν συλλογισμῶν πῶς περὶ ταύτων ἑτέρω χρίσιν μὲν ἀλλοτρίων ἐπιπέσει γὰρ διαφορὰν πρὸς ἀλλοτρίων ὁμοίων, ἀλλ' ἀχρότες ἐσόμεθα, ὅτι οὐ ταύτων. πρὸς δὲ ἀλλοτρίων τὴν ἑτέραν οὐδὲν ὁμοίως ἑκάστων λόγων περὶ ἑκάστων οὐκ ἔστιν ἀχρότες χωρὶς ἐκείνων.

DE UTILITATE INVENTIONIS DIFFERENTIARVM.

104. Differentias autem inuenire vtile, & ad syllogismos de eodem & diuerso, & ad cognoscendum quid est vnumquodque. Quod autem ad syllogismos de eodem, & diuerso vtile, manifestum. Inuenientes enim differentiam propositorum quilibet, ostendentes erimus, quoniam non est idem. Ad cognoscendum autem quid est vnumquodque, eo quod propriam substantiam cuiusque rationem iis (quae circa vnumquodque sunt) accommodatis differentiis separare solemus.

Cum dixisset de utilitate diuisionis multiplicis, nunc ad quae utilis sit differentiarum inuentio, exponit. Et primo proponit utilitates duas, secundo loco eas per ordinem probat, de prima parte dicit, [Differentias autem inuenire utile] est, [Et ad syllogismos de eodem, et diuerso,] haec est prima, [Et ad cognoscendum quid est vnumquodque,] et sic est utilis ad definitionum assignationem, quae est secunda utilitas. Deinde probat has utilitates per ordinem, et primo probat primam, et dicit, [Quod autem] inuenire definitiones [utile] sit [ad syllogismos de eodem, et] de [diuerso, manifestum.] et declarat solum quomodo sit utile ad syllogismos negatiuos, qui sunt de non eodem, quod idem est quod diuersum, et dicit, [Inuenientes enim propositorum quamlibet differentiam, ostendentes erimus quoniam] tale propositum [non est idem,] sed diuersum ab eo omni, a quo differt per ealem differentiam, et hoc per syllogismos negatiuos uerbi causa, ut Alexander exemplificat, inuenientes, quoniam continentia differt a modestia, quod modestia quiescens habet desideria, continentia uero uehementia, ostendens quod modestia non sit continentia hoc syllogismo, uirtus, quae quiescens habet desideria, non est uirtus quae uehementia desideria habet, modestia quiescens habet desideria, continentia autem uehementia, igitur modestia non est continentia. Quod autem sit utile ad syllogismos de eodem, nec Aristoteles nec Alexander probauit, qui a est manifestum, et potest exemplum afferri tale, omne disciplina capax risibile, omnis homo est disci-

plina capax, igitur omnis homo est risibilis. Deinde declarat quomodo sit utile ad definitionum assignationem, et dicit, [Ad cognoscendum autem quid est vnumquodque, eo quod propriam cuiusque rationem iis differentiis accommodatis, quae circa vnumquodque sunt,] hoc est quae pertinent ad rem definitam, assignantes, ac constituentes [solemus separare] re definitam ab omni non ipsa, uel construe hoc modo, [eo quod separare solemus propriam cuiusque rei definitam rationem, accommodatis iis differentiis, unicuique definito,] quae constitutivae sunt [circa vnumquodque.] Quod uero ad utilitates attinet, differentiae duplicem rationem subdit, quoniam est generis diuisiva, et speciei, quae sub genere est constitutiva, ea quidem ratione quae est diuisiva generis, diuidit speciem quam constituit, ab omnibus aliis, quae non sunt ipsa. Et sic est utilis ad syllogismos de eodem, et de diuerso. Ea uero ratione, quae constitutiva speciei est, ualet ad definitionum assignationem. Alexander addit inuentionem differentiarum utilem esse ad diuisionem generum, et ad ferendam instantiam rationum inductiuarum, et ad alia, quae Aristoteles tacuit, quoniam haec duae utilitates propriae sunt, quas ipse posuit.

ἢ δὲ τὸ ὁμοίως θεωρεῖται χρίσιν πρὸς τὴν συλλογισμῶν πῶς περὶ ταύτων καὶ πρὸς ἀλλοτρίων ἑκάστων. ὅτι μὲν οὖν πρὸς τὴν συλλογισμῶν πῶς περὶ ταύτων ἑτέρω χρίσιν μὲν ἀλλοτρίων ἐπιπέσει γὰρ διαφορὰν πρὸς ἀλλοτρίων ὁμοίων, ἀλλ' ἀχρότες ἐσόμεθα, ὅτι οὐ ταύτων. πρὸς δὲ ἀλλοτρίων τὴν ἑτέραν οὐδὲν ὁμοίως ἑκάστων λόγων περὶ ἑκάστων οὐκ ἔστιν ἀχρότες χωρὶς ἐκείνων.

DE UTILITATE CONSIDERATIONIS SIMILIVM.

105 Similitudinis autem consideratio utilis est ad inductiuas rationes, & ad syllogismos ex suppositione, & ad assignationem definitionum.

Nunc de utilitate considerationis similitum proponit, et primo enumerat eas, quas dicit esse tres. Deinde per ordinem probat eas, de prima parte dicit, [Similitudinis autem consideratio utilis est ad inductiuas rationes] hoc est ad inductiones efficiendas, quas (ut Alexander inquit) demonstrauit proprias esse dialecticas, [et ad syllogismos ex suppositione,] et per syllogismos ex suppositione, ut inquit Alexander intelligit eos, qui dicuntur ex concessione, de quibus patebit exemplum, [et ad assignationem definitionum. Haec sunt tres utilitates.

πρὸς μὲν οὖν τὴν συλλογισμῶν πῶς περὶ ταύτων καὶ πρὸς ἀλλοτρίων ἑκάστων. ὅτι μὲν οὖν πρὸς τὴν συλλογισμῶν πῶς περὶ ταύτων ἑτέρω χρίσιν μὲν ἀλλοτρίων ἐπιπέσει γὰρ διαφορὰν πρὸς ἀλλοτρίων ὁμοίων, ἀλλ' ἀχρότες ἐσόμεθα, ὅτι οὐ ταύτων. πρὸς δὲ ἀλλοτρίων τὴν ἑτέραν οὐδὲν ὁμοίως ἑκάστων λόγων περὶ ἑκάστων οὐκ ἔστιν ἀχρότες χωρὶς ἐκείνων.

106 Ad inductiuas quidem rationes, eo quod circa singula in similibus inductione, vniuersale existimamus inducere. Non enim facile est inducere, ignorantibus similia.

Nunc per ordinem probat illas utilitates, et primo probat considerationem similitum utilem esse ad indu-

ctiones faciendas, per hoc, quia inductione vniuersalem propositionem existimamus inducere, hoc autem fieri non potest (ut Alexander inquit) nisi accipiendo plura singularia, et addendo, et sic de similibus. At istud addere non poterimus, nisi considerata similitudine in eis, igitur consideratio similitum utilis est ad inductiones constituendas, dicit, [Ad inductiuas quidem rationes, eo quod circa singula,] hoc est circa singularia [inductione in similibus] facta per particulam illam, quae est et sic de similibus, [vniuersale] hoc est vniuersalem propositionem, quae est suppositio, [existimamus inducere.] modo hoc fieri non potest, nisi cognouerimus in illis esse simile. [Non enim facile est inducere, ignorantibus similia] in talibus in quibus inducimus uerbi causa, ut Alexander exemplificat, si uoluerimus inducere quod omne quod fit ex contrario fiat, inducimus ex hoc, quia albus ex nigro fit, et hoc, quia musicum ex immusico fit, et ex hoc quia calidum ex frigido, et in aliis similibus, modo non poterimus dicere et in aliis similibus, nisi considerauerimus in talibus similitudinem, quare similitum consideratio utilis erit ad inductiones constituendas.

πρὸς δὲ τὴν συλλογισμῶν πῶς περὶ ταύτων καὶ πρὸς ἀλλοτρίων ἑκάστων. ὅτι μὲν οὖν πρὸς τὴν συλλογισμῶν πῶς περὶ ταύτων ἑτέρω χρίσιν μὲν ἀλλοτρίων ἐπιπέσει γὰρ διαφορὰν πρὸς ἀλλοτρίων ὁμοίων, ἀλλ' ἀχρότες ἐσόμεθα, ὅτι οὐ ταύτων. πρὸς δὲ ἀλλοτρίων τὴν ἑτέραν οὐδὲν ὁμοίως ἑκάστων λόγων περὶ ἑκάστων οὐκ ἔστιν ἀχρότες χωρὶς ἐκείνων.

107 Ad syllogismos uero ex suppositione, eo quod probabile est, quem admodum in vno similitum se habet, sic & in reliquis. Quare ad quodcunque eorum facultatem habebimus disputandi, profitebimur, quem admodum in his se habet, sic & in proposito se habere. Id enim ostendentes, & propositum ex suppositione ostendentes erimus. Supponentes enim quo modo in his se habet, sic & in proposito se habere, demonstrationem faciemus.

Nunc declarat secundam utilitatem, uide licet quod sit utilis ad syllogismos ex suppositione, ubi annotatione dignum multifariam (ut diximus libro priorum) syllogismus ex hypothese est, nam et conuersiuus, et per impossibile, et circularis, et per transumptum, omnes ex suppositione syllogismi dicuntur. At hic, ut Alexander exponit, per syllogismum ex suppositione, intelligit syllogismum ex concessione, sed quid sit concessio in tali syllogismo, dicamus (ut Alexander inquit) et apparet ex uerbis Aristotelis quod concessio est haec maxima, ut se

habet aliquid in uno similitum, ita est in caeteris similibus, et propterea cum in uno ostensum erit ita esse, et in aliis etiam erit ostensum, ut cum in contrariis ostensum erit, quoniam impossibile est ea esse in eodem subiecto, erit demonstratum in omnibus oppositis illud idem. Et cum demonstratum est in una anima, quoniam est immortalis, et in omnibus animabus demonstratum erit, ut cum erit demonstratum rationalem animam esse immortalem, et omnem animam esse immortalem demonstratum erit. Est enim concessio, sicut est in uno similitum, ita est in omnibus, dicit, [Ad syllogismos uero ex suppositione, eo quod probabile est, quem admodum in uno similitum se habet, sic et in reliquis] se habere. per probabile intelligit maximam, quae est concessio. Propterea concludit quomodo ex illa concessione syllogismus ex suppositione fit et dicit, [Quare ad quodcunque eorum] similitum [facilitatem habebimus disputandi,] profitebimur quem admodum in his se habet, sic et in proposito se habere. Id enim ostendentes, ut quod in contrariis non est idem subiectum, et propositum ex suppositione ostendentes erimus, uidelicet in omnibus oppositis, nunc dat concessionem, et dicit, [Supponentes enim quo modo in his se habet, sic et in proposito se habere, demonstrationem faciemus,] et fortasse per concessionem intelligit non illam maximam (ut Alexander dixit) sed intelligit in uno similitum ita se habere, quoniam maxima propositio ab omnibus concessa est, probabile est, si in uno similitum est aliquid, ita esse uerbi causa haec est concessio, Contraria non possunt inesse eidem simul, ex hac concessione inferitur, igitur ita est in omnibus oppositis, per illam maximam propositionem, ut est in uno similitum, est in omnibus, et haec expositio consonat uerbis Aristotelis, dicit enim [supponentes enim quomodo in his] uidelicet contrariis [se habet, sic et in proposito] uidelicet in omnibus oppositis [demonstrationem faciemus.] Quare alia est concessio, alia est maxima. Maxima enim est, ut est in uno similitum, ita est in omnibus. Concessio uero est haec, uidelicet contraria non possunt eidem subiecto simul inesse.

πρὸς δὲ τὴν συλλογισμῶν πῶς περὶ ταύτων καὶ πρὸς ἀλλοτρίων ἑκάστων. ὅτι μὲν οὖν πρὸς τὴν συλλογισμῶν πῶς περὶ ταύτων ἑτέρω χρίσιν μὲν ἀλλοτρίων ἐπιπέσει γὰρ διαφορὰν πρὸς ἀλλοτρίων ὁμοίων, ἀλλ' ἀχρότες ἐσόμεθα, ὅτι οὐ ταύτων. πρὸς δὲ ἀλλοτρίων τὴν ἑτέραν οὐδὲν ὁμοίως ἑκάστων λόγων περὶ ἑκάστων οὐκ ἔστιν ἀχρότες χωρὶς ἐκείνων.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΤΩΝ ΤΩΠΙΚΩΝ.



108 Ad definitionum autem assignationem, eo quod potentes conspiciere quod in unoquoque idem, non dubitabimus in quo genere oporteat (cum definiemus) propositum collocare. Nam communium quod maxime in eo quod quid est, predicatur, genus erit. Similiter autem & in multum distantibus utilis ad definitiones similitudinis consideratio, ut quoniam idem tranquillitas in mari, & serenitas in aere, utrumque enim quies. & quoniam punctum in linea, & unitas in numero, utrumque enim principium. quare commune in omnibus genus assignantes, arbitrabimur non extraneae definire. Pene enim definiens, sic solent assignare. nam & unitatem principium numeri dicunt esse, & punctum principium lineae. Manifestum igitur, quoniam utrorumque genus collocant. Instrumenta itaque per quae sunt syllogismi, haec sunt: loci vero ad quos utilia sunt praedicta, ii sunt.

Nunc declarat tertiam utilitatem: et primo, quomodo consideratio similitum secundum aliquid commune sit utilis ad definitionum assignationem. et ostendit hanc similitum considerationem esse utilem ad inuentionem generis, et dicit, [Ad definitionum autem assignationem, eo quod potentes conspiciere, quid in unoquoque idem.] hoc est potentes conspiciere omnia communia, in quibus sunt similia, ut omnia ea, in quibus homo, et equus, et canis sunt similes, ut quoniam sunt corpora, et animata, et colorata, et in loco, et sensitiva, et animalia, [non dubitabimus in quo genere oportet propositum collocare, cum definiemus. Nam omnium] talium [communium] praedicatorum, [quod maxime in eo quod quid est praedicatur, genus erit.] ergo similitum consideratio, quae sunt secundum aliquid commune, utilis ad inuentionem generis.

ris, nam enumeratis omnibus similibus in quibus conueniunt, eligemus pro genere illud commune, quod praedicatur de eis in quibus. et dicit, [Communium,] (ut Alexander annotauit) quoniam species non est genus, licet in ea similia sint indiuidua, quoniam non est commune, sed proprium praedicatum, cum non diuidatur per differentias essentielles. Deinde declarat quomodo similitum consideratio, quae secundum analogiam sumit, sit utilis ad definitionum assignationem: et uult quod sit utilis ad totam definitionem assignandam. (ut Alexander exponit) Non enim possumus considerare aliqua esse similia secundum analogiam, nisi consideremus ea in quibus reperiuntur haec similia, et illud in quo sunt similia. Non enim possumus considerare tranquillitatem et serenitatem similes esse, nisi consideremus mare, in quo est tranquillitas, et aere in quo est serenitas. Amplius et nisi consideremus quietem, in qua sunt similes, modo ex consideratione eorum in quibus haec reperiuntur, uidelicet maris et aeris, differentia colligitur, ex consideratione uero eius, in quo sunt similes, uidelicet quietis, genus habetur. est tranquillitas maris quies, serenitas uero aeris quies. dicit, [Similiter et in multum distantibus,] quae sunt similia secundum analogiam, [utilis est ad definitionem] assignandas, [similitudinis consideratio.] non solum ad generis inuentionem, sed ad totius definitionis assignationem. et hoc exponit, et dicit, [Ut quoniam idem tranquillitas in mari, et serenitas in aere, utrumque enim quies.] ideo consideratis illis, in quibus sunt, et eo, in quo sunt similes, tota definitio habebitur. Deinde dat alia exempla, et dicit, [Et quoniam punctum in linea, et unitas in numero,] similiter se habent, [utrumque enim principium,] quare commune in omnibus genus assignantes, addendo ea in quibus reperiuntur loco differentiae, [arbitrabimur non extraneae,] sed conuenienter definire punctum et unitatem: punctum, quod sit principium lineae: unitas uero, numeri. probat has definitiones esse bene assignatas auctoritate mathematicorum, et dicit, [Pene enim] omnes scilicet mathematici [definiens] punctum et unitatem, [sic solent] assignare. [nam et unitatem principium numeri dicunt esse,] et punctum principium lineae. igitur similitum consideratio secundum analogiam utilis est ad assignationem totius definitionis. et hoc dicit, [Manifestum igitur, quoniam utrorumque genus collocant,] etiam et differentia. Tunc epilogat, et dicit, [Instrumenta itaque, per quae sunt syllogismi, haec sunt: loci uero ad quos praedicta] instrumenta [utilia sunt, ii sunt.]

HAEC DE PRIMO LIBRO.

ARISTOTE

ΛΟΓΟΣ ΤΟΠΙΚΩΝ ΔΕΥΤΕΡΩΝ.



ΒΥΤΙ ΔΕ ΤΩΝ ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΩΝ ΤΑ ΜΑΚΑΘΟΛΟΥ. ΤΑ ΔΕ ΕΣΤΙ ΜΕΡΟΥΣ. ΚΑΘΟΛΟΥ ΜΟΔ, ΟΤΙ ΠΑΡΕΣΤΑ ΗΔ' ΟΥΚ ΑΓΑΘΟΝ. ΚΑΘ' ΟΤΙ ΟΥΔΕ ΜΕΙΣ ΗΔ' ΟΥΚ ΑΓΑΘΟΝ ΕΣΤΙ ΜΕΡΟΥΣ ΔΕ, ΔΙΟΡ ΟΤΙ ΟΥΚ ΕΣΤΙ ΤΙΣ ΗΔ' ΟΥΚ ΑΓΑΘΟΝ.

Aristotelis Topicorum Liber Secvndus

PICORVM LIBER SECVNDVS. Cum Augustini Niphi Medicis Commentariis.

DE DIVISIONE PROBLEMATVM ET ORDINE EORVM.

B



Vnt autem problematum haec quidē, vniuersalia, illa uerō, particularia. Vniuersalia quidem, ut omnis voluptas bonum est, & nulla voluptas bonum. Particularia uerō, ut aliqua voluptas bonum, & aliqua voluptas non bonum.



Vm dixisset in primo libro ea, quae necessaria erant ante locorum traditionem, quibus terminantur omnia problema, in hoc libro secundo accedit ad tradenda loca utilia ad unumquodque problema. Verum antequam ad rem ueniamus prius dicendum quid sit locus, et quid maxima, siue dignitas dialectica. Alexander itaque definiens locum, dicit, locus est principium et occasio argumenti. uocant autem argumentum, dialecticum syllogismum. Propterea Theophrastus dicit, locus est principium quoddam, et elementum, a quo accipimus principia syllogizandi unumquodque problema, circumscriptione quidem ac quantitate determinatum, contractione ad species indeterminatum, uerbi causa, hic est locus, si contrarium contrario inest, et contrario contrarium. Est autem hic locus propositio uniuersalitate quidem determinata, quoniam de contrariis uniuersaliter enunciatur, contractione uero ad species, indeterminata, quoniam non de his, uel illis contrariis dicitur, sed nos a tali propositio ne occasione accipientes, argumentari de unoquoque contrariorum poterimus. Si enim quaeratur de bono si prodest, an non, nos occasionem sumentes ab illo uniuersali ac indeterminato loco accipientes propositio, quae

sequitur ad locum uniuersalem, hanc uidelicet, si malum dedit, bonum prodest, sed malum dedit, igitur bonum prodest. Amplius si quaesitum fuerit, utrum album sit color disgregatiuus uisus, an non, accipientes propositio, quae sequitur ad locum uniuersalem, hanc uidelicet, si nigrum est color congregatiuus uisus, et albi color disgregatiuus uisus. Sed nigrum est color congregatiuus uisus: igitur albi erit color disgregatiuus uisus. Adhuc si de uoluptate quaeratur, utrum uoluptas sit bonum, an non, accipientes propositio ab uniuersali loco, quae diximus, haec, si tristitia malum, uoluptas bonum, sed tristitia malum, ergo uoluptas bonum. Praeterea alius locus uniuersalitate quidē determinatus, contractus ad species determinatus hic est, si magis uidetur alicui inesse, et non inest, neque quod minus uidetur inesse, inerit utique. Haec enim propositio uniuersalitate quidē determinata est, quoniam uniuersaliter de ente magis et minus accipit, ad species uero maioris et minoris indeterminata est. Non enim accipit in quo magis uel minus, nam et in colore, et in sapore, et in bono est reperire magis et minus, quae non accipit propositio. possumus tamen in omnibus problematibus, in quibus magis et minus sunt, abundare propositioibus ab uniuersali illo loco occasionem sumentes, si enim quaeritur, utrum diuitiae bonum sint, an non, si quis uoluerit syllogizare diuitias non esse bonum, accipiendo occasionem ab uniuersali loco, accipiet propositio, quae sequitur ad illum, hanc uidelicet, si sanitas magis diuitias bonum exciitens non est bonum, diuitiae quae sanitate minus bonum sunt, non erunt bonum: sed sanitas non est bonum, est enim causa aliquibus, ut sunt mali, igitur diuitiae non sunt bonum. Haec Alexander et Theophrastus dixerunt de loco.

Sed dubitatur primo, quoniam, ut dicitur primo Rhetoricorum, locus est terminus ad quem respicimus, ut fiat maxima. Unde et definitur a M. Tullio locus, quod sit sedes argumenti. At sedes terminus est a quo propositio constat, quoniam propositio patet, Unde primo huius docens multiplicem diuisionem, dixit inspicendum esse ad contrarium, ex quo accipiebatur haec maxima, si propositio contrarium est multiplex, ipsum propositum erit multiplex, igitur locus est terminus, in qua sedet maxima.

Dicendum locus esse bifariam, est enim locus terminus, et locus propositio. locus terminus, est omne illud ad quod respicitur ut maxima accipitur. Ut enim haec maxima sumatur, si propositio contrarium est multiplex, ipsum propositum est multiplex: respiciendum est ad contrarium, igitur contrarium est locus terminus. Illa uero propositio uniuersalis et illimitata, quae accipitur, dicitur locus propositio, quae a iunioribus est dicta maxima, per quae patet concordia et quid sit maxima. Secundo quaeritur, propositio quae ab Alexandro dicitur contraria maxima siue uniuersali loco, quid sit. Dicendum, quod est maxima siue propositio contracta ad speciem aliquam earum quae continentur potentia in maxima. In illa enim uniuersali, si contrarium contrario inest, et contrario inerit, multae continentur propositiones, quarum una est, si nigrum color est uisus congregatiuus, albi erit color uisus disgregatiuus. Haec igitur contracta ad speciem contrariorum, uidelicet albi et nigri, dicitur maxima contracta. et haec est propositio, quae est pars syllogismi dialectici, unde ex hac dialecticus syllogismus

fit hypotheticus à constructione antecedentis, uidelicet, si nigrum est color congregatiuus uisus, album erit color disgregatiuus uisus, sed nigrum est color congregatiuus uisus, igitur album est color disgregatiuus uisus.

Tertio queritur quo modo hæc propositio, quæ est pars syllogismi dialectici, est loco uniuersali, siue maxima uniuersali contigua, utri illatiue. Respondet Augustinus primò rhetoricorū, quod tales propositiones particulares hoc est contrariæ, continentur in uniuersali propositione, quæ maxima dicitur, et locus, potentia et uirtute, quatenus propositio uniuersalis est occasio, ut accipiat hæc contrariæ pro uera, quod Alex. hic asserit, dicit enim omnes hæc et tales contrariæ propositiones, potentia et indeterminate contineri in uniuersali loco, et hæc ratione dicitur illi contigua, quoniam si uniuersalis locus uerus est, occasio est, ut hæc particularis propositio sit uera, quoniam non differt ab illa, nisi contractione, et in contractione non enim particularis hæc propositio, aliud est, nisi illa uniuersalis contrariæ ad speciem: quare si illa est uera, hæc erit uera. Patet igitur hanc particularem non esse contiguam uniuersali illatiue, sed potius occasionaliter, et contrariæ. Vel dicendum, hanc esse illi uniuersali contiguam per identitatem, quoniam hæc particularis est, illa uniuersalis, sola contractione differens: nam contrariæ ad speciem est illam, quæ erit uniuersalis. Et Aristoteles incipiendo de locis, quibus terminantur problemata, incipit à locis, quæ sunt ad problemata de accidente: quoniam considerando accidens quantum ad inesse, problema de accidente omnibus problematibus prius est. ad omne enim problema sequitur inesse: nam destructo ipso inesse, omnia destruantur, quoniam omnia insunt. igitur problema de inesse, quod accidenti magis proprium est, cōmuniu ceteris est. Assignat alias rationes, quas non curo adducere, quoniam magis ad rem, quam ad contingentem ordinem attendendum est. Et uolendo de locis ad problemata de accidente utilibus pertractare, assignat diuisionem problematum, et dicit, [Sunt autem problemata, hæc quidem uniuersalia, illa uero particularia.] Exponit membra, et dicit, [Uniuersalia quidem, ut omnis uoluptas bonum est, et nulla uoluptas bonum est.] hæc sunt uniuersalia, et contraria. deinde exponit particularia, et dicit, [Particularia uero, ut aliqua uoluptas bonum, et aliqua uoluptas non bonum,] hæc sunt particularia, et subcontraria. Sed quæres, utrum hæc diuisio habeat locum in aliis problematibus, et uidetur quod sic, nam dicimus animal genus esse alicuius animalis, et dicimus animal rationale esse definitionem alicuius animalis, et dicimus risibile esse proprium alicuius animalis, quæ sunt particularia. Alexander considerando proprie uerba Aristotelis asseruit hæc diuisionem, per se, et proprie non habere locum, nisi in problematibus de accidente. quoniam licet in aliis assignari possint uniuersale, et particulare, tamen non assignantur in illis particulare, quin includat aliquid uniuersalitate. Nam qui dicit animal genus esse alicuius animalis, particulare quidem dicit, non tamen simpliciter particulare, quoniam etiam dicit animal esse genus ad omne animalium. Et propterea in aliis problematibus proprie accipiuntur, aut omnibus, aut nullis inesse, quæ insunt. Accidentem autem solum potest alicui indiuiduo inesse, alicui

uero non inesse, ut album homini, nam alicui inest, alicui uero non inest. Similiter de musico, et de aliis accidentibus dicendum est.

ἔστι δὲ πρὸς ἀμφότερα τὰ γένη τῶν προβλημάτων κοινὰ τὰ καθόλου κατασκευαστικὰ καὶ ἀνασκευαστικὰ. ἀιζήνεται γὰρ ὅτι παυτὶ ὑπάρχει, ὅτι τινὶ ὑπάρχει δὲ ἀρχὸς ἐσομένο. ὁμοίως δὲ καὶ ὅτι οὐκ ἐστὶν ὑπάρχει δὲ ἐξωμὸν, καὶ ὅτι οὐκ ἐστὶν ὑπάρχει δὲ ἀρχὸς ἐσομένο. πρῶτον δὲ τῶν καθόλου ἀνασκευαστικῶν πῶς ἴαται τὸ κοινὸν εἶναι τὰ ποικίλα πρὸς τὰ καθόλου, καὶ τὰ ἐπιμέρους, καὶ ἴαται δὲ μάλλον τὰς θέσεις κομίσθαι ἐν τῷ ὑπάρχει, ἢ μὴ. τοῦ δὲ ἀναλεγομένου ἀνασκευαστικῶν.

2 Sunt autem ad vtraque genera problematum communia uniuersalia, & constructiua, & destructiua. Ostendentes enim quoniam omnia inest, & quoniam alicui inest ostendentes erimus. Similiter autem & si quoniam nulli inest, ostenderimus, & quoniam non omni inest, ostendentes erimus. Primum ergo de uniuersalibus destructiuis dicendum, eo quod communia sint huiusmodi ad uniuersalia & particularia: & quia magis positiones afferat in eo quod inest, quam non disputantes autem destruunt.

Hic remouet dubitationem, quoniam posset quis dicere, utrum problematum particularium particularia loca sint afferenda, per quæ terminantur. Respondet quod non, quoniam per ea loca, per quæ terminantur uniuersalia problemata, terminantur et particularia, non ergo oportet ponere alia loca pro particularibus, cum illamet quæ ualēt ad uniuersalia, etiā ad particularia ualēt. dicit, [Sunt autem ad utraque genera cōmunia uniuersalia,] et per [communia uniuersalia] intelligit particularia et uniuersalia quasi dicat non oportet querere loca particularia ad problemata particularia, quoniam communia uniuersalia tota, ad utraque genera sunt, scilicet ad particularia, et uniuersalia. dico ad utraque genera particularia et uniuersalia, [Et constructiua, et destructiua,] ea enim loca, quæ ualent ad destructiua et constructiua uniuersalia, ualent ad destructiua et constructiua particularia. Et hoc probat et dicit, [Ostendentes enim quoniam omni inest] hoc est uniuersale affirmatiuum, [et quoniam alicui inest, ostendentes erimus.] hoc est particulare affirmatiuum illi subalternum. [Similiter autem, et si quoniam nulli inest, ostenderimus] hoc est uniuersale negatiuum, [et quoniam non omni inest] quod est particulare negatiuum illi subalternum [ostendentes erimus.] quare loca utilia ad uniuersalia erunt

A etiam utilia ad particularia. Nam qui demonstrat omnē hominem respirare, demonstrat aliquem hominem respirare: et qui demonstrat omnem uoluptatem esse bonum, demonstrat aliquam uoluptatem esse bonum: et cum demonstratum fuerit nulli homini inesse quadripes, demonstratum erit, alicui homini non inesse. Quod uero ad uerba attinet, cum Aristoteles dixit uniuersalia destructiua esse utilia ad particularia destructiua, non intelligit per uniuersalia destructiua ea, quæ sunt destructiua uniuersalitate, quoniam qui demonstrat non omnem uoluptatem esse bonum, non destruxit aliquam esse bonum, sicut enim simul. Ex his cōdit ordinem, et dicit, [Primum ergo de destructiuis dicendum,] quam subaudi de particularibus destructiuis, cuius causam subdit, et dicit, [Eo quod communia sint huiusmodi] loca [ad uniuersalia] scilicet problemata, [et] ad [particularia] subaudi, et prius de destructiuis quam de affirmatiuis dicendum, et assignat causam, et dicit, [Et quia] respōdentes [magis] hoc est priori parte [positiones] quas in ludis literariis sustinet [afferant in eo quod inest.] hoc est affirmatiuas [quæ non] hoc est quædam negatiuas. disputantes autem hoc est opponentes autem, magis [destruunt.] quam construunt. Et cum oppositio prior sit responsione, sit ut negatiua problema sine priora affirmatiuis, modo quo opponens prior est respondente. Eudemus autem in suis analyticis, assignat aliam causam, quia uidelicet peculiariuus est dialectico destruere, quam construere, quare et prius.

ἔστι δὲ χαλεπώτατον ἐναντιπρῆψαν τὴν ἀποδοτὴν συμβεβηκότων οὐκ αἰκίαν ὀνομασίαν. ὅ γὰρ τὴν καὶ μὴ καθόλου, ἐπὶ μόνων ἐπιτέχεται τῶν συμβεβηκότων. ἀπὸ μὲν γὰρ τῶν ἰδιῶν καὶ τῶν ὅρου καὶ τῶν γένους, ἀναγκαῖον ἐναντιπρῆψαν διότι ὑπάρχει τινὶ ἐπιτέχεται, καὶ ὅτι ἀποδοτὴν εἶναι, ἀντιπρῆψαν τινὶ ἐπιτέχεται, καὶ ὅτι ἀποδοτὴν εἶναι, ἀντιπρῆψαν τινὶ ἐπιτέχεται, καὶ ὅτι ἀποδοτὴν εἶναι, ἀντιπρῆψαν τινὶ ἐπιτέχεται, καὶ ὅτι ἀποδοτὴν εἶναι, ἀντιπρῆψαν τινὶ ἐπιτέχεται. γὰρ μὴ κατὰ τὴν ὑπάρχει, ἢ μὴ ὑπάρχει, καὶ ἀλλὰ ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων, οὐδὲρ κολλῶσα κατὰ τὴν ὑπάρχει. διότι λευκότης, ἢ ἀμμοσύνη, ὡστε οὐκ ἀπὸ τῶν τῶν ἰδιῶν καὶ τῶν ὅρου καὶ τῶν γένους, ἀναγκαῖον ἐπιτέχεται τῶν συμβεβηκότων τὸ ἐναντιπρῆψαν.

3 Est autem difficillimum ab accidente conuerti propriam nominationem. Nam aliquo modo & non uniuersaliter in solis contingit accidentibus. A definitione enim & proprio, & genere necessarium est conuerti, ut si inest alicui animal gresibile bipes esse, cōuertentem uerum

erit dicere, quoniam illud animal gresibile bipes est. Similiter autem a genere: nam si animal inest alicui, animal est, eodem modo & in proprio est. Si enim alicui inest grammatices susceptiuum esse, grammatices susceptiuum erit. Nam nihil horum contingit secundum quid inesse, vel non inesse, sed simpliciter vel inesse vel non inesse. In accidentibus autem nihil prohibet secundum quid inesse, ut albedinem, uel iustitiam. Quare non sufficit ostendere, quoniam inest albedo, uel iustitia, ad ostendendum, quoniam albus uel iustus est, propterea quia non necessarium est in accidentibus conuerti.

Uniores arbitrantur Aristoteles uelle cōparare prædicata ad ipsum esse, et inesse, et asserit in accidentibus esse et inesse non conuerti, quia non ualet, hoc accidens huic inest, igitur hoc est illud: sed bene ualet e conuerso, in tribus aliis predicatis conuertuntur, quoniam ad inesse sequitur esse, et e conuerso. Quam expositionem affert Adinolphi. Melius autem dicamus Aristoteles uelle declarare quod ad terminandum problema de accidente non sufficit probare accidens inesse, quia non ualet, accidens inest alicui, igitur illud est tale. Ad cuius evidentiam accipit in accidentibus fieri non posse conuersionem secundum propriam nominationem. Vbi annotatione dignum, Aristoteles hic accepisse conuersionem aliter quam in Prioribus, ubi conuersionem aliam in terminis, aliam in parte distinxit. hic autem conuersionem faciendum propriam nominationem uocat, quando aliquod accipitur inesse alicui, quod postea proprio nomine subiectum illius uocamus, ut si animal inest alicui, conuertentes dicamus illud cui inest, esse subiectum animalis: nam accipiens animal inesse homini, hominem subiectum dicimus animalis, et dicitur hæc conuersio, ut Alexander inquit, quatenus primo incipientes à predicato, postea à subiecto principium facimus: nam cum dicimus animal inest homini, conuertendo dicemus homo est animal. Sumit igitur Aristoteles primo in accidentibus non fieri semper conuersionem secundum propriam nominationem, et dicit, [Est autem difficillimum ab accidente cōuerti propriam nominationem.] et hoc exponit, et dicit, [Nam aliquo modo et non uniuersaliter,] hoc est, nam in aliis quibus et non uniuersaliter in omnibus [accidentibus] hæc conuersio secundum propriam nominationem, [solutis contingit accidentibus,] et quod in aliis hæc conuersio fieri potest, affert et dicit, [A definitione enim et proprio, et genere necessarium est conuerti] et hoc exemplis primo declarat, et dicit, [ut si inest alicui animal gresibile bipes esse,] quæ est definitio hominis, [cōuertentem uerum erit dicere, quoniam illud] uidelicet:

¶ homo animal gressibile bipes est. similiter autem a gene-
nere, nam si animal inest alicui uidelicet homini, homo
[ animal est. eodem modo et in proprio est. Si enim ali-

Διογένης δὲ λέγει τὸ ἀκατάστατον τῶν ἐν
τοῖς προβλήματα ἀλλοτρίων ἐστὶν ἄλλοτρίων, ὅτι οὐκ
ἐστὶν ἀκατάστατον τῶν ἐν τοῖς προβλήματα ἀλλοτρίων, ὅτι οὐκ

4 Determinare autem oportet &
peccata, quæ sunt in problematibus:
nam sunt duo, vel quo falsum dicitur,
vel quo transgrediuntur positam lo-
cutionem. Falsum enim dicentes, &
qui quod non inest, inesse dicunt

Nunc declarat quæ oportet determinare ante locor-
rum traditionem, et dicit. [Determinare autem oportet
et peccata, quæ sunt in problematibus.] hoc est, quæ ac-
cidunt in problematibus ante locorum traditionem, cuius
causam assignat Alexander, quoniam problematum
destructiones, secundum peccata quæ sunt in ipsis sunt,
quare oportet hæc nota, ac concessa esse. Nam ea secun-
dum quæ oportet clenchem fieri, hæc ipsa oportet præ-
cognoscere ante traditionem locorum, et dicit. [Nam
sunt duo, uel quo falsum dicitur, uel quo transgrediuntur
positam locutionem,] mentitur enim qui uoluptatem sine
nem ponit, quod enim non inest, uoluptati inesse dicit. Si
militer mentitur qui dicit motum fieri per uacuum, et
qui ponit magnitudines atomas, et qui ex non solidis ge-
nerat corpora, transgreditur autem dictionem positam,
qui quidem cognoscit subiectam naturam, quæ et qualis
est, et non consueto nomine eam uocat, sed circumscribit,
et improprie nominibus utitur, unde dicit. [Falsum
enim dicentes, et qui] hoc est, [qui quod non inest, in-
esse dicunt,] aut quod inesse dicunt non inesse, hi sic di-
centes mentuntur, et qui extraneis nominibus res ap-
pellant, ut platanum hominem,] ueluti Diogenes homi-
nem dixit esse plantam eversam, hic sic dicitur, [trans-
grediuntur positam nominationem. In hunc modum trans-
grediuntur, qui dicunt solum sapientem diuitem esse, uel
solum pulchrum, uel solum nobilem, non enim qui sic di-
cunt, ignorant ea quæ sapienti insunt, sed quod dicunt ea
quæ sapienti insunt, esse diuitias, transgrediuntur dictio-
nem, diuitiæ enim non in uirtutibus, sed in pecuniis et
possesionibus sunt, pulchritudo etiam in commensuratio-
ne partium dissimilium est. Quod uero ad exem-
plum attinet, qui dicit platanum hominem, accipiēdo pla-
tanum pro arbore, mentitur, quoniam esset primum pec-
catum, qui uero hominem nominauerit eo nomine, quo
arbor uocatur, hic transgreditur positam appellatio-
nem, hæc ratione accipit hoc exemplum secundum Alexan-
dru, quoniam hoc potest esse exemplum ipsius, mentiri,
et transgressionis, recte ergo iuniores dixerunt primum

A peccatum, quod est mentiri, esse peccatum secundum
rem. Secundum uero, quod est transgredi consuetam ap-
pellationem, esse peccatum secundum uocem. Multe di-
uinationes fieri possent hic, quas breuitatis causa præ-
termittimus.

Ἔστι μὲν δὲ τὸ πᾶσι, τὸ ἐπιβλέπειν ἐν τῷ κατ'
ἕνα ἑκάστου τῶν ὁμοίων, ὡς συμβεβηκός
ἄποδ' ἕδωκεν.

DE PRIMO LOCO TERMINANDI
PROBLEMA ACCIDENTIS,
ET DE PECCATIS IN EO.

5 Vnus igitur locus est inspiciere, si
secundum aliquem alium modum
inest, quod ut accidens assignauit.

Anonymous Latinus interpres asserit Aristotelem hic
assignare loca errandi circa accidens, quorum primum
assignando dicit. [Vnus igitur locus] quo erratur in as-
signandis accidentibus [est inspiciere, si quod] quispiam
[assignauit ut accidens, secundum aliquem alium modum
inest] ut uel secundum genus, uel secundum proprium,
uel secundum definitionem: nam si sic fuerit, error erit
in accipiendis accidentibus. Alexander uero dicit, quod
cum Aristoteles dixisset oportere ab uniuersalibus de-
structiuus inceptere in problematibus de accidente, primum
talem locum tradidit, per quem demonstrat non esse acci-
dens, quod ut accidens est assignatum, et dicit, [Vnus
igitur locus] quo uidelicet, aliquid oportere ad uniuersalibus de-
strui esse accidens, si ut accidens fuerit assignatum [est in-
spiciere si secundum aliquem alium modum inest, quod]
quis [ut accidens assignauit.] nam sic erratur, et
destruitur problema de accidente, et intelligit [se-
cundum aliquem alium modum] prædictorum modorum
demonstratum est enim omne quod inest, inesse alicui, aut
ut genus, aut ut definitio, aut ut proprium, aut ut acci-
dens. Et sic secundum Alexandrum hic est primum locus,
quo destruitur problema accidentis. Aduerte tamen, ut

C Alexander refert, Theophrastum fecisse differentiam
inter præceptum, et locum, præceptum, quod dicitur ab
eo ἡ ἀναγκαῖα, est communius, simplicius, et uniuersa-
lius, a quo locus accipitur. Primum enim loci apud
Theophrastum præceptum est, uerbi causa, præceptum
est (si uelimus propositum cognoscere, utrum sit mal-
tiplex an non,) respicere ad contrarium, respiciendum
esse ad contrarium, præceptum est: locus uero est: si con-
trarium est multiplex, propositum est multiplex. An-
plius, sit problema, utrum album color sit discregiatius
uisus, præceptum est, esse respiciendum ad contrarium:
locus uero est, si contrarium inest contrario, contrario,
inerit. Alexander uero, quod Theophrastus uocat præ-
ceptum, locum præceptum appellat, nos uero uocauim-
us loci terminum, dicitur enim locus præceptius, quonia
per ipsum præcipitur ad quid sit respiciendum pro in-
uentione propositionis maxime. Dicitur autem locus ter-
minus, quoniam est quid communius, simplicius, et uni-
uersalius, a quo accipitur locus maxime. Est enim prin-
cipium loci maxime, quatenus ex ipso maxime accipi-

tur. Nunc ad rem uenio. Aristoteles ergo assignando loca
ea destructiua accidentium, assignat locum præceptiui,
et dicit, [Primus igitur locus est inspiciere,] hoc est, pri-
mus locus præceptius est, ut debeamus inspiciere, si
quod quispiam [assignauit, ut accidens, secundum ali-
quem alium modum inest,] hic est locus præceptius, si-
ue locus terminus. Maximam non posuit, quoniam ex lo-
co patet, est enim maxime, si aliquid propositum inest
alicui secundum aliquem modum aliorum prædicatorum,
tale propositum non est accidens, hic est locus maxime,
sed quoniam hic locus licet sit destructiuus accidentium,
est etiam (ut Alexander inquit) locus fallacie accipiendi
accidens, qui enim accipit aliquid inesse alicui, ut acci-
dens, quod inest secundum aliquem modum, aliorum
prædicatorum, hic peccat, errat, et fallitur, et quonia
peccatum (ut dictum est) duplex est, aut in mentiendo,
aut in transgrediendo, quæritur quale peccatum hoc
fuerit, Alexander respondet hoc peccatum magis esse
in transgrediendo, potest etiam dici peccatum in men-
tendo, si aliquis existimaret illud quod inest, accidere. Nam
existimaret inesse quod non inest, quia accidere
existimaret, quod non accidit, igitur est peccatum in
mentiendo.

Ακατάστατον δὲ μέγιστον τὸ ἐπι τὰ γένη.
διὸν εἶπεν ὁ Λυκίος φάσκει συμβεβηκέναι χρῶματι
εἶναι. οὐ γὰρ συμβεβηκε ὅτι λευκὸν χρῶματι
εἶναι, ἀλλὰ γὰρ γένος ἂν τὸ χρῶμα εἶναι.

6 Peccatur autem maxime id cir-
ca genus, ut si quis albo dicat acci-
dere colorem esse. Non enim albo
colorem esse accidit, sed genus eius
color est.

Nunc exponit ea circa quæ magis accidit hæc falla-
cie, siue peccatum, et dicit, [Peccatur autem maxime
id] hoc est, committitur autem maxime error ille [circa
genus,] hoc autem accidit, quoniam genus uidetur hæ-
bere quandam similitudinem cum accidente (ut Alexan-
der inquit) magis quam alia, proprium enim et defini-
tio soli et omni insunt, propterea conuertuntur cum re-
bus, quorum sunt: sed genus, et accidens in plus sunt,
quam illud cui insunt, ideo cum eo non conuertuntur, quare
qui dicit aliquid inesse alicui ut accidens, quod inest ut
genus: arguetur ut mentiens, quoniam peccauit in men-
tendo, sed qui inter genus, et accidens differentiam sci-
uerit, et in ipso accidente utitur dictione generis, hic pec-
cat in transgrediendo, quia circa positam dictionem pec-
cat. Sed occurres, quoniam uidetur accidens magis
cum proprio quam cum genere conuenire, igitur magis
errabitur circa proprium quam circa genus. Dicendum
quod dialecticus magis modos prædicandi, quam res ip-
sas considerat, sed quia accidens plus cum genere in mo-
do prædicandi conuenit quam cum proprio, sit ut er-
ror magis circa genus committatur. Proprium enim
conuersim prædicatur, ideo cum definitione magis con-
uenit: genus autem et accidens non conuersim, unde dicit,
[ut si aliquis albo dicat accidere colorē.] hic errat. Non
enim albo colorē esse accidit, sed genus eius color est.







G prædicati seorsum sic igitur inspicere ad definitiones prædicati et subiecti est tribus modis, aut subiecti tantum, et seorsum, aut prædicati seorsum, aut utriusque per utrumque simul. [Deinde considerare, si quid non uerum in definitionibus perinde ac uerum sumptum sit.] Est enim tunc problema destruendum, per quæ dat intel ligere tres propositiones maximas. Prima, si definitio prædicati competit subiecto, cui assignatur accidere, problema est destruendum. Si autem non competit, pro blema est destruendum. Secunda, si prædicatum compe tit definitioni subiecti, problema est destruendum. Sin autem non competit, problema est destruendum. Tertia, si definitio prædicati competit definitioni subiecti, pro blema est destruendum, si autem non competit, proble ma est destruendum. Deinde assignat exempla, et pri ma duo sunt, quando definitio prædicati non competit subiecto, et dicit. [Vt si est deum iniustitiam facere,] hoc est, utrum deat deum iniustitiam facere, in tali oportet considerare [quid sit iniustitiam facere, si enim] iniusti tiam facere sit [nocere sponte, manifestum, quoniam non est deum iniustitiam facere, non enim contingit nocere deum] aliqua ratione. hoc ergo problema destruendum est, quoniam definitio prædicati non competit subiecto. Deinde assignat secundum exemplum etiam ex parte de finitionis prædicati, et dicit. [Et si studiosus sit inuidus,] in hoc problemate considerandum est, [quis inuidus, et quæ inuidia nam si inuidia est tristitia] ac dolor [in ap parenti prosperitate alicuius proborum, manifestum, quo nam studiosus non est inuidus, prauus enim esset] studio sus ipse hoc problema est destruendum, quoniam defi nitio prædicati non competit subiecto. Sunt qui intelli gunt istud exemplum ex parte definitionis subiecti, quod stare non potest, ut patet consideranti uerba Aristotelis, assignat tertium exemplum ex parte definitionis utrius que, et dicit. [Et si indignans inuidus,] in hoc proble mate considerandum est, [quis utriusque eorum] sit. [Sic enim manifestam erit, utrum uerum, an falsum sit, quod dictum est,] et probat quod sit falsum, et dicit. [Vt si inuidus quidem sit, qui tristatur in bonorum prosperita tibus: indignans autem, qui in malorum prosperitatibus tristatur, manifestum, quoniam indignans non erit inui dus,] nec contra inuidus indignans: hoc igitur proble ma est destruendum, quoniam definitio prædicati non competit definitioni subiecti. Alexander autem hic dicit has demonstrationes omnes, esse in secunda figura, uni uersale negatiuum concludentes. Et quoniam Aristoteles non dedit exemplum ex parte definitionis subiecti, Alex ander assignat, ut si problema sit, utrum tyrannus sit felix, an non. nam si tyrannus est princeps iniustus, ty rannus non potest esse felix. hoc ergo problema est de struendum, quoniam prædicatum non competit defini tioni subiecti. Quod uero ad problema attinet, anno tatione dignum, problema accidentis dupliciter fieri, aut simpliciter nulla specificatione aut determinatione addita: et hoc iuniores uocant de simplici inheretia prædicati ad subiectum, quoniam prædicatum absolute sumitur, et non cum specificatione prædicati: ut utrum diues sit sapiens, an nō. hoc enim simplex problema est, quoniam prædicatio nulla additur determinatio, qua denotetur esse accidens magis quam genus, uel proprium, uel defini

tio. Aut sit cum prædicati determinatione, ut utrum iustum sit deo, ut accidens, an non. Quæ ratione sit, ut Aristoteles locutus sit in simplici, et absoluto problemate, non autem in specificatione, ut omnibus patet.

Ααμβρόσιος δὲ ἔχει ἀντὶ τῶν ὅτι τὸς λόγους ὄνομα τῶν λόγους. Ὁ μὴ ἀξιοῦσθε, ἕως ἄρτις γινώσκοντες ἔλθοντες. πολλαὶ γὰρ γὰρ οὐλοῦντο τὸν λόγον ἀποδοθέντων. οὐ δὲ ἅλως τὸ ζήτησιν μόνον. ἀλλὰ τὸ πᾶν τῶν λόγων ὄνομα τῶν λόγους ἐκείνων, κατὰ δὲ ἅλως γίνονται.

12 Sumere autem & pro iis (quæ in definitionibus sunt) nominibus definitiones, & nō destruere donec ad notum deuentum sit. Nam sæpe cū tota quidem definitio assignata sit, non manifestum est, quod queritur: pro aliquo autem eorum (quæ in definitione sunt) nominum definitio ne dicta, manifestum sit.

Quia tamen accidit quandoque in assignationibus definitionum, ut aliqua eius pars sit ignota, ideo docet quid agendum, tradens utile documentum in casu. Alexander uno modo exponit hoc definitionibus accidere, quoniam aliqua pars illius est nomen æquiuocum: ideo Aristoteles secundum hanc expositionem asserit, non esse quietendum, sed rursus talium nominum rationes accipere, et diuidere, donec tollatur æquiuocatio. Probat Alexander hanc expositionem per uerba Aristotelis quæ dixit libro primo, cum assignauit loca accipiendi multiplex, ubi dixit, sæpe quidem in ipsis orationibus latet æqui uocatio assequens, idcirco inspiciendum in orationibus, et reliqua. Quæ hæc obscuritas accidit propter æqui uocationem, et tunc remedium est diuidere donec tollatur æquiuocatio. Melius autem dicendum, in definitionibus hoc accidere, quoniam aliqua pars illius est ignota, quia dif ferentia uel genus non est notum, sed immanifestum. Et tunc horretur nō quietere, sed ipsa nomina, ac ipsas defi nitionis particulas definire, ut totū. et hoc dicit. [Sumere autem, et pro iis nominibus] ignotis, (quæ in definitioni bus sunt) [definitiones, et non desistere, donec ad notum deuentum sit.] reddit causam, et dicit. [Nam sæpe cum tota quidem definitio assignata sit,] prædicati uel subie cti, uel utriusque in problemate accidentis [non manife stum est] problema, [quod queritur,] quoniam in defini tionibus ponuntur nomina immanifesta, quibus et defini tio et problema redditur immanifestum. ideo assignans remedium, dicit. [Pro aliquo autem eorum nominum, quæ in definitione sunt] ignota uidelicet, et immanifesta, [definitione] assignata, ac [dicta,] tale nomen [manife stum sit,] et hoc pacto problema redditur apertum, ut si problema sit, utrum uoluptas sit bonum uel non. Si quis hoc uoluerit destruere, et accipiat, quod uoluptas sit motus, hæc hoc est lenis, et suavis, nihil notum erit per hanc definitionem. sed si rursus motum definerimus, qui accipiebatur in definitione uoluptatis, et dicemus mo

A tum esse actum imperfectum, tunc poterit ostendi uoluptatem non esse bonum, eo quod nullum bonum est im perfectum, uoluptas est imperfecta: nam est motus, et omnis motus actus imperfectus est. In hoc exemplo non opus est, nisi definire unum terminum. Est autem aliud exemplum ubi opus est habere plures definitiones (ut Alexander exponit) ut problema sit, utrum sapiens debeat amore capi, an nō: si quis hoc uoluerit destruere, definitio mus quid sit amore capi, et dicemus amore capi esse amore alicuius accipi: et quæ nō est propositum adhuc notū, ueniemus ad definiendum amorē. nā si dicemus amorē esse desiderium irrationale proueniens ex alicuius cor poris pulchritudine, destruemus utique problema, quo nam perspicuum est hæc sapientibus non conuenire. Si autem defuerimus amorem, quod sit uehemens deside rium, quoniam adhuc ipsum uehemens est immanifestum, rursus hoc ipsum definiens dicemus uehemens deside rium esse, quod contrariatur rectæ rationi, et sic rursus problema destruemus. At si amorem definimus, quod sit desiderium amicitie propter imaginem uisæ pulchritudi nis ut Plato in Phædro, construimus problema per pri mam figuram, in qua uniuersale affirmatiuum syllogiza tur, unde utentes hoc loco (ut Alexander probat) osten demus quod deus nec irascatur nec tristetur. si quidem iras cit sit appetere uindictam, propter iniuriam, quam ab ali quo passi sumus. Tristari uero, contrahi in malo presen ti, quemadmodum et timere in aliquo quod expectatur. At deus nec iniustitiam pati uidetur, nec mali quicquam suspicatur, aut expectat. Et alia exempla Alexander as signat, uerum hæc sufficiunt.

Ετι δὲ πρόσβλημα πρόστασις ἐαυτοῦ ποιοῦ μόνον, ἐνίσταται. ἢ γὰρ ἕσασθαι ἐσθλὴν ἐπιχειρήματα πρὸς πλεῖσθες. ἐστὶ δὲ τὸ πᾶν οὐτὸς, οὐδὲ οὐδὲ οὐτὸς τῶν ἐπιβλεπόμενων ὑπερέχον ἢ πᾶσι μὴ κινδύνη, ἐπιγνῶνται. ἀναφύει δὲ τῶν τῶν φ.

DE QUARTO LOCO.

13 Amplius ad problema per propositionem factā in aliquo instare. Nam instantia erit argumentum ad positionem. Est autem locus hic pene idem ei, quo considerare, quibus inesse uel omnibus uel nulli, dictum est, differt autem modo.

Iuniores uolunt hunc non locum, sed idoneitatem esse, cuius expositionis autor est Albertus, qui confundit multa Aristotelis uerba. Alexander autem cui credendum est, asserit hunc esse locum præceptiuium, et quartum, per quem præcipitur esse inspiciendum ad instan tiam, cuius maxima propositio est. Problema uniuersale cui potest offerri instantia, est destruendum: unde dicit. [Amplius ad problema instare per propositionem in ali quo factam,] est, subaudi, locus quartus. accipit enim Aristoteles. et autem pro in aliquo, nam instantia non est nisi propositio particularis in aliquo contento sub subiecto problematis, ipsi problemati obiecta. Quod autem de-

struatur problema propter instantiam, probat, et dicit. [Nam instantia est argumentum ad positionem] hoc est, ad problema. accipit enim positionem pro ipso proble mate: et quia instantia, quæ est ad uniuersales propositio nes, ex aliquo fit eorum, quæ sub uniuersali sunt, ideo dicit. [Est autem locus hic pene idem ei] loco, [quo dictum est esse considerandum, quibus inesse, uel omnibus uel nulli,] qui fuit ex diuisione uniuersalis. nam dixit, si aliquid reperitur ex diuisione, cui accidens non instat, problema destruendum est uniuersaliter. Sic in propositio to instantia ad uniuersalem propositionem fit. discurrunt enim per ea, quæ sunt sub uniuersali, si inuenierimus alicui eorum, quæ sub uniuersali sunt, nō inesse, instamus, dicit tamen nō esse eundem locum omnino, et dicit. [Dif fert autem modo,] quoniam instantia potius habet ratio nem argumenti, locus autem prædictus non argumenti ra tionem, sed exceptionis uim habet. Præterea a instantia pri us fit ad propositionem (ut Alexander inquit) argumen tum uero ad problema. non enim instamus per instantiā ad problema, sed per argumentum: unde instantia potius datur contra propositionem, quam contra problema. quod enim contra problema dicitur argumentum et de structio, contra propositionem syllogisticam dicitur in stantia: unum tamen sunt re, quoniam instantia est pro positio in quodam facta non sic, et argumentum simili ter. uerum ratione differunt, quod instantia propositio nis, argumentum problematis sit.

Ετι διότι ἐσθλὴν τοῖα δὲ καλῶν ὅς οἱ πολλοὶ, καὶ ἡσθλὴν τοῖα οὐ. χρῆσιμον δὲ καὶ πρὸς τὸ κατὰ σκευάζει ἢ ἀνασκευάζει. διὸν ὅτι τὰς μὲν ὄνομαστικὰς τὰ πρᾶγματὰ προσαγορευτῶν καὶ ἀπέριτοιχοῦντων οἱ πολλοὶ. ποῖα δὲ τῶν πρᾶγματῶν ὅσθι τοιαῦτα ἢ οὐ τοιαῦτα, οὐκέτι προσεκτεροῦ τῶν πολλοῖς. διὸν ἡ γινόμενον ἢ ἐκτεροῦν δὲ ποικιλιῶν ἢ γινόμενα ὅς οἱ πολλοὶ λέγουσι, πῶς τερον δὲ τὸ πρᾶγμα μόνον, ποικιλιῶν ἢ γινόμενα ἢ οὐ, οὐκέτι ὅς οἱ πολλοὶ λεκτικῶν, ἀλλ' ὅς ἰατρῶν.

DE QUINTO LOCO.

14 Amplius determinare, quæ oportet dicere, ut plures, & quæ non. Vtile enim & ad construendum & ad destruendum, quoniam nominatio nibus quidem res nuncupamus, ut plures, quæ autem sunt, talia ne sint, an non talia, non amplius attendendum ad plures, Vt salubre quidem, dicendum effectiuium sanitate, ceu plures dicunt. Vtrum autem propositum effectiuium sit sanitate, an nō? nō amplius ut plures dicendum, sed ut medicus.

Iuniores uoluerunt hic Aristotelem explicare secun dum idoneitatem, quæ accipitur ex parte uocis, dixit enim in loco præcedenti, quod quando definitio prædicati competit subiecto, uel definitioni subiecti, uel quando

¶ prædicatum competit definitioni subiecti, problema sit  
 construendum: si uero non competit, non construendum.  
 sed quoniam definitiones cõficiuntur ex nominibus, quæ  
 significant genus & differentias, nunc declarat, quibus  
 nominibus uti debeamus in definitionibus, & inuit diffe-  
 rentiam inter usum rerum, & usum nominum. Et secundũ  
 hanc expositionem uult Aristoteles in definitionibus esse  
 utendum nominibus, quibus utuntur plures. debemus autẽ  
 uti rebus, prout illis utuntur sapientes, qui sunt experti in  
 illis. quæ expositio satis uerbis accommodari potest, nisi  
 quia Aristoteles uocat hunc locum utilem esse, dicens ad  
 destruendum & construendum, per quæ dat intelligere  
 hunc esse quintum locum, qui est utilis ad destruendũ &  
 construendum problema accidentis, & hoc pacto expo-  
 nit Alexander & ideo Aristoteles ponit locum præce-  
 ptiuum, & dicit, [Amplius quæ oportet dicere] hæc illis  
 inesse. ut accidentia, [et quæ] oportet dicere hæc [non]  
 illis inesse, ut accidentia, quintus locus est [determinare ut  
 plures] locus uero præceptiuus est, ut respiciamus ad  
 usum nominum, qui est secundum plures, & sic Aristote-  
 les non locum præceptiuum, sed potius locum præceptũ  
 ¶ posuit. Est enim locus præceptiuus, ut inspiciamus ad usum  
 nominum, qui est secundum plures: locus uero præceptũ  
 est, illud esse assignandum ut accidens alicui proposito,  
 quod a pluribus secundum usum nominum accidere dicitur  
 ei: quod uero secundum usum nominum, qui est apud  
 plures, non dicitur accidere, ut accidens, hoc non erit as-  
 signandum ut accidens. probabilitas autem huius maxi-  
 mæ propositionis est, ut mihi uideatur, quoniam nomina im-  
 postea rebus sunt plerumque a rerum ipsarũ proprietati-  
 bus: nõ enim dicerent plures hoc huic inesse, nisi proprie-  
 tas illius esset illi inherere. unde ut recte Alexander in-  
 quit, licet nomina sint ad placitũ, non tamen unus quis do-  
 minus est nuncupare res suo iure, ac renouare nomina  
 ut uult. Et per plures, intelligit uulgares. & licet usus no-  
 minationum rerũ debeat esse secundum uulgares, tamen  
 quæ res sint, quibus nomina communia, & cõsuetã sunt,  
 & quare tales, quæ uel ipsarum uirtus ac proprietates, non  
 ad uulgares, sed ad peritos pertinet discutere, dicit, [Vt  
 le enim] est locus iste, quo respiciamus ad nomina [et ad  
 I construendum & ad destruendũ], nam si secundũ usum  
 dicentium aliquid dicitur accidere alicui, problema erit  
 cõstruendum. Sin uero, secundum usum uulgarium nõ di-  
 citur accidere, problema erit destruendum. & ne credas  
 esse standum ad usum uulgarium de proprietatibus, &  
 usu rerum, sicut stamus uulgariis de usu nominationũ,  
 dicit, [ut quoniam nominationibus quidem res nuncupa-  
 mus ut plures,] hoc est, uulgares [quæ autem sunt] hoc  
 est, sed res ipse quæ sint utrum subiecta, uel accidens,  
 [talia ne sint], s. accidentia [uel non talia, nõ amplius at-  
 tendendum ad plures] hoc est ad uulgares, sed ad perito-  
 sos in illis rebus, ac usu earum, per quæ dat intelligere  
 hunc locum non esse ualde efficacem, quoniam licet pro-  
 babile sit aliquid esse accidens alicui, quod uulgares ei  
 accidere dicunt, nõ tamen est certum, quoniam utrum res  
 sit ita an non, de consensu sapientum debet accipi. Expo-  
 nit exemplo quod dixit de usu rerum & nominum, &  
 dicit, [Vt salubre dicendum effectiuum sanitatis, ut plu-  
 res dicunt,] uulgares enim appellant omne quod sani-  
 tatem facit, salubre, igitur effectiuum sanitatis debemus

dicere esse salubre, quoniam sic uultur uulgares. [Utrum  
 autem propositum] uerbi causa, fructus in febribus sunt  
 effectiuum sanitatis, an non, non amplius ut plures dicendũ  
 sed ut medicus, [qui sapiens est in usu rerum, quæ sanitatẽ  
 efficiunt, ergo si aliquis putaret aliquid esse sanitatis ef-  
 fectiuũ, & nominando illud, salubre, diceret ipsum sani-  
 tatis esse effectiuũ, argueretur hic secundum præsentem  
 locum: qui uero putaret sanitatis effectiuum esse, quod  
 uulgaribus, & unicuique uidetur, argueretur utique sic  
 eundẽ alium locum, quoniam fuit nobis præconcessum,  
 hæc indicare & dicere, nõ sicut uulgus, sed sicut medici.  
 Et per hunc modum reprehenduntur Stoici, qui cũ  
 diuitem uocant, qui sapientiam & uirtutes possidet. Nam  
 uulgus solum illum diuitem dicit, qui multa possidet. Simi-  
 liter errant Socratici, qui cum fortunatum dicunt, qui uir-  
 tutem habet, nam uulgus dicit esse fortunatum, qui abun-  
 dat bonis fortuna. Recte ergo Aristoteles inquit locum  
 hunc esse utilem ad construendum, & ad destruendũ, nõ  
 si problema fuerit, utrum cum fortunatum dicimus, an  
 non, si ad usum uulgi attenderimus, construemus proble-  
 ma, utentes hac maxima, quoniam oportet res nominare  
 ut multi. Si autem problema fuerit, utrum sanitas sit feli-  
 citas, an non, si ad usum uulgi attenderimus, destru-  
 mus, quia uulgares sanitatem dicunt non totam felicitate-  
 tem, sed felicitatis partem.

¶ Et ideo πολλὰ ἄλλα λέγειν καὶ μόνον δὲ ἢ ὡς ὑπάρ-  
 χει, ἢ οὐχ ὑπάρχει, θάτερον ἀναγκαῖον τῶν παλαιῶν  
 ἡὼς λεγόμενον, ἔαυ μὴ ἀμφω εἶδ' ἔχεται.

DE SEXTO LOCO.

15 Amplius si multipliciter dica-  
 tur, positum autem sit quoniam inest,  
 aut quoniam nõ inest. Alterum de-  
 monstrare eorum, quæ multipliciter  
 dicuntur, si non utraque, contingat.

Tria loca quidem, præsens uidelicet, & duo quæ hinc  
 locum sequuntur, accipiunt occasione construendi, uel  
 destruendi problema accidentis ab iis, quæ multiplici-  
 ter dicuntur, quorum primus est ab æquiuocis, ut Ale-  
 xander inquit. uerum pro intellectu loci primi est ma-  
 ximè animaduertendum, æquiuocum esse duplex: quod  
 dam, quod secundum unum solum significatum compe-  
 tit subiecto, cui accidit: quoddã uero quod secundũ om-  
 nia significata subiecto inest. uerbi causa, sit proble-  
 ma hoc, dormiens non sentit. si tale sit problema, oportet  
 diuidere ipsum sentire ad actum, & ad potentiam.  
 & quoniam dormiens potentia sentit, ideo prædica-  
 tum non inest subiecto secundum omnia significata.  
 Amplius, si problema sit, conueniens est studiosum in  
 re publica uersari, oportet diuidere conueniens siue de-  
 cens, quod Græce δέρον dicitur, nam conueniens aliquã  
 do accipitur pro necessario, ut cum dicimus conueniens  
 est omne quod est factum corrumpi, quoniam necessa-  
 rium est omne quod factum est corrumpi. Aliquando ue-  
 ro accipitur pro utili, ut cum dicimus, conueniens est ta-  
 li dieta uti, quoniam utile est. Aliquando accipitur pro  
 bono, ut cum dicimus conueniens est iusta facere, conue-

¶ niens esse legibus obedire, aut parentibus, quoniam bo-  
 num est. Tunc dicimus, quod si in problemate cõueniens  
 accipitur pro necessario, problema destruendum est, nõ  
 enim necessarium est studiosum in republica uersari. Si  
 autem accipitur conueniens pro bono, problema est cõ-  
 struendum, quoniam studiose bonum est auxiliari pa-  
 triæ, & optima consulere, etiam si conueniens pro utili  
 accipitur, problema est construendum. Quare conue-  
 niens æquiuocum est, quod subiecto inest, non secundum  
 omnia significata, Si uero problema fuerit, hominem ge-  
 nitum omnem uirtutes consequuntur, distinguendum de  
 uirtutibus, quoniam alie sunt naturales, quæ sunt quædã  
 propensiones naturales, quibus inclinamur ad recte a-  
 gendum, & hoc pacto uerum est omnem hominem con-  
 sequi uirtutes. Alie rationales, & de his factum est pro-  
 blema, quare uirtutes consequi æquiuocum est, quod nõ  
 secundum omnia significata inest subiecto, cui accidere  
 dicitur. Sunt & alia æquiuoca, quæ insunt subiectis qui-  
 bus accidere dicuntur uel secundum omnia significata,  
 uel secundum nulla, ut si queratur utrum oporteat ho-  
 minem philosophari, an non, diuidendum est de ipso phi-  
 losophari, quoniam est, aut ueritatẽ querere, aut specula-  
 tioni adæquere, & utroque sensu problema est destru-  
 endum. Aristoteles ergo accipit locum præceptum, & di-  
 cit, [Amplius, si multipliciter dicatur] ipsum prædica-  
 tum, quod dicitur alicui subiecto accidere, positum autem  
 teni sit quoniam inest, aut quoniam non inest. alterum de-  
 monstrare] subaudi, inesse, [eorum quæ multipliciter di-  
 cuntur,] hoc est, significatorum, est locus sextus, [Si  
 non utraque significata contingat,] hoc est, etiam si non  
 utraque illius significata illi subiecto inerunt. Est ergo  
 maxima, si aliquid significatum multiplici alicui inest,  
 construendum est problema, in quo prædicatur illud  
 multiplex.

¶ χρῆσιον δὲ ἐπὶ τῶν λαμβανόμενων ἐν γὰρ μὴ λα-  
 βάνει πολλὰ ἄλλα λεγόμενον, εἰς ἑστῆται δ' ἂν οὐδ' ἐν  
 λειπῆται δ' ἂν ὅς ἔσονται. ἄλλα θάτερον.

16 Utendum autem in iis quæ la-  
 tent, nam si non lateat multipliciter  
 dictum, instabit quoniam non demon-  
 stratum est id, quod ipse dubitat, sed  
 alterum.

Sed contra quoniam non uidetur uera maxima præ-  
 dicta, non enim construendum uidetur problema, si præ-  
 dicatum æquiuocum inest subiecto problematis pro uno  
 significato solo. Non enim si sentire inest dormienti po-  
 tentia tantum, dicendum est dormientem sentire. Re-  
 spondet Aristoteles & exponit ea, in quibus locus tenet,  
 & dicit, [Utendum autem] loco isto [in iis] æquiuocis  
 [quæ latent,] utrum secundum alterum, uel secundum  
 omnia significata subiecto insunt. [Nam si non lateat mul-  
 tipliciter dictum,] sed fuerit notum respondententi, in quo  
 sensu sit, & in quo non, respondens ipse [instabit] di-  
 cendo [quoniam non demonstratum est id] uidelicet in-  
 esse subiecto, [quod ipse dubitat] inesse, uel non inesse,  
 [sed alterum] tantum demonstratum est inesse, ergo op-  
 ponens loco hoc uatur in iis æquiuocis quæ latent, huius

¶ rei exemplum affert Alexander ut si problema sit om-  
 ne animal animatum est, & opponens instet, quoniam  
 animalia quæ depicta sunt, animalia dicuntur, non tamen  
 sunt animata. hæc instantia friuola est, quoniam duplici-  
 tas nominis patet omnibus, quoniam patet respondentem  
 problema afferuisse non de eis animalibus, quæ picta  
 sunt, sed de ueris animalibus.

¶ Οὐτ' ἂν δὲ ὁ τὸ πρῶτον ἀντιρρήσειεν ἡδὲ πρὸς δὲ καὶ  
 τὰ σκευάσματα ἢ ἀνασκευάσματα. κατασκευάζει μὲν  
 γὰρ βουλόμην, δειξόμενον ὅτι θάτερον ὑπάρ-  
 χει. ἔαυ μὴ ἀμφω δ' ἰσχυρὰ ἀνασκευάζοντες δὲ,  
 ὅτι οὐχ ὑπάρχει θάτερον δειξόμενον, ἔαυ μὴ ἀμφω  
 δ' ἰσχυρὰ ἀνασκευάζοντες μὲν, οὐδὲν δὲ  
 εἰς δ' ἀπολογία δ' ἀνασκευάζει, οὐτ' ἐν παντί, οὐτ'  
 ἐν μέρει ὑπάρχει εἰρηται. ἐν γὰρ δ' εἰς ἕνα μὲν ὅτι  
 οὐχ ὑπάρχει ὁ φωνῶν ἀνηκόντες ἐσόμεθα, τὸ πᾶν  
 τὶ ὑπάρχει. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν δ' εἰς ἕνα μὲν ὑπάρ-  
 χον, ἀναρῆσο μὲν τὸ μὴ ἐν ὑπάρχον. κατα-  
 σκευάζουσι δὲ προσομοιωτικότερον, ὅτι ἐν ὅτι φ-  
 ονῶν ὑπάρχει. παντὶ ὑπάρχει. ἔαυ τὸ πᾶν ἢ τὸ ἀ-  
 ζήματα. οὐ γὰρ ἀπόχρη πρὸς δ' εἰς ἕνα ὅτι παντὶ  
 ὑπάρχει, τὸ ἐφ' ἐνὸς ἀνασκευάζει. διὰ ἐν τὸ ἀνα-  
 θεώπου ψυχῆ ἀθάνατον. ἡδὲ ὅτι πᾶσα ψυχὴ ἀ-  
 θάνατον. ὡστε προσομοιωτικότερον ὅτι ἐν ἡτισοῦν  
 ψυχῆ ἀθάνατον, πᾶσα ἀθάνατον. τοιοῦτον δὲ οὐκ  
 ἐν τὸ πᾶν ἔσται. ὅταν μὴ εἰσπορώμεν κοινὸν ἕνα  
 λόγον ἐπὶ πάντων εἰσῆν. καθάπερ ὁ γεωμέ-  
 τρῆς ὅτι δ' ἡρίγωνον δ' ὑπομὲν ὁρθοῦσιν ἑσῆς ἔχει τὰς  
 τρεῖς γωνίας.

17 Hic autem locus conuertitur &  
 ad construendum & ad destru-  
 endum. nam construere volentes, quo-  
 niam alterum inest, si non ambo po-  
 terimus: destruentes autem, quoniam  
 non inest alterum, ostendemus, si  
 ambo non poterimus. Veruntamen  
 destruenti quidem nihil oportet ex  
 concessione disputare, neque si om-  
 ni, neque si nulli dictum sit inesse.

Nam si ostenderimus, quoniam non  
 inest, quodcunque id sit, interimen-  
 tes erimus omni inesse. Similiter au-  
 tem, & si vni ostenderimus inesse,  
 interimemus nulli inesse. Cõstrueti  
 bus autem præconfitendum, quo-  
 niam cuius inest, omni inest, si verifi-  
 mile sit postulatũ. Non sufficit enim  
 ad ostendendum, quoniam omni in-  
 est, in vno disputasse. vt si hominis  
 anima immortalis est, propter hoc  
 anima omnis immortalis. quare præ-  
 confitendum, quoniam si quæcunq;  
 f iiii

G anima immortalis, omnis immortalis. Hoc autem non semper faciendum, sed quando non facile possumus communem in omnibus vnam rationem dicere, quæ admodum geometer, quoniam triangulus duobus rectis æquos habet tres angulos.

Cum assignasset locum sextum, et dixisset locum sextum accipiendum esse in æquiuocis quæ latent, nunc ostendit uilitatem loci, et potestatem primo, et dicit. [Hic autem locus] in æquiuocis latentibus [conuertitur, et ad construendum et ad destruendum,] et intelligit per construere (ut Alexander inquit) uniuersale demonstrare, hoc est, uniuersaliter tale esse, quale ponitur: sed per destruere, non intelligit uniuersale negatiuum demonstrare, sed intelligit destruere, aut uniuersale affirmatiuum, aut uniuersale negatiuum, per particulare ei oppositum. Et quod uniuersale potest constitui per hunc locum, probat, et dicit. [Nam construere] uniuersale problema [uolentes] in æquiuocis latentibus, construimus, subaudi, si demonstrauerimus, quoniam alterum inest, hoc est, quoniam in uno sensu inest, quod propositum est inesse: nam in talibus totum uniuersale constituitur, una sui parte constructa, et hoc [si non poterimus ambo] construere propter latentiam alterius significati. [Destruentes autem] uniuersale affirmatiuum, [quoniam non inest alterum,] hoc est, quoniam in altero sensu non inest, [si ambo non poterimus] demonstrare, quoniam non inest. Animaduersione dignum, uniuersale problema affirmatiuum, et uniuersale negatiuum posse constitui, esse dupliciter, uia latentis alterius significati. Si enim predicatum fuerit æquiuocum, cuius alterum significatum, quod manifestum est, subiecto problematis inest, problema uniuersale constituitur. Simili ratione, si subiectum fuerit æquiuocum, et alteri eius significato uniuersaliter inest predicatum, etiam uniuersaliter constituitur, et hoc accidit propter latentiam. Simili ratione de uniuersali negatiuum: nam si predicatum in sensu qui patet, nulli subiecto inest, problema erit uniuersale negatiuum: et si nulli significato subiecti, quod significatum patet etiam inest, problema adhuc erit uniuersale negatiuum: et sic locus uidet ad construendum et ad destruendum, hoc est, tam uniuersale negatiuum quam uniuersale affirmatiuum. Hoc enim pacto æquiuocum latens se habet, ut totum uniuersale: et significata, ut partes subiectiuæ. Alio modo intelligi potest, hunc locum conuerti uia probationis, et hoc pacto, hic locus conuertitur, quoniam per particulare construere possumus, hoc est, demonstrare uniuersale affirmatiuum, uel negatiuum, et per particulare etiam destruere possumus uniuersale affirmatiuum, uel negatiuum. et hoc modo loquitur Aristoteles hic, ostendit enim per particulare posse uniuersale affirmatiuum ostendit, quod construere appellat, et posse uniuersale affirmatiuum destruere, quod destruere uocat. primo uero modo locutus est in principio loci, et illud quod in principio loci intellexit, probat, exposuitque, ibi. [Utendum autem in his.] Quod uero intelligit hic, probat et ex-

ponit hic. Est igitur intentio Aristotelis solum loqui in problematibus uniuersalibus affirmatiuis, in quibus uia probationis uult hæc talia constitui per particulare affirmatiuum: destruere uero per particulare negatiuum, licet in processu exponat etiam in uniuersalibus negatiuis, ut patebit, per eundem modum constitui et destruere. Quam expositionem si recte percepi, Alexander ostendit. Quia uero non eodem modo per particulare affirmatiuum construimus uniuersale affirmatiuum, quo per particulare negatiuum destruimus uniuersale affirmatiuum, ideo differentiam assignat, et asserit per particulare affirmatiuum posse demonstrare uniuersale affirmatiuum, per syllogismum qui est ex præconessione, hoc est, ex suppositione, ut in primo dicit: per particulare uero negatiuum posse destruere uniuersale affirmatiuum, per syllogismum absolute. et suppositio est, quemadmodum in uno similibus, ita et in omnibus est probabile inesse dicit. [Veruntamen] destruenti quidem uniuersale affirmatiuum per particulare negatiuum, [nihil oportet ex concessione disputare, neque si] in problemate [dictum sit inesse omni, neque si dictum sit inesse nulli.] Nam per particulare affirmatiuum sine suppositione destruitur uniuersale negatiuum, per particulare negatiuum destruitur sine suppositione uniuersale affirmatiuum: cuius causam exponit, et dicit. [Nam si ostenderimus, quoniam non inest, quodcumque particulare] id sit, interim: et erimus omni inesse, hoc idem exponit in negatiuo uniuersali, et dicit. [Similiter autem, et si uni ostenderimus inesse, interimemus nulli inesse.] Deinde ostendit, quomodo construendo uniuersale per particulare, ex suppositione faciendum sit, et ut Alexander inquit, suppositione utimur dupliciter, ad inductiones et ad syllogismos ex suppositione, qui dicuntur hypothetici, ad inductiones quidem, quando ex una particulari inducimus propositionem uniuersalem: ad syllogismos uero hypotheticos, multis modis, de quibus in prioribus, nunc uero declarat solum, quo modo in inductionibus utendum sit suppositione, et quæ sit illa suppositio, et dicit. [Construentibus autem] uniuersale per particulare [præconsequendum] hoc est, inducendum est facta suppositione, quæ est, [quoniam cuius inest, omni inest,] et hoc supponendum est, si postulatum hoc est, suppositio [uerisimile] ac probabile sit, ueluti quædam dialectica dignitas, quoniam si dignitas non fuerit per se manifesta, inductio non erit sufficiens. Quod autem talis suppositio præsupponenda sit, probat, et dicit. [Non enim sufficit ad ostendendum, quoniam omni inest, in uno disputasse,] quasi dicat ad inducendum uniuersale, non sufficit accipere unam particularem, et hoc intelligere nulla facta suppositione, [ut si hominis anima immortalis est, propter hoc anima omnis immortalis est.] Ex una enim particulari absolute non sequitur uniuersalis. Propterea concludit quomodo ex una particulari concludi potest, et dicit. [Quare præconsequendum] hoc est, quare facienda est hæc suppositio, [quoniam si quacunque anima immortalis] est, [omnis immortalis est.] Nam facta hac suppositione, sequitur anima hominis est immortalis, igitur omnis anima: et quia supposuimus ita esse in omnibus sensibus, sicuti est in uno sensu, poterimus, demonstrare omnem sen-

A sum sentire per passionem intramittendo, quoniam aditus sentit per passionem intramittendo. Ad hæc, si supposuerimus ita esse in omnibus oppositis, sicut est in aliquibus, demonstrabimus omnium oppositorum eandem esse scientiam, quando probatum erit, relative oppositorum eandem esse scientiam. Insuper si suppositum fuerit ita esse in omnibus oppositis, sicut est in aliquibus, probabimus omne oppositum fieri ex suo opposito, quoniam contrarium fit ex contrario. Deinde declarat, quando faciendum sit talem inductionem ex suppositione, et quando non, et dicit, [Hoc autem non semper faciendum,] non enim semper uniuersale ducendum est per particulare facta suppositione, [sed quando non facile possumus communem in omnibus unam rationem ducere,] nam si habemus unam communem rationem ad probandum omnem animam esse immortalem, non oportet ex suppositione illam uniuersalem per particularem inducere. Similiter si habuerimus unam rationem communem ad probandum [quoniam omnis triangulus habet tres angulos æquos duobus rectis, quemadmodum geometer] habet, non oportet illam uniuersalem ex suppositione inducere per particularem. Modo geometer habet hanc communem rationem, Omnis figura plana tribus lineis contenta, habet tres angulos æquales duobus rectis. omnis triangulus est figura plana tribus lineis contenta, igitur omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis. Similiter qui habet rationem communem ad probandum omnem animam esse immortalem, non oportet illud probare suppositione per particulare inducendo, sed hoc pacto probabit, omne seipsum mouere immortale, omnis anima seipsum mouet, igitur omnis anima est immortalis. ubi tamen communis ratio deest, probabilius probare poterimus uniuersale inductione hypothetica, ut Aristoteles exposuit. Ad dicit autem Alexander simili ratione esse de uniuersali negatiuum, quoniam etiam uniuersale negatiuum ex hypothetica inductione demonstrare poterimus, quando non fuerit communis ratio, quæ illam uniuersalem probat. Poterimus enim demonstrare nullam animam esse immortalem, si supposuerimus nulli inesse, quod dicitur non inest, et quoniam anima plantarum non est immortalis, igitur nulla anima erit immortalis.

ει δε μη λαμβάνοι τοσάχως λεγόμενον, δ' ελεόμενον τοσάχως λέγει, η αναιρη η κατασκευάζουσα, οτι το λεγομεν τοσάχως η δ' καλμ, ωστα τειορ αμρα κατασκευάζει η αναιρη, ωρι το τσο καιωα, διορδη καιδρ ηδρ συμφειρη η οτι ούτε καιδρ, ούτε συμφειρη, ει δε μη αναιρη, τα αμφοτερα, θάττορη Διαιτορη, εωσσημαυό μενορ οτι, τ' μεν, τ' ούδ' ούδ' αντορ, λογορ καιρ ωλείο η ειρ ε Διαρεται,

DE SEPTIMO LOCO.

18 Si autem non lateat quod multipliciter dicitur, diuidendum quomodo dicitur, & interimendum, & construendum, ut si decens est utile, & honestum, tentandum ambo con-

struere vel interimere, de proposito. D ut quoniam honestum, & quoniam utile, uel quoniam neque honestum, neque utile. Si autem non contingat utraque, alterum ostendendum, annotato, quoniam hoc quidem est, illud autem non. Eadem autem ratio est, etiam si plura sint, in quæ diuiditur.

Hic annotatur septimus locus. Alexander tamen non ponit hic septimum locum, sed uult hoc esse membrum sexti loci. Est enim duplex æquiuocum, alterum cuius multiplicitas latet: alterum, cuius multiplicitas est manifesta. cum assignasset locum ab significatis in æquiuocis latentibus, nunc uult, ut assignet locum à significatis in æquiuocis manifestis, quorum uidelicet multiplicitas est manifesta, et dicit. [Si autem non lateat quod multipliciter dicitur,] diuidendum dico in prima significata, ut superius docuit de toto uniuersali, [et] tunc diuisione facta, [interimendum et construendum,] nam si competat subiecto pro omnibus significatis, problema est uniuersaliter construendum: si pro nullis significatis, problema est uniuersaliter destruendum: si pro aliquo sit, et aliquo non, problema est particulariter construendum, uel destruendum: per quæ dat intelligere totum multiplex, et totum uniuersale eodem modo destruere uel construere ex suis partibus, uel significatis. quoniam sicut totum uniuersale constituitur uel destruitur ex suis partibus, sic totum multiplex destruitur, uel constituitur ex suis significatis. exponit per exemplum, et dicit, [ut si decens est utile, et honestum] hoc est, ut si decens sit dupliciter et utile, et honestum: et fiat tale problema, utrum decens sit appetibile, tentandum ambo construere uel destruere de proposito, ut quoniam honestum et quoniam utile] est appetibile, [uel quoniam neque honestum neque utile] est appetibile. Deinde declarat quomodo particulariter sit destruendum uel construendum, et dicit, [Si autem non contingat utraque] aut inesse, aut non inesse, [alterum ostendendum] inesse uel non inesse, [quoniam hoc quidem est, illud autem non,] et sic particulariter constituitur, uel destruitur, quia uero æquiuocum aliquando habet plura significata duobus, ideo dicit, [Eadem ratio est, etiam si plura sint] significata. [In quæ diuiditur] æquiuocum, quoniam eodem modo constructione uel destructione significatorum constituitur, uel destruitur problema. et hæc est una expositio. Sed occurres, quoniam si multiplex uniuersale sit construendum per sufficientem significatorum enumerationem, tunc sub termino æquiuoco liceret descendere distributive ad omnia sua significata, et sic esset totum uniuersale, cuius contrarium Aristoteles sentit. Secundo quæres cur æquiuocum cuius multiplicitas latet, non debet uerificari in omni sensu. Multiplex uero, cuius multiplicitas est manifesta, constituitur uel destruitur in omni sensu. Eadem enim ratio uidetur esse in utroque, cum utrumque sit æquiuocum.



**G** Tertio occurrer, quia Aristoteles uidetur sibi ipsi contrarius. nam primo huius ita dicit. Hoc autem non in omnibus semper possibile: sed quando fuerint eorum, quae multipliciter dicuntur, alia quidem uera, alia autem falsa. Ecce quod Aristoteles asserit, tunc æquiuocum esse distinguendum, cum pro uno sensu uerum, in alio falsum fuerit. At hic asserit semper esse distinguendum, si in altero, sive in utroque sensu uerum fuerit. Ad primum dicendum, ut libro de interpretatione diximus, omne æquiuocum ponere sua significata inconiuncte, et ita tot propositiones asserit, quot significata habet, quas quidē nec copulatiue nec disiunctiue ponit, sed abinteste, et hac ratione differt ab uniuersali distributo. Nam propositio uniuersalis ponit sua significata distributiue et copulatiue. Ad secundum dicendum, æquiuocum, cuius multiplicitas latet apud respondentem haberi, ut totum uniuersale et uniuocum propter latentiam, licet secundum se sit æquiuocum, propterea apud respondentem caret distinctione. Ad contradictionem dicendum, Aristoteli hic uelle multiplex tale esse distinguendum negant, absolute autem non, ut primo huius dictum est.

**H** Πάλιν δὲ καὶ ἐπισημαίωμι λέγουσι πολλὰ ἄλλα κατ' ἄλλοι τῶν ὁσίων.

DE OCTAVO LOCO.

**19** Rursum quæcunque non secundum æquiuocationē dicuntur multipliciter, sed alio modo.

Quoniam, ut Alexander inquit, eorum quæ multipliciter dicuntur, quædam in nominibus dupliciter habent, quæ uocantur æquiuoca: quædam in oratione, quæ consueuerunt amphibologica uocari, cuiusmodi dixisset quomodo oportet ad problemata accidentis argumentari, in quibus æquiuocum aliquod positum est, nunc dicit quomodo ad problemata accidentis oportet argumentari, in quibus amphibologia est in orationibus, et subscribit quomodo in talibus destruemus, aut construemus problema, et locus præceptiuus idem est, quoniam oportet inspicere ad sensus propositionis amphibologica. Aristoteles ergo primo exponit æquiuocum amphibologicum, deinde docet construere, uel destruere, et docendo tale æquiuocum proponit differentiam inter tale æquiuocum, et æquiuocum simpliciter, et dicit. [Rursum quæcunque non secundum æquiuocationem] nominis [dicuntur multipliciter, sed alio modo] scilicet secundum æquiuocationem orationis, quæ amphibologica dicuntur, consideranda sunt problemata, quomodo sunt construenda, uel destruenda. Vel forte hic est locus præceptiuus octauus, per quem præcepit pro cõstruendis uel destruendis problematibus accidentis esse respiciendum ad sensus orationis amphibologica, de quo præcepto dicemus postea.

ὁμοῦ ἐπισημαίωμι μίαν ἀπόδειξιν, ἢ ὡς τὸ τέλος ἡγορητῶν πρὸς τὸ τέλος. ὁμοῦ ἢ ἰατρικῆ, τὸ ὑγιαίνει ποικίλται, ἡγορητῶν τῶν ἀγαθῶν, ἢ ὡς ἀμφοτέρων πάλιν, καθάπερ τῆν ἰατρικῆν ἢ αὐτὴν λέγουσι ἐπισημαίωμι. οὐδὲν ἢ μᾶλλον τέλος δ' ἐτέρων τῶν ἐτέρων, ἢ ὡς τὸ καὶ αὐτὸ. ἡγορητῶν ἢ συμπερικέκοτος, ὁμοῦ

καὶ αὐτὸ ἢ τῶν ὁσίων ἀποδείξιν ὁμοῦ λέγουσι τὰς κτλ. τῶν ὁσίων. ἢ συμπερικέκοτος δὲ, ὅτι τὸ ἰσπλάειν ποικίλται γὰρ συμπερικέκοτος τῶν τῶν ὁσίων ἰσοπερικέκοτος, ἐπισημαίωμι, ἢ τὸ τὸ γὰρ ὁμοῦ ὅτι ἀποδείξιν ὁμοῦ λέγουσι τὰς κτλ.

**20** Ut, disciplina est una plurium, aut ut finis atque ut eius quod ad finem: ut medicinalis, eius quod sanitatem facit, ut quod cibatus: aut ut amborum finium, ueluti contrariorum eadem disciplina: (Nihil enim magis finis alterum altero) aut ut eius, quod per se est, & eius quod per accidens, ut per se quidem quoniam triangulus tres angulos habet duobus rectis æquales: per accidens autē, quoniam æquilaterus. Cum enim accidat triangulo æquilatero triangulū esse, per hoc cognoscimus, quoniam duobus rectis æquales habet.

Exponit per exemplum quæ oratio sit amphibologica, et accipit pro problemate hanc orationē, uidelicet, disciplina est una plurium, et dicit. [ut] si problema sit, utrum [disciplina est una plurium] sanā: nā hæc oratio tres se habet, aut ut finis, et ut eius quod ad finem, et ut ut primus sensus sit, quod disciplina sit una plurium: alterius, ut finis, alterius ut medium in finem, [ut medicinalis] scientia est una plurium, [quoniam est eius, quod sanitatem facit, ut eius quod cibatus] ægrotum, tanquam de medio in sanitatem, et de sanitate ipsa ut de fine: et adificatoria scientia est de domo, ut de fine, et de eis, per quæ domus fit, tanq̄ de mediis quæ sunt ad finem. Hic est primus sensus, deinde ponit secundum sensum, et dicit. [aut] scientia est una plurium, quia [amborum, ut finium, ueluti contrariorum eadem est disciplina, quoniam de ambobus contrariis est, ut de finibus. [nihil enim] hoc est, nullum enim contrariorum [magis finis alterū altero,] hoc pacto, dicimus contrariorum eandem esse scientiam, sanitatis quidem et morbi medicinalis, sonori uero insonanti musicæ. deinde assignat tertium sensum, et dicit. [aut ut eius, quod per se est, et eius quod per accidens,] hoc est, tertio dicitur disciplina una plurium, quoniam unius quidem est per se, alterius uero per accidens. Dicitur enim scientia non solum horum esse, sed eorum, quæ his accidunt. Medicinalis enim per se est scientia sanorum, ac sanitatis, per accidens autem et boni coloris, et spiritus, quæ accidunt. sanitati. Aristoteles tamen ponit exemplum in geometricis, et dicit. [ut per se quidem] scientia geometrica est, [quoniam triangulus tres angulos habet duobus rectis æquales.] geometra enim per se scit, quoniam triangulus tres angulos habet duobus rectis æquales. [per accidens] sit æquilaterus, tres angulos habet duobus rectis æquales. [Cum enim accidat triangulo æquilatero, triangulum esse, per hoc] quia triangulus est, cognoscimus, [quoniam] æquilaterus [duobus rectis

**A** equales habet. ] Non enim quatenus æquilaterus duobus rectis habet æquales, sed quatenus triangulus, quoniam am æquilatero inest: et ideo sciens per se quatenus triangulus, per accidens scit quoniam æquilaterus: accidit enim æquilatero ratio trianguli.

Εἰ δὲ ὁμοῦ ἐπισημαίωμι, ὁμοῦ λέγουσι τὰς κτλ. ἀποδείξιν ἰσοπερικέκοτος, ἢ ὡς τὸ τέλος ἡγορητῶν πρὸς τὸ τέλος. ὁμοῦ ἢ ἰατρικῆ, τὸ ὑγιαίνει ποικίλται, ἡγορητῶν τῶν ἀγαθῶν, ἢ ὡς ἀμφοτέρων πάλιν, καθάπερ τῆν ἰατρικῆν ἢ αὐτὴν λέγουσι ἐπισημαίωμι. οὐδὲν ἢ μᾶλλον τέλος δ' ἐτέρων τῶν ἐτέρων, ἢ ὡς τὸ καὶ αὐτὸ. ἡγορητῶν ἢ συμπερικέκοτος, ὁμοῦ

**21** Si ergo nullo modo contingit eandem esse plurium disciplinā, manifestum quoniam omnino non contingit esse. Aut si aliquo modo contingit, manifestum quoniam contingit.

Nunc assignat loca præcepta, et primo hæc assignat generatim: secundo uero speciatim. uerum iuniores non imperite intelligunt ut sit locus. A propositione habente plures causas ueritatis ad alteram illarum, non ualet argumentum, sed bene contra: quoniam a quauis causa ueritatis ad propositionē constructiue ualet, destructiue autem oportet omnes causas ueritatis destruere. et ideo Aristoteles pro loco præcepto asserit ab uno sensu ad propositionem ualere affirmatiue, destructiue uero oportere omnes sensus destruere. et huic expositioni uerba cõsonant. dicit enim. [Si ergo nullo modo,] hoc est, in nullo sensu [contingit eadē esse plurium disciplinā, manifestum] quoniam non contingit esse omnino. [hoc est, nullum,] et hic est unus locus, oportet enim destruere omnes causas ueritatis ad hoc ut destruat ueritas tota. [Aut si aliquo modo contingit] hoc est, in aliquo sensu, ita ut sit una causa ueritatis posita, [manifestum, quoniam] contingit, [hoc est] secunda maxima. Alexander uero dicit loca præcepta in his esse, quemadmodum in æquiuocis. Nam si secundum nullum significatorum demonstrauerimus unam scientiā esse plurium, destruemus uniuersaliter problema, et hoc dicit Aristoteles. [Si ergo nullo modo contingit eandem esse plurium disciplinam, manifestum, quoniam] omnino non contingit esse] et sic uniuersaliter problema destruitur, et hæc est prima propositio maxima: etiā si demonstrauerimus secundum aliquod significatorum non existere, destruemus rursum, hoc scilicet omne, hoc est, uniuersale affirmatiuum, [aut si aliquo modo contingit,] hoc est, in uno significato, [manifestum, quoniam] contingit] subaudi, uniuersaliter, modo [ut dicemus] multiplicitas lateat.

Διαιρέσει δὲ ὁσαυτὸς χρεῖσι μορ, ὁμοῦ ἐβουλόμην καὶ κατασκευάσαι, τὰ τοιαῦτα προοίσιον ὅσα ἐπισημαίωμι. ἡγορητῶν εἰς ταῦτα μόνον, ὁμοῦ ἢ χρεῖσι μορ πρὸς τὸ κατασκευάσαι, ἐάν δ' ἀνασκευάσαι, ὅσα μὴ ἐπισημαίωμι. τὰ δὲ λοιπὰ, παραδειγματικῶς ποικίλται ἡγορητῶν ἐπὶ τοῦτο ὅτι τὸν λαοῦ δ' ἐν ποικίλται λέγουσι. ἡγορητῶν ἐπὶ τὸ δὲ τὸ δὲ τὸ δὲ μὴ ἐπὶ αὐτῶν τὸ πᾶν κατασκευάσαι. ὁμοῦ ἐπισημαίωμι τὴν δὲ τοῦτο, ἢ ὡς τὸ τέλος ἡγορητῶν πρὸς τὸ τέλος, ἢ ὡς τὸν ἡγορητῶν συμπερικέκοτος, ὁμοῦ ἢ πάλιν μὴ ἐπὶ αὐτῶν τὸ πᾶν ἐπισημαίωμι.

**D** ὁμοῦ λέγουσι τὰς κτλ. ἀποδείξιν ἰσοπερικέκοτος, ἢ ὡς τὸ τέλος ἡγορητῶν πρὸς τὸ τέλος. ὁμοῦ ἢ ἰατρικῆ, τὸ ὑγιαίνει ποικίλται, ἡγορητῶν τῶν ἀγαθῶν, ἢ ὡς ἀμφοτέρων πάλιν, καθάπερ τῆν ἰατρικῆν ἢ αὐτὴν λέγουσι ἐπισημαίωμι. οὐδὲν ἢ μᾶλλον τέλος δ' ἐτέρων τῶν ἐτέρων, ἢ ὡς τὸ καὶ αὐτὸ. ἡγορητῶν ἢ συμπερικέκοτος, ὁμοῦ

**22** Diuidere autem quotupliciter, utile, ut si uoluerimus construere, talia præstatuenda sunt, quæcūque contingunt, & diuidendum in ea tantū, quæcunque utilia sunt ad construendum. Si autem destruere, quæcūque non contingunt, reliqua uero omitenda. Id autem faciendum in iis, cū latuerit quotupliciter dicuntur. Et esse hoc quidem huius, aut non esse, ex eisdem locis astruendum. ut disciplina, huius quidem, aut ut finis, aut ut eorum quæ sunt ad finem, aut ut eorum quæ sunt secundum accidens.

Vel rursum non esse aliquid secundum aliquem dictorum modorum, eadem autem ratio, & in desiderio, & in aliis quæcunque dicuntur plurium. Est enim desiderium huius: aut ut finis, ut sanitatis: aut eorum quæ sunt ad finem, ut medicinæ conficiendæ: aut ut eorum, quæ sunt secundum accidens, ut in uino amicum dulce, non quia uinum, sed quia dulce est: nam per se dulce desiderat, uinum autem per accidens. Si enim austerum fit, non amplius desiderat, per accidens ergo desiderabat. Utilis autem est locus hic, & in iis, quæ sunt ad aliquid. Pene enim talia ea quæ ad aliquid sunt.

Nunc exponit utilitatem, et dicit. [Diuidere autem quotupliciter] dicitur [utile] (ut Alexander auctoritate aliquorum subaudit) est in omnibus multiplicibus, et non solum in amphibologicis, et exponit quomodo utile, et dicit. [ut si uoluerimus construere] problemata de accidente uniuersaliter, [talibus præstatuenda sunt, quæcūque contingunt,] ac uer a sunt, et diuidendum in ea tantum.

C quaecumque utilia sunt ad construendum, sic igitur soliti hi sensus accipiendi, in quibus proposito uera est, et ex iis uniuersaliter costruenda est, et hoc quod dicit, intelligit esse agendum ab opponente. Si autem ipse opponens uoluerit destruere uniuersaliter problema, accipiat, subaudi, quaecumque non contingit, semper ea destruendo, reliqua uero, in quibus contingit, omittenda, et ex illis destruetis destruitur uniuersale affirmatum et infertur uniuersale negatum. Sed quoniam hoc non potest fieri semper, nec in omnibus, ideo exponit, in quibus fieri potest hoc quod dictum est, et dicit. Id autem faciendum in iis, cum latuerit quotupliciter dicitur, nam si praeter ea significata, quae opponens sumit, respondens adhuc alia cognoscit, iustabit in illis, et sic non habebit intentum opponens. Sed quoniam scientia non tantum dicitur una plurimum, sed una unius, ideo exponit quod quando una scientia dicitur unius, et multiplex, etiam eodem modo est diuidenda, et per eadem loca construenda uel destruenda, ueluti cum dicebatur una plurimum, et dicit. Et esse hoc quidem scilicet uel scientiam, uel sensum, uel desiderium, huius scilicet unius, aut non esse huius scilicet unius, ex eisdem locis astruendum uel destruendum, ex quibus construitur uel destruitur, quod dicebatur esse unum plurimum, et assignat exemplum in disciplina, quae etiam dicitur una unius, et dicit. Ut disciplina, huius quidem dicitur esse multipliciter, aut ut finis, quomodo dicitur medicina esse finis sanitas. Secundo modo dicitur medicina unius, aut ut eorum, quae sunt ad finem, ut medicinae conficiendae, aut tertio dicitur aliquid esse alicuius, ut eorum quae sunt secundum accidens. Vel rursus non esse aliquid secundum aliquem ditorum modorum, quare sicut dicitur aliquid esse plurimum, sic dicitur aliquid esse unius, et amplificando id quod dixit, inquit. Eadem autem ratio est in desiderio, et in aliis, quaecumque dicuntur plurimum uel unius: nam eisdem locis, et considerationibus construuntur, et destruuntur. Est enim desiderium huius, aut ut finis, ut sanitatis, aut eorum quae sunt ad finem, ut medicinae conficiendae, aut ut eorum quae sunt secundum accidens ut dicimus dulce, quod est in uino, esse amicum bibentis, non quia uinum, sed quia dulce est, nam bibens per se dulce desiderat, uinum autem per accidens, cuius causam dicit. Si enim austerum uel amarum fit, bibulus non amplius uinum desiderat, per accidens ergo desiderabat. Et quia dedit exemplum in amphibologicis de scientia, et de desiderio, amplificando locum, dicit. Vtilis autem est locus hic, et in iis, quae sunt ad aliquid, quoniam in illis fieri potest etiam problema amphibologicum: nam alterum relatiuorum esse ad aliquid potest esse, ut ad correlatiuum, ut ad terminum, ut ad fundamentum, ut ad causam. Et reddidit causam, et dicit. Pene enim talia sunt scilicet quae sunt ad aliquid, ea, quae ad aliquid sunt, igitur in talibus fieri potest multiplex secundum amphibologiam, dixit autem pene, quoniam sunt quaedam relatiua, quae expresse referunt sua correlatiua, ut duplum, quod expresse refert dimidium, et dominus, seruum. In quibus uero non expresse habetur correlatiuum, in talibus potest esse amphibologia, et tu intelligas haec quae dicta sunt, habere locum in omni oratione amphibologica, ex quibusuis aequiuo-

sis fuerit composita: nam omnis talis destruitur, si in omni sensu destruitur: uel construitur, si in omni sensu construitur, uel in illis, qui patent respondententi.

Εὐδὲ μεταλαμβάνειν ἐς τὴν ἡνωμένην ὄνομα. ὁμοίαν ἀντι τὸ ἀκριβοῦς ἐν ὑπολήψει ὅσα φέει. ἢ ἀντι τῆς ὁλοκληρουμένης, ἢ ὁλοκληρουμένης. ἡνωμένη ὡς τοῦ ἡνωμένου τὸ ἡνωμένου. ἢ ἐπιχωρητικῶς ἢ διὰ τὸ ἐξ ἡνωμένου ὄντος ὁ τόπος πρὸς ἀμφοῖν κοινῶς πρὸς ἀνασκευάζειν κατὰσκευάζειν.

DE NONO LOCO.

23 Amplius trāfferre ad euidentius nomen, ut pro exacto in opinione, clarum: & pro curiositate, cupiditas superfluarum rerum. Euidentiore enim facto, bene argumentabilis est positio. Est autem hic locus ad utrumque communis, ad construendum, & ad destruendum.

Iste est nonus locus, qui accipitur ex translatione ad notius, sed iuniores intelligunt hunc locum non locum esse, sed idoneitatem: nam cum in dispositionibus obcuria nomina accidat dicere, idoneitas est, ut pro obcuris utamur translatione ad clarum. Nos in Iuuenta diximus Aristotelem hic tradere locum praecipuum, quo docet destruere uel construere problema accidentis inspicendo ad translationem nominis, quae fit per nomen, uel per orationem, quae dicitur interpretatio. Quod quidem loco utitur Aristoteles libro de coelo, ubi argumentatur, caelum dicitur ether: igitur caelum est aeternum, quoniam ether aeternitate motus dicitur. Similiter argumentatur, margarita est lapis, ergo ledit pedem, quia lapis dicitur quae si ledens pedem. Alexander autem uelle uidetur, hunc non esse locum construendi uel destruendi problema accidentis, sed quo clarius per loca superius assignata, problema accidentis construitur, uel destruitur. Construunt autem clarius, aut destruitur. In loco notis obcuri utamur note uel oratione clariori, hoc Aristoteli inquit. Amplius nonus locus est, quo clarius problema accidentis destruitur, uel construitur, est trāfferre ad euidentius nomen, uel ad euidentiore orationem. Ut si problema sit, utrum exactum in opinione sit facile cognitu, an non, cum uerbum illud exactum in opinione sit obscurum, pro exacto in opinione, clarum accipitur, et tunc problema facile destruitur uel destruitur. Vel si problema sit, utrum curiositas sit studiositas uel non, cum problema sit obscurum propter illud uerbum curiositas, erit, tunc pro curiositate accipiēda cupiditas superfluarum rerum, quae in negotiis habetur. Nam facta translatione, et euidentiori facto, problema propter translationem nominis, positio hoc est problema, erit bene argumentabile. hoc est, poterit problema clarius constitui, aut destrui. Deinde potestatem loci exponit, et dicit. Est autem hic locus ad utrumque communis, quoniam facta translatione obcuri ad clarius, facilius poterimus construere

A re uel destruere problema accidentis per loca superius assignata. Vnde Demosthenes uolens construere siue probare, quod non oporteat gratias Philippo habere, per ea quae dedit, transiit hoc uerbum dedit, in hoc uerbum reddit. Et Thucydides uolens Athenienses prouocare contra Mityleneos, accepit pro absentia, rebellionem: nam sic facilius persuasit.

Πρὸς δὲ τὸ ἀξίωμα τῆς ἀνωτέρας ἀντι τῆς ὑποτέρας, ἀποκρίθη ἕως τὸ γένους, ὅμοιον ἐστὶν ἐκ τοῦ ἀξίωμα. Δεῖξαι ὅτι ὅτι κερὶ ἀποδοῦναι ὁρῶντες ἡμεῖς ἀμαρτία. ὅτι ἂν ἀποδοῦναι, κρινεῖν ὅτι. κρινεῖν δὲ ὅτι ὁρῶντες ἡμεῖς ἀμαρτία. νῦν μὲν ὅμοιον τὸ γένους πρὸς τὸ ἀποδοῦναι, ἀποδοῦναι δὲ ὅτι ἡμεῖς ἀποδοῦναι, ὅμοιον ἐστὶν ἐκ τοῦ ἀξίωμα. ὅμοιον ἐστὶν ἐκ τοῦ ἀξίωμα, ὅμοιον ἐστὶν ἐκ τοῦ ἀξίωμα.

DE DECIMO LOCO.

24 Ad ostendendum autem contraria eidem inesse, considerandum in genere, ut si uolumus ostendere quoniam est circa sensum rectitudo, & peccatum: sentire quidem iudicare est. Iudicare autem recte, & non recte. Et circa sensum utique erit rectitudo, & peccatum. Nunc ergo ex genere circa speciem demonstratio fit: nam iudicare est genus ipsius sentire, qui nanque sentit, aliquo modo sentit.

Hic est decimus locus, quo (ut Alexander inquit) uti poterimus in problematibus de accidente, quoties uoluerimus demonstrare de simplici inherētia, contraria accidentia eidem inesse subiecto, ueluti cum uoluerimus demonstrare circa sensum esse rectitudinem, et peccatum: et circa apprehensionem esse falsum et uerum. Et locum praecipuum ponit, et dicit. Ad ostendendum autem contraria, scilicet accidentia eidem inesse, considerandum in genere, illius subiecti de quo quaerimus, utrum contraria illi insunt. locus uero pro acceptus, qui et maxima dicitur, est, si contraria accidentia insunt alicui generi, illa etiam inerunt speciei illius generis. et ponit exemplum, et dicit. Ut si uolumus ostendere quoniam est circa sensum rectitudo et peccatum, ut si problema est, utrum sentire sit rectum, et peccatum, an non. Argumentabimur, sentire quidem iudicare est, iudicare autem est recte, et non recte, et circa sensum utique erit rectitudo et peccatum. colligit uero locum, et dicit. Nunc ergo ex genere circa speciem hoc est de specie demonstratio fit: nam iudicare est genus ipsius sentire, iudicamus enim, (ut Alexander inquit) et sensu, et intellectu. Ad haec, si apprehensio est uera et falsa, opinio erit uera et falsa: nam opinio apprehensionis speciem est.

ἡμεῖς δὲ ἐκ τῆς ἀποδοῦναι ὅμοιον ἐστὶν ἐκ τοῦ ἀξίωμα. ὅμοιον ἐστὶν ἐκ τοῦ ἀξίωμα.

φάσμα. ἡμεῖς δὲ ἀποδοῦναι ὅμοιον ἐστὶν ἐκ τοῦ ἀξίωμα. ὅμοιον ἐστὶν ἐκ τοῦ ἀξίωμα.

DE LOCO VNDECIMO.

25 Rursum ex specie generi. quaecumque enim speciei insunt, & generi. Ut si disciplina praua est, & studiosa, & dispositio praua, & studiosa. Nam dispositio disciplinae genus est. Primus autem locus falsus est ad construendum: secundus autem uerus. non enim necessarium quaecumque generi insunt, & speciei inesse. Nam animal est volatile, & quadrupes: homo autem non. Quaecumque uero speciei insunt, necessario & generi. Si enim homo studiosus, & animal studiosum est. Ad destruendum autem & primus quidem uerus, secundus autem falsus. quaecumque enim generi non insunt, neque speciei. Quaecumque uero speciei non insunt, non necesse est generi non inesse.

Nunc autem conuertendo locum, ponit undecimum locum praecipuum, et dicit. Rursum ex specie generi est ergo locus praecipuus, ut respiciamus ad speciem. Deinde assignat locum praecipuum, siue maximam, et dicit. Quaecumque enim speciei insunt, et generi insunt. haec est maxima, quae intelligi debet, de iis quae insunt speciei, ratione rei quae significatur per nomen speciei, quia non ualet, hoc est speciem specialissima, igitur animal. Et propterea assignat exemplum, et dicit. Ut si disciplina praua est, et studiosa, et dispositio praua et studiosa erit: nam dispositio disciplinae genus est. Deinde comparat haec loca adiuuicem, et dicit. Primus autem locus falsus est ad construendum. Secundus autem locus ad construendum uerus est. probat haec per exempla, et dicit. Non enim necessarium quaecumque generi insunt, et speciei inesse. nam animal est volatile et quadrupes, homo autem non. Deinde comparat haec loca quo ad constructionem, et dicit. Quaecumque uero speciei insunt, necessario et generi. si enim homo studiosus, et animal stu-

¶ dicitur est.] Deinde complet comparationem, et dicit, [Ad destruendum autem et primus quidem uerus, secū- dus autem falsus.] Causam assignat, et dicit, [Quæcun- que enim generi non insunt, neque speciei insunt, quæ- cunque uero speciei non insunt, non necesse est generi non inesse.] Sed occurres quia Aristoteles uidetur sibi contrarius, quoniam locum decimum, qui est de gene- re ad speciem, absolute posuit, et etiam in affirmatiuis, nunc uero dicit eum ualere solum in negatiuis. Vno modo dici potest, quod licet absolute eum posuit, nunc se cor- rigit, et ideo non est contradictio: secundo dici potest, de- cimum locum, qui est de superiori ad inferius ualeat etiam affirmatiuis, de illis quæ competunt generi per eam natu- ram per quam inest omnibus speciebus ueluti sensibile in est animalis, et cum dicit de specie non ualere ad genus, in- telligit gratia formæ et per se, quia gratia materiæ et per accidens sequitur, nullus homo syllogizat, igitur nul- lum animal syllogizat. Alia quæ tangunt iuniores clara sunt.

H Επειδὴ δ' ἀναγκᾶσιν ὁ γένος κατηγορεῖται καὶ τῶν ἐπιπέδων τῶν κατηγορητέων, ἢ ὅσα ἐχέει γένος, ἢ ὅσα ἐχέει μὴ ἀπὸ τοῦ γένους λέγεσθαι, καὶ τῶν ἐπιπέδων τῶν ἀναγκᾶσιν ἐχέει, ἢ ὅσα ἐχέει μὴ ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων λέγεσθαι.

DUODECIMVS LOCVS.

26 Quoniam autem necessarium est de quibus genus prædicatur, & specierum aliquam prædicari: & quæcunque habent genus, aut denomi- natiuæ à genere dicuntur, & specie- rum aliquam necessarium est habe- re, aut denominatiuæ ab aliqua spe- cierum dici.

Hic ponit duodecimum locum, sed quoniam, ut supe- rius diximus, duplex locus est, et præceptiuus, et præ- ceptiuus, ponit locum præceptiuum, et tacuit locum præ- ceptiuum, potest autem locus præceptiuus subintelligi, ut iu- niores subintelligerunt, ut dicamus duodecimum locum esse, respicere ad genus, et ad speciem. De loco ue- ro præcepto aliter iuniores, aliter Alexander exposuit, iuniores enim locum præceptum in tria resoluerunt, quo- rum primus est, de quibuscunque genus prædicatur, necesse est specierum aliquam prædicari, et hunc ponit, et dicit, [Quoniam autem necessarium est, de quibus ge- nus prædicatur, et specierum aliquam prædicari.] Secū- dus uero locus est, quæcunque habent aliquod genus, seu aliquo genere participari, necesse est aliquam speciem ha- bere, aut aliqua specie participare. et hunc ponit, et di- cit, [et quæcunque habet genus,] subaudi necesse est spe- cierum aliquam habere. Tertius uero est, quæcunque à genere denominatiuæ dicuntur, necesse est ab aliqua spe- cierum denominatiuæ dici, et hunc ponit, et dicit, [uel denominatiuæ à genere dicuntur,] necesse est denomi- natiuæ ab aliqua specierum dici. Alexander autem resol- uit locum præceptum in duos tantum, quoniam aliquid

participare genere, uel habere genus, uel denominari à genere pro eodem, ut Alexander inquit, Aristoteles ac- ceperit, quorum primus est, de quibuscunque genus præ- dicatur, necesse est de eis aliquam speciem prædica- ri, secundus uero, quæcunque participari aut habent ali- quod genus, aut denominantur ab aliquo genere, necesse est denominari ab aliqua specierum illius. Conso- nat hæc Alexandri expositio uerbis Aristotelis quoniam ponendo secundum locum, ueluti distinctione, et dicit, [et quæcunque habent genus, uel denominatiuæ à ge- nere dicuntur, et specierum aliquam necessarium est ha- bere, aut ab aliqua specierum denominatiuæ dici.] Quia distinctione non utitur, nisi pro eodem acciperet habe- re, et denominari. Loca hæc probauit Alexander ex eo, quia genera non ipsa secundum ipsa in seipsis esse ha- bent, sed in suis speciebus, de quibus prædicantur, esse ha- bent, et sic genus si de aliquo prædicatur, aut denomi- natiuæ dicitur, necesse est ut de aliqua specierum illius prædicetur, aut denominatiuæ dicatur. Quod autem ad loca attinet, annotatione dignum, quoniam genus po- test ad aliquam comparari ut substantiam, ad aliquam, ut acci- dens, uerbi causa, scientia comparatur grammaticæ, dia- lecticæ, musicæ, et cæteris id genus, ut substantia: ani- malibus uero, ut accidens: ideo, ut ex uerbis Alexandri habetur, Aristoteles duos locos posuit, quorum primus est, cum genus comparatur aliquibus, ut substantia: secundus uero, cum comparatur aliquibus, ut accidens. In substan- tiis, solum primus locus proprie reperiri potest: in acciden- tibus uterque, nam accidens aliquibus ut substantia, ali- quibus ut accidens comparatur, et go cum dicit, [de qui- bus genus prædicatur,] intelligit, ut substantia, cum ue- ro dicit, [et quæcunque habent genus, aut denomi- natiuæ à genere dicuntur,] intelligit secundum Alexandrum, ut accidens.

ὁμοῦ ἐστι τινὸς ἐπιπέδου καὶ κατηγορητέου, ἢ γένος, καὶ τῶν ἐπιπέδων τῶν ἐπιπέδων τῶν ἐπιπέδων καὶ τῶν ἐπιπέδων τῶν ἐπιπέδων, ἢ ὅσα ἐχέει γένος, ἢ ὅσα ἐχέει μὴ ἀπὸ τοῦ γένους λέγεσθαι, καὶ τῶν ἐπιπέδων τῶν ἀναγκᾶσιν ἐχέει, ἢ ὅσα ἐχέει μὴ ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων λέγεσθαι.

27 Vt si de aliquo disciplina dica- tur, & grammatica, aut musica, aut aliqua aliarum scientiarum prædi- cabitur. Et si aliquis habet discipli- nam uel denominatiuæ à disciplina dicitur, & grāmaticam habebit, uel musicam, uel aliquam aliarum disci- plinarum: aut denominatiuæ ab ali- qua earum dicetur, ut grammaticus: uel musicus.

Hæc duo loca per exempla demonstrat, et primo de- monstrat locum, quando genus comparatur aliquibus ut substantia, et dicit, [Vt si de aliquo ut disciplina dica- tur] subaudi, ut substantia, et grammaticus, aut musicus,

aut aliqua aliarum scientiarum. [ut substantia subaudi] præ- dicabitur. Deinde demonstrat secundum locum, quando uidelicet genus comparatur aliquibus, ut accidens, et di- cit, [Et si aliquis habet disciplinam] per modum, quo sub- iectum habet accidens, [uel denominatiuæ à disciplina di- citur,] per modum quo aliquid denominatur ab acciden- te, [et grammaticam habebit, uel musicam uel aliquam aliarum scientiarum: aut denominatiuæ ab aliqua earum dicetur, ut grammaticus, uel musicus] aut id genus, unde (ut Alexander inquit) cum genus prædicatur de seipso: nam animal est animal, et animal de animalis præ- dicatur, necesse est de eo aliquam animalis speciem prædi- cari. Si enim animal est animal, necesse est, ut animal sit homo, aut leo, aut equus, aut aliquid id genus. Sed du- bitatur contra hæc: nam animal prædicatur de omni ani- mali, hæc enim uera est, omne animal est animal, et tamē nulla species animalis prædicatur de omni animali. am- plius, animal de omni substantia animata sensitiua prædi- catur, et tamen nulla species est, quæ de omni tali prædi- catur, præterea (ut Alexander dubitat) animal prædi- catur de animalis uolatilibus, et tamen nulla species anima- lis prædicatur de animalis uolatilibus. Adhuc, animal præ- dicatur de embrione: nam embrionem animalis, quoniam uiuit uita animalis, et tamen de embrione nulla anima- lis species prædicatur. Rursum de cauda lacerte ab- scissa animal prædicatur, cum sentiat, et moueatur, de qua nulla animalis species dicitur. Insuper Socrates et fal- co canis meus sunt animalia, et tamen de eis nulla anima- lis species prædicatur: et etiā Socrates et Plato sunt di- sciplinati, et tamen nec musici, nec grammatici, ponendo quod Socrates musicus, Plato grammaticus sit. Præ- terea Aristoteles non uidetur sibi constans: nam primo Elenchorum cum disputat de paralogismis qui sunt: se- cundum quid et simpliciter, dicit oppositum: nam dicit, de aliquo denominatiuæ dici colorē, ut de scuto, cuius al- terum dimidium album, alterum nigrum est, de quo nec simpliciter album, nec simpliciter nigrum dicitur. Solu- untur hæc dubitationes per ordinem, et soluitur primo prima et secunda (ut Alexander exponit) quod pri- mus locus intelligitur quando genus prædicatur, ut ge- nus, modo animal non prædicatur de seipso, ut genus, nec de substantia animata sensitiua, ut genus, sed ut con- uertibile de conuertibili. Tertia soluitur ab Alexan- dro, locum esse intelligendum, nisi id, de quo genus præ- dicatur, sit contigua, hoc est supposita species prædicati generis, sicuti est in casu. Est enim animal uolatile species animalis prædicati contigua atque supposita. Et forte di- ci potest quod de animalis uolatilibus prædicatur aliqua spe- cies animalis, quoniam animal uolatile est animal uola- tile. Quarta et quinta delentur, quoniam nec de embrio- ne, nec de cauda lacerte prædicatur animal, cum nullum eorum sit animal perfectum. Sexta et septima etiam dilu- untur, quoniam nec de falcone, et Socrate prædicatur a- nimal, sed prædicatur animalia, et eodem modo de eis non prædicatur aliqua species, sed aliqua species, quo- niam Socrates est homo, et falco est canis. Similiter si Socrates et Plato sunt disciplinati, etiam Socrates erit musicus, et Plato grammaticus. Pro solutione uero ul- timæ dicendum, quod secundus locus intelligi debet, si ge- nus prædicatur denominatiuæ de aliquo aut secundum

esse, aut secundum inesse, de eo prædicatur aliqua spe- cierum aut secundum esse, aut secundum inesse. et quia de scuto prædicatur, denominatiuæ color, ideo oportet ut aliqua species prædicetur denominatiuæ secundum es- se uel secundum inesse, et quia scutum est coloratum ideo oportet ut scutum sit album uel nigrum, aut ut scuto in- sit album aut nigrum. Aristoteles igitur primo Elencho- rum intellexit non oportere de quo prædicatur genus secū- dum esse, de eo prædicari denominatiuæ aliquam speciem secundum esse, non tamen negasset posse prædicari ali- quam speciem denominatiuæ secundum inesse, ut intelli- git in hoc loco.

Εἰς τὸν αὐτὸν τὴν λέγεται μὴ ὅτι γένους ὅσα σὺν ὅσῳ τῶν φύσιν κινῆσθαι, σκοπεῖται κατὰ τὴν φύσιν ὅτι τῆς κινήσεως ἐπιπέδου τῶν φύσιν κινῆσθαι. ὁμοῦ αὖτε σὺν ὅσῳ, ἢ μὴ σὺν ὅσῳ, ἢ φθίσει- σθαι, ἢ γένους ὅσα, ἢ ὅσα ἀλλὰ κινήσεως ἐπιπέδου, ἢ γὰρ ἢ μὴ, ἀλλὰ ὅσα οὐ κινῆσθαι.

28 Si igitur aliquid ponatur dictū à genere quomodolibet, ut animam moueri, considerandum est, si secū- dū aliquam specierum motus cōtingat animam moueri: ut augeri, uel mi- nuui, uel corrumpi, uel generari, aut quæcunque sunt species alię motus: nam si secundum nullam, palam est quoniam non mouetur.

Expositores iuniores asserunt Aristotelem hic infer- re suam considerationem, quæ consistebat in duobus lo- cis præceptis: afferre tamen exemplum ultimi loci. Ale- xander autem uidit Aristotelem hic soluere problema, quod uertebatur inter Xenocratem, et ipsum, Vtrum uidelicet anima sit numerus seipsum mouens, an non. nā Xenocrates assererat animam esse numerū seipsum mo- uentem, Aristoteles autem negabat: nunc quasi ex dictis corollarie soluit problema, et dicit, [Si igitur aliquid po- natur quomodolibet,] hoc est siue denominatiuæ, siue se- cundum inesse, ut Alexander exponit, et affert exemplū, cum genus dicitur de aliquo denominatiuæ, ut soluat pro- blema de anima, et dicit, [Vt animam moueri] hoc est, quæ- admodum dicit Xenocrates, qui asserit animam esse nu- merum seipsum mouentem, cum itaq; fuerit istud proble- ma, utrum anima sit numerus seipsum mouens. [consi- derandum est, si secundum aliquam specierum motus cō- tingat animam moueri,] et seipsum subaudi, quæ sunt quinque [ut augeri, aut minui, aut corrumpi, aut generari, aut quæcunque sunt species alię motus] uidelicet, alterari, et moueri secundum locum [nam si secundum nullam] speciem motus anima à seipso mouetur [palam est, quoniam non mouetur] subaudi, à seipso. Quare problema, quod querebatur de anima, est destruendum. Declarat autem Alexander, quod anima nec augetur à se, nec diminuat- ur, nec corrumpatur, nec generetur, nec alteretur à se, nec secundum locum à se mouetur, quæ cum transcedat terminos topicos, bona fronte prætereo.

G οὐτὸ δὲ τὸ πῶς κοινὸς πρὸς ἄμφω, πρὸς τὸ δὲ κατὰ σκευάξην ἢ ἀνασκευάξην, ἢ γὰρ κατὰ τὴν ἔκθεσιν κινῆται, ἀλλοῦ δὲ κινῆται, ἢ ἢ μὴ κινῆται, ἀλλοῦ κινῆται, ἀλλοῦ δὲ οὐ κινῆται.

29 Hic autem locus communis est ad utrunque, & ad construendum & ad destruendum. Si enim secundum aliquam speciē mouetur, manifestū quoniam mouetur. & si secundum nullam speciē mouetur, palam, quoniam non moueatur.

Afferit nunc Aristoteles utilitatem loci in exēplo problematis de anima, & dicit, [Hic autem locus communis est ad utrunque, & ad construendum, & ad destruendum,] & ponit exemplum in problemate de anima ex parte specierum, & dicit, [Hic autem locus communis est ad utrunque, & ad construendum, & ad destruendum. si enim secundum aliquam speciē anima[m] mouetur, manifestum est quoniam mouetur] simpliciter profecendo. [Et si secundum nullam speciē mouetur, palam quoniam] simpliciter anima[m] nō mouetur. [Hec ex parte specierum, ex parte etiam generis conuertitur, quoniam si non mouetur anima, secundum nullam speciē motus mouebitur. & si mouetur anima, secundum aliquam motus speciē necesse est moueri. Hanc autem conuersionem ex parte generis ipse tacuit, quoniam ex exemplis superius positīs patet.

μη εὐποροῦν δὲ ἐπιχειρήματα πρὸς τὴν δέσιν, σκοπεῖν ἐν τῷ δεσμῷ, ἢ τῷ ὄντι τὸ πρὸ καμῶν πρᾶγματῶν, ἢ τῷ δοκοῦντι. καὶ ἐν μὴ εἶναι, & ἀπὸ τῶν ὄντων, βῆσιν γὰρ δεσμῶν ἐπιχειρήματα. πρὸς γὰρ εὐποροῦν, βῆσιν ἢ ἐπιχειρήματα.

LOCVS DECIMVSTERTIVS.

I 30 Nō abundāti autem argumēta tione, ad positionē intendendum ex definitionibus, aut quæ sūt propositæ rei, aut quæ vidētur. & si non ab vna sed à pluribus. Facile enim definiētibus argumentari erit. nam ad definitiones facilis argumentatio est.

Adinolphus & Anonymus latini interpretes, & ceteri iuniores qui Albertū sequuntur, uolunt Aristotele non locum, sed idoneitatem trādere, per quam opponens red dicit idoneus ad argumentandum contra positionem aliquam, siue propositum problema. in quo aliquid prædicatur de genere, aut in quo genus prædicatur de specie. Accidit enim interdum, ut opponens nesciat aduersum tales positiones argumentari. Aristoteles igitur tradit secundum hos quandam, ut ita dixerim, idoneitatem, per quā erit aptus contra opponere, ut si problema uel propositio sit: Anima est numerus, ut Xenocrates dicebat,

inquit modo Aristoteles [Non abundanti autem] scilicet ipse opponenti [argumentatione, ad positionem intendendum ex definitionibus] scilicet aut prædicati problematis, aut subiecti problematis, dico ex definitionibus, [aut quæ sūt propositæ rei] scilicet ueræ definitiones prædicati uel subiecti problematis, [aut] scilicet ex definitionibus [quæ uidentur] cuiusmodi sūt descriptiones, quæ nō sūt ueræ definitiones, sed uidentur. [Et si non ab una] scilicet definitione uel descriptione intendendum est [sed à pluribus] etiam intendendum est, nam eiusdem rei plures esse possunt definitiones, uel descriptiones. Assignat causam, & dicit, [Facile enim definiētibus argumentari erit] id est quia ipsi opponētibus cum definiunt subiectum uel prædicatum, facile erit argumentari contra positionem respondentis. [nam] ut inquit [ad definitiones facilis est argumentatio] cum enim cōstent ex pluribus, ex multis destruuntur, uel construuntur. Est igitur idoneitas, & ex his quæ Aristoteles inquit, apparet, si opponens non fuerit idoneus ad argumentandum, sumere debeat definitionem subiecti, uel prædicati problematis: deinde argumentari contra illam: causa est, quoniam sumentibus definitiones uel descriptiones, facile est argumentari, cum constent multis. Alexander autem, ut mihi uidetur, uult Aristotelem hic repetere tertium locū, qui superius eo textu est expositus, qui incipit, [Alius est definitiones facere accidētis] & sic locus præceptiuus est, ut respiciamus ad definitiones subiecti uel prædicati problematis, loca uero præcepta, quæ ex maxime dicuntur, sūt tria, ut superius exposuimus. Potest tū poni aliquid differentia inter hunc locum, & locum tertium, quoniam in loco tertio præceptiuus locus est, respicere ad ueræ definitiones, at in hoc decimotertio loco, præceptiuus locus est, respicere tam definitiones ueræ, quæ sūt definitiones secundum rei ueritatem, quā descriptiones, siue quā definitiones (ut Alexander inquit) quæ sūt secundum opinionem autorum. Secunda differentia potest poni, quod in tertio loco supponebatur problema esse in quo accidens de subiecto prædicatur: hic supponitur problema esse in quo aut genus de specie, aut aliquid de genere prædicatur. Est autem hic locus utilis ad construendum, & ad destruendum, ut Alexander declarat, nam ex definitionibus, & contra definitiones possumus facile cōstruere & destruere, uerbi causa, sit problema utrum infinita omnia sūt æqualia, an nō. Si igitur æqualia definiuerimus dicentes, æqualia esse quæ numero æqualia, uel magnitudine æqualia mensurantur, problema destruitur. non enim infinita æqualia aut numero, aut magnitudine mensurantur. Sin autē dixerimus æqualia esse, quæ nec excedunt, nec deficiunt, problema est construendum, nam infinita nec excedunt sese, nec deficiunt, & ita erunt æqualia. Amplius, sit hoc aliud problema, utrum uoluptas sit honestum, an non. Adde sūt etiam pro determinatione problematis plures definitiones uoluptatis, ut quod sit lenis motus, quod sit generatio naturæ sensitiue conueniens, quod sit irrationalis suscitatio, quod sit æctus habitus natura impeditibilis, aut quod sit finis æctus uel quens ultimos actus: nam pluribus datis definitionibus facilius facultatem habebimus ad construendum uel destruendum, & sic argumentari poterimus quod uoluptas nō sit honestum, & quod sit honestum. Quod uero ad nos

A. ba attinet, Aristoteles dicit, [intendendum est ex definitionibus, aut quæ sūt propositæ rei,] hoc est, ad definitiones, quæ sūt rei ueritate, [aut quæ uidentur,] hoc est, aut quæ sūt secundum opinionem (ut Alexander exponit) multæ enim definitiones secundum uarias autorū opiniones sūt, quæ nō sūt definitiones in rei ueritate, & per hanc particulam differt locus hic decimustertius, à loco tertio superius assignato. Dicit etiam [non abundanti autem] argumentatione ad positionem [ut inuauat non extra locum proximum] x i i i, uel uari, & ut inuauat se adere x i i proximo loco, cum enim dixisset, de quibus genus prædicatur, de eo esse necessarium aliquam speciem prædicari, addit nunc, [non abundanti argumentatione ad positionem] hanc, quam dixit, esse respiciendum ad definitiones, ut si quis dicat animam moueri, aut esse respiciendum ad definitiones motus, & specierum eius. Est enim diuidendus motus in species, & deinde definiēde sūt species, & tunc oportet argumentationem facere, unde si genus definitur, quod motus, uidelicet sit transponere de loco ad locum, tunc impossibile est animam moueri, quoniam non transponitur de loco ad locum: mutatio enim secundum locum corporum est, & per hanc partem fortasse differt etiam locus x i i i, hic à tertio, quoniam hic locus est respicere ad definitiones generis uel speciei, ille uero est respicere ad definitiones accidentis. Adinolphus uero hunc locum non esse superfluum asserit, quoniam ut inquit, ibi considerat locum tertium ex principali proposito, hic uero obiter, quatenus addit nō nihil loco x i i, qui hic ponetur, amplius ibi considerat ut ad eum locum tanquam ad medium hic autem, ut ad extremum.

σκοπεῖν δὲ ἐπὶ τὸ πρὸ καμῶν, τὴν δὲ δέσιν, ἀναγκᾶν τὸ πρὸ καμῶν εἶναι. ἢ τὴν δέσιν ἐξ ἀνάγκης, ἢ τὸ πρὸ καμῶν δεσμῶν κατὰ σκευάξην ἢ ἐκθεσιν βεβλημένην, τὴν δὲ δέσιν, τὸ πρὸ καμῶν εἶναι ἐξ ἀνάγκης. ἢ γὰρ γὰρ ἐκθεσιν δεσμῶν ἐπιχειρήματα, ἢ τὸ πρὸ καμῶν δεσμῶν εἶναι, ἀνασκευάξην δὲ βεβλημένην, τὴν δὲ δέσιν ἢ τὸ πρὸ καμῶν εἶναι, ἢ τὸν δεσμῶν εἶναι, ἀνασκευάξην δὲ βεβλημένην, τὴν δὲ δέσιν ἢ τὸ πρὸ καμῶν εἶναι, ἢ τὸν δεσμῶν εἶναι, ἀνασκευάξην δὲ βεβλημένην, τὴν δὲ δέσιν ἢ τὸ πρὸ καμῶν εἶναι, ἢ τὸν δεσμῶν εἶναι, ἀνασκευάξην δὲ βεβλημένην.

LOCVS DECIMVSQVARTVS.

31 Considerandum autem in proposito, quo nam existente, necesse est positum esse: aut quid est ex necessitate, si propositum est. Constructur quidem uolenti, quo existente, propositum erit ex necessitate. nam si illud ostendetur esse, & propositum ostēsum erit. Destruere autem uolenti, quid est si propositum est. nā si ostēderimus consequens propositū non esse, interimentes erimus propositū.

Hic est x i i i i locus in quo Aristot. primo ponit locū præceptiuum, deinde loca præcepta: uerum iuniores ali-

ter acceperunt loca præceptiua, aliter Alexander. Adinolphus enim & Anonymus latini interpretes dixerunt loca præceptiua esse, ut respiciamus ad antecedens, & ad consequens propositi problematis: nec tamen eodem modo dicunt: nam antecedens & consequens uno modo accipiuntur incomplexo pro terminis, ut subiectum pro antecedente, & prædicatum pro consequente, quō modo & Aristoteles primo Priorum accepit. alio modo pro propositionibus, ut sit antecedens propositio, quæ præcedit notam rationis, consequens uero, quæ sequitur: aliqui igitur iuniorum per consequens & antecedens, terminos, subiectum uidelicet & prædicatum intelligunt, alii autem propositiones, quod mihi & Alexandro placet. Erūt igitur loca præceptiua secundū hos, ut respiciamus ad antecedētia, s. ad propositiones quæ propositum problema consequuntur. Loca uero præcepta duo sūt, alterum pro construendo, alterum pro destruendo problemate: nam pro construendo problemate, respiciendum est ad illius antecedens, quoniam constructo problemate antecedente, constructur problema consequens. pro destruendo uero respiciendum est ad consequens, quoniam destructo consequente problematis, ipsum problema antecedens destruitur. Alexander autē quasi in idem ueniens, uult locū præceptiuum esse, ut respiciamus ad consequentiam: resoluit tamen hunc locum in duo præceptiua loca, quatenus unus est locus constructiuus, alter destructiuus. pro constructiuo quidem loco respiciendum est ad eā, ad quæ propositum sequitur: hoc est ad omnia antecedētia, & huius loci præceptiuū maxime, siue locus præceptus est: Cuiuscunque propositi problematis ponitur antecedens, problema constructur. pro destruendo uero, respiciendum est ad eā, quæ ad ipsum problema consequuntur. & huius loci præceptiuū maxime, siue locus præceptus est: Cuiuscunque problematis destruitur consequens, ipsum problema destruitur, ut si problema sit, utrum omnis uoluptas sit honestum an nō, dico quod si uelimus demonstrare, & construere problema, uidelicet quod omnis uoluptas sit honestum, respiciēda omnia ea sūt, ad quæ sequitur huiusmodi problema, uidelicet quod omnis uoluptas sit honestum: nam si ea uel eorum aliquod constructur, problema constructur: ut si sequatur ad hoc, quod omnis uoluptas secundum naturā sit, sequitur enim omnis uoluptas secundum naturam esse, igitur omnis uoluptas est bonum: illud construendum est, nam eo demonstrato, ac constructo, sequitur propositum, uidelicet quod omnis uoluptas sit honestum. Amplius, si cōstruatur, & demonstretur oēm uoluptatem esse uirtutem, etiā demonstrabitur omnem uoluptatē esse honestū: quoniam sequitur, omnis uoluptas est uirtus, igitur omnis uoluptas est honestum: quoniam uirtutem esse honestum, nemo est qui dubitet. Hoc loco argumentandi Plato in Phaedone usus est, cum demonstrasset animas in inferno esse, accipit enim hoc antecedens, uidelicet, iuuenes fiunt ex mortuis, igitur conclusit, animæ in inferno sūt. Antecedens autem probauit & construxit ex eo, quia contraria ex contrariis sūt, & uiuere, & mori contraria sūt. Usus etiam est hoc eodem loco, & in Menone, cum demonstrasset uirtutes esse doctrinas: accepit enim illud antecedens, ad quod sequitur, uidelicet uirtutes sūt



Scientiam nam sequitur, uirtutes sunt scientia, igitur uirtutes sunt doctrinae. antecedens construxit ex eo, quoniam qui optime dispositus est secundum animam, omnium contingentium, & necessariorum, uel uilium scientiam habet: qui autem uirtutes habet, optime dispositus est secundum animam: igitur qui uirtutes habet omnium contingentium scientiam habet. est enim uirtus omnium contingentium scientia. Item antecedens illud construitur, quoniam quorum presentia aliquis est sciens, illa scientia sunt, uirtutum presentia, scimus contingentia: igitur uirtutes sunt scientia. Rhetores etiam hoc loco utuntur, accusantes enim aliquem homicidii causa, ea ad qua propositum ipsum sequitur, sumunt, & construunt, puta quod inimicus, quod infidator, quod uisus sit ensem tenens, eo loco, & eo tempore, nam si haec demonstrata fuerint, & constructa constrictur, quod homicidium commiserit. Amplius, eodem loco utuntur, cum de adulterio incusauerint, constrictur enim ea omnia, ad qua propositum sequitur, puta ut quod coerit, quod allocutus, quod cum ea solus uisus fuerit, nam his concessis, sequitur adulterium commississe. Amplius eodem loco utentes constrictur uacuum esse, nam sumunt motum esse, ad quod sequitur uacuum esse: & illud constrictur, deducunt uacuum esse. Si autem destruere uoluerimus problema, respiciendum est ad ea, quae ad problema consequuntur: quoniam si illa destruantur, problema destruetur: uerbi causa, si problema est, utrum omnis uoluptas est honestum, & uoluerimus hoc destruere, respiciemus ad ea, quae consequuntur ad illud: uerbi causa ad hoc cinedorum uoluptas est honestum: sequitur enim, omnis uoluptas est honestum, igitur cinedorum uoluptas est honestum, quare destruentes consequens, & demonstrantes cinedorum uoluptatem non esse honestum erit destructum antecedens, & demonstratum non omnem uoluptatem esse honestum, quod est oppositum antecedentis: unde inquit, [Considerandum autem in proposito, id est, problema, quod proponitur, uerbi causa, ad antecedens, quo existente necesse est positum] problema esse, & hoc est primus locus praecipuus. deinde tangit secundum, & dicit, [aut quid est ex necessitate.] scilicet consequens, [si propositum est.] & hic est secundus locus praecipuus. deinde distinguit loca praecipua, & dicit, [construere quidem uolenti] problema propositum, [respiciendum est] ad antecedens, [quo existente] propositum erit ex necessitate: hic est primus locus praecipuus: tunc tradit locum praecipuum & maximam, & dicit, [nam si illud ostendatur esse,] ita ut constrictur, [et propositum ostensum erit,] & constrictur. Deinde tradit secundum locum praecipuum, & dicit, [destruere autem uolenti] scilicet problema propositum, respiciendum est ad consequens, [quod est, si propositum est,] deinde assignat locum praecipuum, & maximam, quae hoc secundo loco accipitur, & dicit, [nam si ostenderit consequens propositum non esse,] ita ut destruat consequens, [interimittentes erimus propositum.] Ex iis colliguntur duae regulae prioristicae: quarum prima est, a positione antecedentis ad positionem consequentis, consequentia est necessaria: a destructione uero non sequitur. Secunda uero est, a destructione consequentis ad destructionem antecedentis ualet etiam: a constructione uero, minime. Addit autem quando ex necessitate consequens se

quitur propositum, aut antecedens antecedit, quoniam quando inter antecedens & consequens non esset necessaria illatio, haec regula non ualere. Sed aduersus has regulas dubitatur: quoniam sequitur, Socrates & Plato disputant, igitur Plato disputat: & tamen non ualet ex destructione consequentis, Plato non disputat: igitur Socrates, & Plato non disputant. Amplius sequitur, sex sunt, igitur tria sunt: & non sequitur destructiue, tria non sunt, igitur sex non sunt. Dicendum in nulla earum fieri argumentum destructiue, quoniam destructio fit per negationem praepositam, & ideo debet sic fieri, sed Plato non disputat, igitur non Socrates & Plato disputant. Similiter in secundo argumento debet sic fieri, sed tria non sunt, igitur non sunt sex. Haec tamen de quatuordecimo loco.

Εὐ εἰς τὸ ἡχορόνον ἐπαλάττω ἐπὶ τοῦ Διαφω-  
νῆ. διὸν εἰ τὸ ἡχορόνον ἐφίσηται ἐξ ἀνάγκης αὐ-  
ρεῶν. Ἐφίσηται μὲν γὰρ αἰ τὰ εἴδη. αἰρεῖται δὲ οὐκ  
αἰεὶ. ὁμοίως δὲ ἡχορὶ ἢ τῷ εἰσαδῶν ἐφίσηται ἡς μα-  
νιῶν, τὸ μὲν γὰρ, τὸ παρὰ λαμβάνει τὸ ἡχο-  
νοῦ εἶναι. τὸ δὲ, ἢ τὸ παρὰ τὸ ἡχορὶ τὸ μέλλον. Ἐ-  
ἰσαδῶν μὲν οὐκ ἔστι γὰρ λεγόμενα τὰ παρὰ οὐκ  
ἡχορὶ τὰ μέλλοντα. διὸν οὐκ ἔστι ἡλίου ἐλαφίς,  
μνημονεύει δὲ οὐκ ἐπιτέλει, ἀλλ' ἢ τὸ παρὰ λα-  
μβάνει.

LOCVS DECIMVS QVINTVS.  
32. Amplius ad tempus inspiciendum, si alicubi dissonat, ut si quod nutritur dixerit quis ex necessitate augeri. nutriuntur enim semper animalia, augentur autem non semper. Similiter autem, & si scire dixerit quis reminisci. nam hoc quidem praeteriti temporis est, illud autem, praesentis & futuri. scire enim dicimur praesentia & futura, ut quoniam erit defectus solis, reminisci autem non contingit alterius quam praeteriti.

Nonnulli tradunt Aristotelem ex his uelle assignare quae sit propositio necessaria, & ait eam esse, in qua praedicatum inest subiecto pro omni differentia temporis, & non pro aliqua sic, aliqua uero non. Quae expositio friuola est, cum nec his, quae proximo dixerat, nec his, quae proximo interpretatur, & Adinolphus uoluit, quod si aliquid assignetur inesse alicui simpliciter, & absolute: considerandum sit ad tempus, hic enim est locus praecipuus, locus uero praecipuus est. Nam si temporis aliqua differentia dissonent, non sunt eadem, nec alterum alteri inest simpliciter & absolute. & hanc expositionem Albertus primus posuit, & secundum hos locus est destructiuis. Potest autem haec expositio aptari exemplis, ut patet legenti uerba. Alexander autem uult quod cum Aristoteles posuisset locum praecipuum, & locum praecipuum, quibus docuit destruere propositum problema ex consideratione consequentis, nunc ponat lo

A cum praecipuum & locum praecipuum, quibus docet destruere propositum problema ex consideratione ad tempus, cuius locus praecipuus siue maxima est, secundum Alexandrum, si aliquid ponitur sequi ex necessitate ad problema positum, & desinat ab eo tempore, non sequitur ad illud ex necessitate. Aristoteles igitur simul tangit locum praecipuum, & locum praecipuum, & dicit, [Amplius ad tempus inspiciendum.] subaudi, cum ponitur aliquid sequi ex necessitate ad problema, deinde tangit locum praecipuum, & dicit, [si alicubi] hoc est, si aliqua differentia temporis [dissonat,] nam si dissonat, illud quod positum est sequi necessario ad problema, non sequitur necessario. Ego uero arbitror Alexan. accepisse hic per antecedens subiectum problematis, & per consequens ipsum praedicatum: ut sit sensus, si aliquid consequens accipitur necessario sequi ad antecedens, hoc est, si aliquid praedicatum accipitur ad respondente necessario inesse subiecto: locus praecipuus est respicere ad tempus, locus uero praecipuus est, [si alicubi] dissonat, nam si subiectum commotet certam differentiam temporis, quam praedicatum non commotet, problema est destruendum. Assignat exempla, & dicit, [ut si quod nutritur dixerit quis] scilicet respondens, [ex necessitate] augeri, ita ut problema sit, utrum omne quod nutritur, augetur, & respondens dicat omne quod nutritur, ex necessitate augeri, problema destruitur, quoniam ipsum subiectum scilicet quod nutritur, commotet omnem differentiam temporis: at quod augetur, non notat, sed solum inueniuntur: cuius rationem assignat Aristoteles, & dicit, [nutriuntur enim semper animalia, augentur autem non semper] quoniam non in se sunt constituta. igitur problema est destruendum. deinde ponit aliud exemplum, & dicit, [similiter autem] si scire, dixerit quis] ex necessitate esse [reminisci,] ut Plato & Socrates dixerunt, quia asserant omne scire esse reminisci, & nihil sciri de nouo: problema destruitur, quoniam subiectum problematis significat omnem differentiam temporis, praedicatum uero non omnem: & dicit, [nam hoc quidem] scilicet reminisci [praeteriti] temporis est, illud autem scilicet scire praeteriti, [et praesentis, et futuri,] nam scire dicimur praeteriti, [et praesentis, et futuri,] nam quoniam erit solis defectus] Astrologus scientiam habet, [reminisci autem non contingit alterius] temporis, [quam praeteriti.] per eundem locum destruitur problema, cum quaeritur utrum scientia sit sensus, an non: nam sensus a generatione est, & omni tempore, at scientia postea acquiritur, destruitur etiam illud problema, utrum sensuum omne sit sciens, an non: quoniam dormientes sensui sumus, non autem sumus sciens, non tamen est ab re, illud quod olim diximus, nam diximus dupliciter instari consequentia, quae est necessaria illatio ex antecedente, uno modo, quando stat antecedens sine consequente, ut puta, cum aliquo tempore uerum sit antecedens sine consequente, alio modo cum oppositum consequentis stet cum antecedente: quare diximus Aristotelem nunc docere instare ipsi consequentia, de qua posuit locum proximum, respiciendo ad tempus, nam cum certo tempore stat antecedens uerum sine consequente: consequentia non est necessaria,

cui expositioni poteris accommodare exempla. Sed circa ea, quae Aristoteles dicit in praesenti textu de loco, quindecim sunt dubitationes. Prima, quoniam ut tempus est mensura, ita locus est mensura, & ideo est dubitatio, quare non assignauit considerationem a loco, ueluti assignauit a tempore: potest enim problema destrui propter differentiam loci, ueluti destruitur propter dissonantiam temporis: ut si problema sit, utrum anima mundi sit deus an non, destruitur problema, quoniam anima mundi est in medio mundi, deus est in circumferentia mundi, igitur anima mundi non est deus. Quidam dixerunt, quod ideo posuit considerationem temporis, quoniam consequentia, ad qua docuit respicere in loco proximo, quaedam sequuntur simpliciter, quaedam ut nunc, at locus consequentia non mensurat. Vel forte dici potest, quod idem est iudicium de loco, ideo de eo tacuit, quoniam cum dixisset de tempore, idem uult esse intelligendum de loco. Secundo dubitatur, quoniam necessaria sunt, quae non possunt aliter se habere: at quae insunt alicui secundum tempus, possunt aliter se habere, igitur quae insunt secundum tempus, non ex necessitate insunt. Dicendum, ut recte Adinolphus inquit, quod duplex est necessitas, altera simpliciter, atque absolute, & haec est siue pra omne tempus: altera necessitas temporaria est. Aristoteles igitur loquitur de temporaria, quae non supra tempus est, hac necessitate cygnus est albus, quoniam omni differentia temporis praedicatum inest subiecto. Sol uero defecit, propositio necessaria est, quoniam pro praesenti tempore deficit necessario. At haec propositio, deus est substantia incorporea, necessaria est necessitate, quae est supra tempus. Tertio dubitatur, quoniam hoc praedicatum currit, bene assignatur de albo praesentialiter albo: nam haec est uera, albus currit, ubi ipsum album supponitur pro albis praesentibus, & uerbum currit pro cursu futuro. Dicendum quod Aristoteles loquitur quando praedicatum assignatur inesse subiecto ex necessitate, nam tunc intelligitur pro omni tempore: sed si assignetur absolute, secus est, quoniam potest praedicatum, quod circuncernit futurum, inesse subiecto quod circuncernit praesens: quando absolute inesse de futuro accipitur. Quarto dubitatur, quoniam auctor in exemplis, dicit non esse quod nutritur augeri. Contra, nam omne quod mouetur, aut augetur, aut minuitur, aut alteratur, aut mouetur secundum locum, & hoc non, aut alteratur, & hoc minime, aut diminuitur, & hoc nequaquam, igitur omne quod nutritur, augetur. Dicendum, quod nutritio non est motus per se, sed generatio partium deperditae: aliquando tamen ad eum, sequitur actio, aliquando diminutio: & sic est motus per se. Quinto dubitatur, quoniam Aristoteles dicit, quod scire est praesentium & futurorum, reminisci uero praeteritorum. Contra, quoniam scire est per causam, causa aut praeteritorum ueriores sunt, quam futurorum, igitur scire est potius praeteritorum quam praesentium & futurorum. Dicendum, quod Aristoteles uoluit scire esse praeteritorum, praesentium, & futurorum: nam licet dixerit esse scire praesentium, & futurorum, hoc tamen dixit, quia de his minus uidetur esse, quoniam supponit esse praeteritorum. Ultimo dubitatur, quoniam dicit Aristoteles scire esse futurorum. Contra, quoniam quod

non est, non scitur, at futura, non sunt. Dicendum, quod licet futura non sint, tamen aliqua habent causam determinatam, & talium est ipsum scire, quaedam non habent causam determinatam, ut utrum nauale bellum erit. & talium non est scititia, sed coniectura.

Εἰ δὲ σοφιστικὸς ἤδη ἔστι, ὁ ἀγαθὸς ἐπιπορευόμενος ἐπιχειρημάτων.

LOCVS DECIMVSSEXTVS.

33 Amplius sophisticus modus est, ducere ad id, ad quod plurimam habemus argumentorum facultatem.

Uniores aliqui Aristotlem hic tradere asserunt idoneitatem quandam, per quam reddimus idonei opponere contra positionem, quam asserat respondens: est autem haec idoneitas transference nos ad aliam materiam, in qua abundamus argumentis. Nasitur autem haec idoneitas ex ipso respondente, & ex nobis, ex respondente quidem, quando in propria positione, quam defendere proposuit, est copiosus & abundans. Ex nobis uero, quando in materia propria respondentis non sumus abundantes, sed in materia in quam eum ducimus, abundamus argumentis. Hanc nonnulli translationem de genere in genus: nonnulli autem uocant digressionem. Albertus causam telam opponens. Alexander uero asserit hic Aristotelem ponere locum: sed quoniam locus duplex est, praecipuus, & locus praecipuus, qui & maxima à unioribus dicitur, ideo hic ponitur locus praecipuus: qui est, ut respiciamus ad antecedentia & consequentia, in quibus abundamus argumentis: siue illa sint extranea, siue conuenientia aliquo pacto positioni respondentis. nā locus praecipuus est. Si transferimus problema & rationem ad id, in quo argumentis abundamus. Sic enim construere uel destruere poterimus problema, & positionem respondentis: per quae patet locum praecipuum, & locum praecipuum quasi in idem incidere. hunc locum Aristoteles sophisticum uocat, quoniam (ut Alexander inquit) mos est sophisticus relinquere rationes quae sunt ad materiam, & transferre respondentem ad id, in quo abundant argumentis, ut fit in Protagora Platonis. Protagoras enim aliquando fabulas narrat, aliquando circa poemata rationes facit, fugiens enim rationes facere contra positionem & interrogationem de propositis problema-tibus, transgreditur à positis ad alia quaedam, ut facultatem argumentationum & rationum habeat: quae si non sunt utiles ad propositum, manifeste sophisticus ocus est.

τοιοῦτόν ἐστι δὲ τὸ μὲν ἀναγκάσιον. ὅτι δὲ φάσιν ὁ μὲν ἀναγκάσιον, ὅτι δὲ οὐ τὸ φανόμενον οὐτὲ ἀναγκάσιον.

34 Hoc autem erit, quandoque quidem necessarium, quandoque autem appa-rens necessarium, quandoque autem nec appa-rens, nec necessarium.

Uniores Aristotlem diuidere tradunt ipsum digre- di, aut ipsum transference, & tunc exponunt. [Hoc autem] scilicet transference siue digredi[erit] [transfariam] [quando] que quidem necessarium, quandoque autem [non] non qui- dem necessarium, sed [apparens] necessarium, quan- doque autem nec apparens, nec necessarium. ] & se- cundus & tertius modus est omnino sophisticus. uerum tertius, ut Alexander dicit, est manifeste sophisticus. Hanc expositionem Alexander uoluit. dicit enim, fit au- tem & aliquando necessaria trāssumptio & transitus, cum fit ad aliquid utile, quod cum constructum fuerit, utile est ad construendum, quod respondens negauit. Et propterea quauis hic modus sophisticus sit, qua- temus ad extraneum ducit, in dialecticis tamen eum ponit. Dialectici enim est transitus ad ea: quibus constructis, construitur id quod negauit respondens, quod in prin- cipio ponebatur construendum, & sic legendum est se- cundum Alexandrum. [Hoc autem] scilicet digredi, uel transference[erit], aliquando quidem necessarium, hoc est, utile, quoniam ex ipso ad quod ducitur constructo, construitur quod à principio contra respondentem su- mebatur construendum. [quandoque autem] apparens necessarium, non tamen necessarium, sed apparens uti- le: quoniam ipso constructo, apparet esse construendum, quod à principio proponebatur construendum. & hic modus sophisticus est, licet non manifeste sophisticus, [quandoque autem] nec apparens, ] scilicet necessa- rium, [nec] necessarium, hoc est, nec utile, quoniam est manifeste transitus ad aliena. & hic tertius modus ma- nifeste sophisticus est: per quae patet id ad quod fit transitus esse antecedens ex una uel duabus propo- sitionibus confectum: quod esse potest aut reuera utile ad problema construendum: quod à principio contra respondentem proponebatur construendum: quatenus eo cō- structo, mox construitur & positum: aut reuera non est utile, sed apparet utile, quoniam eo constructo, apparenter sequitur, ut propositum construat. aut nec est utile, nec apparens utile: sed est antecedens: uel propositio quae obiter incidit interloquendo, ad quaē se transfert opponens, quoniam in ea est argumentis a- bundans, qui modus transumptionis manifeste sophisti- cus est. Et quemadmodum opponens cum non abun- dat argumentis in materia, transference se potest ad an- tecedens, ad quod construendum abundat argumen- tis: sic potest se transference ad aliquod consequens, quod sequitur ad id, quod ponebatur a respondente, in quo destruendo abundat argumentis, ut ex illo de- structo destruat quod proponebatur destrui contra respondentem: & sicut illud antecedens erat triplex, utile, apparens utile, & penitus alienum, ita conse- quens triplex esse potest. Quare non erit alienum à ueritate exponere uerba Aristotelis sic. [Hoc autem] scilicet antecedens, ad quod translatio fit, ] erit quan- doque quidem necessarium] hoc est, utile, ] quique autem apparens necessarium, quandoque autem nec appa-rens, nec necessarium. ] sed manifeste alienum: & hoc considerandum est pro construendo: pro destruendo ue- ro, respiciendum est ad id, quod consequitur ad posi- tionem respondentis.

A Αναγκάσιον μὲν δὴ, ὅτι αὐτὸ ἀναγκάσιον τὸ ποικιλομένον ἢ τὸ πρὸς πλῆθειν ἢ χρισίμων, ἢ τὸ πρὸς τὸν θεὸν λόγους ποιεῖται. τυγχάνη δὲ τοιοῦτο ἢ τοιοῦτο ἢ πρὸς τὸ ἐπιπορευόμενον ἐπιχειρημάτων, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ πρὸς τὸν θεὸν λόγους ποιεῖται, ὡς ἐπιπορευόμενον ἐπιχειρημάτων. τοιοῦτο γὰρ ἀναγκάσιον ἐστὶ τὸ πρὸς τὸν θεὸν λόγους ποιεῖται.

35 Necessariū quidē, quādo negāte eo, qui respondet, aliquid uilium, ad illud rationes facit. Contingit autem id talium esse, ad quae copiosam argu-mentorum facultatem habemus. Similiter autem & quando inductio- nem ad aliquid ob positum factum, interire conatur, hoc enim interē-pto, & propositum interimitur.

Per ordinem declarat membra, & primo quando ip- sum digredi est ad aliquid utile, & hoc dupliciter de-clarat. primo, origine sumpta ab ipso respondente, secundo ibi Similiter autem] declarat ad idem, origine sumpta ab ip- somet opponente de prima parte dicit. ] Necessariū qui- dem, ] hoc est, utile quidem est ipsum digredi, [quando] eo qui respondet, negante aliquid utilium ] opponens ] ad illud rationes facit, ] per utilia intelligit ea, quibus costru-eris aut destructis construitur, aut destruitur quod oppo- nens proposuit construere aut destruere contra positi- onem respondentis. Addit Aristoteles, [Contingit autem] id talium esse, ad quae copiosam argumentorum faculta- tem habemus, ] quasi dicit quod opponens non se trans- fert ad illud, nisi contingat ad esse tale, ad quod habeat co- piosam argumentorum facultatem. uerbi causa, si ali- quis uolens construere hoc problema, omnis uoluptas est bonum: accipiat ad illius demonstracionem, omne quod se- cundum naturam est, esse bonum, & respondens non cō- cedit illud, opponens si transfert se ad illud constru-endum, quia est in eo abundans argumentis, hoc dicitur trā- ferre se ad aliquid utilium: construet autem illud uideli- cet omne quod est secundum naturam est bonum, accipi- endo, quod est peculiare unicuique est bonum, & illud omne quod est secundum naturam, est peculiare unicuique. Nā ex his sequitur, quod est secundum naturam, esse bonū. Et si maiorem negabit, uidelicet illam, omne quod est pe- culiare unicuique est bonū: opponens transference se ad ea, construet ex opposito, quoniam quod est praeter naturā unicuique est malum illi, & corruptiuum ipsius. Quare si quod est praeter naturam, est malum: quod est secundum naturam unicuique est bonum: siquidem contrario con- trarium, & contrarium contrario. Quare si huiusmodi transitus utilis est ad propositū, hoc uocatur digredi uti- le: uel ad aliquid utilium. Deinde exponit quando digre- di est utile origine sumpta ab ipso respondente, & dicit, [ Similiter autem ] subaudi, digredi est utile: ] & quan- do ] respondēs, subaudi ] interire conatur inductio- nem ] factam ab opponente ] ad aliquid ] construendum, ] ob factum positum, quae inductio erat facta, dico, ob

positum factum & constitutum ab ipso respondente. uer- bi causa, si respondens diceret, uoluptatem nō esse bonā, & opponens acciperet oē quod secundum naturā est, esse bo- num: si opponens illam uniuersalem propositionem indu- ceret: iam faceret inductiōnem ad aliquid probandum, scilicet ad probandum illam uniuersalem, omne quod se- cundum naturam est, bonum est, quae inductio esset facta [ob factum positum] hoc est, ob id, quod facit, & ponit respondens. Si itaque respondens interire conatur in- ductiōnem illam, inducendo in singulis contrarium, ut q- mori sit secundum naturam, & est malum: & aegrotare secundum naturam, quoniam non est ad placitum, & est malum, & sic de singulis, hic hoc pacto inducens inter- ire conatur inductiōnem factam ab opponente: [nam hoc] scilicet hac inductiōne ] interemptio, & propositū ] scilicet opponens ] interimitur. ] quando itaque respon- dens interire sic conatur inductiōnem opponens, sic opponentem transgredi ad probandum suam inductio- nem est utile: eo quia illa constructa, construitur propo- sitio uniuersalis, quae assumebatur contra respondentis po- sitionē. Alexander uero intelligit, per ] positū factum ] propo- sitionem uniuersalem positam ab opponente contra positi- onem respondentis, uidelicet illam, omne quod est secun- dum naturam est bonum, ob hanc enim inductiōnem ad aliquid facit: & ideo quando respondens conatur in- terire inductiōnem opponens, quam faciebat ] ob positum factum ] hoc est, ob propositionem uniuersalem positam, & factum ab eo contra positionem respon- dentis, existimando quod illa inductiōne interempta, in- terimitur propositum, id est, propositio uniuersalis op- ponens, scilicet ea, omne quod est secundum naturam, est bonum: si inquam ita sit, digredi erit utile. quare du- pliciter erit utile digredi, aut quando respondens negat aliquid utilium, in quibus opponens abundat argumen- tis: aut quando respondens interimit inductiōnem factā ab opponente. nam tunc est utile digredi ad proban- dum inductiōnem in singulis, si abundabit argumen- tis. Si quis autem uult, potest aliter uerba haec intelligere, ut dicamus ] similiter autem ] subaudi, digredi est utile opponenti ] quando inductiōnem ] ad aliquid ] factam, in- terire conatur ob positum factum, ] hoc est, contra po- sitionem respondentis: ut si positio respondentis sit: om- nis uoluptas bonum est, & ipse acciperet hanc, nulla uo- luptas est bonum, quoniam nulla generatio est bonum, omnis uoluptas est generatio, igitur nulla uoluptas est bonum. Si igitur respondens neget illam, uideli- cet nulla generatio est bonum: quoniam sanari est ge- neratio, quod est bonum, discere est generatio, quod est bonum. dico quod si opponens ] interire conatur ] illam, uidelicet omnis generatio est bonum, ut re- spondens dicebat, utile erit digredi, quoniam eo in- terempto, scilicet quoniam ea propositione interem- pta, quae est omnis generatio est bonum, & probata illa, uidelicet nulla generatio est bonum. ] & pro- positum ] respondentis, quod est omnis uoluptas est bonum, ] interimitur. ] Alexander autem labora- uit circa expositionem huius loci, & declarauit hūc locum esse obscurum, propter multas, quae attulit: expositiones: nos autem elegimus has duas expo- sitiones.



tus, quoniam sequitur album est ens: igitur unum. quaedam cum disjunctione, quod sequitur, albi est ens, igitur substantia, uel accidens. Et sequitur etiam, album est ens, igitur ens uel non ens. Ad hoc dubitatur, quoniam per hunc locum sequitur, cum qui dicit te esse equum, uerum dicere. nam quicumque dicit te esse animal, dicit uerum, et per Aristotelem qui dicit te esse equum, dicit te esse animal et plura alia. igitur qui te esse equum, dicit uerum. Adinolphus concedit eum, qui dicit te esse equum, dicere uerum, non simpliciter in antecedente, sed quodam modo in consequente: quoniam dicendo in antecedente te esse equum: dicit quodam modo in consequente te esse animal, quod est uerum dicere. quare dicere te esse equum est quodammodo uerum dicere in consequente. Sed contra, quoniam dicendo te esse equum, quis hoc dicit, nullum uerum dicit, igitur nec in consequente, nec in antecedente uerum dicere uidetur. Propterea dico eum qui dicit te esse equum, dicere quodam modo, scilicet in potentia te esse animal, et te esse animatum, et plura alia, non tamen quia dicit te esse equum, dicit uerum, nec falsum, nec quia dicit te esse animal, dicit uerum uel falsum. Sed dices, quid ad cavillum? dicendum cavillum peccare in forma, quoniam in nulla syllogismi specie est, ut alibi diximus. Insuper dubitatur, quoniam Aristoteles dicit eum qui dicit hominem esse, quodam modo etiam animal esse, et animatum esse, et bipedem esse, et mentis et discipline susceptum esse, dixit. Aut dicit animal esse, et cetera secundum uocem, aut secundum rem: non quidem secundum uocem, quoniam qui dicit hanc uocem, homo, non dicit animal, nec hanc uocem animal, et reliqua. Si secundum rem, falsum est hoc, quod asserit Aristoteles, nam qui dicit hominem secundum rem, dicit animal simpliciter secundum rem, et non quodam modo: similiter dicit animatum simpliciter, et non quodam modo. uno modo dici potest ipsum quodammodo accipi pro eo quod est idem ipsum secundum quid, et hoc pacto non intelligit Aristoteles. Alio modo pro eo quod est idem quod consequentis, et hoc modo uerum est, nam qui dicit hominem secundum rem, uia consequentia dicit animal animatum, et reliqua. Alexander autem per [quodam modo] potentiam intellexit: nam qui dicit rem aliquam actu, ut hominem, dicit potentia definitionem hominis, et genus, et differentiam hominis, et reliqua. uerum Alexander per potentiam intellexit idem quod ex consequenti. Ultimo occurreret, quia non uerum est semper, quod consequente destructo, destruat antecedens, quoniam contingit aliquando consequens esse non substantiam: nam potest esse consequens proprium, ut si antecedens sit homo, consequens risibile. At constat proprium rei esse non substantiam, non substantia autem destruetur, non destruitur substantia, igitur non semper consequente destruitur antecedens. Dicendum, quod quando inter substantiam, et non substantiam, est essentialis et necessaria conexio, qualis est inter rem et propria rei, tunc non substantia destructa, destruitur substantia, sed quando nulla est necessaria conexio: uerum est quod argumentum assumit, quoniam non oportet, ut substantia corrumpatur, non substantia corrupta: si non substantia nullam habet cum substantia conexionem.

ΕΥΛΑΒΕΩΣ ΔΕ ΧΡΗΕΙΣ ΤΟ ΧΑΛΕΩΣ ΤΩΤΟΡΟΥ ΤΟΙΣ

ΔΙ ΜΕΤΑΛΛΗΛΩΝ ΟΥΤΕ ΜΟΔ ΤΟΥ ΕΞΟΥΣ Δ' ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΚΑΙ ΔΟΡ ΔΕΛΕΥΣΤΕΡΟΙΟΤΕ ΔΕ, ΑΥΤ' Ε ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΥ.

40 Cauere autem oportet in huiusmodi difficilioris assumptionem facere. Nam quandoque quidem facile est ipsum consequens interimere: quandoque autem id ipsum propositum.

Asignat cautulam opponenti, qui interrogat, et dicit, [In huiusmodi autem] consideratione, in qua de destructo consequente, destruitur antecedens, [oportet cauere assumptionem difficiliorem.] huius causam assignat, et dicit, [Nam quandoque quidem facile est ipsum consequens interimere.] ut puta cum pauca re requiruntur ad destruendum ipsum consequens quod antecedens, et hoc est fortasse cum consequens fuerit aliquid accidens tale. [quandoque autem] facile est interimere [id ipsum] propositum. uerbi causa, sit propositum, utrum iniustitia sit utilis an non, erit id quod consequitur ad antecedens, hoc uidelicet, auaritia est utilis. nam sequitur, iniustitia est utilis, igitur auaritia est utilis. modo difficilius est destruere hoc consequens uidelicet, auaritia est utilis, quod illud antecedens, iniustitia est utilis. Signo autem nobis est Plato, qui hoc pacto destruxit antecedens, nullus autem morbus est utilis, iniustitia est anime morbus, iniustitia igitur non est utilis. Aliquando autem destruxit sic, nullum uitium est utile, quoniam omne uitium noxium est ipsum habens, sed iniustitia uitium est, igitur iniustitia non est utilis. Quare facere transgressionem ab iniustitia ad auaritiam in illa consideratione non est dialectici.

Οσοις δε ανανγκη μονον διατορον υπαρχει η ουχ υπαρχει. διορ τω ανθρωπω τω νοσορ η τω υγεια. εαρ ησδς διατορον ευπορω μου δια λεγειδς ου υπαρχα η ουχ υπαρχη, ηω ησδς λοιπω ευπορω μου. τοτο δε ανανκη ησδς εμ φω. Διζαντες η δ ου υπαρχη διατορον, διορω Δειδ φησιν εσομεδα ου ουχ υπαρχα. εαρ δε ου ουχ υπαρχη δεξω μου, διορω ου υπαρχα δεδ εχδης εσομεδα. Διλωρ δω ου ησδς εμ φω χρσιμ. ο δ π

VIGESIMVSNONVS LOCVS.

41 Quibuscumque autem necesse est alterum tantum inesse, vel non inesse, ut homini aegritudinem vel sanitatem: si ad alterum facile poterimus disputare quoniam inest, vel non inest, & ad reliquum facile poterimus: hoc autem conuertitur ad utrumque. ostendentes enim quoniam inest alterum, quoniam non inest reliquum ostendentes erimus. Si autem quoniam non inest ostenderimus, reliquum inesse ostenden-

A res erimus. Manifestum igitur, quoniam ad utrumque utilis hic locus est.

Cum assignasset nonnulla loca inspiciendo ad consequentiam, nunc tradit locum inspiciendo ad contrariam. non desunt qui uelut Aristotelem docuisse loca digrediendi circa antecedens et consequens, procedendo a particulari ad uniuersale: nunc uero docere loca digrediendi circa antecedens, et consequens respiciendo ad contraria immedia. sed quouis modo sit locus accepti uis (ut Alexander inuit) est inspiciere ad contraria immedia. locus uero preceptus, qui et maxima dicitur. Est duorum contrariorum immediatorum, si alterum inest uel non inest alicui subiecto, alterum inesse uel non inesse est. Sunt autem contraria immedia (ut Alexander inquit) ea, quorum alterum subiecto receptiuo necesse est inesse, et nunquam ambo simul: ut sunt par, et impar respectu numeri. unde Aristoteles inquit, [Quibuscumque autem necesse est alterum] subaudi, contrariorum immediatorum [in esse: uel non inesse] et nunquam ambo simul, [ut homini aegritudinem uel sanitatem: si ad alterum] eorum contrariorum [facile poterimus disputare] conueniendo [quoniam inest, uel] destruendo quoniam [non inest, et ad reliquum facile poterimus] subaudi, disputare destruendo, uel destruendum. causa est, quoniam propositio talis habet uim propositionis, quae est disunctiua ex partibus contradictorias: modo a tota tali disunctiua cum destructione uel constructione alterius partis supra constructionem uel destructionem alterius, argumentum est necessarium. deinde explicat utilitatem loci, et dicit, [Hoc autem conuertitur ad utrumque,] quod exponit et dicit, [Ostendentes enim quoniam inest alterum] ut quoniam inest homini aegritudo, [quoniam non inest reliquum] scilicet sanitas [ostendentes erimus: si autem quoniam] aegritudo homini non inest [ostendentes erimus,] reliquum [scilicet sanitatem] inesse ostendentes erimus, [Tunc] concludit utilitatem loci, et dicit, [manifestum igitur, quoniam] ad utrumque [hoc est, ad construendum et destruendum] [utilis hic locus est.] Ex his patet opponentem ad eam partem digressionem debere facere, in qua pluribus locis argumentisque abudat. Potest etiam locus iste (ut Alexander inquit) accommodari in ipsis contradictoriis. nam a contradictio immedia contrapositio est, non habet praeditam necessitatem, quae admodum contraria in receptiuis duntaxat, sed in omnibus: nam necesse est in omni aut affirmationem, aut negationem inesse. Quare si fuerit affirmatio, non erit negatio: si autem negatio, non erit affirmatio. Si enim diuinitati affirmatio honesta est, negatio non honesta erit, et e contrario. In contrariis uero mediatis, licet hic locus non sit utilis ad utrumque, est tamen utilis ad destruendum. nam si monstrabitur alterum ipsum inesse, destruetur alterum alteri inesse. Impossibile enim contraria simul eidem inesse: non tamen si alterum non inerit, reliquum inerit. quoniam potest aliquid mediatorum ipsi inesse: ut si corpus est album, ex necessitate non est nigrum. Si autem non est album, non ex necessitate est nigrum. Sed occurreret primo, quoniam non sequitur, aegritudo non inest Socrati, igitur sanitas inest, stat enim antecedens esse uerum, si Socrates non sit: consequens uero falsum. Dicendum Aristotelem

supposuisse subiecti constantiam, alioquin non essent immedia circa subiectum receptiuum: quod Alexander annotauit. Secundo occurreret, nam sit, a, ultimum instans, in quo Socrates est aeger, b, uero primum instans in quo Socrates est sanus. et queritur aut a, et b, sunt duo instantia, aut unum, si unum: tunc in eodem instanti Socrates erit aeger et sanus. Si duo, cum inter quae cumque duo instantia semper cadat tempus, igitur erit aliquid quod tempus, in quo Socrates nec erit aeger, nec sanus. Quare non necesse erit reliquum inesse, si alterum non inest. Adinolphus ait a, et b, secundum rem esse unum instans, secundum uero rationem esse diuersa. Quare responsio meo iudicio non est intelligibilis: nam ea concessa, secundum rem Socrates erit aeger et sanus, licet non secundum rationem. Propterea dicendum argumentum supponere falsum, scilicet ipsum a, esse ultimum instans, in quo Socrates est aeger: non enim datur ultimum, ut patet in 111 physica ascultationis, nec in successiuis, nec in permanentibus, sed quorum non datur ultimum, eorum datur primum non esse, et sic, b, est primum instans, in quo Socrates est sanus, et primum in quo non est aeger. Ultimo occurreret, cum omne enthymema reducatur ad syllogismum, ut patet secundo Priorum, queritur quomodo hoc enthymema reducatur ad syllogismum. Socrates est non sanus, igitur est aeger. De re hac satis diximus libro Priorum secundo: ibi enim disputauimus, utrum omnis consequentia reducenda sit ad syllogismum, an non: uerum nunc dico syllogismum esse hunc, omne existens non sanum est aegrum, Socrates est existens non sanus, igitur Socrates est aeger. nec syllogismus iste est ex puris negatiuis ut patet inspicienti, sed ex affirmatiuis de extremis infinitis. Haec de loco.

Ετι το εαρχεσιν μεταφεροντα τουνομα επι τον λογον, ως μαλιστα ηροσικου ενλαμβανει η ως ηεται τουνομα. διορ ευψυχου μη τον ανδρεσθου καθαπς ηεται, αλλα τον ευτηρ ψυχην εχοντα. καθαπς ηω η ευλαωρ, τον αγαθα ελω ζοντα. ομοιωσ δε ηω η ευδαιμονα ου εμ ο δ αιμων η σπουδαιω. καθαπς εννοεαπης φησιν ευδαιμονα ειναι εμ την ψυχην εχοντα σπουδαιω. ταν τω γω εκασω ειναι δαιμονα.

LOCVS VIGESIMVS.

42 Amplius argumentari transferendo nomen in orationem: cum loque magis consentaneum uisum fuerit transumere, quam ut ponatur nomen, ut bonianimum, non fortem (ut ponitur) sed bene animam habentem: quemadmodum etiam fidem, bona speratem. Similiter autem & eudamona: cuius utique daemona fuerit studiosus, quemadmodum Xenocrates inquit eudamona cum esse qui animam habet studiosam, haec



enim univocue esse daemone[m].

Sunt qui Aristotelem dicunt nunc docere transferre ad convertibilia: sunt autem convertibilia, nomen, et eius interpretatio. Quare locus preceptivus est inspicere ad interpretationem nominis. non quidem semper, sed cum oratio fuerit notior, et cum nomine convertibilis: cuius locus preceptus erit. Cui inest interpretatio, ei inest nomen: et cui non inest interpretatio, ei non inest nomen: est enim locus iste utilis ad construendum, et ad interpretandum. Alexander autem dicit Aristotelem nunc nobis trahere locum ab etymologia, nam per transferre nomen in orationem, et etymologiam intelligit. locus igitur preceptivus est secundum Alexandrum inspicere ad etymologiam, hoc est, ad nominis interpretationem. Locus vero preceptivus est. Cuiusque etymologia inest, ei nomen necesse est inesse, cui vero non inest, nec nomen inesse necesse est. utilis enim est ad utrumque: unde dicit, [Amplius] subaudi, oportet [argumentari transferendo nomen in orationem,] hoc est, respiciendo ad etymologiam: sed hoc non semper, sed exponit quando, et dicit, [cum longe magis consentaneum visum fuerit transsumere] hoc est, interpretationem accipere, quam ut ponatur nomen. uel forte per haec uerba assignat causam loci. nam accipit [pro] quoniam ut legatur, [Amplius] oportet [argumentari] transferendo nomen in orationem] hoc est, ad interpretationem, cuius causam dicit, [quoniam longe magis consentaneum visum est transsumere] hoc est, ponere etymologiam, [quam ut ponatur nomen] cum etymologia sit notior: ut si problema fuerit, utrum bonianimus sit omnem uirtutem habens, aut solum fortis, demonstrabimus bonianimum esse omnem uirtutem habentem ab etymologia: nam bonianimus est, qui bene animam habet. Quicumque uero bene animam habet, est iustus, modestus, prudens, et ceteras uirtutes habens. Quid enim est aliud bene animam habere, quam bonam, honestam, iustam, modestam, prudentem, et id genus animam habere. Quare bonianimus omnem uirtutem habet, et non solum fortitudinem. Quid autem bonianimus sit, qui bonam, siue qui bene animam habet, demonstrabimus, quoniam bonianimus est fidens: fidens autem bona sperans, bona autem sperans, bene animam habet. igitur bonianimus est, qui bene animam habet. dicit, [ut bonianimum non fortem] solum dicimus [ut ponitur,] ab aliis quibus, [sed bene animam habentem.] At qui bene animam habet, omnem uirtutem habet. igitur bonianimus est, qui omnem uirtutem habet. Deinde (ut Alexander exponit) ab etymologia etiam probat bonitatem esse ei, qui bene animam habet. et dicit, [quem admodum etiam fidens, bona sperans] bonianimus est fidens, igitur bona sperans. Quid bona sperans, ut Alexander supplet, bene animam habet, bonianimus bona sperans, igitur bonianimus bene animam habet. Aliter potest exponi, ut sit aliud problema, uidelicet, utrum bonianimus sit fidens an non] et demonstratur quod sit fidens, ab etymologia. hoc pacto, qui bona sperans, est fidens, bonianimus est bona sperans: igitur bonianimus est fidens. dicit, [Quem admodum etiam fidens] subaudi, demonstrabimus ab etymologia esse eum [qui bona sperans,] et tu subaudi, sed bonianimus est bona sperans, igitur bonianimus est

fidens. Est enim haec ostensio ab etymologia. Deinde assignat tertium exemplum in tertio problemate, quod est utrum studiosus fuerit felix, an no. et demonstrabimus quod sic, ab etymologia. et supponamus nomen graecum pro latino, uidelicet, Eudemonia, hoc est, felicem esse, cuius uirtute fuerit daemone studiosus, et argumetur abinur hoc pacto. Cuius daemone est studiosus, est felix: studiosus est, cuius daemone est studiosus, igitur studiosus est felix. Quid autem felix sit, cuius daemone sit studiosus, demonstratur auctoritate Xenocratis, qui daemone[m] et animam idem esse dicebat: et felicem eum, qui animam habet studiosam, unde dicit, [Similiter autem et felicem,] qui Eudemon graece dicitur, [cuius uirtute daemone] hoc est, anima, [fuerit studiosus,] et dicit, [Quem admodum Xenocrates inquit, Eudemonia] hoc est felicem [eum esse, qui animam] hoc est, daemone[m], [habet studiosam, hanc enim] scilicet animam [unicuique] subaudi, felici [esse] asserit [daemone[m].] Haec est expositio problematis. Quid uero ad uerba attinet, uerbum εὐδαιμόνια, nonnulli in genosum in latinum uerterunt, quoniam daemone[m] genium dicitur, qui apud ueteres deus uirtutis est, et iuxta hanc interpretationem problema erit, utrum studiosus sit ingeniosus, an non, et tunc legentur uerba sic, [Similiter autem et ingeniosum: cuius fuerit genium studiosus,] subaudi, sed studiosus est, cuius genium est studiosus, igitur studiosus est ingeniosus. Maiore probat auctoritate Xenocratis, et dicit, [Quem admodum Xenocrates inquit eudemonia] hoc est, ingeniosum [esse] se eum, qui animam habet studiosam, [cuius causam dicit,] [ipsam enim] scilicet animam: dicit [esse unicuique genium,] et expositio potest stare. Alexander autem exponit ut diximus, nam per eudemonia, felicem interpretatus est, et problema esse, utrum studiosus sit felix, qui Graece dicitur eudemon, et probatur ab etymologia: Eudemon est, qui studiosum habet daemone[m]: studiosus est qui studiosum habet daemone[m], igitur studiosus est eudemon: qui syllogismus licet sit in secunda figura ex utriusque affirmatiuis, quia tamen maior conuertitur, est utilis. Quid autem eudemon, id est, felix sit, qui daemone[m] habet studiosum, ostendit auctoritate Xenocratis, et dicit, [Quem admodum Xenocrates inquit eudemonia] hoc est, felicem [eum esse] qui animam habet studiosam. [Et quia posset dici, daemone[m] non esse animam: tacite huic obiectioni respondendo dicit, [Hanc enim] scilicet animam [unicuique daemone[m] esse] subaudi, dicit: quoniam pro eodem animam accipit et daemone[m]. hoc pacto Alexander legit, et meo iudicio longe uerius. Quid uero ad uerba attinet, uerbum εὐδαιμόνιος, si legitur latine felix, non habet illam interpretationem, sicuti habet eudemon, ab εὐ, quod est bonus, et δαιμόνιος, hoc est animus, hoc est, studiosum habens animum, et propterea nos legimus uerba graece. Addit etiam Alexander hunc locum esse probabilem atque dialecticum, non tamen uerum in omnibus, quoniam magnanimus non dicitur qui magnam habet animam, sed qui excellit in uirtutibus, quoniam non semper nomen sequitur etymologiam. Nec obstat quod superius capite 1 x hunc locum uisus sit ponere: quoniam translatio superius facta fuit nominis ad nomen, haec uero nominis ad orationem, praeterea haec translatio est in

A digressione, illa fuit simpliciter.

Επι δὲ τῶν παραγμάτων τὸ μὴ εἶναι ἀνάγκη εἶναι, τὰ δὲ ὁσέων τὸ ὅλον τὰ δὲ ὁσέων τὸ μέρος, ἐὰν τὸ εἶναι ἀνάγκη ὁσέων τὸ ὅλον πᾶσι, ἢ τὸ ὁσέων τὸ ὅλον μὴ εἶναι ἀνάγκη, ἢ ἀντὶ τὸ εἶναι τὸ ὅλον ὁσέων τὸ ὅλον, ἢ εἰ δὲ ὁσέων τὸ μέρος ἐπιχρηματίζονται.

VIGESIMVS PRIMVS LOCVS.

43 Quoniam autem rerum aliarum quidem sunt ex necessitate, aliarum autem ut in pluribus, aliarum uero ad utrumlibet: si quod ex necessitate est, ut in pluribus ponatur, aut quod ut in pluribus, ex necessitate, aut ipsum, aut contrarium ei, quod est ut in pluribus, semper dat locum argumentationis.

Iuniores, qui Albertum sequuntur, Aristotelem hucusque tradidisse asserunt loca intrinseca, quibus terminatur problema accidentis: at nunc extrinseca loca tradere affirmant. Est autem locus extrinsecus, quo docet accidens non inesse subiecto, ex eo quia illi disparatum inest. quoniam si album inest corpori, bene sequitur, ergo nigrum non inest. Quia ratione fit ut locus preceptivus sit respicere ad disparatum, quod uim oppositum habet. et quoniam accidens ab accidente multifariam disparatum esse potest, ideo dicitur Aristotelem primo distinguere disparata, deinde loca ipsa praecipua assignare. Alexander autem ait locum hunc occasionem accipere ab ipsarum rerum differentia, et ita inuit locum preceptivum esse, inspicere ad rerum differentiam. Comparando autem hunc locum ad eum, quem primo assignauit, asserit hunc locum esse in plus, quam qui datus est primo, quo aspicitur ad id, quod secundum alium modum inest: nam sub eo, quod ex necessitate inest, quod hic accipit, uult contineri genus, proprium, et definitionem. Accidens autem uult contineri sub eo, quod est, ut in pluribus, et sub eo quod est ad utrumlibet, ut sit diuisio haec, quod rerum aliarum quidem sunt ex necessitate, scilicet quae non accidunt, ut genus, proprium, et definitio. Aliae uero ut in pluribus, aliae autem ad utrumlibet, hoc est, aliae uero accidunt, quorum aliqua accidunt plerumque, aliqua accidunt ad utrumlibet, et equaliter: ut sit sensus, aliae res sunt, quae possunt inesse, et non inesse, quo definitur accidens. Sed occurres, sub quo membro continentur accidentia inseparabilia? Dicendum, ea contineri sub eis, quae ex necessitate insunt, quoniam ut Alexander inuit, non ponit ea, quae ex necessitate insunt, ut distincta contra accidentia, sed uult omnia quae sunt, aut esse ex necessitate, aut non esse ex necessitate, modo accidentia inseparabilia, cum necessario insunt, sub eis continentur, quae ex necessitate insunt. Aristoteles ergo primo praemittit diuisionem rerum, quae insunt subiectis, et docet locum preceptivum, et dicit, [Quoniam autem rerum] subaudi, quae insunt subiectis, [aliae quidem sunt,] et insunt subiectis [ex necessitate,] ut hominem animal esse, nam animal omni

ni homini, et semper, et quidem ex necessitate inest. [Aliae autem] insunt subiectis, [ut in pluribus,] hoc est, insunt subiectis contingenter. et harum quae contingenter insunt, aliae insunt subiectis ut in pluribus, ut hominem habere quinque digitos, et senescentem canescere. Hoc enim quod est habere quinque digitos homini inest, ut in pluribus, et senescenti canescere. Aliae uero insunt subiectis, ut in paucioribus, ut senescenti homini non canescere, et sex habere digitos, et dedit hoc membrum intelligere per suum oppositum, quid est inesse, ut in pluribus. [Aliae uero] res insunt subiectis contingenter [ad utrumlibet,] et in aequalitate, ut hominem circa rem publicam uersari, contingit enim ad utrumque hominem in republica uersari, quoniam aequaliter uersari potest, et non uersari. Ex hac diuisione uult habere locum preceptivum qui est, ut respiciamus ad rerum differentias, sed utrum locus preceptivus sit respicere ad rerum differentias absolute, an cum differentia modorum inherendi: sunt enim tot modi inherendi, quot sunt res quae inhaerent subiectis, nam quae subiectis inhaerent necessario, ut animal homini, etiam inhaerent cum modo necessitatis, animal enim de necessitate inest homini. Est enim haec uera de necessitate, homo est animal, quae uero inherenti contingenter ut in pluribus, ut senescenti homini canescere, etiam inhaerent cum modo contingente ut in pluribus, esse enim haec uera, contingit plerumque senescentem hominem canescere, et in ceteris eodem modo. Quare difficultas est, utrum locus preceptivus sit inspicere ad rerum differentias absolute, an cum differentia modorum inherendi. Alexander uult locum preceptivum esse, ut inspiciamus ad rerum differentias absolute, et cum modo inherendi: dicit enim, Cum enim talis sit in entibus differentia, si quod inest alicui secundum unum modum, secundum alium aliquis diceret inesse, mutando modos inherendi, occasionem tradit logicae argumentationis. Si enim aliquis diceret hoc pacto, contingit deum esse incorruptibilem, aut contingit hominem esse animal, iste utique diceret quod impossibile est esse, contingere esse, nam impossibile est deum non esse incorruptibilem, aut hominem non esse animal, at qui dicit contingere hominem esse animal, iste diceret utique contingere hominem ipsum non esse animal, nam tale est contingens. Amplius quod semper inest, non semper utique inesse diceret. quod enim ex necessitate inest, semper et omni inest. Sed si definitens diceret, ut plurimum esse, quod est ex necessitate, eadem fallacia est, nam quod est, ut plurimum contingit non esse, et ideo quod est ut plurimum, non est necessarium, ut si aliquis diceret demonstrationem, ut plurimum ueram esse. Simili ratione si aliquis mutauerit hoc quod est ut in pluribus, ut diceret ex necessitate esse, nam si aliquis diceret hominem ex necessitate habere quinque digitos, iste diceret utique quod contingit esse, necessarium esse, contingit enim alicui hominem non habere quinque digitos, qui autem dicit ex necessitate omnem hominem habere quinque digitos, iste non dicit contingere non habere aliquem quinque digitos. Et sicut hoc quod est ut in pluribus, contrarium est ei quod est in paucioribus: sic quod est in plus, contrarium est illi, quod est in minus. Quare si quod est in minus, ex necessitate esse diceret, aut diceret esse in plus, etiam argui potest: ueluti si dicit

Cerret aliquis ex necessitate sub cane pluerre, aut ut in pluribus habere sex digitos. Similiter et si aliquis dicere illa, quae a fortuna sunt esse ex necessitate, aut ut in pluribus iste arguendus est. quoniam quae raro sunt, dicit ex necessitate esse, aut ut in pluribus fieri, patet igitur secundum Alexandrum, locum praeceptum esse ut dicipiamus ad rerum differentias cum modis inherendis: et hoc Aristoteles inuit, et dicit. [si quod ex necessitate est, ut in pluribus ponatur, aut quod] est [ut in pluribus] ponatur [ex necessitate] esse [aut ipsum] scilicet quod est, ut in pluribus, ponatur ex necessitate esse, [aut contrarium ei, quod est ut in pluribus] ponatur ex necessitate esse: puta quod est in paucioribus [semper] iste, qui hoc modo ponetur, [dat locum argumentationis] hoc est, reprehensionis, et redargutionis, quoniam semper redarguendus, atque reprehendendus esset, ut longa oratione ex his: quae Alexander dicit, ostendimus. Dicitur igitur Aristotelis haec esse, ut earum rerum quae subiectis insunt: aliae insunt contingenter, aliae necessario.

Hic in Greek text: Η δὲ γὰρ ὅτι τὸ ἐξ ἀνάγκης ὡς περὶ τὸ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις ἔχει τὸ εἶναι ἀνάγκη, οὗτος δὲ ὡς περὶ τὸ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις ἔχει τὸ εἶναι ἀνάγκη, οὗτος δὲ ὡς περὶ τὸ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις ἔχει τὸ εἶναι ἀνάγκη, οὗτος δὲ ὡς περὶ τὸ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις ἔχει τὸ εἶναι ἀνάγκη...

44 Nam si quod ex necessitate est, vt in pluribus ponatur, manifestum quoniam non omni dicit inesse, cum insit omni. Quare peccauit, siue quod vt in pluribus dicitur, ex necessitate dixit, omni dixit inesse, cum non in sit omni. Similiter autem & si contrarium ei, quod in pluribus est, ex necessitate dicitur contrarium ei, quod est vt in pluribus: vt si, vt in pluribus prauis homines, boni in paucioribus. quare multo magis peccauit, si bonos ex necessitate dixit. Similiter autem & si quod ad utrumlibet esse, ex necessitate dixit, vel vt in pluribus. Neque enim ex necessitate est quod ad utrumlibet esse, neque vt in pluribus.

Aristoteles locum praeceptum non exposuit, sed facta diuisione rerum: quae subiectis insunt, declarat redar

gutiones, quae contingunt circa membra supra dicta diuisionis, et primo declarat primam, et dicit. [Nam si quod ex necessitate est, ut in pluribus ponatur.] ut si animal quod ex necessitate inest homini ponatur homini inesse, ut in pluribus, manifestum, quoniam non omni dicit inesse, cum insit omni ut animal non omni homini, cum insit omni homini. [Quare peccauit,] et haec fuit prima redarguendi ratio. Sed occurres, quoniam Aristoteles supponit ex hac sui ratione, quod ex necessitate inest, omni inesse: quod falsum est, nam equus animal ex necessitate inest, quoniam ex necessitate si equus est animal, sequitur, ut animal sit ex necessitate equus, et tamen non omni animali inest. Vno modo dicit potest Aristotelem loqui de propositionibus, et problematibus dialecticis, modo proposito in qua species de genere praedicatur, non est propositio, nec problema dialecticum. In propositionibus enim et problematibus dialecticis, quod ex necessitate inest alicui subiecto, omni et semper inest, ut Alexander declarat. Per idem dicitur, quod si ex necessitate aequilibrium insit naso, non oportet omni inesse, quoniam haec non est propositio dialectica: nasus est aequilibrium, sed propositio posterioristica et per se. Alio modo dicit potest propositiones in quibus praedicatum non inest omni subiecto, et semper non esse necessaria. ut Aristoteles hic loquitur de necessario. ideo haec non erit necessaria, animal est equus, quoniam equus non inest omni animali, et semper. Deinde exponit secundam redarguendi rationem: et dicit. [siue quod, ut in pluribus dicitur inesse alicui subiecto, ex necessitate dixit.] errauit, et redarguendus est, quoniam [omni dixit inesse, cum non insit omni.] Deinde ostendit tertium: quod uidelicet erret qui contingens in paucioribus assignat necessario inesse, et dicit. [Similiter autem] errat, et si contrarium ei: quod ut in pluribus est] hoc est, si contingens in paucioribus, [dixit inesse] ex necessitate, ut pluuia sub cane, ex necessitate esse. Cuius erroris causam dicit. [Semper enim in paucioribus dicitur contrarium ei, quod est, ut in pluribus] uerbi causa, [ut si in pluribus] homines] sint prauis, [in paucioribus] homines sine] boni, quare multo magis peccauit, et redarguendus est, [si] homines [bonos ex necessitate] dixit esse: quia quod in paucioribus est, ex necessitate in omnibus et semper dixit esse. [Similiter autem] peccauit [et si quod ad utrumlibet] esse ex necessitate dixit. [ut] homines uersari in Republica. quod ad utrumlibet, ex necessitate dixit, [uel] dixit [ut in pluribus.] utroque enim modo redargui potest, [neque enim ex necessitate est, quod ad utrumlibet est, neque ut in pluribus.] Ex his sequitur locus praeceptus, qui et maxima dicitur. Quod si aliquod ex necessitate insit, hoc non sit, contingens, hoc est accidens. patet discurrendo per oes modos contingentes: nam quae ex necessitate inest alicui subiecto, ei non inest contingenter ut in pluribus, nec contingenter ut in paucioribus, nec contingenter ad utrumlibet. ergo quae ex necessitate inest alicui subiecto, non est ei accidens. Vtrum uero conuertatur locus. Aristoteles et Alexander non exposuerunt. Fortasse enim conuertitur, quoniam si aliquod non ex necessitate alicui subiecto inest, hoc est accidens. Sequitur etiam alius locus praeceptus adhuc specialior, nam cum omne praedicatum, quod subiecto inest, insit aut semper, et sic ex necessitate inest, aut

aliquando sic, aliquando autem non, et sic contingenter inest. quod si infinite inest, ad utrumlibet dicitur inesse: si finitum inest, aut ut in pluribus, aut ut in paucioribus. Igitur quatuor erunt modi inherendi, quibus praedicatum subiecto inest, aut ex necessitate, aut plerumque, aut raro, aut ad utrumlibet aequaliter. cum itaque quatuor sint inherendi modi, sequitur locus praeceptus adhuc specialior, quod aliquod praedicatum inest subiecto secundum aliquem illorum modorum, secundum nullum aliorum inest: ut quoniam animal ex necessitate inest homini, sequitur ut nec contingenter plerumque, nec contingenter raro, nec contingenter ad utrumlibet insit. Amplius, si ut in paucioribus homines sunt boni, sequitur ut nec necessario, nec ut in pluribus, nec ut ad utrumlibet sint boni. quare cum praedicatum inest subiecto secundum aliquem illorum quatuor modorum, sequitur problema esse intermedium secundum alios omnes modos inherendi.

Κῶδὲ δὲ ἀπὸ τῆς ἀνάγκης ἐξ ἑκατέρου τῶν ὁρίστων ἐξ ἑκατέρου ὡς περὶ τὸ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις ἔχει τὸ εἶναι ἀνάγκη, οὗτος δὲ ὡς περὶ τὸ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις ἔχει τὸ εἶναι ἀνάγκη, οὗτος δὲ ὡς περὶ τὸ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις ἔχει τὸ εἶναι ἀνάγκη...

45 Contingit autem, & si non determinans dixerit, utrum ut in pluribus, an ex necessitate dixit, sit autem res, ut in pluribus, disputare ut ex necessitate is dixerit: ut si prauos exheredandos dixit esse, non determinans tanquam ex necessitate is dixerit, disputare.

Juniores afferunt Aristotelem hic assignare quadam idoneitatem, qua opponens idoneus redditur in disputando: quae quidem idoneitas est talis, si aliquod praedicatum assignetur inesse alicui subiecto, et non determinetur modus utrum uniuersaliter, an particulariter insit, opponens reddetur idoneus ad disputandum an praedicatum insit uniuersaliter, dato quod subiecto non insit, nisi ut in pluribus. A dinolphus uero asserit Aristotelem ponere quoddam incidens, in quo dicit, quod si aliquod praedicatum assignetur inesse alicui subiecto, subaudi, ab ipso respondentente, qui non determinat secundum quem istorum quatuor modorum insit, inherere at tamen hoc praedicatum illi subiecto ut in pluribus, ut esse canum senescentibus, opponens possit disputare de illo problemate contra respondententem ac si assignatum sit praedicatum inesse subiecto ex necessitate. Nos uero in Iuuenta diximus Aristotelem hic remouere dubium: nam dictum est, pro loco praepcepto specialis, cum aliquod praedicatum inest subiecto secundum unum modum inherendi, intermedium esse, secundum ceteros omnes, contra dubitatur nunc, et insit de facto praedicatum subiecto ut in pluribus, ut senescenti canum esse, et non determinetur modus, quo praedicatum insit subiecto, utrum sit intermedium, secundum omnes alios modos? Respondet Aristoteles quod non, quoniam

nam contingit opponentem disputare de illo problema= te, ac si praedicatum insit subiecto ex necessitate: quoniam cum praedicatum inest subiecto ut in pluribus, si non adiatur modus inherendi, problema intelligitur, ac si esset prolatum ex necessitate inesse, causa autem est, quoniam omne multiplex quod sub se habet principale et minus principale, intelligendum est semper in principali significato. Cum enim inesse sit indifferens ad necessario inesse, et ad inesse ut in pluribus, semper ut necessario inesse intelligendum est, unde dicitur, [Contingit autem, et si non determinans] ipse respondens [dixerit, utrum] praedicatum [ut in pluribus, an ex necessitate dixit] subiecto inesse, [sit autem res, ut in pluribus,] ita ut praedicatum de facto insit subiecto ut in pluribus, ut senescenti homini canum esse [disputare] contra respondententem de tali problemate [ut ex necessitate] hoc est, ac si ex necessitate [dixerit] et ita non semper si problema est secundum unum modum inherendi, est intermedium secundum ceteros omnes, nisi modus inherendi, quo praedicatum subiecto inest in tali problemate, explicetur. et ponit exemplum, et dicit, [ut si] respondens [prauos exheredandos dixit esse, non determinans] nec dicens [ut in pluribus disputare] subaudi, contingit opponentem de tali problemate, [tanquam ex necessitate is dixerit,] quoniam in potiori significatione semper intelligendum est. Alexander autem aliter exponit, uult enim Aristotelem declarare quando possibile erit argui dialecticum digrediendo in huius locis assignatis. Vbi annotatione dignum est, cum in problemate assignatur praedicatum inesse subiecto sine aliquo dictorum modorum inherendi, multifariam esse, aliquando enim patet manifeste esse dispositione subiecti et praedicati, quod praedicatum insit subiecto necessario, ut animal inesse homini, et deo inesse ipsum immortale. Est enim ut per se notum animal ex necessitate inesse homini, et immortalitatem deo: et ita si tale problema absolute proferatur sine inherendi modo, non contingit disputare, utrum sit necessario, nisi digrediendo sophisticamente, ut dicit Alexander manifeste. Aliquando patet manifeste praedicatum inesse subiecto, ut in paucioribus, ex intellectu terminorum, ut habere sex digitos hominem: hoc enim manifeste patet esse in paucioribus, ideo si tale problema absolute proferatur sine inherendi modo, non contingit disputare utrum ex necessitate insit, nisi digrediendo ad sophisticum modum manifeste. Aliquando etiam patet manifeste praedicatum inesse subiecto ad utrumlibet, ut hominem uersari in Republica. hoc enim etiam sine modo inherendi patet esse ad utrumlibet, et ideo de tali absolute prolato non contingit disputare utrum insit ex necessitate, nisi digrediendo sophisticamente. Aristoteles declarat quado licet digredi dialectice in talibus: et dicit hoc fieri posse, cum praedicatum insit subiecto ut in pluribus, nam cum hoc dicitur sine modo inherendi, uidetur esse dictum quasi ex necessitate insit: semper enim quod in pluribus est, cum non determinetur per modum aliquem inherendi, uidetur intelligi ac si sit dictum ex necessitate, ideo contra tale problema interrogans qui opponit, potest digrediendo dialectice disputare utrum insit praedicatum subiecto ex necessitate, unde dicitur, [Contingit autem et si] respondens [non determinans dixerit, utrum ut in pluribus, an]

ex necessitate dicitur, sit autem res, ut in pluribus, contingit dico dialectice digrediendo [disputare] contra respon- dentem de tali problemate [ut] quasi is dixerit ex neces- sitate inesse, non autem, ubi predicatum inest subiecto, aut manifeste necessario, aut manifeste ut in pauciori- bus, aut manifeste ad utrumlibet, nisi sophisticè digredi- do, ubi autem predicatum inest subiecto ut in pluribus, tunc dialectice digrediendo contingit disputare, ac si in- sit predicatum subiecto necessario: nam uicinitate signifi- cationum, quod inest ut in pluribus, cum non determine- tur modus inherendi, uidetur ex necessitate inesse. Et af- figurat exemplum, et dicit, [ut] si respondens [pra- uos] filios [exheredandos] dicit esse, non determinans] aliquo modorum inherendi, nec addens, ut in pluribus, contingit [disputare] cum qui interrogat digrediendo dia- lectice [tanquam ex necessitate is dixerit], hæc est ex- positio Alexandri satis pulchra. Quærit Alexan- der, quomodo hic locus docet interirere uel construere accidens, et respondet declarando hæc, et uult si ali- quid contingat inesse, et non inesse, construitur proble- ma quod predicatum sit accidens subiecto, quoniam se- quitur non ex necessitate inesse. si enim non ex necessi- tate inest, nec erit genus, nec definitio, nec proprium, igitur accidens. Amplius, si illud quod ponitur inesse, non ex necessitate inest, construitur problema quod sit acci- dens: nam si non ex necessitate inest, nec erit genus, nec definitio, nec proprium, ergo erit accidens. Destruitur uero problema si quod assignatur contingere inesse, in- sit necessario: quoniam si inest necessario, erit aut genus, aut definitio, aut proprium, igitur non erit accidens. Amplius destruitur problema, si quod assignatur con- tingere inesse, non contingat inesse secundum aliquem modum contingentiæ, ut si nec ut in pluribus, nec ut in pau- cioribus, nec ut ad utrumlibet inest, et per hæc patet dif- ferentia horum locorum a priori loco. Sed circa hæc, que dicta sunt, occurrer primo, quoniam omnes asserunt præsentem locum esse acceptum a disparatis: modo inter disparata non potest esse habuendo necessaria, quia non sequitur, hoc est album, igitur non est bicubitum: nec con- struitur sequitur, hoc non est album, igitur est bicubi- tum. Potest dici, disparata bifariam esse, aut ea, quorum formæ ac abstracta non possunt sese compati in eodem subiecto, ut necessario, et contingens: et hæc habent uim oppositorum, quedam quorum formæ et abstra- cta possunt secum compati in eodem subiecto, ut album et bicubitum. nam albedo, et bicubitas possunt sese compati in eodem subiecto, et hæc disparata non habent uim oppositorum. Aristoteles igitur loquitur de prima: in illis enim locus est utilis ad construendum, et ad de- struendum, cum reducantur ad opposita: non quidem semper, sed cum diuiserint quodlibet predicatum, ut ne- cessarium, et contingens, ut substantia, et accidens: se- quitur enim, hoc est substantia, igitur non est accidens, et sequitur etiam, hoc non est substantia, igitur est acci- dens. Cum uero non diuiserint quodlibet predicatum, utilis erit locus solum ad destruendum, sequitur enim, hoc est album: igitur non est nigrum, non tamen ad constru- dum: quia non sequitur, non est album, igitur est nigrum. Sed de his in Ludicris. Secundo occurrer, quoniam ui- detur quod diuisio quam supponit, non sit sufficiens: nam

sunt res, que inesse simpliciter, sunt etiam et que possunt inesse, sunt etiam quas impossibile est inesse, quorum nullam fecit mentionem. Dicendum possibile est et contingens idem esse, impossibile uero esse, idem esse quod necessario non esse. De ipso uero inesse simpliciter, nullam fecit mentionem, quoniam eorum meminuit solum, que uilia sunt ad locum, quo docet destruere uel con- struere accidens. Et quoniam per ipsum simpliciter inesse, locus nec destruit, nec cõstruit accidens, ideo illius non meminuit. Tertio occurrer, quoniam ex necessitate inesse non dicit nisi uniuersalitatem temporis: at uniuersali- tas temporis non efficit uniuersalitatem subiecti: nõ enim si homo ex necessitate inest animali, homo uniuersaliter inest omni animali. Dicendum, ex necessitate inesse in propositionibus et problematibus dialecticis, dicere uniuersalitatem temporis, et subiecti: in propositioni- bus autem, et problematibus simpliciter, non dicit utran- que uniuersalitatem. Causa autem superius assignata est, quoniam omne predicatum quod ex necessitate inest in propositionibus et problematibus dialecticis, inest aut ut genus, et sic inest uniuersaliter: aut ut definitio, et sic iterum inest uniuersaliter: aut proprium, et iterum eo dem modo. In propositionibus uero et problematibus absolutis, potest predicatum inesse ex necessitate alicui subiecto, et non uniuersaliter, ut albedo corpori ex ne- cessitate inest, cui non uniuersaliter inest, sed solum ei in quo causam habet. Similiter finitas ex necessitate inest naso, non tamen omni naso, sed solum ei, in quo causam habet. Quarto occurrer, quoniam Aristoteles in tex- tu dicit, quod si quod ex necessitate inest, assignetur in- esse ut in pluribus, sit peccatum, contra, quoniam sequi- tur album inest cygno semper, ergo inest ut in pluribus, nam semper continet plerumque. Dicendum hoc esse ue- rum, sed Aristoteles intelligit cum præcissione, nam quod ex necessitate inest, non inest præcise ut in pluribus, sed semper et sic patet solutio. Ultimo occurrer, nam Aristoteles dicit in textu, quod inest ut in paucioribus alicui, non inesse ex necessitate. modo hoc falsum uide- tur: quoniam albedo paucioribus animalibus inest, et tamen eis ex necessitate inest, ut in cygno, et aliis aui- bus. Dicendum, quod si animal consideretur in sua uni- uersalitate, ut sic inest paucioribus, et non ex necessi- tate. Sin autem consideretur, ut contrahitur ad certas spe- cies, ut sic inest omnibus, ex necessitate. Aristoteles lo- quitur primo modo.

Ετι εἰ καὶ αὐτὸ ἐαυτῶν συμπερικέκοσ ἐδμικρον ὡς ἑτερον, ἀλλὰ τὸ ἐταρον ἐν αὐτῷ ὀνομα καὶ ἀπὸ τῶν πρόδ- κῶν ἀμπετο τὰς ἰδιότητας ἐξ ἑαυτῶν καὶ τῶν ἐπι- εὐφροσων: ταῦτα γὰρ πάντα τῶ αὐτῷ πρὸς ἑαυ- τὸν ὀνοματὸς ὄσιν. εἰ δὴ οὐκ τὸ χαίρειν ὡς ἐπι- φροσινὸν αὐτῶν φησὶ συμπερικέκοσ, αὐτὸ ἄρ' αὐτῶν φάσιν συμπερικέκοσ.

LOCVS. VIGESIMVS PRIMVS.

46. Amplius, & si idem sibi acci- dens posuerit, ut alterum eo quod alterum sit nomé. Quemadmodum Prodicus diuidebat voluptates, in

Prodicus diuisit uoluptatem.

A gaudium, & iucunditatem, & læti- tiam. Hæc enim omnia eiusdem (id est voluptatis) nomina sunt. Si ergo aliquis gaudere, ei quod est lætari, ponat accidere, idem utique sibiipfi dicet accidere.


Hic ponitur locus. x. x. i. sed quis sit locus præcepti- uis, quisque locus præceptus, non est clarum. Alexander asserit hunc. x. x. i. locum ex multitudine esse, quare locus præceptus erit, respicere ad multitudinem: locus uero præceptus est. Si aliquid predicatum assignetur inesse alicui subiecto, a quo differt solo nomine, hoc non erit illi accidens: ut si enst gladius assignetur ut accidens, cum gladius ab ense solo nomine differat, interirendum est pro- blema: et dicendum quod non sit illi accidens. similiter si uesti tunica assignetur ut accidens, interirendum est pro- blema propter eandem causam. Aristoteles ergo tangit solum locum præceptum, et dicit. [Amplius et si idem sibi accidens posuerit, ut alterum, eo quod alterum sit nomen.] subaudi, interirendum est problema: Ergo locus præceptus est si aliquid predicatum assigne- tur inesse alicui subiecto ut accidens, a quo differt so- lo nomine, hoc non erit illi accidens. declarat hoc per exemplum, et dicit. [quemadmodum Prodicus diuide- bat uoluptates in gaudium, et iucunditatem, et læti- tiam, hæc enim omnia eiusdem (id est uoluptatis) nomi- na sunt. si ergo aliquis gaudere ei, quod est lætari, ponat accidere.] destruendum, subaudi, est problema, alioquin [idem utique sibiipfi diceret accidere,] quod est absur- dum. Hæc Aristoteles. Sed occurrer, quoniam pro- pria passio, ut risibilitas dicitur accidere homini, a quo nõ differt re. Amplius, album et corpus sunt idẽ modo, et tamen album dicitur accidere corpori. Dicẽdũ Aristotelem asseruisse non est accidens alicui, a quo differt solo nomine: at passio differt a subiecto nõ solo nomine, sed etiã ratione. Similiter album a corpore differt re prædicamen- ti, et definitione, et non solo nomine.

Επει δὲ τὰ ζῶα τὰ ἐναντία συμπλέκονται μὴ ἀλλή- λους ἐξαχῶς ζῶα τὰ ἴσα ἢ τὰ ἄλογα, ἀλλὰ τὰ λογικά, ὅπως συμ- πλεκόμενα, ἢ ἢ λαμβάνειν τὰ ζῶα τὰ ὄντως ἢ ἢ χρῆσιμον ἢ ἢ ἀναρῶντι καὶ κατασκευά- ζοντι.

LOCVS VIGESIMVS SECVNDVS.

47 Quoniam autem contraria con- necuntur quidem sibi inuicem sex modis, contrarietatem autem faciunt quadrupliciter complexa, oportet accipere contraria quocunque modo utile fuerit & destructi, & con- stuenti.

cõiug. prima	prima cõiugatio	7	quart. cõiug.
	Iustum bonum nõ cõtra.		Iustum bonum cõtra.
2	Iustum malũ	8	Iustum malum
3	secũda cõiugatio	9	quint. cõiug.
	Iustum malum nõ cõtra.		Iustum bonum cõtra.
4	Iustum bonũ	10	Iustum bonum
5	tertia cõiug.	11	secta cõiug.
	Iustum bonum cõtra.		Iustum malum cõtra.
6	Iustum malum	12	Iustum malum



Locus iste uigessimus secundus (ut Alexander inquit) est ex contrariariorum coniugationibus: et sic locus præ- ceptiuus erit inspicere ad coniugationes contrarias. De loco uero præcepto posterius dicemus. Aristoteles uero antequam ueniat ad locum præceptum, præmittit duo, quorum primum est, contraria prædicata cum contra- rius subiectis sex modis posse coniugari. secundum est, quod harum coniugationum quatuor sint solum contra- riæ, et due non, quibus suppositis et declaratis, præci- pit adhuc in speciali esse respiciendum ad eas contrarias coniugationes, que sunt utiles opponenti ad destruendũ uel construendum problema, quod est respondente pro- positum. non enim semper omnes coniugationes sunt uti- les, sed aliqua: et propterea præceptum esse respiciendũ ad eas solas: que utiles sunt, et dicit. [Quoniam autem contraria] subaudi, prædicata cum contrariis subiectis [conuertuntur sex modis] hæc est prima suppositio de- claranda [contrarietatem autem faciunt quadruplici- ter complexa.] hæc est secunda suppositio declaranda. declarat enim quod de sex coniugationibus, que fie- ri possunt in quatuor contrariis, quatuor complexiones, sint contrariæ duntaxat. Deinde terminando suppositio- nem: assignat locum præceptiuum in speciali, et dicit. [oportet accipere contraria] hoc est, eas coniugatio- nes contrarias ex illis quatuor, [quocunque modo] eas accipere [utile fuerit] opponenti [et destructi, et cõ- struenti] problema propositum a respondente. Quare locus præceptiuus in speciali est respicere solum ad eas contrarias coniugationes, que sunt utiles opponenti pro- construendo uel destruendo problemate respondentis. causa est, quoniam non semper omnes sunt necessariae.





G [Cetera uero quatuor omnes faciunt contrarietatem.] & exponit hoc, & inquit. [Nam id quod est amicis benefacere ei, quod est amicis male, contrarium est.]

Αἰτιολογία δὲ τῶν ἐπισημασμένων, ὅτι τὸ αὐτὸ πλεονεξία καὶ ἐπισημασμένη ἐστὶν ἡ ἀρετή. ὅτι τὸ αὐτὸ πλεονεξία καὶ ἐπισημασμένη ἐστὶν ἡ ἀρετή.

H 49 Manifestum igitur ex iis, quae dicta sunt, quoniam eidem plura contraria accidunt fieri. Nam ei, quod est amicis benefacere id, quod est inimicis benefacere, & id, quod est amicis male, contrarium est.

Cum demonstrasset atque dixisset in unaquaque coniugatione alterum esse fugiendum, alterum autem eligendum: alterum boni, alterum mali moris esse, deducit (ut Alexander inquit) corollarium: quoddam, ut sequens ad ea, quae posita sunt, & dicit. [Manifestum igitur ex iis, quae dicta sunt, quoniam eidem plura contraria accidunt fieri.]

amicis benefacere,] quae est secunda conexio in secunda coniugatione, & prima in quarta, & secunda in quinta coniugatione contraria est. [Et id, quod est amicis male, contrarium est.] quae est prima conexio in secunda coniugatione, & secunda & tertia coniugatione, & prima in sexta coniugatione: nam utraque haec uituperabiles sunt, aut falsae. [Similiter autem & aliorum] hoc est aliarum coniugationum [singulis quibuscumque consideratis eodem modo.] hoc est, ita ut sit laudabilis aut uera. [duo contraria apparebunt] partim ex eadem coniugatione, partim ex aliis. Et tu intellegas, non quod alia conexiones sint omnino diuersae a prima. In omnibus enim coniugationibus, duae tantum sunt laudabiles, ut ea quae est iustum bonum, & iniustum malum, siue ea quae est, amicis bene, & ea quae est inimicis male: cetera uero omnes, quae his contrariae sunt, aut ex parte subiecti, aut ex parte praedicati, uituperabiles sunt, in quibuscumque coniugationibus reperiantur.

Λαμβάνει δὲ τὸν ἐπισημασμένον ὡς ὁμοίως ἐπισημασμένον τὸν ἄλλο.

50 Accipiendum igitur est, contrariorum quodcumque erit ad positionem utile.

Alexander dicit, quod quia hoc est breuiter dictum, ideo sit obscurum, tamen exponitur hoc pacto, cum uni conexioni uidelicet ei, quae est, iustum malum est, contrariae sint duae conexiones laudabiles, uidelicet ea quae est, iustum bonum est, & quae est, iniustum malum est, quae harum accipienda est ad destruendum illam, iustum malum est. uerbi causa, sit problema, utrum iustum malum sit, an non, & positio respondentis sit, haec, iustum malum est, cum haec habeat duas conexiones contrarias, & ea, quae est iustum bonum est, & ea quae est iniustum malum est, quae harum accipienda est ad destruendam positionem, eam quae est, iustum malum est.

Respondet itaque Aristoteles & dicit, [Accipiendum igitur est contrariorum] duorum pro destructione positionis. [quodcumque erit ad positionem utile,] hoc est, manifestius & utilius: & quia ad destruendam illam positionem iustum est malum, manifestius est accipere iniustum est malum, quam accipere iustum est bonum: quoniam (ut Alexander deducit,) facilius est syllogizare, quod iniustum sit malum, quam quod iustum sit bonum. nam hoc syllogizari potest, & quia est uirtutum ciuitatis, & praeter naturae hominibus: nam homines sunt natura ciuiles, qui sunt inciuiles propter iniustitiam. Quare hoc contrarium est accipiendum, si uelimus destruere illud, iustum est malum. Ex iis potest colligi locus praecipuus, uidelicet. Cum alicui contrarium inest, alterum destruendum est inesse: uel cum alterum contrarium fuerit laudabile, alterum erit uituperabile. Alexander autem dicit hunc locum utilem esse ad destruendum, non tamen uniuersaliter ad construendum. quoniam

A sequitur: si hinc inest album, hinc non inest nigrum: non tamen sequitur si hinc inest album, hinc inest nigrum, quoniam potest illi inesse aliquid mediatorum, & in hoc locis ad destruendum nullus est. Nam impossibile est contraria esse simul in eodem. In contrariis uero inueniuntur respectu eorum, quae illa recipiunt, locus (ut Alexander inquit) ad destruendum, & ad construendum. Nec qui demonstrat sanum non esse malum, demonstrat sanum esse bonum, supponendo bonum & malum esse contraria inueniuntur: & qui demonstrat animal non esse equum, demonstrat animal esse sanum: & qui demonstrat numerum non esse imparem, demonstrat esse parum, & qui demonstrat animal esse benefacientem, demonstrat animal non esse malefacientem. Quando igitur fuerit aliquod problema ex contrariis compositum, cuius plura sint contraria, oportet (ut Aristoteles inquit) illud accipere ad destruendum problema, in quo conueniunt duo, & facilius, & manifestius abundamus. Alexander mouet questionem hic, quia non uidetur uerum, nisi plura esse contraria, ut dicitur primo libro de celo, & eodem libro Metaphysicae. Respondet Alexander & bene, quod uerum est in simplicibus contrariis, at cum contrarium fuerit compositum, potest habere plura contraria, non secundum idem, sed secundum diuersa uerbi causa, ut secundum numerum possunt plura esse contraria, ut nigrum, ex ea parte qua est frigidum, est contrarium calidum: ex ea parte, qua est alba, contrarium est nigrum. Similiter uero hinc, iustum est malum, contrarium est illud, in se est bonum ex parte praedicati: & illud est ex parte subiecti, iniustum est malum. Vbi patet uni esse contraria duo, non tamen una ratione. Circa praesentem locum plura inueniuntur dubitationes. Quarum prima est, quoniam Aristoteles asserit has non esse contrarias, amicis benefacientem, inimicis malefacientem: quod falsum uidetur, nam maior contrarietas est propositionum ex parte subiecti & praedicati, quam ex parte alterius tantum. Aristoteles dicit propositiones in quibus contraria praedicantur de contrariis non esse contrarias, primo, quia sunt eiusdem generis. Secundo, quia possunt simul uerae esse. Tunc dicere propositiones, in quibus contraria praedicantur de contrariis esse magis contrarias secundum materiam, propositiones uero, in quibus, aut contraria de eodem, aut idem de contrariis praedicantur, esse magis contrarias secundum formam, eo quia prima ratione propositiones possunt simul uerae esse: secundo uero modo nec, quod est de formali ratione contrariorum propositionum. Secundo occurrerit, quia non uidentur haec contraria, in quibus de contrariis praedicatur idem: ut amicis benefacientem, inimicis benefacientem, quoniam non est altera affirmatio, altera negatio, sed utraque affirmatio. Praeterea contrariae propositiones sunt, quae participant in eodem, eodem ordine eadem quantitate, & sola differunt qualitate, quae non sunt in talibus. Amplius uero non sunt contrariae uirtus est habitus, uirtus est habitus, & quidem nec habitus est uirtus, uirtus est habitus, in quibus idem praedicatur de contrariis: nec propter eandem rationem haec, calidum est equalitas, frigidum est qualitas, in se per nec uidentur contraria in quibus contraria praedicantur de eodem, non enim haec sunt contrariae, propositio est uera, propositio est falsa: quoniam si essent

contraria, haec esset uera, propositio est uera. igitur illa erit falsa, propositio est falsa. & sic haec est falsa, uirtus est contraria uirtuti, uirtus est uirtus, nulla propositio est falsa. Dicendum primo, regulam Aristotelis esse intelligendam in contrariis, non ratione compositionis, sed ratione extremorum. secundo dicendum regulam esse intelligendam in quatuor contrariis, in quibus uirtus est contrarium: entium de contrario. Tunc ad primam patet solutio, quoniam assumptum est uerum de contrariis ratione compositionis, ut libro de interpretatione dictum est: at hic loquitur de contrariis ratione extremorum.

Ad secundum patet solutio, nam licet uirtus & uirtutum sint contrariae, tamen habitus non habet contrarium: quod praedicatur de altero eorum tantum. Aristoteles enim loquitur in his contrariis, in quibus alterum de altero, & alterum de altero uere dicitur, ut sunt iustum, iniustum, bonum, & malum, in quibus bonum de iusto, & malum de iniusto uere dicitur, ut sunt etiam dolor, uoluptas, bonum, & malum, & cetera id generis. modo licet habitus uere dicatur de uirtute, non tamen id, quod est contrarium habitui, uere dicitur de uirtute: per idem soluitur cetera objectiones. Unde licet falsum & uerum sint contraria, non tamen alterum de propositione, alterum de eo, quod non propositio contrarium, uere enuntiantur.

Εἰ δὲ ἐστὶν ἐναντίον τῷ συμπερικείμενῳ, σκοπεῖται ἐν τῷ ἀρχαίῳ ὅτι τὸ συμπερικείμενον ἐστὶν ἡ ἀρετή, καὶ τὸ ἀρχαίον τὸ τοιοῦτον ἀρετή, καὶ τὸ ἀρχαίον τὸ τοιοῦτον ἀρετή, καὶ τὸ ἀρχαίον τὸ τοιοῦτον ἀρετή.

LOCVS. VIGESIMVS. TERTIVS.

51 Amplius, si est aliquid contrarium accidenti, considerandum est si inest ei cui dictum est accidens inesse. Si enim hoc inest, illud non inerit. Impossibile enim est simul contraria ei dem inesse.

Vigesimustertius locus (ut Alexander inquit) praecipuus, est inspicere ad contrarium accidentis: quod alicui subiecto assignatur accidere. Locus uero praecipuus est, nam si contrarium accidentis, quod alicui subiecto assignatur accidere, eidem subiecto inerit, accidens quod ei assignatur inesse, non inerit. & sic problema erit interueniendum, & locus destructiuus est, dicit, [Amplius si est aliquid contrarium accidenti,] quod si alicui subiecto assignatur inesse, [considerandum est,] per quae dedit intelligere locum praecipuum, deinde explicat locum praecipuum, & dicit, [considerandum] dico est, si inest ei] subiecto, [cui dicitur est accidens inesse: si enim hoc] contrarium [inest illud] scilicet quod assignatur accidere [non inerit] Hic est locus praecipuus, & (ut Alexander inquit) destructiuus, cuius loci causam assignat, & dicit, [Impossibile enim est simul contraria eidem inesse.] quare si contrarium accidenti inest, accidens non inerit. Differt autem hic locus uigesimustertius a loco proximo uigesimo secundo: quoniam locus proximus respicit ad bat ad contraria complexa, hic autem locus respicit ad



G militer autem et si concupiscibile ipsum aliquis respon-

Ανασκησάζοντι μὲν οὐ καὶ ἀπὸ τῆς εἰρηθείας...

54. Destruenti ergo, quemadmodum dictum est, utendum est...

Nunc tangit potestatem loci, et declarat ad quid sit utilis...

esse ad construendum, secundum contingere, non secundum inesse...


Solutionem Alexander attulit, locum hunc esse intelligendum...

Ἐπει δὲ αἱ ἀντιθέσεις τῶν ἀποφαιρέσεων...

VIGESIMVSSEXTVS LOCVS.

55 Quoniam autem oppositiones sunt quatuor, considerandum est...

A mere autem est ex inductione, ut si homo animal, non animal non homo...



C De loco præceptum Alexander plane loquitur, affectum enim locum præceptum esse respicere ad consequentiam...

non animal erit non homo. Amplius sequitur, si homo est animal, igitur si est non animal, est non homo...

**G** contradictionem, quae etiam dicitur conuersio per con-  
 trapositionem, aut hypotheticam, in qua argumentatur  
 ab opposito consequentis ad oppositum antecedentis, aut  
 categoricam, quae reducitur ad talem hypotheticam.  
 Haec enim, homo est animal, ergo non animal est non ho-  
 mo, reducitur ad illam, si homo est, animal est. igitur si  
 non est animal, non est homo. Ex his patet ratio loci pra-  
 cepti, nam cum ex opposito consequentis in hypothetica  
 necessaria, sequatur oppositum antecedentis, fit, ut si affir-  
 matio praedicati et consequentis sequitur affirmationem  
 subiecti, et antecedentis, negatio subiecti et anteceden-  
 tis, sequatur negationem praedicati et consequentis. Cuius  
 rationem etiam Albertus assignat, nam praedicatum cum  
 fuerit consequens ad subiectum, est superius: cui uero ne-  
 gatur redditur inferius subiecto negato, non homo enim  
 communius est non animali. Et ideo non homo sequitur ad  
 non animal, sicut animal ad hominem. Et propterea Ari-  
 stoteles inferendo locum praecipuum pro regula, inquit,  
**H** [In omnibus igitur tale est existimandum.] tale hoc est,  
 locum praecipuum assignatum, qui est, si affirmatio pra-  
 dicati sequitur affirmationem subiecti, negatio subiecti se-  
 quitur negationem praedicati. quod iterum probat indu-  
 ctione, et exemplo, et dicit, [ut si bonum suauis,] ut Epi-  
 curus inquit, qui uult summum bonum esse uoluptate, [et  
 non suauis non bonum, si autem non hoc,] hoc est, si autem  
 non suauis non est bonum, nec illud erit, scilicet bo-  
 num suauis. Per hunc locum soluitur problema, utrum be-  
 nefaciendum non amicis, ut Socrates opinatur, an non, ut  
 opinatur Aristoteles. Solutio peripatetica est, si benefaci-  
 endum amicis, non amicis non benefaciendum. argumen-  
 tum uidelicet per locum a consequentia conuerso facta  
 secundum opposita contradictionis. Deinde tangendo lo-  
 ci potestatem declarat hunc locum, qui est a consequentia  
 conuerso facta secundum opposita in contradictione, et  
 se utilem ad destruendum, et ad construendum, et dicit,  
 [Similiter autem si non suauis non bonum] ualebit con-  
 structiue, [bonum suauis.] et si non animal non homo, ho-  
 mo animal. Amplius, et si non bonum non est eligibile, eligibile  
 bonum: nam sicuti ex negatione praedicati sequitur nega-  
 tio subiecti, ita etiam ex affirmatione subiecti sequitur af-  
 firmatio praedicati. Tunc concludit potestatem loci, et  
 dicit, [Manifestum igitur, quoniam ad utrumque conuer-  
 titur, quae secundum contradictionem est consequentia  
 conuerso facta.] Valet enim ad destruendum, et ad  
 construendum: ad destruendum quidem, ut si problema  
 sit utrum benefaciendum sit non amicis, an non, destrui-  
 mus enim, quoniam si benefaciendum est amicis, non ami-  
 cis erit non benefaciendum: ad construendum uero, ut si  
 problema sit, utrum bonum sit suauis, an non, construe-  
 mus, non suauis est non bonum, igitur bonum est suauis,  
 aut si problema fuerit, utrum iustum honestum, an non,  
 construimus, non honestum, non iustum, igitur iustum ho-  
 nestum. Utrum uero in oppositis secundum contradi-  
 ctionem, fieri possit consequentia in ipso, quae fit, ut dice-  
 mus ab opposito subiecti, siue antecedentis ad oppositum  
 praedicati siue consequentis. Alexander dicit non uni-  
 uersaliter fieri posse talem conuersionem, sed in quadam  
 materia: ut in propriis et definitionibus, nam si ho-  
 mo est, risibile est: et si non est risibile, non est homo:  
 et si album color segregatiuus uisus, non color disgre-

gatiuus uisus non album, etiam ualeat conuerso omnibus  
 modis. At locus, qui expositus est, non in propriis solum  
 atque definitionibus ualeat, sed in generibus, differentiis,  
 et accidentibus ualeat. De conuersione per contraposi-  
 tionem, et de dubitationibus quae contingunt circa eam,  
 diligenter diximus primo Priorum, et in Ludicris dia-  
 lecticis: nunc non oportet immorari circa ea, quae ibi di-  
 ximus, sed tantum quaedam addenda pro diligentiori cu-  
 ra. Occurrunt ergo qui conuersionem per contrapo-  
 sitionem negant. primo quia non sequitur in propo-  
 sitionibus uniuersalibus affirmatiuis, omnis homo est ens,  
 igitur omne non ens est non homo, quia antecedens est  
 uerum, et consequens falsum, nam subiectum conse-  
 quentis pro nullo supponitur: modo affirmatiua pro-  
 posita est falsa, cuius subiectum pro nullo supponitur.  
 Secundo, non sequitur de particulari negatiua, quaedam  
 chimera non est homo, igitur quidam non homo non est  
 non chimera. Antecedens enim uerum est, consequens  
 autem falsum: quia eius contradictorium, uidelicet illud,  
 omnis non homo est non chimera, est uerum. Tertio per  
 talem conuersionem non conuertitur uniuersalis negati-  
 uia: haec enim uera est, nullus lapis est animal, haec au-  
 tem falsa, nullum non animal est non lapis, cum contra-  
 dictorium huius sit uerum uidelicet aliquid non animal  
 est non lapis, lignum enim non animal lapis est. Simili  
 ratione patet, quoniam particularis affirmatiua non con-  
 uertitur per contrapositionem, non enim sequitur, qui-  
 dam homo est ens, ergo quoddam non ens est non ho-  
 mo, antecedens enim uerum est, consequens uero falsum,  
 cum subiectum consequentis pro nullo supponatur. A-  
 lexander dicit in commentariis huius loci, tunc conuer-  
 sionem per contrapositionem esse cum necessitate con-  
 sequentiae, cum aut fuerit hypothetica, in qua argu-  
 mentatur ab opposito consequentis ad oppositum ante-  
 cedentis: aut fuerit categorica, quae reducitur ad talem  
 hypotheticam. Haec enim, homo est animal, ergo non  
 animal est non homo, reducitur ad illam, si homo est,  
 animal est. igitur si non est animal, non est homo. Et  
 quia haec uidelicet, omnis homo est ens, non reducitur  
 ad hypotheticam, quoniam si reduceretur, maxime re-  
 duceretur ad hanc, si omnis homo est, igitur omne ens  
 est, quae non est necessaria per se: ideo illa, omnis ho-  
 mo est ens, non potest conuerti per contrapositionem.  
 Simili ratione de secunda, et de tertia, non enim possunt  
 reduci ad hypotheticam, cuius consequens sit superius  
 ad antecedens, cum utraque sit negatiua, ubi praedica-  
 tum non est uniuersalius subiecto. De quarta uero di-  
 cendum, quod illa est bona conuersio, quoniam anteceden-  
 dens, et consequens sunt uera, nec est uerum quod sub-  
 iectum consequentis supponatur pro nullo, nam ille ter-  
 minus non ens, quod est subiectum consequentis, suppo-  
 nitur pro aliquo, ut pro ligno, quod est non ens leo, uel  
 non ens bos, et sic de aliis. Simili ratione fortasse dici  
 posset de illa, omnis homo est ens, igitur omne non ens  
 est non homo, nam ipsum non ens supponitur pro omnia-  
 bus non entibus talibus, uerum de hac alibi.  
 Adhuc occurrit, quia non sequitur, homo est ani-  
 mal, igitur nullum animal est nullus homo, et tamen ar-  
 gumentum est secundum regulam, quia per consequen-  
 tiam conuerso secundum opposita contradictoria.

**A** Quod uero non sequatur, patet, quoniam antecedens est  
 uerum, consequens autem falsum: quia illa, nullum ani-  
 mal est nullus homo, equipollet huic, omne animal est ali-  
 quis homo, quae uidetur falsa. Adinolphus et Hibe-  
 rus, et alii iuniores asserunt propositionem hanc, nullum  
 animal est nullus homo, equipollere huic, one animal est  
 aliquis homo. Veluti haec, nihil est nihil, equipollet huic,  
 quodlibet est aliquid, uel omne ens est aliquid ens: pro-  
 pterea dixerunt terminos bisariam contraponi posse, aut  
 secundum praedicationem, aut secundum consequentiam.  
 Aristoteles ergo docet terminare problema per inspectio-  
 nem ad consequentiam, et non per inspectionem ad pra-  
 dicationem, intendit enim quod si ad a, sequitur b, ad non  
 b, sequatur non a, et non si de a, praedicetur b, quod de  
 non b, praedicetur non a. Quare ad consequentiam, et non  
 ad praedicationem inspectit Aristoteles. Sed hoc contra Alexan-  
 drum, qui asserit Aristotelem intelligere per consequen-  
 tiam conuerso secundum contradictoria, conuersionem  
 per contrapositionem, quae fieri potest tam in suppositi-  
 uia, quam in praedictiua propositione. Dixit etiam tunc  
 conuersionem per contrapositionem esse cum necessitate  
 consequentiae, cum aut fuerit hypothetica, in qua argu-  
 mentatur ab opposito consequentis, ad oppositum anteceden-  
 tis: aut fuerit categorica, quae reducitur ad talem hy-  
 potheticam, igitur Aristoteles loquitur utroque modo, et  
 secundum consequentiam et secundum praedicationem.  
 Propterea dicendum Aristotelem intelligere per conse-  
 quentiam conuerso factam secundum opposita contra-  
 dictoria, conuersionem per contrapositionem, in qua ter-  
 mini contraponuntur contradictorie infinitanter, non au-  
 tem in qua contraponuntur contradictorie neganter, et  
 quia in illa, nullum animal est nullus homo, termini contra-  
 dictorie ponuntur neganter, ideo non est conuertes illi-  
 us, homo est animal, sed conuertens illius est, non animal  
 est non homo, alioquin non solum termini mutarentur, sed  
 quantitas. Utrum uero haec, nullum animal est nullus ho-  
 mo, equipollet illi, omne animal est aliquid homo, et qui  
 negatio tenetur contradictorie neganter, et quando con-  
 tradictorie infinitanter, in Ludicris dilectauimus: nunc  
 uero satis sit dictum Aristotelem loqui de consequentia  
 conuerso, in qua termini mutantur secundum qualitatem  
 et ordinem, non autem in qua propositio mutat quanti-  
 tatem uel qualitatem, sicut esset in casu, nam propositio il-  
 la, homo est animal, est indefinita, haec uero, nullum ani-  
 mal est nullus homo, est uniuersalis, uel equipollet illi,  
 omne animal est aliquid homo, quae est uniuersalis: quare  
 conuertens erit, non animal est non homo, quae est affir-  
 matiua, et indefinita, sicut sua conuersa.

Επι δε τῆς ἀναγωγῆς σκοπεῖται ἐν τῷ ἐπι-  
 τῆς τὸ ἐναντίον ἐπιτῆ, ἢ ἐπι ταυτὰ ἢ ἀκόλῃθι  
 σι, ἢ ἀναγωγῆς ἀναγωγῆς. Κατὰ σκοπεῖται ἐν  
 τῷ λαμβάνειν δε ἢ τῷ τὰ τοιαῦτα ἐξ ἐπαγωγῆς.  
 ἐπι ταυτὸ ἢ, ἢ ἀκόλῃθις, ὅπου τῷ ἀναγωγῆς.  
 τῷ δε λῆ. τῷ ἢ, ἀναγωγῆς ἀναγωγῆς. τῷ δε,  
 κατὰ. ἢ τῷ ἢ, ἀκόλῃθι τὸ ἀναγωγῆς, τῷ δε,  
 τὸ φερετόν. ἐπι ταυτὰ ὅτι ἢ τῷ οὐτως ἢ ἀκο-  
 λῃθις δε ἢ τῷ ἐπι τῷ ἀναγωγῆς.

56 In contrariis autem, considerandum  
 si contrarium contrarium sequatur,  
 an in ipsis consequentia sit, an conuerso,  
 & interimeti, & costruenti. Sumere  
 autem & talia est ex inductione, &  
 quantum quidem uilis sit in ipso  
 consequentia, ut in fortitudine & ti-  
 miditate: nam illam quidem sequitur  
 uirtus, hanc autem, uicium: & illam  
 quidem sequitur eligendum, hanc  
 autem fugiendum. In ipsis igitur &  
 sic consequentia est. Contrau enim  
 eligendum fugiendo est, similiter autem  
 & in aliis.

Cum exposuisset locum uigesimum sextum in contra-  
 dictoriis, nunc docet locum uigesimum septimum in con-  
 trariis, et locus praecipuus est, respicere ad consequen-  
 tiam in ipsis secundum contrarietatem. locus uero praeci-  
 ptus est. Si contrarium sequitur uel praedicatur de contra-  
 rio, contrarium illius praedicati sequitur uel praedicatur  
 de contrario illius subiecti, uerbi causa, si de fortitudine  
 praedicatur uirtus, de timiditate praedicabitur uicium. Quare  
 locus praecipuus est, si aliquid praedicatum habens con-  
 trarium sequitur ad aliquod subiectum, uel praedicatur  
 de aliquo subiecto habente contrarium, contrarium il-  
 lius praedicati praedicabitur de contrario subiecti. Et si  
 praedicabitur, problema est construendum: si autem non  
 praedicabitur, problema erit interimendum, uerbi causa,  
 sit problema, utrum timiditas sit uicium, an non, construc-  
 tur problema, quoniam fortitudo est uirtus, igitur timidi-  
 tas est uicium. Si autem problema sit, utrum caecitas sit  
 ignorantia, an non, destruetur problema, quoniam uisus  
 non est scientia, igitur caecitas non est ignorantia. Aristoteles  
 ergo primo proponit quod intendit, et dicit, [In con-  
 trariis autem considerandum, si contrarium] scilicet pra-  
 dicatum habens contrarium [sequatur contrarium].] scilicet  
 subiectum habens contrarium, utrum subaudi, contra-  
 rium praedicati sequatur ad contrarium subiecti. et  
 si, subaudi, sequatur, [an in ipsis consequentia sit, an con-  
 uerso] sit consequentia, et si, subaudi, sequatur secundam  
 consequentiam in ipsis utrum sequatur [construenti, et  
 interimenti,] an altero modo tantum. Quod uero ad  
 uerba attinet, consequentia in ipsis, uel in ipso, quae grae-  
 ce dicitur, ἐπι ταυτὰ ἢ ἀκόλῃθις, est quando  
 ad oppositum antecedentis, sequitur oppositum conseque-  
 tis, seruato eo ordine terminorum, quo consequens seque-  
 batur ad antecedens: uel sub aliis uerbis consequentia in  
 ipsis est, quando aliquid praedicatum habens contra-  
 rium praedicatur de aliquo subiecto habente contrarium,  
 et contrarium praedicati de contrario subiecti seruato  
 eodem terminorum ordine: ut si fortitudo est uirtus, timi-  
 ditas est uicium, et potest intelligi in suppositiuis pro-  
 positionibus, et praedictiuis, ut superius Alexander di-  
 xit. Nam ualeat etiam, si fortitudo est, uirtus est, igitur si  
 timiditas est, uicium est. seruatur autem idem ordo, quoni-



am subiectum in prima, est fortitudo, et predicatum uirtus. In secunda autem, subiectum est timiditas, quae contra-ria est fortitudini, et predicatum uitium, quod est uirtuti contrarium. Unde Aristoteles per antecedens intelligit subiectum, uel quod potest esse subiectum, et per consequens intelligit predicatum, aut quod potest reduci ad predicatum. et per sequi predicari intelligit, aut quod potest reduci ad predicari, quippe cum locus iste (ut Alexander dicit) in suppositiuis, et predicatiuis uerus sit. Quo uero modo predicatum pro consequenti, et subiectum pro antecedenti accipiatur, libro Priorum satis dilucidatum est. Deinde assignat rationem, per quam locus preceptus demonstrari potest, et dicit, [Sumere autem et talia] scilicet talia loca precepta est ex inductione, quae admodum est in iis quae fuerunt secundum contradi-ctionem. Dupliciter enim ut diximus, regulae dialecticae demonstrari solent, aut syllogismo contradictionis, aut in inductione, topicus quidem inductione suas regulas demon- strat, analyticus uero syllogismo contradictionis. Sumere etiam est per inductionem, et quantum quidem uti- lis sit in ipso consequentia. Deinde exponit inductionem, et dicit [ut in fortitudine et timide, cum illam quidem sequitur uirtus. Est enim fortitudo uirtus] Hanc autem uirtutem, est enim timiditas uitium. [Et illam quidem se-quitur eligendum,] est enim fortitudo eligenda. [Hanc au-tem, fugiendum,] est enim timiditas fugienda. tunc eligit regulam in exemplis assignatis, et dicit, [In ipsis igitur et sic consequentia est] uidelicet si problema est, utrum timiditas sit uirtus, an non, constituitur problema, hoc pacto, fortitudo est uirtus, igitur timiditas est uitium, uel si problema sit, utrum timiditas sit fugienda, an non, constituitur problema, hac ratione, fortitudo est eligenda, igitur timi- ditas est fugienda. Cuius rationem assignat ex loco pre- cepto, et dicit, [Contrarium enim eligendum fugiendo est.] modo locus preceptus erat. Si contrarium contrari- um sequitur, et contrarium contrarium sequitur: quare si eligendum sequitur fortitudinem, fugiendum quod est contrarium eligendo, sequetur timiditatem, quae est contraria fortitudini. et reddes inductione uniuersale, et perfecte, addit, [similiter autem et in aliis.] hoc est, et sic de sin- gulis est, scilicet uirtutibus et uitibus, sicut enim in fortitu- dine, et timide, ita et in iustitia, et in iniustitia, et in omnibus uirtutibus, et contrariis ipsarum uirtutis conse- que- tia, in ipsis ualeat. Hoc pacto Alexander intellexit, ego ue- ro intelligo, [similiter autem et in aliis] omnibus contra- rius, non solum uirtutibus et uitibus, sed in omnibus aliis. In omnibus enim aliis, si contrarium contrarium sequitur, et contrarium contrarium sequitur: ut si esset problema, utrum album sit disgregatum uisus, an non, terminatur per contrarium, nam si nigrum est cogregatum uisus, album erit disgregatum uisus, aut si problema esset, utrum calidum rarefacit, an non, terminatur etiam per co- trarium, nam si frigidum condensat, calidum rarefacit, et in ceteris simili ratione. Si enim (ut Alexander inquit) per similitudinem in aliis, solum intelligeret, similitudinem in aliis uir- tibus et uitibus, inductio non fuisset sufficiens in omnibus. Simili ratione locus utilis est ad destruendum, ut Alexan- der exponit, nam si problema esset, utrum nigrum sit ma- lum, an non, problema interimitur per regulam eandem, nam album non est bonum, igitur nigrum non est malum.

aut si esset problema, utrum calidum sit eligendum, an no, et interimitur per eandem maximam, frigidum non est fu- giendum, igitur calidum non est eligendum. Quare loc- us ad destruendum et construendum utilis est. Sed occurres, quia non sequitur, prodigalitas est uitium, igitur auaritia est uirtus, nec sequitur, omnem hominem cur- rere est falsum, igitur nullum hominem regulam, nam uirtus et uitium contraria sunt, et prodigalitas et auaritia etiam contraria. Similiter omnem hominem currere, et nullum hominem currere, esse contra- ria patet, et falsum et uerum similiter. Insuper album et nigrum sunt contraria, sanum etiam et aegrum sunt contraria, et tamen non sequitur, album est sanum, igitur nigrum est aegrum. Iuniores non male respondent, dicunt enim ad hoc, ut consequentia in ipsis sit utilis, requiritur primo, ut fiat in contrariis, quae opponit- tur eodem oppositionis modo, et sic prima instantia ces- sat, nam uirtus et uitium opponuntur ueluti medium et extremum, prodigalitas autem et auaritia ueluti extre- ma, utrunque enim excessus est, ideo cessat instantia. Secundo, requiritur ut utraque ex parte contraria sumat- ur incomplexa, modo non sic sumuntur in secunda instan- tia, quoniam antecedentia siue subiecta, sunt contraria complexa, omnem enim hominem currere, et nullum ho- minem currere, contraria dicimus complexa: uerum au- tem et falsum, incomplexa. Tertio requiritur, ut conse- quens siue predicatum sequatur, uel predicetur de sub- iecto per se, modo sanum de albo, et aegrum de nigro no- per se predicantur. Alexander autem, ut ex uerbis eius patet, asserit regulam ueram esse, quando consequens siue predicatum sequitur ad antecedens, siue ad subie- ctum proprie, hoc est ita ad illud, quod non ad illius contrari- um: et sic tolluntur omnes instantiae, nam uitium non sequitur prodigalitatem, quia sequatur auaritiam: fal- sum etiam non sequitur omnem hominem currere, quia etiam aliquando sequi possit nullum hominem currere. Sanum quoque non sequitur album, quia sequi possit nigrum. Quare instantiae non sunt secundum regulam, est enim regula, si unum contrarium sequitur ad contrari- um propria consequentione, et illius contrarium sequetur ad contrarium etiam propria consequentione: ita ut si sequatur, problema constituitur, si autem non sequatur, problema interimitur.

Ανάπαλιπ δὲ ἢ ἀπολθόντες διὸν εὐεξία ἢ ἡ ὑγι- εία ἀπολθόντες, καχεξία δὲ νόσος οἷ. ἀλλὰ νόσος κα- χεξία, ἀλλοιοῦ δὲ ἀνάπαλιπ ἐπὶ τῶτων ἢ ἀπο- λθόντες γίνονται. ἀνάπαλιπ ἐπὶ τῶτων ἢ ἀπολθόντες γίνονται, ἀλλὰ τῶτων καχεξίας, ἐπὶ ταυτὰ ἢ ἀπολθόντες. εἰ δὲ μὴ ἐπὶ ταυτὰ ἢ ὑγι- εία, δὲ ὑπαντίον ἀπολθόντες, μὴτε ἀνάπαλιπ, ἀλλοιοῦ δὲ οὐδὲ ἐπὶ τῶτων ἢ ἀπολθόντες τῶτων ἢ ἀπολθόντες, ἐπὶ δὲ ἐπὶ τῶτων ἢ ἀπολθόντες, ἀνάπαλιπ τῶτων ἢ ἀπολθόντες.

57 Econuerso autem, consequen- tia: ut bonam quidem habitudinem sanitas sequitur, malam autem habi-

tudinem, aegritudo nequaquam, sed aegritudinem, mala habitudo. Mani- festum igitur, quoniam econuerso consequentia in his fit. Raro igitur econuerso accidit in contrariis, sed in pluribus in ipsis consequentia. Si ergo neque in ipsis contrarium sequitur contrarium, neque econuerso, ma- nifestum quoniam neque eorum, quae dicta sunt, alterum sequitur alterum. Si autem in contrariis, & in iis quae dicta sunt, necesse est alterum sequi alterum.

Cum ostendisset quomodo in contrariis fit in ipso co- sequentia, tunc ostendit quomodo in contrariis, et in quibus contrariis fit econuerso consequentia, et dicit, [Eco- uerso autem consequentia] subaudi, aliquando fit in con- trariis, et exponit in quibus per exemplum, et dicit, [ut bonam quidem habitudinem] sanitas sequitur, quoniam bona habitudo sanitas est [malam autem habitudinem,] quae est contrarium subiecti, aegritudo, quae est contra- rium predicati, nequaquam sequitur. [sed aegritudine mala habitudo] sequitur, est enim aegritudo mala habi- tudo, et ideo non sequitur per locum a consequentia in ip- sis, bona habitudo est sanitas: igitur mala habitudo est aegritudo, sed sequitur per locum a consequentia econuer- so, bona habitudo est sanitas: igitur aegritudo est mala ha- bitudo, unde si problema esset, utrum aegritudo est mala habitudo, an non, problema interimitur potest constructi- ue per locum a consequentia econuerso in contrariis hoc pacto, bona habitudo est sanitas, igitur aegritudo est ma- la habitudo: per quae patet in contrariis fieri consequen- tiam econuerso, quoties sicut ad subiectum sequitur pra- dicatum, ita ad contrarium predicati sequitur subiecti co- trarium. Unde quia sanitas quae est predicatum, sequitur ad bonam habitudinem, quae est subiectum, est enim bo- na habitudo sanitas, et mala habitudo, quae est contrarium subiecti, scilicet bona habitudinis, sequitur ad aegritudi- nem, quae est contrarium predicati, quia aegritudo est ma- la habitudo, ideo in his contrariis fit consequentia econ- uerso. Tunc concludit, in quibus contrariis, consequentia econuerso fit, et dicit, [Manifestum igitur, quoniam eco- uerso consequentia in his] contrariis fit, quae sic se ha- bent, ut sanitas ad bonam habitudinem, et mala habi- tudo ad aegritudinem, nam sanitas ad bonam habitudinem se habet, ut quid communius et consequens. Aegritudo uero ad malam habitudinem se habet, ut antecedens et inferius. Quoties igitur contraria ita se habent, in talibus econuerso consequentia fit, et quia uirtus ad felicitatem se habet, ut sanitas ad bonam habitudinem, quoniam uir- tus sequitur felicitatem. Est enim felix studiosus, et feli- citas uirtus, et uitium ad infelicitatem, ut aegritudo ad ma- lam habitudinem, quoniam uitium est infelicitas, et uitio- sus infelix, ideo in talibus sequitur, felix est studiosus, igitur uitiosus est infelix: per locum a conse- quentia econuer-

so. Tunc concludit, quales fit consequentia econuerso: quae fit in contrariis, et dicit, [Raro igitur econuerso acci- dit] consequentia in contrariis quoniam non per se sed per accidens, quoties contraria ita se habent, ut sanitas et aegritudo, et bona habitudo et mala habitudo. [sed] in contrariis consequentia in ipsis accidit in pluribus. Tunc epilogat potestatem loci, et dicit, [Si igitur neque in ipsis] hoc est, neque per consequentiam in ipsis contra- rium sequitur contrarium] hoc est, contrarium predica- ti sequitur ad contrarium subiecti, neque econuerso, hoc est, neque per consequentiam econuerso, scilicet contra- rium subiecti sequitur ad contrarium predicati. [Mani- festum, quoniam neque eorum] problematum] quae dicta sunt alterum] scilicet predicatum, [sequitur alterum.] id est ad subiectum in talibus problematibus. [Si autem in co- trariis] scilicet per consequentiam in ipsis solum, contra- rium predicati sequitur ad contrarium subiecti, [neces- se est in talibus] problematibus] alterum sequi alterum,] hoc est, predicatum sequi ad subiectum, et non modo per consequentiam in ipsis, ut in pluribus, uerum etiam per consequentiam econuerso, aliquando, et raro, ut quan- do contraria se habuerint, ut dictum est. Propter quae au- tem causam mala habitudo sequitur aegritudinem, et no- aegritudo sequitur malam habitudinem, et propter quae causam sanitas sequitur bonam habitudinem, et non eco- uerso bona habitudo sanitatem, Alexander non exposuit, iuniores, qui Albertum sequuntur, ut Adolphus, et A- nonymus latinus interpres, quos etiam externi sequun- tur, asserunt uerbum graecum εὐεξία, significare bonam dispositionem corporis intus, et extra, et ideo nisi huius- modi corpus dicitur intus et extra bene affectum, non di- citur bene habitatum. Sanitas autem, quae graece est ὑγιεα, dicitur bona dispositio intus. Et quia pars integra- lis sequitur ad totum, et non econuerso: quia sequitur, est domus, igitur paries, et non econuerso, ideo sanitas se- quitur bonam habitudinem: quae est bona dispositio intus et extra, sequitur enim, est corporis bona dispositio: in- tus et extra, igitur sanitas, non autem econuerso, quia non sequitur est bona dispositio intus, igitur est bona dispo- sitio intus et extra. Et ita non sequitur, est sanitas, igitur est bona habitudo, καχεξία uero est mala dispositio intus uel extra, aegritudo, autem, quae graece dicitur νόσος, est mala dispositio intus et extra, ideo mala habitudo sequi- tur aegritudinem, quoniam sequitur est mala dispositio in- tus et extra, igitur mala dispositio intus uel extra. Quare ea contraria quae ita se habent, ut sanitas ad bonam ha- bitudinem, et mala habitudo ad aegritudinem, conuertitur secundum consequentiam econuerso. Habet autem se sanitas ad bonam habitudinem, ut pars integras ad totum. Mala etiam habitudo ad aegritudinem eodem mo- do, ut pars ad totum, quare quae se habent hoc pacto, se- cundum consequentiam econuerso conuertuntur, hoc pacto se habet uirtus ad felicitatem, et infelicitas ad uitium, ideo sequitur, si felicitas est uirtus, ergo uitium est infelicitas. Et licet haec non sapiant medicinalem facultatem, tamen possunt esse ueritati consona, quoniam licet ad sa- nitatem requiratur utraque bona dispositio, scilicet intus et extra, ueluti ad felicitatem requiruntur tria bona, ta- men illud quod de sanitate et aegritudine dictum est, fit pro exemplo dictum, cuius non ueritas, sed manifestatio re-





Cæcitas non est insensibilitas. eorum, qui demonstrat logicum non esse iustum, quoniam logica non est iustitia.

Σκοπή δὲ μὴ μόνον τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τῶν ζῴων, ὅτι ἐν αὐτοῖς τὸ ἐνοητικὸν εἶναι οὐκ ἀγαθὸν οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἰδῆναι, οὐδὲ γὰρ τὸ κακὸν λυσιπρόβουτον ἔστιν ἐν τοῖς ζῴοις.

LOCVS TRIGESIMVS.

65 Considerandum autem non solum in eo, quod dictum est, sed etiam in contrario contrarium, vt quonia bonum non ex necessitate est suauis, nec malum quoque est triste.

Locus trigessimus preceptus est respicere ad consequentiam in ipsis in coniuatis. Locus vero preceptus est, si aliquid predicatum habens contrarium inest alicui coniuatorum, necesse est, ut contrarium illius inest omnibus coniuatis correspondenter secundum suum modum.

le malitie. Amplius, suauis, suavis, et suauiter coniugata sunt suauitati. triste, tristis et tristiter coniugata sunt tristitia.

μάλλον γὰρ ἂν φαίνοιντο ἀδίκως, ἐμπειρώσεως, ἢ ἀπειρώσεως.

66 Magis enim vtique apparebit quod iniuste est, experienter, quam inexperienter esse.

Impossibile est, ut per particulam enim, reddat causam eius, quod proxime dixit, sed potius reddit causam cuiusdam tacti contra Socratem.

οὐτὸς δ' ἂν τὸ αὐτὸ ἔρηκε πρὸς τὸν αὐτὸν, οὐ γὰρ ἔστιν ἀπολοθῆναι ὁμοῦ ἂν ἄλλο πᾶσι σὺν αὐτῷ, ἢ ἕξ ἑναντίων τῶν ἐναντίων ἀπολοθῆναι.

67 Hic autem locus dictus est prius in contrariorum consequentius. Nihil enim aliud nunc ostendimus quam contrarium sequi contrarium.

Nunc vero comparat hunc locum trigessimum loco uigesimo septimo, et dicitur. [Hic autem locus] scilicet trigessimus [dictus est prius in contrariorum consequentius.] qui fuit locus uigesimus septimus, nam hic locus est respicere ad consequentiam in ipsis, quia licet nunc consideretur contrariorum consequentia in coniugatis et castibus, superius autem absolute in contrariis, tamen simpliciter idem locus est cum illo.

quid inuisus, qui malus est, sit ignorans, quare iniuste factum ignoranter est factum, et inexperienter. Adhuc malum sit propter defectum earum conditionum, que requiruntur ad hoc ut fiat bonum, constat autem tres esse conditiones que requiruntur ad hoc, ut fiat bonum, ut scire, uelle, et imperari ab illis operari.

Ἐν τῷ ἡγεμονίῳ καὶ φρόνησίῳ, ἢ ποιητικῶν, καὶ φρονίμων, καὶ ἀνοητικῶν, καὶ κατὰ σῶμα ἀνοητικῶν, τῶν γὰρ αὐτῶν γενέσθαι ἢ ἀγαθῶν, καὶ αὐτὰ ἀγαθὰ, καὶ αὐτὰ ἀγαθὰ, καὶ ἄνθρωποι γενέσθαι ἢ κακῶν, καὶ αὐτὰ κακῶν, ἐστὶν δὲ ἡ φρόνησις, ἀνάπαλις, εἰ γὰρ αὐτὸ φρόνησιν ἢ ἀγαθῶν, αὐτὰ ἢ κακῶν, εἰ δὲ αὐτὸ φρόνησιν ἢ κακῶν, αὐτὰ ἢ ἀγαθῶν, ὁ δὲ αὐτὸς λόγος, καὶ τὸ εἶναι ποιητικῶν καὶ φρονίμων, ὅσον μὲν γὰρ τὰ ποιητικὰ ἀγαθὰ, καὶ αὐτὰ ἢ ἀγαθῶν, ὅσον δὲ τὰ φρονίμων ἀγαθὰ, αὐτὰ ἢ κακῶν.

LOCVS TRIGESIMVS PRIMVS.

68 Amplius in generationibus & corruptionibus, & effectiuis, & cor-

ruptiuus; & interimenti, & constructiuus. Nam quorum generationes bonæ sunt, & ipsa bona sunt, & si ipsa bona sunt, & generationes bonæ. Si autem generationes malæ, & ipsa mala. In corruptionibus autem econtrario: si enim corruptiones bonæ, ipsa mala. Sin autem corruptiones malæ, ipsa sunt bona.

Cum dixisset loca destructiua, & constructiua, que accipiuntur a consequentiis in contrariis absolute, et in coniuatis, nunc assignat alia loca argumentandi que sunt similia us locis, que sumuntur a consequentia in contrariis, ut illa ad destruendum et construendum.

Et per generationem, ut Alexan. exponit, intelligere possimus, aut administrationem omnium eorum, ex quibus res ipsa generatur, uerbi causa, ut diæta, que est generatio sanitatis, quatenus per eam sanitas ipsa generatur.





Σκοπεῖν δὲ ἕνα ἢ ἐφ' ἑνὸς ἢ ἐφ' ἑνὸς ἢ ἐφ' ἑνὸς...

LOCVS TRIGESIMVSTERTIVS.

71 Considerādū autē & si in vno, & si in pluribus, similiter se habeāt.

H

Iste locus trigesimustertius (ut Alexander inquit) est respicere in similibus secundum substantiam ad consequentiam ab uno ad multa.

Est. Et quoniam contingit multa scire, et non multa intelligere, uel cogitare, ideo scire non est cogitare, uel intelligere.

Ἔστι ἐν τῷ μάλῳ ἡ ἴση ἢ ἡ ἴση ἢ ἡ ἴση...

LOCVS TRIGESIMVSQVARTVS.

72 Amplius, ex magis, & minus: sunt autem eius, quod est magis loci quatuor.

B

Nunc tradit loca, quae sumuntur ex magis et minus, et etiam ex similitudine se habentibus, et constructiua et destructiua.

Ἐπισημασθε δὲ τὸν ἕνα ἢ τὸν ἕνα...

Ἐκὸς δὲ τῆς ἴσης ἢ τῆς ἴσης ἢ τῆς ἴσης...

73 Vtilis autem ad vtrumque hic locus, nam si sequatur ad subiecti incrementum accidentis incrementum, quemadmodum dictum est, manifestum quoniam accidit: si autem non sequatur, non accidit.

Nunc assignat utilitatem loci, et dicit. [Vtilis autem est ad vtrumque hic locus] scilicet ad construendum et destruendum.



G additur quale, ipsum appositum erit multo prius quale. unde dicitur. [Amplius, autem ex appositione] subaudi tri-

cit hoc esse falsum, quoniam albedo non est agens facies parietis album, sed forma: agens enim est calx, quae facit parietem album. Sed si haec solutio esset uera, hic locus non esset utilis ad terminandum problema accidentis

Εὐεῖ τὸς τὸ ὑπερῆχος ποσὸς εἶναι τὸ μᾶλλον τοῖς τοιοῦτον ὅρι ὑπερῆχε. Ἐὐτὸ ἐσὺ τοιοῦτον ὁμοίως δὲ ἔπει ἄλλω.

LOCVS QVADRAGESIMVS.

79 Amplius autem si id, ad quod est appositum aliquid facit magis tale, quale erat, & ipsum erit eiusmodi, similiter autem & in aliis.

Alexander legi hunc locum praecipuum quadragesimum, cum loco praecipuo trigessimono, quoniam ex iis mult fieri solum unum locum. Ego autem legem distincte, & dicerem hunc locum esse quadragesimum, uerum potest praesens locus dupliciter intelligi, uno modo referendo illud pronomen ipsum ad subiectum, cui fit appositio, & tunc locus praecipuus est, si aliquid apponitur alicui, & reddit illud, cui apponitur magis tale: & ipsi uidelicet, cui apponitur, & tunc prius tale. uerbi causa, si additur alicui aliquid bonum, & subiecti cui additur, redditur magis bonum, tale subiectum, cui additur, prius erat bonum, & iuxta hanc expositionem inquit, [Amplius autem si id,] scilicet subiectum, [ad quod est appositum aliquid facit magis tale, quale erat, & ipsum] scilicet subiectum cui additur, [erit] scilicet dicendum [huiusmodi] quale post additionem dicitur. Alio modo exponi potest referendo illud pronomen [ipsum] ad id, quod additur, & tunc lege sic: [Amplius autem si id ad quod est appositum aliquid,] scilicet album uel bonum, [facit magis tale, quale erat] scilicet album magis, uel magis bonum, [et ipsum quod apponitur, erit huiusmodi] scilicet album uel bonum simpliciter: & hoc patet, si recte intellexi, exponit Alexander. & Aristoteles ita intelligit, ut postea annotabimus. & quouis modo exponitur locus est probabilis, non tamen uerus in omnibus. nam si scuto secundum dimidium albo additur album secundum alterum dimidium, redditur magis album, & tamen non erat prius album. Addit autem Aristoteles [similiter autem & in aliis,] quoniam, ut Alexander inquit, non solum in quali est locus iste probabilis, sed etiam in quanto. si enim appositum maius ipsum facit, & ipsum erit magnum: & si plus, & ipsum erit multum, aut potest aliter intelligi, ut non ad alia praedicamenta uelit lo-

A cum extendere, sed ad alia eiusdem, ut sit sensus, ut non solum de albo & bono uerius praesens locus, sed [similiter & in aliis] scilicet qualibus, & si locus est probabilis non uerius, intellige non omnibus, sed similiter & in aliis pro uerius parte. Si locus est uerus, intellige sed similiter & in aliis omnibus, placet autem mihi, ut intelligatur similiter in aliis qualibus, & non in aliis praedicamentis a quali, nam Aristoteles postea loca haec duo uult esse intelligenda in iis, quae suscipiunt magis & minus, quae non possunt reperiri, nisi in qualibus, uerum utroque modo Alexander exposuit.

Χρησμοσ δὲ οὐκ ἔν ἀπασι τὸ τὸς ὅς, ἀλλ' ἐν ὅς τῆρ τ' μᾶλλον ὑπερῆχηρ συλλαβαίη γίνεσθ, οὐτὸς δὲ τὸς ὅς, οὐκ ἀντισηφὲρ ποσὸς τὸ ἀνακευάξερ. ἔι γὰρ μὴ τοιοῦτ, ὅς ποσὸς δὲ μινὸρ ἀγαθὸρ, οὐ δ' ἔω δ' ἡλορ ἔι ἀυδ' μὴ ἀγαθὸρ. τὸ γὰρ ἀγαθὸρ κακὸρ προστ, δὲ μινὸρ, οὐκ ἔξ ἀνέγκησ ἀγαθὸρ δ' ὄλορ τοιοῦτ, οὐ δὲ λευκὸρ μέλαν, οὐ δὲ γλυκὺρ πικρὸρ.

80 Utiles autem non in omnibus hic locus, sed in quibus ipse magis incrementum accidit fieri. Non tamen locus iste conuertitur ad destruendum, nam si non facit, quod appositum est, bonum: nondum manifestum si ipsum est non bonum. Bonum enim malo appositum, non ex necessitate bonum totum facit: nec album nigro, nec dulce amaro.

Nunc exponit utilitatem horum locorum, & primo exponit in quibus praesens loci ueritatem, aut probabilitatem habent: & dicit, [utiles autem non in omnibus,] scilicet praedicamentis hic locus, [sed in quibus ipse magis incrementum accidit fieri,] ut in qualibus, in quibus accidit incrementum ipsius magis. Et sic patet recte exponit esse superius, similiter & in aliis, hoc est in aliis qualibus, quoniam in solis qualibus est incrementum ipsius magis. deinde ostendit ad quid locus iste ualet. & dicit, [non tamen locus iste conuertitur ad destruendum,] quod exponit, & inquit, [nam si non facit quod appositum est, bonum,] hoc est, si id, quod apponitur alicui subiecto, non facit illud bonum, [nondum manifestum] est [si ipsum] scilicet quod apponitur, [est bonum,] ecce quod per pronomen [ipsum] Aristoteles intellexit ipsum appositum, non autem ipsum subiectum: & sic expositio Alexandri superius assignata est optima: & statim exponit, quod dixerat: & dicit, [bonum enim malo appositum, non ex necessitate bonum totum] subiecti [facit,] & tamen ipsum, quod apponitur est bonum. [nec album] appositum [nigro,] facit ipsum subiectum nigrum esse album, & tamen ipsum quod apponitur, est album, [nec dulce] appositum [amaro] ex necessitate facit subiectum amarum esse dulce, & tamen ipsum quod apponitur, est dulce. igitur non sequitur, destructiue, a bonum additur ipse, b, subiecto, & non facit, b, bonum, igitur, a, non est bonum, nec sequitur, a, album additur, b, nigro, & non

facit, b, album, igitur, a, non est album. Quare patet locum praesentem non conuerti ad destruendum. unde Alexander exponens haec loca dicit, sunt autem praedicta loca solum ad construendum utilia, quia non ad destruendum. non enim si apponatur aliquid alicui, & non facit illud album, aut dulce, aut albus, aut dulcius, illud quod apponitur, non erit album, aut dulce. parum enim mellis absynthio permixtum, non facit absynthium dulce: non tamen propterea mel non erit dulce. Sed neque si dulce uinum misum fuerit cum melle: & non facit totum dulcius, iccirco non est totum uinum dulce. quibus uero locus praesens utilis sit, etiam Alexander exponit, & dicit praesentem locum non in omnibus esse utilem, sed in his, quibus contingit fieri accrementum maioris: quoniam non omnia magis & minus recipiunt. nam substantia substantiae addita non est magis, uel minus: iccirco non est utilis locus in substantiis. Nihil enim appositum substantiae, facit ipsam substantiam magis. Et quoniam accrementum ipsius magis in iis fit, quae iam sunt talia, ut dulcia, quae dulciora erunt, calida calidiora, haec autem sunt qualia, qualia enim recipiunt accrementum ipsius magis: ideo loca utilia sunt solum ad ea quae sunt secundum qualitatem. Quod uero ad uerba attinet. Aristoteles dicit, [bonum enim malo appositum, non ex necessitate bonum totum facit:] dixit enim sic, quoniam potest quod aliquando est magnum bonum, appositum paruo bono, facere totum eligibile: ut uirtus paupertatis appositae. Eligibilis enim uirtus est, quantum fuerit cum paupertate. Non tamen omne bonum malo appositum, bonum totum efficit. Diuitiae enim morbo appositae non faciunt totum eligibile. Unde locus potest intelligi, si alterum alteri apponatur non existentium paruo bono aut albo: & facit album uel bonum ipsi appositum est album aut bonum, uerum de his satis.

Πάλιν εἶπεν μᾶλλον καὶ ἡττορ λεγεται, Ἐὐτὸς τὸς ὅς ὑπερῆχε. ὅς γὰρ μὴ ὅρ ἀγαθὸρ ἢ λευκὸρ οὐ δὲ μᾶλλον ἢ ἡττορ ἀγαθὸρ ἢ λευκὸρ ἐν δὴσσητ, ὅς γὰρ κακὸρ, οὐδ' ἐνὸς μᾶλλον ἢ ἡττορ ἀγαθὸρ ἢ λευκὸρ κακὸρ ἢ ἡττορ ἐν δὴσσητ.

LOCVS QVADRAGESIMVS PRIMVS.

81 Rursum si quid magis & minus dicitur, & simpliciter inest. Quod enim bonum, aut album non est, neque magis, neque minus bonum, uel album dicitur. Nam malum de nullo magis, uel minus bonum, sed magis malum, uel minus dicitur.

Secundum Alexandrum hic locus est quadragesimus, quoniam de duobus prioribus facit unum tantum locum praecipuum. Nos tamen dicimus praesentem locum praecipuum esse quadragesimum primum, & est talis: si aliquid dicitur de aliquo subiecto secundum magis, & minus, ipsum est tale simpliciter, ut si magis est aliquid aut minus hoc dulce, & simpliciter est dulce. unde dicit,



[Amplius si quid magis et minus dicitur] altero, ut magis albi, aut magis dulces, [et simpliciter est,] scilicet albi uel dulce. Probat hunc locum, et dicit, [quod enim bonum aut album non est, neque magis, neque minus bonum, uel album dicitur.] Nil enim non participans de aliquo, dicitur de ipso magis, aut minus habere, ut si non participat de albo, neque magis aut minus aliquo album; et hoc subdit, [na mali de nullo magis aut minus bonum dicitur, sed magis malum, uel minus dicitur.] Quare si quod non participat de aliquo, nullo secundum hoc est magis aut minus, sequitur per locum ab appposito, quod est magis uel minus aliquo, ut simpliciter illo participet. Quando igitur querimus, si inest alicui aliquid eorum, quae recipiunt magis, et minus, oportet considerare si propositum sit aliquo secundum hoc, quod querimus, magis autem minus. Si enim aliquid talium inesse ipsi demonstratur, erit demonstratum, quoniam et si simpliciter ipsi inest, ut si queritur utrum sanitas sit magis eligibilis uirtute, sequitur statim, ut uirtus sit eligibilis. Et si queritur utrum pallium sit minus album niue, sequitur statim ut pallium sit albi. Sed uidetur habere instans hic locus, nam terra leuior terra dicitur, et paupertas eligibilior morbo, quae tamen non dicitur eligibilis. Dicendum (ut Alexander inquit) nec terram proprie dici leuiorem terra, sed minus grauem, nec paupertatem magis eligibilem morbo, sed minus ineligibilem. Quoniam minus fugienda.

Ὀν ἀντίσφιχα δ' οὐ δ' οὐτ' οὐ τόπος πρὸς δ' ἀνασιν ἀσάλ, πολλαὶ γὰρ οὐδ' οὐ λευκυμύων μάλλον, ἀπλῶς ὁ παρ' ἡμῶν, ἀνθρώπων γὰρ οὐδ' οὐ λέγειται μάλλον ἢ τ' ὅσον, ἀλλ' οὐ δ' ἰσὶ τὸ οὐκ ἐπιβρωσθε.

82 Non conuertitur autem hic locus ad destruendum. Multa enim eorum, quae non dicitur magis, simpliciter sunt: homo enim non dicitur magis, aut minus, sed non propter hoc non est homo.

Nunc assignat uidentiam huius loci, et dicit, [Non conuertitur autem hic locus ad destruendum, cuius causam assignat, et dicit, multa enim eorum, quae non dicuntur magis, sunt simpliciter. homo enim non dicitur magis, aut minus, sed non propter hoc non est homo.] et cum dicit [homo enim] pro Socrate intelligit aut pro Platone. Nam Plato non dicitur magis aut minus homo, et tamen dicitur homo. Quare si aliquid non recipit magis et minus, non sequitur, ut non sit simpliciter, nec sequitur, si aliquid simpliciter est, hoc esse et magis et minus aliquo. Nam substantia non recipit magis et minus, nec aliquid quantorum, ut patet in praedicamentis, et tamen aliquis homo est simpliciter homo, et aliqua quantitas simpliciter quantitas. Et occurrens, quoniam Aristoteles lib. de celo dicit, non sequi si aliquid est grauius, uel leuius ut sit simpliciter graue, aut leue. Et dicendum Aristotelem ibi loqui de graui et leui non perfectos, sed in fieri. Ideo non est sibi contrarius. Et si adhuc dices,

quod Aristoteles in praedicamentis ait, si quis contrarius sibi fiat iracundior, non dicitur iracundus, et sic uidetur sibi contrarius. Dicendum Aristotelem per iracundiorum rem intelligere minus mansuetum. Modo uerum est, si alius quis sit minus mansuetus, quod hic non ita sit iracundus, nisi improprie.

τὸν αὐτὸν δ' ἐν τῷ ὄψει ὀρετοῦ καὶ ἐπὶ τὸν κατὰ. Ὁ δ' ὄρει. Ὁ δ' ὄρει. καὶ γὰρ κατὰ τὸν ἴσον ἢ ἄλλως εἴδηται αὐτοῦ δ' ἐν τῷ ὄρει ἢ ποτὲ ἢ ποτὲ. τὸ γὰρ ἀπλῶς ἀδύνατον, οὕτε κατὰ, οὕτε ὄρει, οὕτε ὄρει εἴδηται.

LOCVS. QVADRAGESIMVS SECVNDVS.

83 Eodem autem modo considerandum est, et in iis, quae secundum quid, et quando, et ubi sunt. Nam si secundum quid contingit, et simpliciter contingit. Similiter autem et quando, et ubi. Nam quod simpliciter est impossibile, neque secundum quid, neque secundum ubi, neque secundum quando contingit.

Locus praecipuus quadragesimus secundus, est respicere ad secundum quid partis, et temporis, et loci, et ceterarum proprietatum, quibus aliquid contingit inesse alicui: et hunc quadragesimus secundus praecipuus locum proponit Aristoteles. et dicit, [Eodem autem modo considerandum est, et in iis quae sunt secundum quid,] scilicet alicuius partis, [et] in iis proprietatibus, quae sunt [secundum quando] hoc est, secundum determinatum tempus, [et] in iis proprietatibus, quae sunt secundum [ubi] hoc est, secundum determinatum locum. Sunt et aliae proprietates, ut secundum gentes, quas omnes Aristoteles multo intelligere, hic est locus praecipuus quadragesimus secundus, ut puta respiciendum ad proprietates, quibus aliquid determinatur parte, aut tempore, aut loco, aut personis. Quod ad uerba attinet, dixit, [eodem autem modo considerandi,] quia cum dixisset locum considerandi, qui est et maiori, et minori, ut si aliquid est alio quo magis aut minus, hoc est simpliciter est, nunc sciti si in illiudinem habens aliquam cum praedicto loco ponit iuxta eum, praesentem locum qui est, ut respiciamus ad id, quod est secundum quid, et ad id, quod est secundum quando, et ad id quod est secundum ubi. Nam sicuti quod magis alicui inest, et simpliciter illi inest, sic et quod secundum quid alicui inest, aut secundum quando, aut secundum ubi, uidetur simpliciter inesse illi. Dixit igitur [eodem modo] quoniam hic locus cum praecedenti assignatam habet. Deinde assignat locum praecipuum, et dicit, [nam si] aliquid [contingit] inesse alicui [secundum quid,] ut secundum partem, [et simpliciter] nullo addito [contingit] inesse illi, uerbi causa, si animal contingit uidere secundum quid, quoniam secundum quid oculos, [et simpliciter] nullo addito animal [contingit] uidere. Sed

INSTANTIA.

84 Instantia est, quoniam secundum quid quidem sunt natura studiosi (ut liberales, vel casti,) simpliciter autem non sunt natura studiosi. Nullus enim natura est prudens. Similiter autem et quando contingit corruptibilium aliquid non corrumpi, simpliciter autem non contingit non corrumpi. Eodem autem modo et ubi: expedit enim tali uictus obferuantia uti, ut in morbohis locis. Simpliciter autem non expedit. Ad huc autem alicubi unum tantum possibile est esse, simpliciter autem non possibile est unum tantum esse. eodem autem modo et alicubi bonum est quidem patrem sacrificare, ut in tribalis, simpliciter autem non bonum. At hoc quidem non ubi significat, sed quibusdam, nihil enim refert ubique sint. Ubique enim erit eis bonum in tribalis. Rursum expedit quidem medicari, ut quando aegrotat, simpliciter autem non. An neque hoc quando significat, sed in eo: quod afficitur aliquo modo. Nihil enim refert quandocumque, dum modo sic affectus sit.

Nunc Aristoteles instat contra locum, et ostendit eum non esse uerum in omnibus. Et primo instat contra secundum quid, et dicit, [Instantia est, quoniam] aliquid homines bene nati [secundum quid sunt studiosi,] quia [natura] sunt tales, [ut liberales uel casti, simpliciter autem natura non sunt studiosi.] Alexander corrigit scripturam, et dicit uerbum [natura] superfluum esse. Nam qui natura sunt casti uel liberales, secundum quid sunt tales: et non sequitur, sunt natura casti, uel liberales, igitur sunt casti, uel liberales: quonia licet sint tales natura, possunt flagitiose (ut Alexander inquit) educari. Et ita qui sunt casti, uel liberales natura, educatione erunt illiberales, et libidinosi. assignat causam, quare non sequitur consequentia, uidelicet hi sunt natura casti, uel liberales, igitur casti uel liberales, et causa est, quoniam oportet simpliciter studiosum uel liberalem uel castum, prudentem esse, ut quinto Ethicorum dicitur, [nullus enim natura est prudens,] sed usi, et educatione in agendis. Ideo nullus natura studiosus, erit simpliciter studiosus. Et licet Ale-

A quitur enim, animal secundum oculos contingit uidere, ergo animal contingit uidere. Amplius sequitur, animal secundum quid, scilicet secundum aures contingit audire: igitur animal contingit audire. Praeterea sequitur, Socrates secundum quid contingit esse crispus, quia secundum capillos, igitur Socrates contingit esse crispus: [similiter autem et quando,] quoniam sequitur, Socrates contingit aegrotare aegrotare, ergo Socrates contingit aegrotare, [et ubi,] quoniam sequitur, Plato contingit legere in Licio, igitur Plato contingit legere. Amplius sequitur, corpus contingit in foro, ergo corpus contingit esse. De inde probat hunc locum per consequentiam econuerso, scilicet ab opposito consequentis, quoniam si non sequitur, animal contingit uidere secundum oculos, igitur animal contingit uidere, cum oppositum consequentis sit, animal non contingit uidere, quod equipollet illi, animal impossibile est uidere, tunc sequitur, animal impossibile est uidere, igitur animal non contingit uidere secundum oculos, quod est oppositum antecedentis, unde dicit, [nam quod simpliciter est impossibile,] et hoc est equipolles opposito consequentis, neque secundum quid, neque secundum ubi, neque secundum quando contingit.] quod est oppositum antecedentis. Ex his uerbis colligitur Aristotelem praesentem locum praecipuum non posuisse in propositionibus de inesse, quoniam non sequitur Aethiops est albus secundum dentes, igitur est albus, sed bene sequitur Aethiops contingit esse albus secundum dentes, igitur Aethiops contingit esse albus, quoniam licet necessario sit niger simpliciter, contingit Aethiopem intelligi album, ueluti ut Porphyrius dicit, contingit coruum intelligi album, et cygnum nigrum. Igitur locus habet ueritatem in propositionibus de contingenti inesse. Alexander uidetur uelle, ut sequatur a secundum quid inesse ad simpliciter contingere inesse, quoniam sequitur, animal secundum oculos uidet, igitur animal contingit uidere. quoniam si non sequitur, impossibile erit animal uidere, quare non uidebit secundum oculos. Et ita uult locum praecipuum esse, si aliquid inest alicui secundum quid, ut secundum partem, uel locum, uel tempus, ut eidem possit inesse, non autem, quod eidem insit. Verba tamen Aristotelis sunt de contingenti: tam in conuersa quam in conuertente. Verum de hac re postea differendum.

Ἐνασιν δ' οὐ κατὰ τὸν ἴσον εἶσι φύσει σπουδαίοι. Ἰσοῦ ἐλευθέριον ἢ σφοδρικοῦ. ἀπλῶς δὲ οὐκ εἶσι φύσει σπουδαίοι οὐδὲ γὰρ φύσει φρόνιμοι. ὁμοίως δὲ ποτὲ μὲν εἴδηται τῶν φθαρτῶν τὴ μὴ φθαρτῶν. ἀπλῶς δὲ οὐκ εἴδηται μὴ φθαρτῶν. τὸν αὐτὸν δὲ τὸ ὄσον καὶ τὸν μὲν συμφύσει. τοιαῦτα δ' ἰσότητος χρῆσθαι ἴσοι ἐν τῷ νοσώδει τοποιοῖς. ἀπλῶς δὲ οὐ συμφύσει. ἐτι δὲ ποτὲ μὲν εἶνα μόνον εἶναι. ἀπλῶς δὲ οὐ δύνασθαι εἶνα μόνον εἶναι. τὸν αὐτὸν δὲ τὸ ὄσον καὶ τὸν μὲν καλὸν ἔμ προαιετοῦ, ἴσοι ἐν τριβαλοῖς. ἀπλῶς δὲ οὐ καλὸν ἢ τὸ το μὲν, οὐ πο συμαινεῖ, ἀλλὰ τισι μὲν γὰρ δ' ἀκαρτέρας οὐκ ἀρτέρας. αὐταρχοὺ γὰρ αὐτοῖς εἶνα καλὸν ἐν τριβαλοῖς. πάλιν ποτὲ μὲν συμφύσει φαρμακευεῖσθαι, ἴσοι ἴστοι νοσῶ. ἀπλῶς δὲ οὐκ ἴστοι δὲ τὸ το ποτὲ κημαινεῖ, ἀλλὰ τῶν διακαμύων πᾶσιν οὐδὲ μὲν γὰρ διακαμύων, ὁ ποτὲ οὐκ εἶνα

Alexander corrigendo uerba Aristotelis dixerit uerbu[m] [na-  
tura] esse superfluum. tamen possumus sic intelligere, [sim-  
pliciter autem] subaudi, qui sunt [natura] liberales uel  
casti, non sunt studiosi, et sic legendo uerbu[m] illud non  
superfluit. Deinde assignat secundam instantiam contra  
quando, et dicit, [similiter autem et quando,] ut tempo-  
re augmenti [contingit corruptibilem aliquid non cor-  
rumpi,] tempore enim quo uicentia crescunt, non corrū-  
puntur: uel saltem contingit ea non corrumpi, [simplici-  
ter autem non contingit non corrumpi,] eo quia omne  
corruptibile necessario corrumpitur, et aliquando qui-  
dem ut Alexander addit, non spirare aliquid animal co-  
rum, que spirantia sunt, contingit, non tamen simpliciter,  
non spirare. Tertio instat contra ubi, et dicit, [eodem  
autem modo et ubi hoc est contra ubi contingit instare,  
et hoc exponit, et dicit [expedit enim tali uictus obser-  
uantia uti, ut in morbois locis, simpliciter autē nō expe-  
dit,] iterum instat contra idem, et dicit, [adhuc autē ali-  
cubi] ut theatro [unum tantum] scilicet hominem [pos-  
sibile est esse, simpliciter autem non possibile est esse unū  
tantum] hominem, quoniam de necessitate mas, et femi-  
na sunt: ex quibus perpetua sit generatio. Tertio instat  
contra idem, et dicit [eodem autem modo et dicit ubi bo-  
num est quidem patrem] interficere, et eum diis immo-  
lare atque [sacrificare, ut in Tribalibus, simpliciter autem  
non bonum.] [fabulantur quidam Tribalos populos esse,  
qui bonitate complexionis atque nature non moriuntur,  
nisi a filiis inuimantur: et ideo in his erat sacrificium in-  
terficere patres, cum peruenissent in decrepitam etate.  
Sed re uera Tribalii populi Thracie sunt, qui ad Istrum  
usque se diffundunt. in his enim patres sacrificare moris  
fuit, nec solum apud hos, sed etiam apud multas nationes ex-  
crabilis ritus fuit ad aras suorum deorum homines immo-  
lare, ut Gallis Diis, et Saturno Scythiis, in Taurica regio-  
ne Dianæ. Sed quoniam Aristoteles usus est gentibus, ac  
populis pro loco in hac instantia, corrigendo se inquit,  
[an hoc quidem] scilicet uerbum in Tribalibus, [non ubi,]  
hoc est nō locum significat, sed quibusdam,] hoc est sed  
gentes apud quas id moris erat sacrificare patres, signi-  
ficat. Et quod significet gentes, probat, et dicit, [Nihil  
enim refert] quo ad usum sacrificandi patres [ubi cum-  
que sint] Tribalii, quoniam siue sint in Thracia, siue sint  
in Italia, [ubique enim] terrarum erit eis bonum sacrifi-  
care patres [in Tribalibus:] quia mos erat gentes, non lo-  
ci. Deinde assignat aliam instantiam contra quando, et  
dicit, [Rursum expedit quidam medicari] hominem [ut  
quando egrotat, simpliciter autē non] expedit, sed quo-  
niam hoc exemplum potius respicit personas quam ipsum  
tempus, ideo corrigendo se dicit, [an nec hoc] uerbum  
[quando egrotat, quando significat, sed in eo] corpore  
humano, [quod afficitur aliquo modo] morbi, ut febre,  
aut uulnere, aut aliquo id genus. et hoc probat, et in-  
quit, [nihil enim refert] quantum ad actum curadi, [quā  
docunque fiat talis actus in corporibus humanis:] [dum-  
modo] homo [sic] scilicet tali morbo [sit affectus.] Er-  
go istud exemplum non erit contra quando, sed contra per-  
sonas, ut sit sensus, hic homo cum morbo afficitur, curatur,  
igitur hic homo curatur. Non enim sequitur.

τὸ δὲ ἀπὸ τῶν ὄσων ὁ μὴ ἐνδὸς προστεθέντος ἐ-

εἶς, ὅτι καλὸν ὄσων, ἢ ὅτι φωνήτορος ὄσων ὁ δὲ προσ-  
τεθέντος, οὐκ ἐρεῖς καλὸν εἶναι, ἀλλὰ τὰ καλὸν εἶναι.  
οὐκ ἐρεῖς ἀπὸ τῶν ὄσων καλὸν εἶναι, ἀλλὰ τὸ εἶναι καλὸν  
ἐρεῖς καλὸν, μὴ ἐπὶ προστεθέντος, ἀπὸ τῶν ὄσων  
ὄσων, ὅτι ὁ μὴ ἐνδὸς προστεθέντος ὄσων εἶναι  
καλὸν ἢ ἀπὸ τῶν ὄσων, ἢ ἀπὸ τῶν τοιοῦτων, ἀπὸ τῶν  
ἐνδὸς τε.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ  
ΤΩΝ ΤΟΠΙΚΩΝ.

85. Simpliciter autem est, quod nul-  
lo addito dicis, quoniam bonum est  
aut contrarium: ut patrem sacrifica-  
re non dicis bonum esse, sed quibus-  
dam bonum esse. Non igitur simpli-  
citer bonum. Sed deos honorare bo-  
num dicis, nihil addens. Simpliciter  
enim bonum est. Quare quod nullo  
addito uidetur esse honestum, vel  
turpe, vel aliquid talium, simpliciter  
dicetur.

Cum dixisset instantias contra prædicta loca, nunc  
delectat quid esse simpliciter, ut ostenderet prædictas  
instantias, (ut Alexander exponit) esse recte dictas.  
Quoniam hic locus non ut uerum in omnibus ab Aristote-  
le est assignatus, sed ut probabilis, quoniam ad constru-  
endum est huius loci (ut Alexander inquit) probabilitas:  
non autē in omnibus ueritas. Declarat igitur quid sit sine  
simpliciter esse, et uult simpliciter illud esse, aut dici, quod  
sine additione aliqua dicitur, uerum est, ut adorare deum  
bonum est, ut enim hoc sit uerum, et bonum, nulla indi-  
get additione, nec partis, nec loci, nec temporis, nec modi,  
nec personæ. Quod autē indiget additione, ut sit uerum  
hoc non est simpliciter: iccirco, ethiops non est simplici-  
citer albus, quoniam sine additione non est uerum hoc, sci-  
licet ethiops est albus: nam proposito hoc, uidelicet se-  
cundum dentes, uerum sit. Unde dicit, [Simpliciter autē  
est,] a, aut b, ut bonum, aut malum, [quod nullo addito  
dicis, quoniam est bonum, aut contrarium.] hoc est ma-  
lum. Quod enim est sine addito bonum, hoc simpliciter  
est bonum, et quod per se mouetur sine addito, hoc  
simpliciter mouetur: quod autem indiget additione, ut  
uere dicatur moueri, hoc non simpliciter mouetur: quod  
enim uerum est per accidens moueri, impossibile est de  
eo prædicari uere moueri sine additione. Aristoteles au-  
tem assignat exemplum, et dicit, [ut patrem] sacrificare  
non dicis bonum esse [scilicet simpliciter,] [sed quibus-  
dam] scilicet Tribalibus dicis [bonum esse, nō igitur simpli-  
citer bonum, at deos honorare bonum dicis] absque ad-  
dito, [nihil addens, simpliciter enim bonum est.] Tunc  
concludit quasi generatim quid sit esse simpliciter, et di-  
cit, [quare, quod nullo addito uidetur esse honestum, uel  
turpe, uel aliquid talium,] hoc simpliciter dicetur esse,]  
Vnus est autem Aristoteles, ut Alexander annotauit, loco  
uere et falsi, malo et bono, quoniam simpliciter esse, nō  
solum dicitur in propositionibus, sed in rebus. Coincidunt

Autem simpliciter esse, et secundum quid esse in quibus-  
dam: nam animal uidens secundum oculos, dicitur simpli-  
citer uidens, et audiens secundum aures, simpliciter au-  
diens. Hoc autem ideo, quoniam uidere et audire nō in-  
sunt animalibus, nisi propter tales partes. quia uerō ab-  
inest homini non solum propter dentes, sed propter alias  
partes: ideo non sequitur, ethiops est albus secundum den-  
tes, igitur ethiops est albus. Sed quæres utrum a se-  
cundum quid inesse, ad simpliciter inesse, sit consequentia  
necessaria an non, sed probabili tantum, et non uera in  
omnibus. Aristoteles in libro Elenchorum ponit paralo-  
gismos, qui peccant ex eo quia syllogizant a secundum  
quid inesse, ad simpliciter inesse. Hic autem cum assignas-  
set locum, mox addit instantias, ut ostenderet locum non  
esse uerum (ut Alexander inquit) sed probabilem. Cir-  
ca hæc questionem iuniores uarie loquuntur, uerū quod  
ex primis Aristotelis uerbis apparet, est, quod in propo-  
sitionibus contingentibus ab ipso contingere inesse secun-  
dum quid, ad contingere inesse simpliciter, locus et conse-  
quentia, non solum sit probabilis, sed uera, et necessa-  
ria. et hoc probauit Aristoteles accipiendo oppositum  
cōsequentiis, et inserendo oppositum antecedentis, et hoc  
ampliatio ipsam contingere non solum ad quod non est,  
et potest esse, sed ad quod potest intelligi esse, ut Porphy-  
rius ampliavit: qui asserit nigrum accidere coruo, quia  
contingit coruum esse album, quoniam potest intelligi al-  
bus. Unde sequitur, ethiops contingit esse albus dentes, igi-  
tur ethiops contingit esse albus. nam si necessario est ni-  
ger contingit eum intelligere album. Ideo si non cōtingit  
eum esse album, impossibile erit eum esse album, et sic  
non potest intelligi esse albus. Ampliatur enim impossi-  
bile, non solum ad id quod non est, nec potest esse, sed ad id,  
quod nō potest intelligi esse. Secundum quod apparet ex  
uerbis Alexandri, est quod ab inesse secundum quid, ad  
cōtingere inesse simpliciter, etiam locus, et consequentia  
est uera et necessaria. nam sequitur, ethiops est albus de-  
tes, igitur contingit ethiopem esse album. et hanc pro-  
bauit Alexander eodem modo, ex opposito cōsequentiis in  
ferendo oppositum antecedentis, etiam amplificando con-  
tingere, et impossibile ut supra. Tertio dicit etiam potest,  
quod in propositionibus de inesse, et non in propositioni-  
bus de esse, ab inesse secundum quid ad inesse simpliciter,  
consequentia est uera et necessaria. Nam sequitur, ethiopi  
inest album, secundum dentes, igitur ethiopi inest album:  
nam impossibile est aliquid inesse parti, quin in sit toti.  
Non tamen sequitur de esse, quoniam non sequitur, ethiops  
est albus dentes, uel ethiopi inest album dentes, igitur æ-  
thiops est albus. Quarto dico ab inesse, uel esse secundum  
quid ad esse simpliciter consequentiam esse necessariam,  
quando prædicatum inest subiecto nulla alia ratione, nisi  
propter illud quid aut partis, aut loci, aut temporis, aut  
alicuius id genus. Quoniam sequitur, animal est uidens  
secundum oculos, igitur animal est uidens. Similiter sequi-  
tur, animal est audiens secundum aures, igitur animal est  
audiens. Quinto dico ab inesse secundum quid ad esse simpliciter,  
consequentiam esse necessariam, quando ipsum secundum

quid contrahit ad partem in modo, et ipsum simpliciter D  
ad totum in modo, quoniam sequitur, homo albus est ani-  
mal, igitur homo est animal, etiam sequitur, Socrates fuit  
interfectus ab Atheniensibus, igitur fuit interfectus. Et se-  
quitur, Plato legit in Latino, igitur Plato legit. Et sequitur  
Niphus fuit egrotus estate proxima, igitur fuit egro-  
tus. Sed ad cognoscendum quando hic locus sit sophisti-  
cus, et quado dialecticus, animaduersione dignum, quod  
quando prædicatum aliquod cum determinatione aliqua  
cōpositum in sit alicui subiecto ratione sui, tunc locus erit  
dialecticus: quoniam sequitur, Plato est homo philoso-  
phus, igitur homo, et sequitur, homo est animal capilla-  
tum, igitur est animal. Quando uero in sit aut ratione de-  
terminationis, uel ratione utriusque, tunc locus erit sophi-  
sticus. Quia non sequitur, Socrates est homo mortuus, igi-  
tur Socrates est homo. Nec sequitur, chymera est ens si-  
cilitium, igitur chymera est ens. Possunt etiam adduci in-  
stantia, que ab Aristotele sunt inductæ in textu. Ex iis pa-  
tet Aristotelem in præsentibus primo demonstrasse ab  
in esse secundum quid, ad in esse simpliciter, in contingen-  
tibus propositionibus locum esse uerum, et probabilem.  
Postea per instantias demonstrasse ab in esse secundum  
quid, ad in esse, simpliciter in propositionibus de esse, locū  
non esse uerum et necessarium in omnibus. quod (ut Ale-  
xander inquit) patefecit exponendo ipsum simpliciter  
esse. Sed contra primum adhuc occurreret, quoniam est  
regula prioristica, quando ad antecedens contingens se-  
quitur consequens contingens, ad antecedens esse, seque-  
tur consequens esse: semper enim antecedente posito in  
actu, sequitur consequens poni in actu. In contrarium est  
Themistius et eius ratio, quoniam bene sequitur, si con-  
tingit Dionem natum, contingit Dionem bene natum  
re. Et tamen posito antecedente in esse, non sequitur poni  
consequens in esse. Non enim sequitur, sed Dion natus, igi-  
tur Dion bene natus. Propterea dicendum regulam  
Aristotelis non esse illam, quam diximus, sed est hæc, quā-  
do ad antecedens esse, sequitur consequens esse, ad ante-  
cedens possibile sequitur consequens possibile. Sequitur  
enim, si Dion natus, igitur Dion bene natus. quare seque-  
tur, si contingit Dionem natum, contingit Dionem bene  
natum. E conuerso regula fallit, quia non sequitur si ad  
antecedens possibile sequitur consequens possibile, ut ad  
antecedens esse sequatur consequens esse propter instan-  
tiam, quam attulit Themistius. Verum de re hac quæren-  
dum est in libris Priorum. Quod uero ad uerba atti-  
net, non ignorare debes ipsum simpliciter apud peripa-  
teticos aliquando accipi, ut distinguitur contra multipli-  
citer, aliquando pro ipso uniuersaliter, quod distinguitur  
contra particulariter, et his modis Aristoteles non acce-  
pit. Aliquando autem, ut distinguitur contra secundum  
quid aut partis materialis, aut loci, aut temporis, aut id  
genus. et hoc pacto Aristoteles accepit in hoc loco qua-  
dragessimosecundo. Hactenus de secundo libro Topicorū.

Libri secundū finis.

# ΑΡΙΣΤΟΤΕ

ΛΟΓΕ ΤΟΠΙΚΩΝ  
ΤΡΙΤΟΝ.

ΟΤΕΡΟΝ ΔΕ ΕΙΣ ΤΟΤΟΝ Η ΒΕΛΤΙΟΝ  
ΔΙΟΥΡΕΙΑ ΤΩΝ ΔΕ ΣΚΕΤΗΘΡΟΝ.

## Aristotelis To-

PICORVM LIBER TERTIVS

cum eiusdem Augustini Niphi  
Medices commentariis.



Trum autem eligibilis  
aut melius duorum, plu-  
rimumve: ex his perspicien-  
dum.



**D**ertio presenti libro multa sunt introductiones à iunioribus, quæ omnes (ut mihi uideatur) licet possim uerbis Aristotelis accommodari, tamen reuera intentionem Aristotelis non sapiunt, ideo sequendo expositionem Alexandri Aphrodisii, qui uerus ac fidus fuit Aristotelis librorum interpres et expositor, dicamus quod cum Aristoteles secundo libro loca, quæ sunt ad accedens, exposuisset, quibus poterimus aut construere aliquid, ut accedens, alicui inesse simplicitate, aut destruere, et demonstrare quoniam non accidit, quod accidisse dicitur. Nunc in hoc libro tertio loca exponit, quibus tractando de comparatiuis poterimus argumentari, ac demonstrare, quoniam aliquid magis inest alto. Unde omnia loca, de quibus in hoc libro agitur, coordinantur (ut ipse dixit libro primo) ad problemata de accedente omnia quidem, quæ secundum comparationem dicuntur. Dicit enim primo libro postquam dixit de accedente, amectuntur autem accedenti et quæ ad inuicem sunt comparationes quolibet modo ab accedente dictæ, ut utrum honestum, an quod confert eligibilis, et utrum quæ est secundum uirtutem, an quæ secundum uoluptatem suauior uita, et siquid aliud similiter his est dictum. In omnibus enim talibus utri magis predicatum accedat, questio fit, hæc Aristoteles per quæ patet omnia problemata quæ secundum comparationem dicuntur, esse problemata de accedente, uel annexa problematibus de accedente, et alibi etiam dicit, manifestum, quoniam comparatio in solis fit accidentibus. Quoniam solum accedens potest inesse aliquibus magis et minus. Non enim genus potest huic quidem magis, illi uero minus inesse, quibus semper inest. Nec proprium, nec definitio. At accedens cum extra rem substantiæ sit, cui accidit, possibile est aliquibus, quæ sub substantiâ continentur, cui accidit, aliquibus

magis, aliis minus inesse, esseque aliud alio magis, minus. Quare cum loca quæ in hoc libro traduntur, ordinentur ad problemata comparatiua, pro ea terminabuntur etiam problemata de accedente: quo fit, ut attineant ad problemata de accedente. Post hoc dicamus quousque diffundatur materia problematum comparatiuorum. Non enim est manifestum. Alexander itaque dicit materiam comparatiuorum problematum per uniuersam philosophiam inerrare, etenim per moralem, nam quæ queruntur de eligibili, omnia sunt moralia. Eligibile enim comparatio in opere et actione est, de quibus agit moralis philosophus. Ea autem omnia, quæ secundum comparationem de naturalibus quibusdam queruntur, hæc problemata naturalia sunt: ut cum queritur, utra est maior luna an terra, et uter est melior sensus an scientia, et uter melius est simplicior qui est circularis, an qui reuoluitur. Amplius et in logica comparatiua quedam queruntur, ut utrum certior inductio, an syllogismus est, et quis primus syllogismus predicatiuus, an hypotheticus. Insuper etiam et secundum alias scientias, et artes inueniuntur quedam comparatiua quæstia: ut in musica, problema fieri solet, utra Harmonia est acutior, Lydia, an Phrygia, et de cæteris artibus et scientiis dicendum est. In omnibus enim materia comparatiuorum problematum fere inueniuntur. Sed quot sunt predicationes eorum, quæ queruntur secundum comparationem, patet ex his, quæ diximus, esse nouem secundum genus, nam solum secundum predicamentum substantiæ non uidentur constitui problemata comparatiua. Est enim (ut diximus) comparatio secundum accedens, et substantiâ nulli accidit. Omnis enim id in quo comparatio fit, aut qualitas est, ut quando queritur de aliquibus quale eorum albus, aut calidius est. Omnia enim talia quæstia secundum qualitatem sunt. Aut quantitas, ut cum queritur, utrum luna est maior, an terra. Est enim huiusmodi quæstium secundum quantitatem, aut ad aliquid, ut cum queritur utra magis scientia, geometria, an musica: et qui magis sensus, auditus, an tactus, et sic de aliis predicamentis: quæ cum nouem sint, et predicationes eorum, quæ secundum comparationem queruntur, secundum genus nouem erunt. Videbitur autem et secundum substantiam comparatio fieri, ut cum queritur si prima substantia est magis substantia, secunda substantia: quod si ita fuerit, decem erunt predicationes eorum, quæ secundum comparationem dicuntur. Uerum res hæc digna disputatione est. Vltimus quot sunt forme comparatiuorum problematum exponamus. Alexander enim dicit in uno accedente comparationem multiformem fieri posse: aut enim fit duorum ad duo, uel plurimum ad plura, ut cum queritur utrum eligibilis prudentia cum diuitiis, an sanitas cum modestia. Aut fit unius ad plura, ut cum queritur utrum eligibilis sit prudentia, an sanitas cum diuitiis. Aut fit plurimum ad unum, ut cum queritur utrum eligibilis sit sanitas cum diuitiis, an prudentia, aut unius ad unum, ut cum queritur utrum uirtus eligibilior, an sanitas. In uno igitur accedente tot modis comparationes queruntur. Amplius, fit unius comparatio secundum duo accedentia, ut cum queritur, utrum prudentia operabilior, an moralior. Rursum comparatio fit duorum simul sumptorum secundum duo accedentia, ut cum queritur, utrum prius

**A**dentia cum sapientia operabilior an speculabilior sit. Fium etiam nullis aliis modis comparationes, ut unius secundum tria, uel quatuor accidentia, uel secundum alium numerum, aut duorum secundum tria uel quatuor accidentia, uel secundum alium numerum: aut trium, et sic de cæteris. Quod materia igitur comparatiuorum problematum per totam philosophiam et omnes artes circumeat, et quod sine predicata quibus sunt comparatiua problemata, et quod forme ac modi comparatiua sunt, dictum est. Sed occurres, cum in hoc libro dicat de comparatiuis, cur non obseruauit omnia loca comparatiua: sed dixit aliqua loca comparatiua in precedenti libro. Fecerunt enim comparatiua, quæ à magis, et minus, et quæ à simili, et quæ ab additione. Respondet Alexander satis dilucide, asserit enim non esse Aristotelis intentionem in hoc libro dicere de locis comparatiuis, sed de comparatiuis problematibus. Comparatiua autem problemata sunt in quibus comparatiuum est quæstium et demonstratum. Aristoteles igitur in hoc libro dicit de comparatiuis omnibus problematibus, quomodo ipsa demonstrari constructiue, ac destructiue possint: in libro autem secundo per usum comparatiuorum locorum non demonstratur aliquid comparatiuum, sed simpliciter inesse, aut non inesse. At non est idem comparatiuum demonstrare, de quo agitur in hoc libro, et per comparatiuum. Sed adhuc occurres, cum problemata comparatiua circueant omnes scientias, et omnes artes, cur solum de comparatiuis problematibus, quæ sunt secundum magis eligibile fecit doctrinam. Alexander assignat causas, et dicit, quod de comparatiuis problematibus et locis fecit doctrinam in exemplo eligibilis, primo quia traditio facta de aliquo argumentatori determinato, manifestior est: at eligibilis ipsum argumentatiuum est, quoniam plura quæstia sunt in philosophia de ipso eligibili, quæ de maiori, aut de calidiori, aut de aliquo tali. Deinde quia per plures argumentationes est loca et illius demonstrato. Tertio, quoniam cognitio ac iudicium, quod habetur de ipso eligibili est multo utilius atque fructuosius quam quod habetur de maiori, aut calidiori, aut de aliquo tali. Quoniam non solum facit ad doctrinam ueritatis, et ad scientiam, sed etiam ad recte deliberandum in agendis, atque operandis, quæ pertinent ad bene uiuendum. Quod enim propositis duobus aut pluribus agentis iudicare atque cognoscere poterit quid eorum melius, eligibilisue fuerit, hic non solum uiuere, sed bene, atque beate uiuere potest, itemque et seipsum, et rem familiarum, et ciuilem instituire, atque gubernare facile poterit. Amplius, qui ex locis traditis in hoc libro propositis duobus aut pluribus agentis in publicis aut priuatis conditionibus, potest iudicare quid eorum est melius et eligibilis, quidue minus eligibile, hic in concionibus atque consiliis et publicis et priuatis, hortari atque dehortari ad deliberandum poterit, qua ratione erit non modo sibi ipsi salus, sed ciuitati, et regnis, et omnibus rebus publicis uiuendi lux, et splendor. Hic enim poterit sibi et aliis persuadere ad religiose, beateque uiuendum: hic poterit ciuibus, regibus, tyrannis, ac populis persuadere, ut ab hostibus bene se tueantur, dominationesque suas strenuissime defendant, et ut breuibus concludam, quid maius esse potest quam in omnibus agendis, quæ proponuntur in bello,

et pace, recte sapere, prudenter monere, atque quid optimum sit, omnibus persuadere. Unde oratores, qui ex arte in genere deliberatio erunt, ut dicere, nisi doctrinam percelluerint, quam Aristoteles hic tradit, recte hortari, aut dehortari in concionibus publicis aut priuatis poterunt nunquam. Hactenus de utilitate, et eligibili, et meliori. Verum Aristoteles post locorum, in traditionem, quæ sunt de eligibili, et meliori, demonstrabit non solum ad problemata de meliori et eligibili, ut esse loca tradita, sed etiam ad omnia, quæ comparatiua queruntur. His premisis, redeo ad textum, dicit igitur Aristoteles, [Vtrum autem] duobus, aut pluribus eligibilibus positus, hoc [duorum plurimum eligibilis, aut melius] sit, [ex his] locis, quos hoc tertio libro dicemus [perficiendum]. Quod uero ad uerba attinet, eligibilis et melius, non ut synonyma audienda sunt, in plus enim melius est eligibilis est. Nam eligibilis in solis eligibilibus est, melius aut ineligibilibus et aliis. Siquidem in theoreticis, physicis, et logicis quæstium de meliori est. Quærit utrum melior substantia immobilis, an quæ mouetur: naturale problema querit. Logicum uero qui querit utrum melior inductio, an syllogismus, dicit autem [duorum plurimum], quoniam (ut diximus) aliquando quidem de duobus est quæstium secundum comparationem in uno comparatis ad duo. Aliquando de pluribus ad plura, aut de uno ad plura, ut diximus, aut in uno aut in pluribus accidentibus, unius enim ad unum non fit comparatio, nisi per diuersa tempora, ut cum querimus, quando albus hoc, nunc an prius. Amplius cum querimus quando sanior Socrates, est aut, an hyeme, fit enim in istis unum quodammodo duo de quibus est quæstium additione temporum differentiam habentium, idem enim sit aliud atque aliud temporum differentia.

Πρωτον δὲ διὰ τὸ ἴδιον, ὅτι τὸν οὐκ ἔστι ποιοῦντα, ἢ αὐτὸν ἢ τὸν ἄλλο, ἀλλὰ ἄλλοι δὲ ἀναφορὰν ἐχόντων, οὐδέ τις γὰρ ἀπορεῖ, πότῃ ὅσον εἰς αὐτοῖς ἢ ὁ πλεονέκτης αἰρετώτερος, ἀλλὰ ὑπὲρ τῶν συνειρηγῶν, καὶ ὅτι ὅσον ἀναφορὰν, ποτὲς δ' εἰς τὸ ἀδύνατον ἀλλοῦ, διὰ τὸ μὴ εἶναι ὅσον τῷ ἑτέρῳ πρὸς ἑαυτὸν ἢ ἑαυτῷ.

2 Primū autem determinetur, quoniam considerationem facimus, non de plurimum distantibus, & magnā ad inuicem differentiam habentibus (nullus enim dubitat, vtrum felicitas, an diuitiæ eligibiliores) sed de his, quæ propinqua sunt, & de quibus dubitamus, vtro oporteat apponere magis, eò quia nullam videmus alterius ad alterum præminentiam.

Antequam loca tradat, primum quomodo se habere oporteat comparata ad inuicem, subscribit, ut intentionem propositam exponat, et utilitatem illius intentionis.

G Dicit autem quod non in multo distantibus ab invicem, et manifestam ac magnam differentiam habentibus oportet comparationem querere. Nam omnibus manifesta est differentia eorum, quae sic se habent, et non est digna, ut queratur. Idcirco nullus dubitat utrum felicitas an divitiis eligibilior sit: non quia ambo non sunt eligibilia, sed quoniam manifesta est aperta est felicitatis eligibilitas, cum nemo facultatem habeat demonstrandi eminentiam divitiarum in aliquo ad felicitatem. Unde dicit, [Primum autem] quam subaudi exponamus loca terminandi problemata comparativa, [determinatur] a nobis pro expositione et utilitate intentionis propositae, [quoniam] considerationem] hoc est loca ponimus, et facimus non de plurimum distantibus, et magnam ad invicem differentiam] supereminentiam [habentibus], quod exemplo demonstrat, et dicit, nullus enim dubitat utrum felicitas an divitiis eligibilior sit, non quod ambo non sint eligibilia, sed quoniam manifesta est aperta est felicitatis supereminentia ad divitiis. Cum nemo facultatem habeat demonstrandi eminentiam divitiarum in aliquo ad felicitatem. Cum enim felicitas insigniter supereminet divitiis, et longo ab eis distet bonitatis intervallo, ridiculum esset problema movere. Deinde exponit in quibus eligibilibus comparatio queritur, et dicit, [sed de iis, quae propinqua sunt], et exponit, quae sunt ista, quae sunt propinqua, quia legendum est [et] pro isto est, et dicit, [et] de quibus dubitamus utro oportet apponere magis,] de iis, scilicet debemus comparationem querere, et problema movere, et assignat causam, et dicit, [eo quia nullam videmus] manifestam atque apertam [praeminentiam alterius] ipsorum [ad alterum], [ut est in sanitate et bona ualitudine, in uidere, et audire, in his enim sic prope] existentibus comparatio digna quaestio est.

Διὰ τὸν ὅρον ἐστὶ τὸ ἴδιον ὅτι ἀεὶ ἐπιφέρει τὸ ὑπερβαίνει τὸ ἐλάττω, ὅτι τὸ ὅσον ἐπιφέρει τὸ ἴσον, ὁ ἴσος τὸν ἴσον, ὁ ἴσος τὸν ἴσον.

3 Manifestum igitur ex his, quoniam ostensa vna praeminentia, vel pluribus, constructur ratiocinatio: quoniam id eligibilis est, quod eorum est praeminentis.

Iterum antequam loca tradat, concludit ex dictis modum terminandi problema de eligibilioribus, et dicit, [manifestum igitur ex his] quae dicta sunt, vel in his problematibus, quae sunt comparativa non secundum evidentem praeminentiam, [quoniam] ostensa una praeminentia, vel pluribus] alterius ipsorum supra alterum, [dianoa] hoc est locis argumentandi] constituetur,] siue ratiocinatio, per quam concludetur, [quoniam id eligibilis est, quod eorum] in uno vel pluribus accidentibus [est praeminentis] ad alterum ipsorum eligibilium, uerbum [dianoa] etiam pro discursu intelligitur, quoniam qui una aut pluribus praeminentiis ostendit alterum ipsorum supereminere alteri, in errando, ut que discurrando (ut Alexander inquit) postea concludit alterum ipsorum esse eligibilis

altero, et sic quiescit in illo. Alexander uero in hoc textu tu declarat primo, quorum differentiae, queruntur, et quorum similitudo. Et dicit, differentias in his esse querendas, quae sunt adinvicem prope, in quo enim differunt demon et deus, quare utique aliquis. Non autem in quo differunt deus et lapis, et in quo lupus et canis etiam quaret, non autem in quo differunt equus et canis. Similitudo autem queritur in his, quae longe differunt. Quid enim simile habet homo et equus quare utique aliquis, sed non quid homo, et homo. Secundo loco reperit quae comparativa problemata quaestum habent, et ait ea comparativa problemata habere quaestum, in quibus eligibilibus non est manifesta excellentia alterius ipsorum super alterum. In his enim cum quis demonstraverit breuem, atque parvam excellentiam alterius ipsorum super alterum, mox fidem habebit de eligibiliore. Tertio exponit id, quod faciunt loca et argumentationes, quas ponit Aristoteles in hoc tertio, et dicit, quoniam qui querit comparativa problemata non solum inexistantiam alicuius querit, quae aliquid alteri inest, sed etiam excellentiam alterius supra alterum, ideo oportet loca et argumentationes, quae in hoc tertio assignantur ab Aristotele non solum demonstrare inesse, sed alterius quidem excellentiam, alterius uero defectum. Non enim qui demonstrat aliquid esse bonum, iam est eligibilis demonstravit si non demonstraverit, quoniam magis hoc bonum est eo, cui comparatum est. Ex his igitur quae Alexander dicit, patet primo quorum differentiae et similitudines siue convenientiae queruntur secundo patet quorum comparationes, et quae comparativa problemata quaestum habent. Tertio patet loca et argumentationes, de quibus in hoc tertio dicitur, non solum utiles esse ad demonstrandum, quoniam accidentia insunt, sed quoniam alterum altero excellentius, ac melius inest. Per loca enim et argumenta de quibus hic agitur, non solum poterimus demonstrare quoniam divitiis et felicitati inest hoc accidens quod est eligibile, sed etiam quoniam magis inest felicitati. Ex his uero, quae Aristoteles dixit, patet insuper quid sit eligibilis, nam eligibilis illud est, quod duorum vel plurium eligibilium, alterum una aut plurimis praeminentiis excellentit. Adhuc patet ex his, quae Aristoteles dicit, cur assignando loca terminandi problemata comparativa, accipit exemplum de eligibiliore et meliori, cum potuisset accipere exempla de aliis infinitis, quae comparabilia sunt secundum magis et minus. Huius enim causa patet, nam cum problema sit speculatio contendens aliquando ad veritatem et scientiam, aliquando ad electionem vel fugam. Aristoteles igitur cum assignasset loca in secundo libro, quibus terminantur problemata, quantum ad veritatem et scientiam, ut perficeret intellectum contemplativum: hic dat loca, quibus terminantur problemata, quae sunt ad electionem vel fugam, ut perficeret intellectum practicum. Nam licet in quarto, et quinto, et sexto, et septimo libris doceat terminare problemata, quae sunt ad veritatem et ad scientiam, tamen non exit a locis, quae ponuntur in secundo, ut postea patebit. Et quia problemata, quae sunt ad electionem vel fugam, quaeque perficiunt intellectum practicum, omnia sunt de bono et eligibili, et de meliori, et eligibiliore, ideo accipit exemplum de meliori et eligibiliore, ut videlicet sit

A mal doceret loca terminandi problemata comparativa, et perficeret intellectum practicum. Ex his etiam patet ordo, nam cum per loca secundi libri perficiatur contemplativus intellectus, per loca uero huius, perficiatur practicus intellectus, et contemplativus intellectus prior sit practico, non ab re liber secundus prior est libro tertio. Tunc autem Aristoteles loca deteriorum fugibiliorumque, nam quemadmodum loca sunt de melioribus et eligibilioribus, analogia oppositi totidem loca deteriorum, eligibiliorumque sumi possent; sed cum illa expresserit, haec non oportuit, nam oppositorum eadem est disciplina. Haec sunt quae praemittenda sunt in proemio tertii.

περὶ τὸν μὲν δὲ τὸ πρῶτον ὁ ἀριστοτέλης λέγει ὅτι τὸ ἴσον ἐπιφέρει τὸ ἴσον, τὸ ἴσος τὸν ἴσον, τὸ ἴσος τὸν ἴσον.

LOCVS PRIMVS

4 Primum igitur quod diuturnius aut firmius, eligibilis est eo quod minus huiusmodi est,

his praemis, Aristoteles exequitur, et exequendo assignat loca praecipua, quoniam ex locis praecipuis facile accipi possunt loca praecipua. Amplius in hoc tertio raro, aut nunquam Aristoteles assignat loca praecipua destructiva, sed solum constructiva, quoniam facile ex locis constructivis colligi possunt loca destructiva: est enim oppositorum eadem disciplina. Alexander autem assignat loca cum praecipuum, et vult locum praecipuum esse ab eo, quod est diuturnius, et firmius. locum uero praecipuum asserit, si alterum altero diuturnius esse demonstrabitur, aut firmius. hoc ipsum esse eligibilis, unde dicit, [Primum igitur, quod diuturnius aut firmius, eligibilis est eo, quod minus huiusmodi est.] hoc est eo, quod neque diuturnius est, neque firmius. Quod ad uerba attinet, uerbum [firmius] graece est ἰσχυρότερον, quod in translationibus antiquis legitur certius, apud alios legitur stabilis, et qui legitur stabilis, copulatus legitur, hoc modo, si aliquid est diuturnius et stabilis, hoc est eligibilis eo, quod non est huiusmodi. et hoc loco utentes demonstrant eligibilem esse bonam gloriam diuitis. Nam ambabus existentibus eligibilibus, cum bona gloria in uita et post mortem permaneat, diuitie uero nequam post mortem, nullus enim post mortem diues est, bona gloria diuturnior atque stabilior erit, quare et eligibilior. Quod autem legitur firmius et certius, legitur uerba disjunctiue, hoc pacto, ut in graecis codicibus habetur, [quod diuturnius aut firmius] hoc [eligibilis est eo, quod minus huiusmodi est.] et hoc pacto si recte intellexit, legit Alexander et assignat causam, quoniam in aliquibus diuturnius differunt a firmiori, siue certiori, quoniam potest aliud alio firmius ac certius esse, minus tamen diuturnum, ut scientia certior ac firmior est ipso sensu, qui tamen est diuturnior scientia. Est enim sensus quidem diuturnior, quia ex prima etate sentimus, non autem ex prima etate scimus, sed postquam erimus perfecti. At scientia firmior est ac certior ipso sensu. Quasi aliquid est diuturnius, aut firmius hoc eligibilis est eo,

quod minus huiusmodi est. altera enim harum praeminentiarum alicui eligibili postea, facit, ut illud eligibilis sit eo, cui non ponitur, ut quoniam diuturnius additur honori, diuitis autem non, ideo honor diuitis eligibilior est. Et occurres huic, quoniam uirtus ac felicitas eligibilior est honore, et tamen honor uirtute ac felicitate diuturnior est. Alexander glossando locum, asserit diuturnius esse eligibilis eo, quod non est diuturnum; modo illud, quod non est diuturnius non sit causa eius, quod est diuturnius. et quia uirtus, uel felicitas causa est honoris, ideo honor, licet diuturnior sit uirtute, non tamen eligibilior est uirtute. Amplius occurres, quoniam bona habitudo diuturnior est sanitate, et tamen sanitas eligibilior est bona habitudine. Iterum Alexander glossando asserit tunc diuturnius esse eligibilis minus diuturno cum non continetur in minus diuturno, et quia bona habitudo, quae nihil aliud est, nisi bona corporis compositio, continetur in sanitate, quae requirit et bonam compositionem, et bonam complexionem, et imitatem: ideo non oportet, ut bona habitudo sit sanitate eligibilior. Sic igitur intelligendo hunc locum, demonstrabimus uirtutem eligibilem esse bona fortuna, et id, quod est ab arte eo, quod est a fortuna: nam et uirtus, et id quod ab arte est, diuturnior a sunt fortuna, atque eo quod est a fortuna. Eisdem autem occasionibus demonstrare poterimus fugibilis aliud alio esse, nam si fugibilium quod magis diuturnum, fugibilis est, ut in gloria paupertate. Est enim in gloria in uita, et post mortem: at paupertas solum in uita. Ad haec et quod certius ac firmius fugibilis eo, quod est minus tale, ut indigentia prodigalitate, et illiberalitas mollicitate: nam indigentes et illiberales cum difficultate mutantur ad opposita. Ultra has instantias, quas induxit Alexander ad uirtutibus inducuntur aliae. Prima de ferro, quod est cibo diuturnius, non tamen eligibilis. Insuper morbus annuus diuturnior est morbo diario, qui tamen non est eligibilior. Adhuc arbor diuturnior est seruo, non tamen eligibilior. Quodam locum hunc esse uerum et probabilem arbitrantes, asserunt locum esse uerum cum ambo fuerint eligibilia, uel bona, et sunt paria in omnibus, nisi quia unum alterum exuperat in diuturnitate. Cum enim duobus, uel pluribus eligibilibus stantibus, et in omnibus eminentiis paribus, alterum fuerit altero diuturnius, hoc eligibilis est. In malis autem et fugibilibus (ut Alexander inquit,) econuerso, semper diuturnius fugibilis est, et tunc cessant obiecta. Primum quidem, quoniam non sunt in omnibus paria praeterquam in diuturnitate. Secundum uero quia non sunt eligibilia, sed fugibilia. Tertium diluitur, ut primam obiectum. Alii asserunt, ut mihi uideatur, tutius, quia uolunt lo cum esse probabilem, et non uerum in omnibus, nisi cum comparabilia eligibilia fuerint, et omnia paria, praeterquam in diuturnitate.

καὶ ὁ ἄρ μάλιστ' ἐλαττώ τὸ φρόνημος, ἢ ὁ ἀργός ἀνήρ, ἢ ὁ νόμος ὁ δειρὸς, ἢ οἱ πωροὶ αἰσὶν ὡς εἰς ἑαυτοῦς, ἀποροὶ μὲν οἱ ἴσοι τὸ ἴσον, ἢ οἱ ἐν ἐκάστῳ γένει ἐπισήμονες, ἢ ὅσα ἐν τῷ ἰσῷ, ἢ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἢ οἱ ἰσχυροὶ, ἢ ταπεινοὶ, ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἢ οἱ ἀνθρώποι, ἢ ὅσα ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἢ οἱ ἀνθρώποι, ἢ ὅσα ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἢ οἱ ἀνθρώποι, ἢ ὅσα ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.





G Amplius, qui uult demonstrare eligibilia in re familiarum, ut debet electione prudentum: qui eligibilia in re monastica, electione bonorum uirorum: qui in re civili, electione legum. Quare recte monet Aristoteles locum qui dicendus est pro argumento alicuius eligibilioris, esse dicendum et accommodandum ad id, quod fuerit utile, pro electione eligibilioris. hoc est documentum secundum Alexandrum. et quia de eligibiliorum sermonem fecit, non est autem omnibus idem ipsum eligibilium, ideo (ut Alexander inquit) secundo loco Aristoteles distinguit de eligibiliorum, et dicit, quaedam esse simpliciter eligibilia, quaedam uero aliquibus. Simpliciter quidem eligibilia sunt, quae secundum meliores disciplinas sunt, ut si philosophia melior disciplina est quam aedificatoria, et simpliciter eligibilia sunt, quae secundum philosophiam, quam quae secundum aedificatoriam. Aedificatori uero, eligibilia erunt quae secundum disciplinam aedificatoriam, quam quae secundum philosophiam. itaque secundum expositionem Alexandri, Aristoteles in hoc textu duo facit, quia primo monendo ponit documentum, secundo ponit diuisionem eligibiliorum, ut tollat equiuocationem circa eligibilia, de quibus dixit. de prima parte, inquit, [Oportet autem] locum praecipuum [quod dicendum] est, hoc est qui in argumentis pro iudicio eligibiliorum est dicendus, [ad id] eligibilium [ducere] ac coapta re [ad id] quod fuerit utile] ut si fuerit utile pro electione eligibiliorum, quae sunt secundum artes, ad illa ducenda ac coaptanda est uerbi causa, ut si fuerit locus utilis pro electione eligibiliorum in arte curatua, sumendus est locus qui accipitur ab eo, quod pluribus in arte medicina peritis uidetur, et accommodanda eligibiliorum in arte curatua, si fuerit utilis pro electione eligibiliorum in facultate gubernandi ciuitates, sumendus est locus, qui accipitur ab eo, qui pluribus in legibus peritis est eligibilis, et accommodanda eligibiliorum in facultate ciuili, et de ceteris similitudine est faciendum. De secunda uero parte, inquit, [Est autem simpliciter quidem melius ac eligibilium, quod est secundum disciplinam] simpliciter [meliores], hoc est, quod eligibilium est his, qui periti sunt in disciplina, quae est absolute, atque simpliciter melior. [ut si melior disciplina sit philosophia, quam aedificatoria,] simpliciter et absolute, ut in rei ueritate est, et simpliciter eligibilia erunt, quae secundum philosophiam uis, quae sunt secundum aedificatoriam, nam sicuti facultas ad facultatem, ita eligibilium secundum unam facultatem ad eligibilium secundum aliam facultatem, ut quoniam philosophia est facultas absolute atque simpliciter melior aedificatoria, et eligibilium secundum philosophiam est absolute eligibilium et melius eo, quod est eligibilium secundum aedificatoriam, uerbi causa, lapides duri triangulares eligibilia sunt aedificatori pro aedificanda domo ornata et pulchra, philosopho eligibiliores sunt uirtutes diuitis pro bene uiuendo: absolute autem uirtutes sunt meliores et eligibiliores lapidibus qualibuscumque, et quouis modo affectis. et hoc subscribit, [alicui autem id] eligibilium est, [quod est secundum propriam] disciplinam, in qua ipse peritus est, hoc est alicubi eligibilium est id, quod est ad usum propriae disciplinae, in qua peritus est, nam lapides duri triangulares eligibiliores sunt aedificatori pro aedificanda domo pulchra atque ornata, quam uirtutes.

Simpliciter autem uirtutes sunt eligibiliores. haec est expositio Alexandri. Alii uero documentum exponunt aliter, uolunt enim utilia trifariam esse, honesta, delectabilia, et absolute utilia: honesta quidem dicuntur bona simpliciter, quoniam propter se bona, et etiam delectabilia sunt bona propter se, quoniam tam honesta, quam delectabilia expectamus propter se, at utilia absolute sunt, quae non sunt bona propter se, sed propter aliud, ut uel propter bonum honestum, uel propter bonum delectabile, ut Aristoteles ait in rhetoricis, et octauo Ethicorum, et hoc dicit Aristoteles, [quod dicendum] hoc est, loca quae subinde dicenda sunt. [Oportet ducere ad] id, [ad] quod fuerit utile,] ut si agitur de eligibilioribus honestis, applicandi sunt ad honesta, et si problemata sunt de delectabilibus, oportet loca ducere ad delectabilia: sunt autem problemata sunt de utilibus, oportet ducere loca ad utilia, [quod] non est dictum adhibere, sed [dicendum] posterius in sequentibus. Quae expositio non placet, primo, quoniam nunquam Aristoteles, nec in rhetoricis, nec in ethicis bona honesta, et bona delectabilia asseruit esse utilia bona. Ubique enim distinguit triplex bonum, honestum, delectabile, quae dicit esse bona propter se, et utile, quod asserit esse bonum propter aliud, quoniam aut propter usum honestorum, aut propter usum delectabilium. Secundo plus mihi consonat, ut documentum sit circa ea, quae dixit, quam circa ea, quae nondum dicta sunt. Ideo melius Alexander retulit documentum ad loca, quae uidetur mihi esse dicendum, quod Aristoteles primo circa dicta assignet documentum, quod est de utilitate et usum locorum, quae dixit, secundo assignet locum tertium, quod quis uti potest ad iudicium eius, quod est simpliciter eligibilium, ubi possumus assignare locum praecipuum, et locum praecipuum, locus quidem praecipuus erit respicere ad ordinem artium secundum melius, et peius, locus uero praecipuus erit, ut illud sit simpliciter eligibilium, quod eligitur a peritis in arte simpliciter meliori. Illud uero alicui eligibilium, quod quisque eligitur ad usum suae artis, in qua peritus est, et sic textus utiliter, et recte exponitur. Possumus et alie expositiones assignari, quae cum sint friuolae, bona fronte praetermittit.

Επειτα δε το δ'ωπερ το δ'ετι, το μη εν γενει. διορ η δ'ικαιοσυνη το δ'ικαιου. το μη εν γαρ εν γενει. διορ δε γαρ εν το δε ου. και δε μη, ωπερ δε γαρ εν, δ' ου. ουδεν γαρ λεγει η ωπερ το εν. ο μη τυγαχεν εν το γενει εν διορ ο λεκον δε ενθεωπ. ουκ εν εν ωπερ χρωμα. ομοιωσ δε ηδη ιδι τορ ελλωρ.

LOCVS QVARTVS.

Deinceps uero, quod quidem hoc quod, eo quod non in genere est, ut iustitia iusto. nam illa quidem, in genere bono, hoc autem non. Et illa quidem quod quidem bonum est, hoc autem non. Siquidem nihil dicitur quod quidem genus est, quod

non est in genere, ut albus homo non est quod quidem color, similiter autem in aliis.

Vna expositio est, ut locus praecipuus sit respicere ad abstractum et ad aggregatum ex abstracto. Locus uero praecipuus est, positus duobus eligibilibus, quorum unum est abstractum, alterum uero ex abstracto aggregatum, quod est abstractum, et in genere, eligibilium est, et hoc inquit. [Deinceps uero] duorum eligibilium eligibilium est, [quod quidem hoc quod] id est, quod quidem est abstractum, [eo quod non in genere] uno [est, sed aggregatum ex pluribus generibus,] uidelicet abstracto, et subiecto [ut iustitia] quae est abstractum, et in uno genere [iusto,] scilicet iusto homine, quod est aggregatum ex pluribus generibus, eligibilium est. Et assignat causam, et dicit, [Nam illa quidem,] scilicet iustitia [est in genere bono] uno, et non pluribus. [Hoc autem,] scilicet homo iustus [non] est in genere bono, sed in pluribus generibus: [et illa quidem,] scilicet iustitia, [quod quidem bonum est] hoc est species boni est, et non alterius generis. [hoc autem,] scilicet iustus homo, non est in uno genere, scilicet boni. et assignat causam, cur homo iustus non sit species boni, nec alterius generis, et dicit, [Siquidem nihil dicitur quod quidem genus est] hoc est, species alicuius generis, [quod non est in genere, ut albus homo non est quod quidem color] hoc est species coloris, cum non sit in genere. [Similiter autem et in aliis,] quia ut de albo homine, ita de ceteris aggregatis ex pluribus. Est igitur secundum hanc expositionem locus praecipuus, positus duobus eligibilibus, quorum alterum abstractum, alterum aggregatum ex abstracto est, semper eligibilium est abstractum, ut albedo homine albo, et iustitia homine iusto, et de aliis simili ratione.

Sed haec expositio non placet, quoniam potius est oppositum: nam quod est aggregatum ex abstracto continet duas professiones abstracti et subiecti. Arbitror enim eligibilium esse hominem album ipsa albedine. quoniam homo albus continet perfectionem abstracti, et subiecti, quod est substantia. at albedo, non nisi accidentis rationem. Alii, ut nos aliquando diximus, asserunt locum praecipuum esse, positus duobus eligibilibus, quorum alterum sit tale per essentiam, alterum tale per participationem, eligibilium est id, quod est tale per essentiam. Haec expositio est uerba, uerbis tamen. Aristotelis accommodari non potest, ut intelligenti patet. Quare dicamus cum Alexandro qui melius dicit ceteris, ad cuius euidenciam ex dictis Alexandri colligi possumus duae expositiones loci praecipui, prima expositio, positus duobus eligibilibus, quae ambo bona sunt, quorum alterum est in genere boni, alterum uero est in genere boni, non per se sed ut habens accidens, quod per se est in genere boni: illud quod est bonum, quia est in genere boni, eligibilium est eo, quod est bonum, quia habet accidens existens in genere boni, et iuxta hanc expositionem lege uerba, [Deinceps uero] eligibilium est illud bonum ex duobus eligibilibus bonis, [quod quidem est hoc quod] est in genere boni, ut uerba species illius. [eo quod non in genere] bono [est] ut illius species, sed ut habens id, quod est in genere bono, [ut iustitia] eligibilior est [iusto,] scilicet

homine. Per iustitiam enim uirtutem intelligit, qui homines iusti dicuntur: per iustum autem, hominem iustum, et probat exemplum, et dicit, [Nam illa quidem] iustitia ut species est [in genere bono,] uirtus enim quae dicitur iustitia, quaedam species boni est, [hoc autem,] scilicet homo habens habitum iustitiae, per quem dicitur homo iustus, [non est] in genere bono, ut illius species, sed ut habes speciem boni, quae est iustitia, [et illa quidem,] scilicet iustitia ipsa est [quod quidem bonum, hoc autem,] scilicet homo iustus, [non] est ipsum bonum, sed habens bonum, scilicet iustitiam, quae est ipsum bonum. Et quod iustus homo non sit ipsum bonum, probat, et dicit, [Siquidem nihil dicitur quod quidem genus est,] hoc est, quia nihil recipit praedicationem generis, [quod non est in genere, ut albus homo non est quod quidem color] hoc est, coloris praedicationem recipiens, quia albus homo non est in genere coloris, [Similiter autem in aliis] quoniam non solum de albo homine, sed de cane rubro, et similibus est dicendum, quare iustitia erit homine iusto eligibilior, quoniam iustitia est bonum, ut in genere boni species, iustus homo in bono, ut habens speciem boni. Huius loci praecipuum assignat Alexander ex eo, quia comparationum ad inuicem, semper quod est in genere, est magis secundum illud genus eo, quod non est in illo genere, sed habens illud genus, magis enim quantum est, de quo, ut genus, quantum praedicatur quam id, de quo per accidens quantum praedicatur, ut superficies magis quantae est albo. Quare cum iustitia sit de quo genus bonum praedicatur, homo autem iustus, de quo per accidens genus bonum praedicatur, iustitia erit magis bonum et eligibilium homine iusto, de quo bonum per accidens dicitur. haec est una expositio, quae colligitur ex uerbis Alexandri. Alia autem expositio est, ad cuius euidenciam supponendum Aristotelem per [quod quidem,] siue per [hoc quod] intelligere idem quod proprie, et cuiusque additur significare idem quod proprie, ut si dixerimus, Socrates est quod homo, uel hoc quod homo, intelligitur proprie homo: et quod ens, uel hoc quod ens, proprie est, quare coru qui sunt aliqui, ut bonum, quod dam est bonum, quia proprie bonum: et hoc illud, quod est species boni: quoddam est bonum, non quia sit proprie bonum, sed quia habet aliquid existens proprie bonum, ut homo modestus, non enim proprie bonum est, sed habens modestiam existentem, proprie bonum. Tunc expositio loci praecipui est, positus duobus aut pluribus eligibilibus, quae omnia sunt bona, illud est eligibilium quod est proprie bonum: et quia iustitia, et homo iustus sunt bona, iustitia autem proprie bonum: homo uero iustus improprie bonum, et non nisi quatenus habet in se iustitia existentem bonum, ideo iustitia eligibilior est homine iusto, et iuxta hanc expositionem lege uerba, [deinceps uero] eligibilium est [quod quidem hoc quod] id est, quod quidem est proprie bonum, [eo quod non in genere est,] scilicet in ipso bono proprie, sed ut habet aliquid existens bonum, [ut iustitia iusto,] scilicet homine iusto, [nam illa quidem in genere bono] est subaudi proprie [hoc autem,] scilicet homo iustus [non] est in genere ipso bono, proprie, sed habens aliquid existens proprie in ipso genere bono, et explicat magis exemplum, et dicit, [Et illa quidem est quod quidem bonum est,] scilicet proprie

G per se bonum. [hoc autem] scilicet homo iustus [non est.] quod quidem bonum est, sed habens aliquid existens bonum, et assignat rationem et dicit. [Siquidem nihil dicitur quod quidem genus est] hoc est proprie in aliquo genere, [quod non est] ipsum [in genere.] sed habens aliquid existens in genere, [ut albus homo non est quod quidem color.] hoc est proprie color, sed improprie, quia habens colorem. addit Aristoteles. [Similiter autem et in aliis] scilicet predicatis, et non solum de colore, sed etiam de quanto, et aliis id genus. aut potest exponi, similiter autem et in aliis, quoniam non solum iustitia est homine iusto eligibilior, sed fortitudo homine forti, et temperantia homine temperato, et sic de aliis id genus, quasi ut diximus de iustitia, et de homine iusto, ita de aliis virtutibus, et iis que virtutem habent: hoc loco utentes demonstrabimus iustitiam atque virtutem unamquamque eligibiliorum atque magis bonum esse eo, quod unamquamque virtutem habet, ut iustitiam iusto, modestiam modesto, fortitudinem forti homine. nam unaqueque virtutum in genere est proprie, videlicet in virtute, aut in bono. At nullus homo virtutem habens in genere est, videlicet in virtute, aut in bono. nam iustus homo nec quod quidem virtus est, nec quod quidem bonum, sed est bonum, quia accidit ei virtus, aut bonum. Sed occurreret primo, quia homo iustus videtur magis bonum, quoniam continet bonitatem substantiam, que est homo: et iustitia, que est accidens. At iustitia non nisi bonitate accidentis. id autem quod continet plures bonitates, ut postea dicitur, est eligibilior eo, quod continet pauciores. Fortasse locus iste est probabilis, et non verus, signo autem nobis est locus oppositus, quoniam argumentari possumus pro utraque problematis parte, ut quod iustitia sit eligibilior homine iusto, et quod homo iustus iustitia eligibilior. Iustitia quidem virtutis et boni, homo autem iustus per accidens, quatenus habet iustitiam, homo vero iustus, eligibilior est iustitia, quoniam continet plures bonitates: iustitia vero unam. Et fortasse locus iste est probabilis et verus, quoniam licet homo iustus continet plures bonitates, non sequitur, ut homo iustus sit eligibilior virtute, quoniam homo iustus continet plures bonitates nature et entis: iustitia vero est bonum, bonitate moris et virtutis, quod est eligibilior et melius. Deinde occurreret etiam, quoniam homo iustus est individuum substantia, ergo est in genere, Dicendum hominem iustum si est in genere, esse in genere predicamenti. At iustitia est in virtute, et in bono ut in genere, et hoc pacto intelligit Aristoteles. Alia dubitationes frivole sunt, ideo prætermittenda sunt.

καὶ δ' οὐδ' αὐτὸ ἀρετῶν τὸ δ' ἔργον ἀρετῶν αἰρετώτερον. διὸν δ' ὑγιαννὴν ἢ γυμνάσιον. δ' ἢ γυμνασία. καὶ δ' οὐδ' αὐτὸ ἀρετῶν τὸ δ' ἔργον ἀρετῶν.

LOCVS QVINTVS.

8 Et quod propter se eligendum, eo eligendo, quod est propter aliud est eligibilius: vt fanum esse quam exercitari. Illud enim propter se-

ligendum, hoc autem propter aliud est.

Locus præceptus hic quintus est, ut respiciamus ad id, quod est eligendum propter se, et ad id, quod est eligendum propter aliud: locus vero præceptus, est, positus duobus, aut pluribus eligendis: id quod est propter se eligendum eo eligibilius est, quod est propter aliud eligendum, ut sanum esse, quod propter se eligitur, eligibilius est ipso exercitari, quod eligitur propter sanitatem, et hoc dicit. [Et quod propter se eligendum eo eligendo, quod est propter aliud est eligibilius.] nam quod est propter se eligendum, ut fanum, est eligibile. Quod vero est eligendum propter aliud, eligibile est, ut medium in finem. Et assignat exemplum, et dicit. [Vt fanum esse] eligibilius est [quam exercitari.] cuius causam subscribit et dicit. [Illud enim propter se eligendum videlicet sanum esse.] hoc autem, scilicet exercitari est eligendum [propter aliud.] scilicet propter fanum esse, igitur est eligibilius. Patet ergo locus præceptus, qui ab eo, quod propter se est eligendum, accipitur.

Quod vero ad verba attinet, annotatione dignum ut ex his patet, que Aristoteles tradit primo Rhetoricorum, et octavo Ethico, et ut Alexander annotavit, bona et eligibilia esse, aut que propter se sunt eligibilia, et hæc sunt, que eliguntur ut fines, ut felicitas, atque felicitatis partes, et voluptas atque voluptatis partes. Felicitas enim atque felicitatis partes, bona honesta sunt, que cum sine fine propter se eliguntur. Voluptas vero atque voluptatis partes bona sunt, que iucunda dicuntur, et etiam propter se eligibilia. Alia vero bona sunt, que eliguntur propter aliud, que dicuntur bona utilia, quod ea sunt quibus pervenimus ad bona honesta, iucunda, uel ad ea bona, que ut fines bona sunt, ut secare, urere, exerceri, pharmacari, quibus pervenimus in sanitatem. Alexander vero addit quaedam esse bona, que et propter se bona sunt et propter aliud, itemque et propter se eligibilia, et propter aliud, ut virtutes, et divitiæ, et sanitas, nam hæc et propter se eliguntur, et propter felicitatem, amplius et potentia bonum est et propter se et propter aliud. Manifestum itaque que eliguntur propter se eligibilia esse se iis, que propter aliud eliguntur, quod exemplis demonstravit Aristot. nam sanitas que propter se eligibilis est, eligibilior est ipsis secare, et urere, et exerceri, que eliguntur propter sanitatem. Amplius, si amicum eligimus propter ipsum veluti et nos ipsos, siquidem amicus est alter ipse: nummas autem non propter ipsos, amicus nummis eligibilior erit. sic etiam demonstratur philosophiam eligibilior esse rhetoricam. Sed dices, Aristoteles primo Rhetoricorum tradit multo plura bona iis, que hic tradit. asserit enim bona alia esse iusta atque æqua, quorum contraria sunt iniusta, atque iniqua. Alia esse utilia, que expetuntur ut media in finem, quorum contraria sunt damnofa: alia esse iucunda atque delectabilia, que etiam expetuntur ut fines, quorum contraria sunt dolorifica. Et dicendum Aristot. in libro Rhetoricorum respexisse ad genera dicendi, que sunt tria, demonstrativum, deliberativum, et forense. nam loca, et media, quibus dicimus in genere dicendi demonstrativo, laudando aut vituperando, omnia accipiuntur per se ab ipso honesto, vel

A turpi. loca autem, et media quibus dicimus per se in genere dicendi deliberativo, horando aut dehorando omnia accipiuntur per se ab ipso vel utili damnofo. loca denique, et media quibus dicimus in genere forenfi accusando aut defendendo omnia accipiuntur per se ab ipso iusto, atque æquo, aut ab iniusto, atque iniquo. Diximus per se, quoniam per accidens in omni dicendi genere dicimus per loca que accipiuntur ab omni bono. In genere enim dicendi demonstrativo per se laudamus, aut vituperamus per loca, que accipiuntur ab honesto. Per accidens autem per loca que accipiuntur ab utili, et a iusto, in quantum accidit aliquid honestum esse utile, et iustum. In genere vero dicendi deliberativo per se horamur, aut dehortamur per loca, que accipiuntur ab utili, uel damnofo. Per accidens vero per loca que accipiuntur ab honesto et a iusto, quatenus accidit nonnulla honesta, uel iusta esse utilia. In genere etiam forenfi per se accusamus uel defendimus per loca, que per se accipiuntur ab iusto uel iniusto. Per accidens autem per loca, que accipiuntur ab honesto, et ab utili, quatenus accidit iusta esse honesta uel utilia. Hic autem respexit ad electionem simpliciter, quous modo fiat, siue per se, siue per accidens, et ad ipsum eligibile, simpliciter siue per se siue per accidens, et hoc pacto sub eo continentur omnia bona, quoniam omne bonum est eligibile, siquidem bonum per se eligibile est per se: et bonum per accidens eligibile per accidens. respexit etiam ad unum genus dicendi, quod est deliberativum: ad quod omnia alia genera reducuntur. nam persuadere ad laudem uel vituperationem, aliqua ratione est movere mentem auditorum ad deliberandum, ut assentiant laudi uel vituperationi alicuius. persuadere etiam iudici ad accusationem uel defensionem, est etiam movere mentem illius ad deliberandum ut damnet, uel absolvat. Quare cum omnia bona continentur sub ipso eligibili, omnia genera dicendi continentur sub genere dicendi deliberativo. et ideo Aristoteles aliter hic de bonis, et aliter in Rhetoricis locutus est. Vt hinc dubitatur, quoniam sanitas eligenda est propter se, virtus autem propter felicitatem, et tamen virtus est sanitas eligibilior, igitur non omne eligibile propter se est eligibilius eo, quod eligitur propter alterum. Dicendum Aristotelem per id, quod eligitur propter alterum, intellexisse id quod ordinatur ad illud, quod eligitur propter se, ut patet per exempla eius: modo virtus non ordinatur ad sanitatem, ideo non ualet instantia.

καὶ τὸ κατ' αὐτὸ τὸ ἡθὺς συμπερικτὸς, διὸν δ' τοὺς ἐλάτους ἀμαρτωλοῦ ἐνοῦ τοῦ, τοὺς ἐχθροῦς. δ' ἢ γυμνασία. καὶ δ' οὐδ' αὐτὸ ἀρετῶν τὸ δ' ἔργον ἀρετῶν. δ' ἢ γυμνασία. καὶ δ' οὐδ' αὐτὸ ἀρετῶν τὸ δ' ἔργον ἀρετῶν. δ' ἢ γυμνασία. καὶ δ' οὐδ' αὐτὸ ἀρετῶν τὸ δ' ἔργον ἀρετῶν.

LOCVS SEXTVS.

9 Et quod per se eo quod per accidens, vt amicos iustos esse eo quod

inimicos. Illud enim per se eligendum. hoc autem per accidens eligimus. Inimicos enim iustos esse eligimus per accidens, vt nihil nobis noceant. Est autem hoc idem ei, quod ante hoc. Differt autem modo: nam amicos iustos esse per se eligimus, et si nihil nobis debeat fore, quavis apud Indos sint. Inimicos autem propter alterum, vt nihil nobis noceant.

Nunc assignat sextum locum, qui potest esse locus præceptus, et locus præceptus. Est quidem locus præceptus respicere ad id, quod per se, et ad id, quod per accidens est. Locus vero præceptus est, quod est per se eligibile, eligibilius est illo, quod est per accidens eligibile. et hoc dicit. [Et quod per se] eligibilius est [eo, quod per accidens] eligibile est. Est autem per se eligibile (ut Alexander exponit) quod per propriam naturam, et presentiam eligibile est: per accidens vero, quod cum non sit per propriam naturam eligibile, accidit, ut eligatur aliquando propter aliquam circumstantiam. et Aristot. per exemplum quale est utrumque ipsorum manifestavit, et dicit. [Vt amicos iustos esse eo] subaudi eligibilis est. [quod] est [inimicos] iustos esse. Et assignat rationem, et dicit. [Illud enim.] scilicet amicos iustos esse [per se eligendum est.] non enim propter nos, nec ut aliquid nobis ex hoc fiat, ipsum eligimus. Sed quoniam amicitia est voluntas mutua bonorum, illius gratia eligimus bona amicis inesse, bonum etiam est, et iustitiam habent. [Hoc autem.] scilicet inimicos iustos esse [per accidens] eligimus. inimicos enim iustos esse eligimus per accidens, ut nihil nobis noceant. [Non enim est peculiaris inimicitia voluntas bonorum inimicis illorum genera, quoniam idem esset inimicitia et amicitia. Non igitur per se hoc eligimus, sed per accidens. Cum enim peculiaris iustis sit non iniustitiam facere, ne inimici nos iniustitia sequantur, eligimus ipsos esse iustos. Quod si hoc per accidens est eligibile, illud vero per se, manifestum quoniam per se eligibile illo, quod est per accidens eligibile, eligibilius est. Deinde comparat hunc sextum locum priori quinto loco, et dicit. [Est autem hoc.] scilicet hic locus sextus [idem ei] loco quinto, [qui est ante hoc.] quoniam (ut Alexander inquit) idem est esse per se, et propter se, et idem est esse per accidens, et propter aliud. Amicos enim iustos esse et propter se, et per se eligibile est, quemadmodum et sanitas. Sed inimicos esse iustos per accidens, accidit enim ipsis iniustis factis non ledere, et propter aliud, ne nos ledant. [Differt autem modo] scilicet prolationis (ut Alexander exponit) quoniam in primo loco vituperamus propter se, et propter alterum, in hoc vero loco sexto, vituperamus per se, et per accidens, et hoc subscribit. [Differt autem modo, nam amicos iustos esse per se eligimus, et si nihil nobis debeat fore per ipsos, quavis apud Indos sint.] ubi enim in India sint, nihil nobis profunt, [inimicos autem] iustos esse per se eligimus per accidens, et [propter alterum, ut nihil no-

& bis noceant.] ergo differentia sola horum locorum est, in modo proferendi: nam in quinto loco utitur propter se, & propter alterum, in sexto uero per se, & per accidens, quæ subiecto, & re eadem sunt. Aut forte, ut Alexander inquit, quod dicit Aristoteles, solum in exemplis dictis, uerum est, nam amicos iustos esse eligimus per se, & propter se. Inimicos autem propter alterum, & per accidens. In aliis est inuenire plura, quibus differunt. Nam quædam sunt eligibilia per se, quæ tamen non sunt eligibilia propter se. ius enim qui frigescent, per se eligibilibus est calida uestis, non tamen propter ipsam, sed propter alterum, quoniam non frigescere ab ipsa fit: per accidens uero aut albam, aut fuscam, aut quemuis colorem habeat uestis, quam per se nos frigentes eligimus. Sic igitur omne eligibile propter se est eligibile per se, & non conuertitur. Nam diuites eligibiles sunt per se, non autem propter se, per se quidem, quia propter suam naturam quæ bona, & utilis est, non autem propter se, quoniam eligimus, ut instrumenta, quibus perficimus aliquas uirtutes. Simili ratione quod est per accidens eligibile, erit propter alterum eligibile: at quod propter aliud est eligibile, non omnino est per accidens eligibile. Diuitia enim propter aliud eligibiles sunt, quæ non per accidens eliguntur. Per accidens enim sola ea eligibilia sunt, quæ per quoddam accidens quod in ipsis habent eligibile, eliguntur. hoc pacto quandoque paupertas, morbus, & mors per accidens eligibiles sunt. Si igitur per se & propter se, & per accidens propter aliud non sunt eadem, nec hæc loca eadem erunt. sunt qui aliter differentiam assignant. Afferunt enim ea esse eligibilia propter se, quæ ut fines eligibilia sunt, ea autem propter alterum, quæ eligibilia sunt ut media in finem. uerbi causa, eligibilia propter se sunt felicitas & felicitatis partes, eligibilia propter alterum sunt, quæ faciunt acquirere felicitatem. Per se uero eligibilia sunt, quæ propria natura sunt bona, ut diuitie, quæ sunt bonæ propriis naturis, quoniam propriis naturis sunt instrumenta ad aliquas uirtutes, non autem sunt bonæ propter se, quoniam non ut fines: per accidens autem eligibilia sunt, quæ habent in se aliquid coniunctum, quod est eligibile, ut album, quod habet uestem eligibilem. Hactenus de differentia locorum.

καὶ δ' αἴτιον ἀγαθὸν καὶ αὐτὸ, τὸ καὶ συμπερικέκεν ἀγαθόν. καὶ αὐτὸ ἢ ἀρετῆ ἢ τύχης. ἢ μοῦ γὰρ καὶ αὐτῶν, ἢ δὲ καὶ συμπερικέκεν ἀγαθόν. τῶν ἀγαθῶν. ἢ ἐν τῷ αὐτῷ τοῦ.

LOCVS SEPTIMVS.

10 Et quod causa boni per se, eo quod per accidens causa, quemadmodum uirtus, fortuna. Nam illa quidem per se, hæc autem per accidens est causa bonorum, & si quid aliud huiusmodi.

Septimus locus præceptus est respicere ad causam, cuius locus præceptus est non una ratione expositus. nam

imiores, sic exponunt, positis pluribus eligibilibus, quod est a per se causa eo, quod a causa per accidens est, eligibilis est, sed ferunt instantiam, nam thesaurus a fortuna est, & lapis est a causa per se, & tamen thesaurus eligibilior est lapide, intelligunt locum præceptum æteris paribus. Nam cum cetera fuerint paria, semper quod est a causa per se, eligibilis eo est, quod est a causa per accidens, Alexander aliter intelligit, & ut mihi uidetur, rationabilis, nam (ut inquit) cum Aristoteles dixisset quod est per se eligibile, eligibilis eo esset, quod est per accidens, sum in causis etiam talis differentia fit, nam quædam per se aliquorum cause, quædam uero, quæ accidens. (edificator enim per se causa domus est, per accidens uero Athenæus, aut alius) locum quædam nobis & a causis ad iudicium eligibilioris trahit, & dicit, Quædam aliqua duo bona alicuius boni, & eligibilis sunt, alterum per se, alterum autem per accidens, id quod per se causa boni est, eo eligibilis est, quod est per accidens causa boni, & hoc intelliges, quando causa per se, & causa per accidens eiusdem boni causa sunt. nam hoc pacto media eligibilior fortuna demonstratur esse, quoniam am bæ sumatis sunt cause, unde dicit [Et quod causa boni per se eo] eligibilis est, [quod per accidens causa] est, [quemadmodum uirtus] eligibilior est [fortuna, nam illa quidem per se], scilicet uirtus [hæc autem], scilicet fortuna [per accidens est causa bonorum, & si quid aliud huiusmodi] causa fuerit bonorum per accidens, ut casus, bona uero, ut quorum cause sunt fortuna uel casus, sunt diuitie, potentia, & honores, & ideo uirtus eligibilior est fortuna, quoniam uirtus est per se horum causa, fortuna autem per accidens.

ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῷ φρονήσι. δ γὰρ καὶ αὐτὸ κακὸν αἴτιον, φθιτὸν ὄραον τὸ καὶ συμπερικέκεν, διορ ἢ κακία ἢ τῶν κατὰ τὸ γὰρ καὶ αὐτῶν κακῶν. ἢ δὲ τῶν καὶ συμπερικέκεν.

LOCVS OCTAUVS.

11 Similiter autem & in contrario, nam quod per se est causa mali, fugibilis eo est quod per accidens, ut uirtutum quàm fortuna. Nam illud quidem per se malum, fortuna autem per accidens.

Hic octauus locus præceptus est de fugibili, quod est contrarium eligibili. Nam per eandem rationem demonstratur fugibilis esse quod per se causa mali est, illo quod est per accidens, ut esse uirtutum & fortuna, similiter autem in contrario] est dicendum sicut dictum est de eligibili, nam ut de eligibili, ita de fugibili est dicendum: & hoc exponit. [Nam quod per se est causa mali, tantumquam magis malum] fugibilis est eo quod per accidens] est causa mali. [ut uirtutum] quàm fortuna] fugibilis est. [Nam illud quidem], scilicet uirtutum cum sit per se causa mali [per se malum] est, [fortuna autem, per accidens] malum est, cum sit per accidens causa mali.

Α ἡγοῦ τὸ ἀγαθὸν ἀγαθὸν τὸ ἴδιον ἀρετῶν ὄραον. διορ δ' ἢ γὰρ ἀρετῶν τὸ τῶν κατὰ τὸ γὰρ ἀγαθὸν, δ' δὲ τῶν τῶν ἀγαθῶν τὸ τῶν.

LOCVS NONVS.

12 Et quod simpliciter bonum, eo quod alicui, eligibilis est: ut sanum fieri quàm incidi. Nam illud quidem simpliciter bonum, hoc autem alicui indigentium incisione.

Locus nonus præceptus est respicere ad id quod est simpliciter uel alicui bonum. At locum præceptum assignat, & dicit. [Et quod simpliciter bonum, eo eligibilis est, quod alicui est bonum.] Assignat autem exemplum de sano, nam ut sana bifariam sunt, quædam simpliciter sana, ut sunt quæ sana sunt iis, quæ secundum naturam se habent, ut de ambulatione, exercitium, & quæ sanis conueniunt: quædam autem sana sunt non simpliciter, sed aliquibus, ut ægrotis, ut sectiones, & quies, & phar-macie iis, qui horum indigent. sic & bona quædam sunt simpliciter bona, quæ omnibus secundum naturam habentibus bona sunt, quædam autem alicui, ut sanitas quidem simpliciter bonum, nam iis, qui secundum naturam sunt omnibus simpliciter bonum est. Mors autem simpliciter quidem malum, hæret tamen aliquando alicui bonum, ut Theaginis, siquidæ corporis morbigeri nutritio in phisosophia ipsum tenuit, ut dicit Plato. Hæc igitur sic se habentibus eligibilis inquit esse bona simpliciter, & quæ non simpliciter, sed sunt aliquibus & quandoque bona. Instæ-tia, nam superius dictum est bonum proprium eligibilis esse bono communi: at bonum cõ simpliciter bonum est, bonum autem proprium bonum alicui, ergo bonum alicui eligibilis erit. Dicendum bonum proprium esse particulare bonum, at particulare bonum duplex est, alterum quod diminiuit à bono simpliciter, ut proicere merces in mare tempore tempestatis. & de tali loquitur hic, nam hoc est simpliciter minus bonum, alterum autem quod non diminiuit à simpliciter bono, ut sanum esse, quod est particulare bonum non omnibus, sed animalibus, & de hoc locutus est superius, quoniam hoc particulare bonum est simpliciter bonum.

ἡγοῦ τὸ φῦσα, τὸ μὴ φῦσα. διορ ἢ δ' ἢ μοῦ σῶμα τὸ ἀκαίου. δ γὰρ γὰρ φῦσα. δ' δὲ, ἐπὶ τῶν τῶν.

LOCVS DECIMVS.

13 Et quod natura est, quod non natura, ut iustitia iusto. Illud enim natura, hoc autem acquisitiuum.

Locus decimus præceptus est respicere ad id quod est bonum natura, & ad id quod est bonum non natura. Locum uero præceptum assignat, & dicit. [Et quod natura est] eo eligibilis est, [quod non natura] bonum est, & offert exemplum, & dicit, [ut iustitia] eligibilior est [iusto. Illud enim], scilicet iustitia [natura] bonum est, quo

niam iustitiam esse bonum, non lege, uoluntate, aut arte est bonum, sed suapte natura a apud omnes iustitia est bonum. [hoc autem] scilicet iustum [acquisitiuum] bonum est quoniam non natura, sed aut usu, aut lege, aut uoluntate bonum est. Exponit autem Alexander locum hunc quoniam quæ natura constituta sunt generatim meliora sunt iis, quæ aut acquisitiua sunt, aut secundum artes, quæ enim sunt secundum artes, emulationes sunt nature. Amplius quæ sunt secundum mores, & placitum, & leges, consequentia sunt eorū, quæ natura sunt. Quare quæ natura sunt, simpliciter meliora, & eligibiliora sunt iis, quæ non natura sunt, nam eorum quæ sunt natura, pecciliaris causa natura est. Eorum autem quæ non sunt natura, causa est, aut mos, aut placitum, aut lex. Quia igitur omnis uirtus sua natura bonum est, ideo iustitia quæ uirtus est, natura bonum erit: iustum uero non sua natura bonum est, sed aut secundum usum, aut secundum legem, nam alia quidem apud alios sunt legitime iusta, cum singulis peculiaribus legitima sunt, & bona, & eligibilia. Quare amobus bonis existentibus & iustitia, & iustis lege positis, Iustitia quæ est suapte natura bonum, eligibilior erit iusto non natura posito. Dico iusto non natura posito, quoniam est aliquid iustum sua natura bonum, ut illud, iustum, quod recta lege, & uirtute iustum est. Vel per iustum, itelligit hominē, qui iustitiam habet: nam huic iustitia bonum acquisitum est, non natura, siquidem non natura insunt, qui iusti sunt, sed per acquisitionem habitus iustitia. At iustitia suapte natura bonum est. Est autem utraque expositio Alexandri, & bona. Sed occurres, nam Aristoteles septimo Ethicorum ait eas uirtutes, quæ natura nobis insunt esse mala nobis, ut liber alitas, quæ nobis inæst à natura, malum est, nisi ratione moderetur, ducit enim nos ad pauperatam, & abstinentia quæ nobis inæst à natura, mala est, si non ratione reguletur, ducit enim ad mortem. Amplius, quæ nobis natura insunt, neque laudamus, neque uituperamus (ut Aristoteles inquit) cum non sint meritoria: at quæ nobis insunt ex non natura sunt meritoria & laude digna. Dicendum, ut Alexander exponit Aristot. intelligere per ea quæ sunt bona natura, non ea, quæ nobis insunt à natura, sed ea quæ sua natura bona sunt, ut uirtus, quæ omnibus sua natura bona est. Per bona uero, quæ non sunt natura talia, intelligit bona, quæ aut usu, aut lege, aut arte sunt talia. Sic cessat obiectio cum ad aliam rationem referat ea, quæ sunt natura bona quàm Aristoteles acceperit. Dicit autem Alexander hic presentem locum potentia eundem esse cum nono loco proxime assignato. nam quæ suapte natura sunt bona, & simpliciter sunt bona, & quæ acquisitiua sunt bona, non sunt simpliciter, nec omnibus bona. Differt autem ratione, non enim quia simpliciter, sed quia sua natura bonum est, eligibilis est eo, quod acquisitiuum bonum est.

Ἐ τὸ τῶν κατὰ τὸν ἴδιον ἢ ἀρετῶν ἢ ἢ ἀρετῶν, ἀρετῶν ὄραον. διορ δ' ἢ γὰρ ἀρετῶν τὸ τῶν κατὰ τὸ γὰρ ἀγαθόν, ἢ δὲ τῶν τῶν ἀγαθῶν τὸ τῶν.

LOCVS VNDECIMVS.

14 Et quod meliori, & honorabiliiori iest, eligibilis, ut deo, quàm homini, & animæ quàm corpori.



G Locus præceptivus undecimus est, ut respiciamus ad melius & ad honorabilius, locus vero præceptus potest dupliciter exponi, uno modo, ut sit sensus: [quod meliori & honorabiliori inest,] ut eligibile, hoc est, quod eligitur & meliori & honorabiliori, est [eligibilis] eo quod eligitur & peiori, & inhonorabiliori. [ut] quod [de]o uel & deo eligitur, eligibilis est eo, quod eligitur [homini] uel quàm ab homine. [et anima.] hoc est & ab anima [quàm corpori] hoc est quàm & corpore. & hoc pacto locus uerus est, modo (ut Alexander inquit) talia eligibilia sunt abobus possibilia eligere. cū enim abobus possibilia sunt semper quod a meliori & honorabiliori eligitur eligibilis est. Et differt hic locus (ut Alexā. inquit) a loco secundo, qui erat, & quod magis eligit prudens, nam ille locus supponebat ea eligibilia esse ab utriusque bonis, ita ut sit sensus, id esse eligibilis, quod eligitur ab eo meliori, quod est duorum melius. Hic uero locus supponit ea, quæ eligunt esse in natura diuersa, ut hoc melius, illud peius, ut ab anima quæ est meliora, quàm quod a corpore, quod est peius. Alio modo exponi potest, ut sit sensus, pluribus existentibus eligibilibus, quod inest meliori, & honorabiliori eligibilis est eo, quod inest peiori, & minus honorabili. [ut] quod inest deo, eligibilis eo est, quod inest homini, ut immortalitas, quæ inest deo, eligibilior est sapientia, quæ inest homini. Et sanitas & diuitiis, quæ insunt corpori, eligibiliora sunt philosophia, & sapientia, quæ insunt anime. Sed est instantia, nam ignorantia inest anime, sanitas autem corpori, & tamen sanitas melior est ignorantia. Dicendum electionem fieri aliquando simpliciter, aliquando secundum quid. Fit electio alicuius eligibilioris simpliciter, aut cum eligibilibus existentibus cæteris paribus, alterum alterum superat una sola præeminentia, aut quoties numerus præeminentiarum in altero est maior numero præeminentiarum in altero. Electio uero eligibilioris secundum quid est, quoties una præeminentia est in uno, quæ non est in altero, siue sint cætera paria, siue nō. Aristoteles fortasse si loquitur primo modo, locus est dialecticus & uerus: si secundo modo est dialecticus tantum.

I  
 καὶ τὸ τὸ βελτίον ἢ ἴσον, βέλτιον ἢ τὸ χείρον. διὸν δὲ τὸ δὲ ἢ περὶ τὸ ἀνδραγαθόν, ἢ τὸ μὴ γὰρ τὰ κοινὰ εἰς ἀμφοτέροισι, οὐδ' ἐν διαφέρεσι ἀλλήλων. τοῖς δὲ ἰσότησι τὰ ἐτέρου τὸ ἐτέρου διὰ φέρου ἢ ἀρχαί.

LOCVS DVODECIMVS.

15 Et quod melioris proprium, melius quàm quod peioris. ut quod dei quam quod hominis: nam secundum communia quidem utriusque nihil differunt ab inuicem: propriis autem alterum alteri differentiis supereminet.

Locus præceptivus duodecimus (ut Alexander inquit) ex proprio assignatur, nam cum assignasset locum duodecimum ab eo, quod meliori inest, nunc ex proprio locum cum nobis dat, in plus enim est id quod inest alicui, quàm

proprium. Huius autem locus præceptus est, quod est melioris proprium, est melius, quàm illud quod est proprium peioris. unde dicit. [Et quod melioris proprium, melius quàm quod peioris, & dixit quod melioris proprium esse [melius,] & non eligibilis, quoniam (ut Alexander inquit) comparationem fecit non secundum eligibilis, sed secundum melius. In plus enim est esse melius quàm eligibilis, aliquid enim est melius quod non est eligibilis, quoniam nihil potest esse eligibilis alicui, quod non sit illi possibile, at potest esse aliquid melius & non possibile. Vel forte dixit [melius,] quoniam id est est melius & eligibilis: & accepit melius pro eligibiliori. Demonstrat autem locum per exemplum, & dicit.

[Vt quod] proprium est [dei] melius & eligibilis est, [quàm quod hominis.] Sed occurrit nunquid melius & peius accipiuntur ab his, quæ homini & deo competunt communiter aut a propriis differentiis, quibus deus & homo differunt. Respondet Aristoteles, quod accipiuntur a propriis differentiis, & dicit, [Nam secundum communia quidem utriusque deus & homo nihil differunt ab inuicem,] & sic ab illis communibus non accipiuntur propria, quoniam in illis communibus neutri neutri supereminet, [proprium autem differentiis alterum alteri supereminet.] & ideo ab his accipiuntur melius & peius, unde si animalia sunt deus, homo & equus (ut Alexander exponit) secundum commune genus quidem nihil ab inuicem differunt, quia uero deus melior est homine, & homo equo, relinquuntur eorum differentiam esse secundum propria, si igitur dei proprium est immortalitas, hominis uero scientia susceptiuus: sic & anime proprium est motus, corporis uero momentum, esse utique motus momento melior, quoniam & anima corpore melior. per quæ patet, ut recte Alexander annotauit, Aristoteles melius & peius in his accepisse, quæ sunt eiusdem generis homo genia, quoniam & comparatio est in habentibus communicationem ad inuicem: idcirco dixit secundum quidem communia in ambobus nihil differunt, nam quæ comparabilia sunt, habere debent aliqua communia.

καὶ τὸ εἰς βελτίον, ἢ προτέρον, ἢ ἀμειότερον, βέλτιον, διὸν ἢ γίγται, ἢ γὰρ, καὶ καλλοῦς, ἢ γὰρ γὰρ ἢ γὰρ εἰς εὐροῖς καὶ δόμοις καὶ ψυχροῖς, ἀπλῶς δ' εἰς εἰς εἰς πρῶτον σωσίσις δ' εἰς εἰς. τὰ δὲ εἰς τῶν ὑπεροῖς, ἢ μὴ γὰρ ἢ γὰρ, εἰς τῶν ὑπεροῖς καὶ ὁμοῖς. τὰ δὲ καλλοῦς, τῶν μελλῶν τῶν συμμετρίαις ἀρκῆ εἶναι.

LOCVS DECIMVSTERTIVS.

16 Et quod in melioribus, vel prioribus, vel honorabilioribus est melius ut sanitas, robore & pulchritudine, nam illa quidē in humidis & siccis, & (ut simpliciter dicatur) ex quibus prius constitutum est animal, hæc uero in posterioribus, nam robur in neruis, & ossibus, pulchritudo autē membrorum quædam commensuratio videtur esse.

LOCVS DECIMVSQVARTVS.

17 Et finis iis, quæ sunt ad finem, eligibilior videtur esse.

Locus præceptivus est a fine, & est fere idem cum loco quinto, qui accipiebatur ab eo, quod est propter se, ut Alexander inquit, nam finis est propter se eligibilis, quod autem est ad finem, est eligibile propter alterum, ut propter finem, differt autem hic locus ab illo, nam in hoc loco decimo quarto est comparatio finium, & eorū quæ sunt ad finem, ibi autem comparatio fuit uniuersalior, quia eorum quæ sunt propter se, & eorū quæ sunt propter alterum: constat autem propter se esse, uniuersalius esse sine, & propter alterum esse, uniuersalius esse eo, quod est propter finem, hæc ratione sanitas eligibilior: exercitatio, & cibus, generatimque diæta, nam sanitas finis est, exercitatio autem cibus, ac diæta sanitatis gratia. Amplius felicitas eligibilior est uirtute, sanitas autem, diuitiis, & aliis bonis, nam felicitas est finis, illa autem sunt felicitatis gratia, assignat igitur locum præceptum, & dicit, [et finis iis, quæ sunt ad finem, eligibilior esse uidetur.] & accepit [esse uidetur] pro esse re uera, nam semper finis re uera est eligibilior his, quæ sunt ad finem.

καὶ ἀνοῖρ, τὸ ἐγγυροῦ τὸ τέλους.

LOCVS DECIMVSQVINTVS.

18 Et duorum, quod propinquius est fini.

Locus hic decimus quintus præceptivus, ut mihi uidetur, accipitur ab eo, quod est fini propinquius aut minus propinquum, nam ut Alexander inquit, hic locus in his, quæ ad finem faciunt, comparationem habet, dicit enim Aristoteles, si essent aliqua duo, quæ ad unum aliquem finem relationem haberent, quod propinquius fini esset, eo eligibilis esset, quod a fine est longius, ut sanitas causa sunt exercere & intendere: quia uero exercitium propinquius sanitati est, quàm tondere, melius & eligibilis est: est enim fini propinquius. Hoc pacto operatio secundum uirtutem habitus est eligibilior, est enim felicitati propinquior, quæ finis est amorum. Sic & ars fabricilis eligibilior esse uidetur arte, quæ ligna secat, cum ab ea sint ad nauifaciam artem. Aristoteles igitur locum præceptum assignat, & dicit, [et duorum] scilicet ordinatum in finem, [quod propinquius est fini,] eligibilis est, est enim quid propinquius, est finis, tanquam finis eius, quod est longius a fine.

καὶ ὁμοῖς τὸ πρὸς τὸ τὸ βίου τέλει, αἰρετῶν τῶν ὁμοῖς καλλοῦς, ἢ πρὸς τὸ πρὸς ἀλλοῦ ἢ διὸν τὰ πρὸς ἑαυτῶν αἰρετῶν σωτῆρον. ἢ πρὸς τὸ πρὸς φρόνησιν, τὸ γὰρ πρὸς εὐδαιμονίαν σωτῆρον, αἰρετῶν τῶν ὁμοῖς.

LOCVS DECIMVSSEXTVS.

19 Et omnino quod ad vitæ finē, eligibilis, quàm quod ad aliud aliquid, ut quod ad felicitatem contēdit, quàm quod ad prudentiam, nam

A Locus decimustertius præceptivus accipitur ab eo, quod inest prioribus: uerum assignado locum præceptum replicat duo proxime assignata, & dicit, [et quod melioribus] subaudi inest, melius & eligibilis est eo, quod inest peioribus, & fuit prima pars loci undecimi [uel prioribus] subaudi melius est eo, quod inest posterioribus, & eligibilis: & est decimustertius locus, uel honorabilioribus] melius & eligibilis est eo, quod inest minus talibus, & est secunda pars undecimi loci superius assignati. Quare locus præceptus decimustertius est, quod inest prioribus, melius & eligibilis est eo, quod inest posterioribus, ut si queratur utrum scientia aut sanitas sit eligibilior, demonstraretur utique quoniam scientia, nam duo bus existentibus eligibilibus, cum scientia quidem sit in anima, sanitas uero in corpore, & anima melior sit corpore, scientia etiā eligibilior erit sanitas. Amplius, si queratur utrum immortalitas sit eligibilior sanitati: an non demonstraretur, quoniam immortalitas inest deo, sanitas homini, ut deus honorabilior est homine. Aristoteles autem ponit exemplum solum de loco decimotertio, & dicit, [ut sanitas robore & pulchritudine] eligibilior est, cuius causam assignat, & dicit, [nam illa quidem, scilicet sanitas, in humidis & siccis, & ut simpliciter dicatur in primis] in quibus prius constitutum est animal, est. [hæc uero,] scilicet robur & pulchritudo sunt in posterioribus, nam robur est in neruis & ossibus, pulchritudo autem in membris dissimularibus, nam [pulchritudo membrorum,] scilicet dissimularium [quædam commensuratio uidetur esse,] & per humidam & siccam (ut Alexander exponit) intelligit qualitates elementarias, quæ sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas, & forte per humidam & siccam intelligit quatuor humores, ut cholera, phlegma, sanguis, & melancholia, sunt enim in animali quatuor compositiones, nam prima est ex quatuor elementis, siue ex quatuor qualitatibus elementariis, quibus constituitur simularia. Secunda compositio est ex quatuor humoribus, nam omnis humor est res simularis, quibus resulata in animali sanitas, cum fuerit commensurata. Tertia est ex simularibus, ut ex carnibus, ossibus & neruis, quibus constant organica. Quarta est totius corporis ex organiciis. Accidit autem sanitas penes primam & secundam compositionem, penes tertiam robur, penes autem quartam pulchritudo. Patet igitur quomodo sanitas in prioribus est, robur autem & pulchritudo in posterioribus. Instantia est, nam tunc sensus eligibilior erit intellectu, nam sensus in sensitiua est anima, intellectus autem in intellectu: constat autem sensitiuam priorem esse intellectui. Hic locus non est uniuersalis apud aliquos, sed solum tenet in rebus materialibus, quæ ex materia educuntur. In his enim quod in prioribus est, eligibilis est eo, quod in posterioribus. At anima nec educitur de materia, cum nō sit corpus, nec est harmonia corporis, nec ad harmoniam conueniens: sed est umbra quædam, ac imago intelligentiæ, forsan locus est probabilis, & non uerus, nam quod in posterioribus est, est posterius generatio ne: quod autem generatione est posterius, natura & diuinitate est prius, quare locus oppositus est probabilior.

B  
 C  
 καὶ τὸ τέλει ἢ πρὸς τὸ τέλει αἰρετῶν τῶν ὁμοῖς.

quod ad felicitatem contendit, eligibilis.

Locus decimus sextus preceptivus est respicere ad id, quod est ultimo fini propinquius. verum pro intellectu loci precepti, annotatione dignum, finem non esse unam rationem, ut Alexander inquit. nam quidam finis est, qui est pro vita eligibilis, ut felicitas ipsa. quia aut finis est pro alio quodam pro vita, sed pro fine qui est pro vita, ut prudentia: prudentia enim non est vite finis, cum non sit beatus homo humana vite, est tamen pro fine vite, quoniam nullus potest ad beatitudinem pervenire, sine prudentia: quare beatus homo est ultimus et perfectissimus vite finis, prudentia autem est conferens ad ultimum vite finem. nam licet sit finis, non est ultimus vite finis. Ex his tradit loci preceptum, et dicit, et omnino quod conferat immediate ad vite finem eligibilis est, et quod conferat ad aliud aliquid, quod non est ultimus vite finis. ut quod ad felicitatem contendit, ac conferat, quae est ultimus et perfectissimus vite finis, eligibilis est, quoniam id quod conferat ad prudentiam, quae non est ultimus vite finis, nec perfectissimus vite finis, nam quod ad felicitatem contendit, ac conferat immediate, eligibilis est, quoniam est conferens ad ultimum et perfectissimum vite finem: quod autem conferat ad prudentiam, non conferat ad ultimum vite finem. non enim prudentia est ultimus vite finis, sed ipsa conferat ad ultimum vite finem. verbi causa prudentia effectivum puta eruditionem, quae prudentiae propinquior, est ipsa prudentia eligibilior est, quoniam prudentia effectivum si igitur quaereretur utrum sanitas eligibilior sit divitiis, quoniam sanitas quidem habet relationem ad vite finem, id est, ad felicitatem, et divitiis ad operationes quae sunt secundum liberam vitam, quae et ipsae ad felicitatem habent relationem, sanitas utique divitiis eligibilior erit. At prudentiae effectivum eligibilior est actio, quae est secundum iustitiam, nam ipsa effectivum felicitatis est. demonstraretur utique per locum istum virtus eligibilior honore, qui est de regno, siquidem virtus quidem finis felicitatis est: sed honoris, quae est apud reges, dominari gemit aliquae finis est.

λογὴ τὸ δυνάτοισιν ἀδυνατόν.

LOCVS DECIMVSSEPTIMVS.

Et possibile impossibile.

Locus preceptivus est, ut respiciamus ad possibile, et ad impossibile. et haec verba possunt exponi uno modo, ut per possibile Aristoteles velit illud quod potest finem inducere: et per impossibile, id, quod non potest inducere finem. et tunc locus decimus septimus erit, et possibile hoc est, et quod potest finem inducere eligibilis est impossibile, hoc est eo quod non potest finem inducere, ut vivere secundum virtutem eligibilis est ipso ludere. nam per vivere secundum virtutem possumus devenire ad beatam vitam, per ludere nequaquam. Causa huius expositionis est, quoniam impossibile, cum intelligere pro impossibile non est eligibile. Nam, ut Aristoteles inquit, nemo impossibile eligit. Quare uno modo intelligi potest per possibile, et impossibile ut dictum est. Alexander autem ex

ponit per possibile, et impossibile ea, quae proprie possibile et impossibile intelliguntur. Et tunc est sensus, si comparatorum esset unum quidem impossibile, alterum vero possibile, eligibilis est possibile ipso impossibile, ut quoniam quidem homini longa vita possibilis est, immortalitas autem impossibile, eligibilior utique erit homini longa vita quam immortalitas. Amplius, eligibilior erit homini mediocri passio quam impassibilitas. Nam mediocri passio homini possibilis est, impassibilitas vero nequaquam. Et si dices, nemo impossibilia eligit, quare possibile non erit impossibile eligibilis: alioquin impossibile erit eligibile homini, cum id in quo aliqua comparantur, commutative sit comparatis. Alexander, ut mihi videtur, innuit solutionem, quoniam licet immortalitas et impassibilitas homini sint impossibilia, tamen sunt simpliciter possibilis, quoniam deo competunt. Quare cum duorum alterum sit simpliciter, et alicui possibile, alterum vero alicui impossibile, simpliciter tamen possibile, quod est alicui, et simpliciter possibile eligibilis est, ut longa vita, et mediocri passio eligibiliora homini sunt immortalitate, et impassibilitate: quae licet non sint possibilis, tamen simpliciter sunt possibilis.

Ἐὰν δὲ οὐκ ἔχω ἀδύνατον ὄν τι ἐπιφέρει βέλτιον, καὶ αὐτὸ βέλτιον.

LOCVS DECIMVSOCTAVVS.


21 Amplius, cum duo effectiva fuerint, cuius finis melior, & ipsa melius.

Locus iste preceptivus decimus octavus accipitur a finibus, et ut Alexander inquit, ob brevitatem obscurus est, verum talis est. Si aliqua effectiva duo fuerint, duorum finium effectiva, cuius eorum effectivorum finis melior, ac eligibilior, et ipsa effectivum melius et eligibilis erit. hoc pacto eruditio eligibilior, ac melior demonstrabitur utique esse exercitio, siquidem exercitium effectivum sanitate est, eruditio vero prudentiae, et est prudentia sanitate melior ac eligibilior, unde inquit, [Amplius, cum duo effectiva fuerint, cuius finis melior, et ipsa melius.] Intelligitur autem locus, ut Alexander inquit, de finibus aequae propinquas effectivis. nam non est eligibilis tibi dederi lucro, quamvis hoc quidem ad sanitatem, lucrum vero ad divitiis ducat, quoniam plus distat tibi dederi a sanitate, quam lucrum a divitiis.

πομπικὸς δὲ καὶ τὸ τελεῖται, ἐκ τῶν ἀνάλωγων. ὅτι τῶν παλαιῶν ὑπέρχεται τὸ τελεῖται, ἢ ἐκ τῶν τοῦ οἴκου πομπικὸς. διορίζεται ἢ ἐπὶ ἀμμοῦν τῶν παλαιῶν ὑπέρχεται, ἢ ἐπὶ ὑγίαια ὑγίαν. ὅσοι τὸ πομπικὸς ἐπὶ ἀμμοῦν τῶν παλαιῶν, βέλτιον ὑγίαια. ὅσοι γὰρ ἢ ἐπὶ ἀμμοῦν ὑπέρχεται, τὸσοῦτον καὶ τὸ πομπικὸς ἐπὶ ἀμμοῦν τῶν παλαιῶν ὑπέρχεται. ἢ ἐπὶ ὑγίαια ἢ ὑγίαν ἐλάττωται ὑπερέχεται. ὅσοι τῶν παλαιῶν ὑπέρχεται ὁ πομπικὸς ἐπὶ ἀμμοῦν τῶν παλαιῶν τὸ ὑγίαν, ἢ ἐπὶ ὑγίαια ἢ ὑγίαν. ὁ δὲ ἄλλος δὲ αὐτὸ ἀφαιρετῶν τῶν πομπικὸς ἐπὶ ἀμμοῦν τῶν παλαιῶν ἐπὶ ὑγίαια. τὸ γὰρ αὐτὸς πλείονι ὑπερέχεται.

LOCVS DECIMVSNONVS.

22 Cum autem sit effectivum & finis, ex proportione quando pluri superat finis finem, quam ille proprium effectivum (ut felicitas pluri superat sanitaatem, quam sanitas salubre,) effectivum nimirum felicitatis melius erit sanitate. Nam quantum felicitas superat sanitaatem, tantum & effectivum felicitatis superat salubre. Sanitas autem salubre minus superabat. Quare plus superat effectivum felicitatis salubre, quam sanitas salubre. Quapropter effectivum felicitatis melius sanitate. Manifestum igitur, quoniam eligibilis effectivum felicitatis quam sanitas, nam id plus superat.



Per hunc locum declaratur, quando finis, et quando agens eligibilis est. accipitur autem locus preceptivus ex fine, et agente: locus autem preceptivus est, quando finis alicuius agentis longe plus exuperat finem alterius agentis, ut felicitas, quae est finis virtutis longe plus exuperat sanitaatem, quae est finis pharmaci, quam sanitas pharmaci, effectivum felicitatis, videlicet virtus eligibilis erit sanitate. Supponit enim Aristoteles agentia suis finibus esse aequae proxima, sit felicitas igitur a, superetq; sanitaatem, quae sit c, ut octo. sanitas vero sanitarum, videlicet pharmacum, quod sit d, superet ut quatuor: felicitas, ut quatuor superabit effectivum suum, videlicet, virtutem, quare felicitas superabit sanitaatem ut octo, sumque effectivum, ut quatuor: quo fit, ut effectivum felicitatis superet sanitaatem ut quatuor, effectivumq; sanitas, ut octo. Sic igitur effectivum felicitatis, videlicet virtus eligibilis erit sanitate, est enim illo melius, ut quatuor. unde argumentum Aristotelis est, sicut a ad b, ita c ad d. nam a superat b, ut quatuor: et c superat d, ut quatuor: igitur a commutative proportione, ut a ad c, ita b ad d: quoniam a superat c ut octo, et b superat d, ut octo: sed c superat d, ut quatuor: ergo b superat d plus quam superabat c, quare eligibilis tam ipso c, quam ipso d, quod erat propositum, inquit. [cum autem sit effectivum] aliquid, [et finis] aliquis, [quando ex proportione finis superat finem pluri, quam ille proprium effectivum, ut felicitas] quae est finis virtutis

ut pluri superat sanitaatem, quam sanitas] superat [salubre,] quod effectivum est sanitas, [tunc effectivum felicitatis melius] erit, et eligibilis [sanitate] et hoc probat, et dicit, [nam quantum felicitas superat sanitaatem, tantum et effectivum felicitatis] videlicet virtus [salubre] superat [pharmacum], quod est effectivum sanitas. [sanitas autem,] ut diximus [salubre] hoc est pharmaci] minus superabat, quare plus superat effectivum felicitatis salubre, quam sanitas salubre. Quapropter effectivum felicitatis [videlicet virtus] melius sanitate] est et eligibilis. [manifestum igitur,] quoniam eligibilis effectivum felicitatis quam sanitas] videlicet virtus, [nam idem plus superat,] quod enim melius, hoc eligibilis est, unde Alexander inquit, si igitur accipiamus sanitaatem cuius prudentia est effectivum, et sanitaatem cuius effectivum est exercitium, erit ut felicitas ad sanitaatem, sit effectivum ad effectivum, hoc est prudentia ad exercitium. et ut se habet felicitas ad prudentiam proprium effectivum, sic et sanitas ad proprium effectivum quod est exercitium sic autem se habentibus, ut praecedens ad praecedens, hoc est, ut felicitas ad sanitaatem, sic et consequens ad consequens, hoc est prudentia ad exercitium. Quare quanto felicitas sanitate eligibilior est, tanto et prudentia exercitio. His positus, ut Alexander inquit, perscrutabimur, utrum quanto superat felicitas sanitaatem, tanto sanitas exercitium aut plus aut minus, siquidem plus felicitas superat sanitaatem quam sanitas exercitium, erit et prudentia effectivum felicitatis plus superans exercitium, quam sanitas, si autem plus superat, manifestum, quoniam eligibilis erit sanitate, plus enim superans superaret utique et istam. Si autem aequaliter felicitas sanitaatem, et sanitas exercitium superaret, aequaliter utique prudentia superaret, et sanitas. Si autem aequaliter, similiter esset et eligibilis ipsa. Si autem minus felicitas superaret sanitaatem, quam sanitas exercitium, minus utique et prudentia superaret exercitium quam sanitas, minus autem superans manifestum, quoniam et minus utique eligibilis est ipsa, et sic esset utique finis minus eligibilis demonstratus sanitas effectivum, hoc est prudentia, cui comparatur, demonstraretur utique et felicitas plus superare sanitaatem, quam sanitas exercitium, eo quia non sic felicitas indiget sanitate ut sanitas exercitio, est enim exercitium effectivum sanitas, sanitas vero licet iunct felicitatem, non tamen ut eius effectivum, sed a longe, quare plus superaret felicitas sanitaatem, quam sanitas exercitium, plus igitur et prudentia superat exercitium quam sanitas. At quod in bonitate exuperat, eligibilis est. Haec Alexander, ex quibus patet interpretatio loci.

Ἐὰν δὲ καὶ δυνάτοισιν καὶ ἀδύνατον, καὶ τὸ μὴ ἔσθαι τὸ ἀνεπίσημον, διορίζεται, τὸ λοντόν. καὶ δὲ καὶ οὐδὲν, ὑγίαια, καὶ ἰσχύου. τὰ μὲν γὰρ καὶ δὲ αὐτὰ τὸν τὸ μὴ ἔσθαι τὸ ἀνεπίσημον. τὰ δὲ οὐ καὶ δὲ αὐτὰ, ἀλλὰ δὲ ἐπισημον, οὐδέ τις τὸ μὴ ἔσθαι τὸν δὲ αὐτόν, ἀλλὰ δὲ ἐπισημον, τὸν δὲ ὑγίαια, καὶ δὲ αὐτόν, ἢ μὴ μὲν καὶ δὲ ἐπισημον ἀπὸ αὐτῶν ἐστὶν.

LOCVS VIGESIMVS PRIMVS.

23 Amplius, melius est quod propter se, & honorabilis, & laudabilis.



quod prius, et quod posterius. Dicendum, ut Alexander inquit...

Amplius occurres, quoniam non uidetur ad antecedens...

Εὐτὰς ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐλάττωται, ἢ ἀπολαύσῃ...

LOCVS VIGESIMVS QVARTVS.

26 Amplius plura bona paucioribus, vel simpliciter, vel quando altera...

Locus uigessimus quartus preceptus est a numero maiore...

Et secundum numerum pluribus eligibiliora esse imo potest unum...

Εὐσάσις, ἕως οὗ διατρεφῶν διατρεφῶν χάρις...

INSTANTIA PRIMA.

27 Instantia, si alicubi alterum alterius gratia. Non enim eligibiliora...

Cum assignasset locum uigessimum quartum, declarat huiusmodi locum...

ἢ ἢ ἀγαθὸς ἄνθρωπος οὐδὲν κωλύει εἰς τὴν ἀρετὴν...

INSTANTIA SECUNDA.

28 Et non bona, bonus nihil prohibet eligibiliora esse, ut felicitatem, & aliud...

Iuniores assignant hic locum uigessimum quintum, et errant...

A bilior est, puta sanitate, uel diuitiis, etiam cum paruo malo eligibilior...

καὶ τὰ ἀγαθὰ μὲν ἡδονῶν μακροῦ ἢ ἔνευ ἢ δονῶν.

LOCVS VIGESIMVS QVINTVS.

29 Et eadem cum uoluptate magis, quam sine uoluptate.

Locus iste uigessimus quintus, ut Alexander inquit, non facit...

ἢ ἢ τὰ ἀγαθὰ μετὰ ἐλευθέρως μακροῦ ἢ πρὸς μετὰ τὰ λυπῶν.

LOCVS XXVI.

30 Et eadem cum indolentia quam cum tristitia.

Rursum hic uigessimus sextus locus non facit comparationem...

tione rei antate, uel fugare quae sita. Sicut sumatur pro perturbatione...

καὶ ἐκαστοῦ οὗ ὁ κατὰ μᾶλλον δάσκατος, οὗ τοῦ τῶν ἡδονῶν...

LOCVS XXVII.

31 Et unum quodque in quo tempore magis habet, in hoc & eligibilis, ut carentia...

Locus xxvii est, g. eligibilium unum quodque eligibilis sit...



G est sequens motum rationis, quae nihil aliud est, quam ca-
rentia sollicitudinis, quae consequitur privationem rei ama-
tae, uel fugam rei quaesitae. haec enim indolentia magis
in senes est, quam in iuvenes, secus de indolentia sensitiua, quae
est carentia perturbationis cordis, haec uix in senes est.
Sunt enim senes hac tristitia tristiores iuuenibus. Quae-
re per plus ualere, intelligit plus uigere, uiget enim in-
dolentia rationis plus in senes quam in iuvenes, ideo in
senes eligibilior est. Assignat secundum exemplum pro-
pter eandem causam, et dicit, [Secundum haec autem
et prudentia in senectute eligibilior,] secundum haec qui-
dem, quoniam prudentia magis reperitur in senibus, quae
admodum indolentia rationis, et hoc ostendit ab usu ho-
minum, et dicit, [Nemo enim iuuenes eligit duces, eo
quod non constat eos prudentes esse.] In gubernandis
enim rebus publicis magis prudentia principis necessa-
ria est, quam alia quaeuis uirtus, ut Aristoteles ait. Deinde
ponit tertium exemplum, et dicit, [Fortitudo autem
eligibilior est iuuenibus,] in iuuentute enim magis necessaria, et plus ualeat secundum fortitu-
dinem operatio. Deinde ponit quartum exemplum, et di-
cit, [Sicut autem et in temperantia,] est enim in senes eligi-
bilior, [magis enim iuuenes quam senes concupiscenti-
is molestantur,] quare temperantia in senes eligibilior
est, et plerumque reperta magis, quam in iuuenes. Ex
his sequitur, quae sunt, quae mouent iuuenes contra pri-
mam exemplum, esse uanas, quae uent enim utrum tristi-
tia sit magis eligenda in senectute, supponentes uerba tex-
tus dicere, tristitiam esse magis eligendam in senectute,
quod falsum est, uerba enim textus sunt ut ἀλγώσια, in
senectute modo ἀλγώσια graece, latine indolentiam, uel ca-
rentiam tristitia sonat. Quare frustra quaerunt, utrum
in senectate magis sit eligenda tristitia. Verum res ita se ha-
bet (ut diximus) quod senes tristiores sunt, tristitia in se-
quenter naturam, sunt enim senes natura melancholici,
qui sunt tristes, tristitia uero in se quae uent consilium atque
deliberationem rationis, sunt minus tristes, cum sint con-
silio et deliberatione stabiliiores. Quae uent utrum pru-
dentia sit magis in senectate quam in iuuentate eligibilior.
Et uidetur quod in iuuentate, tum quia eo tempore homi-
nes magis prudentia indigent, tum etiam quia eo tem-
pore magis laudatur, cum eo tempore sit difficillimum.
Et dicendum prudentiam in utroque tempore ualere, in
iuuentate quidem ualeat magis ualore utilitatis, cum iu-
uenes sint ad mala propensiores, a quibus praeseruan-
tur cum prudentes sunt: in senectate uero ualeat magis ual-
lore congruitatis, quia senibus magis congruit, atque ido-
nea est prudentia, et hoc pacto Aristoteles loquitur. Si-
militer ratione de fortitudine afferendum est. Eligenda e-
nim magis in iuuenes fortitudo est, ualore congruitatis, ut
ita loquar, quia iuuenibus magis propria fortitudo est,
et hoc pacto Aristoteles intelligit. in senes uero magis
ualore utilitatis, quia senes imbecilliores sunt, pluri-
mum de fortitudine appetentes et indigentes, eadem
ratione de temperantia differendum est. in senes enim eli-
gibilior est temperantia ualore, ut ita loquar, congruita-
tis, quia senibus magis propria temperantia est, propter
hebetudinem sensitiuum uirtutum, ualore uero utilita-
tis in iuuenibus eligibilior est, et magis laudabilis, quia
propensiores sunt ad uoluptates, et Aristoteles loquitur

primo modo. Ex his possunt concordari Arist. et Alex.
ἡδὲ ὅτι τὸ ἀντιπαρῆκτον, ἢ τὸ τῶν ἀρετῶν χροῖον
ἢ τὸ ἀντιπαρῆκτον, ἢ τὸ τῶν ἀρετῶν χροῖον, ἢ τὸ ἀντιπαρῆκτον,
ἢ τὸ τῶν ἀρετῶν χροῖον, ἢ τὸ ἀντιπαρῆκτον, ἢ τὸ τῶν ἀρετῶν χροῖον.

LOCVS VIGESIMVS OCTAVVS.

32 Et quod in omni tempore, vel
in pluribus, ut iustitia & tem-
perantia, fortitudine. Nam ille sem-
per, haec autem aliquando utilis.

Locus praecipuus trigessimus octauus est a tempo-
re, unde locum praecipuum assignat, et dicit, [Et quod
in omni tempore utilis] subaudi est hoc est eligibilis, uti-
lius uero fecit dictum (ut Alexander inquit) addens [uel
in pluribus,] assignat autem exemplum, et dicit, [ut iu-
stitia et temperantia] eligibiliores sunt fortitudine, nam
illa scilicet iustitia et temperantia [semper] utiles sunt
tam tempore belli, quam tempore pacis. [Haec autem] sci-
licet fortitudo [aliquando] utilis est, [ut tempore belli. Lo-
cus autem iste] (ut Alexander inquit) intelligitur, duobus,
uel pluribus existentibus apparenter aequaliter eligibili-
bus, nam aliquibus existentibus apparenter aequaliter eli-
gibilibus, semper eligibilis est, quod in omni tempore uel
in pluribus temporibus utilis est. Quod ad exem-
plum attinet, Aristoteles (ut Alexander exponit) compa-
rauit iustitiam et temperantiam fortitudini non simul, sed
separatim, quoniam et iustitia eligibilior est fortitudine,
quia omni tempore eligibilior est: et temperantia etiam
eligibilior est fortitudine, quia omni tempore utilis. Si-
militer ratione demonstratur prudentiam eligibilem esse
se omnibus uirtutibus, quoniam unaquaeque uirtus est cir-
ca determinata aliqua: prudentia uero circa omnia. et li-
cet insperasset ad tempus, non tamen insperat ad locum: quo-
niam eadem ratione est inspectio de loco, et de tempo-
re. Sicut enim illud est eligibilis, quod omni, uel pluribus
temporibus est utilis: sic illud erit eligibilis, quod omni
uel pluribus in locis est utilis. Sed occurres, quia non
uidetur uerum, temperantiam omni tempore esse utilem,
quoniam dormientibus non est utilis. Dicendum, Aristote-
lem per omne tempus (ut Alexander exponit) intellexisse,
et tempus belli, et tempus pacis, non autem singula-
las horas. Amplius occurres, quoniam fortitudo om-
ni tempore est eligenda, siquidem omni tempore timi-
ditas est fugienda. Dicendum quod assumptum est
falsum. est enim tempore pacis timiditas bellica non fu-
gienda. Aristoteles enim loquitur de fortitudine bellica
non fugienda. Aristoteles enim loquitur de fortitudine bel-
lica, cuius timiditas non omni tempore fugienda est, secus
autem de fortitudine simpliciter. Haec enim fortitudo sem-
per eligenda est, saltem habitu. Ad haec occurres, nam
uirtutes sunt connexae, ergo nullo tempore aliquis iustus
esse poterit, uel temperans, quin sit fortis. Istud quod est
de connexionione uirtutum, est moralis disputatio. Fortasse
dici potest uirtutes connexas esse, quo ad formale, quod
est recta ratio. in hac enim omnes uirtutes conueniuntur.
quo uero ad materiale, possunt uirtutes esse abiectae, quo-
niam potest anima affici habitu iustitiae aliquo tempore
quo non afficitur habitu fortitudinis.

A καὶ ὅταν ἴπῳ ἐχόντων μηδὲν διατέρου διέμε-
δα, ἢ ὅ ἐχόντων, πρὸς δὲ ἐδόμεθα τὸ λῶος. καὶ ἀ-
πὸ τῶν ἀδικαιοσύνης ἐκείνης. Διατῶν ἢ γὰρ
ἐκείνων ὄντων, οὐδὲν χροῖον. ἢ ἀνδρῶν. ἀν-
δρῶν δὲ ἐκείνων ὄντων, χροῖος ἢ ἀδικαιοσύνη.

LOCVS VIGESIMVS NONVS.

33 Et quod cum omnes habere-
mus, nihil altero indigeremus, quam
quod cum haberemus, indigeremus
reliquo, ut in iustitia & fortitudine.
Nam si omnes essent iusti, nihil uti-
lis fortitudo. Si uero omnes essent for-
tes, utilis iustitia.

Locus praecipuus uigessimus nonus est ab indigen-
tia, locus uero praecipuus est (ut Alexander exponit) duo-
bus eligibilibus existentibus, si alterum tale esset, ut si om-
nes ipsam haberemus, nihil altero indigeremus: alteru-
ro uero tale, ut si omnes ipsam haberemus, opus esset habere:
et alterum eligibilis erit illud, quod habemus nihil alte-
ro indigeremus. Aut hoc pacto formetur locus praecipuus,
id, quo habito ab omnibus, altero non indigeremus,
magis eligendum est quam id, quo habito ab omnibus in-
digeremus altero. Per huiusmodi locum praecipuum de-
terminatur problema, in quo quaeritur sit ne iustitia eli-
gibilior fortitudine an non. Determinatur itaque hoc pro-
blema, quod sit iustitia fortitudine eligibilior, quoniam si
omnes iusti essent, non esset utilis fortitudo: at si omnes
fortes, adhuc iustitia egeremus, et quod ita sit declare-
tur, nam si omnes essent iusti, bellum deserueretur, cui fortitu-
do est utilis. bellum enim oritur aut pro repellenda iniu-
ria, aut pro iniuria ulciscenda, aut pro defensione pro-
prium bonorum, aut pro recuperatione bonorum, quae
uisu fuerit ablata. Quae omnia tolluntur, quando omnes
essent iusti: at si omnes essent fortes, adhuc opus es-
set iustitia. Unde Aristot. ponit locum praecipuum, et di-
cit, [Et quod cum omnes haberemus, nihil altero indige-
remus quod] cum subaudi omnes [haberemus, in-
digeremus reliquo] assignat exemplum per quod do-
cet determinare problema, sit ne iustitia eligibilior tem-
perantia an non, et dicit, [ut in iustitia, et fortitudine,]
et exponit quod dixerat, et dicit, [Nam si omnes essent
iusti, nihil utilis fortitudo,] omnibus enim iustis existentibus,
tolletur bellum, quod propter iniurias semper oritur
[si uero omnes essent fortes, utilis iustitia.] unde Marcus
Tullius libro de Officiis primo, inquit, in republica con-
seruanda sunt iura belli, nam cum sint duo genera decer-
tandi, unum per disceptationem, alterum per uim: cumque
illud proprium sit hominum, hoc belluarum, confugiendum
fit, ut bellum iustum sit, aut ad recuperanda bona iniuste
ablata, aut ad repellendas iniurias, quibus emittuntur ho-
mines bello bona auferre, ut uitam, patriam, libertatem, le-
ges, et cetera bona. Recte ergo Aristoteles inquit, Si
omnes essent iusti, utilem non esse fortitudinem: at si om-
nes essent fortes, utilis esset iustitia, saltem in certami-
ne disceptatio, non enim corruperentur mutationes pro-
prium sedandis opus esset iustitia: quin etiam in bellis opus

esset iustitia. Sed is occurres. Nam si omnes essent iusti
iusti, oporteret aliquando resistere doloribus, atque tristi-
tibus quae contingunt ex aduersis casibus. Alexander uir
egregius concedit haec, uerum asserit huiusmodi resisten-
tiam adhaerere ad patientiam potius quam ad fortitudinem.

Secundo occurres, nam si omnes iusti essent, adhuc uti-
ribus egeremus ad portandum onera, et pro aliis necessi-
tatibus. Dicendum, Aristotelem loquutum esse de forti-
tudine bellica, non autem de robore, quod dicitur equiuocae
fortitudo. Et licet Aristot. non loquatur de perfectis uir-
tutibus (ut Alexander inquit,) inde hic loquitur de fortitu-
dine militari, et de iustitia commutativa.

Ἐπεὶ ἂν ἴπῳ φθόρον καὶ ἴπῳ ἐπιβολῶν, καὶ ἴπῳ
γενέσεω, καὶ ἴπῳ λήψεω, καὶ ἴπῳ ἄνωγῶν, ὅπου
γὰρ αἱ φθόροι φθιτῶν, αὐτὰ ἀρετῶν, ὅπου
μοίως δὲ καὶ ἴπῳ ἀποβολῶν καὶ ἴπῳ ἄνω-
γῶν, ὅπου ἢ ἀποβολῆς ἢ ἀνωγῶν φθιτῶν,
αὐτὰ ἀρετῶν, καὶ ἴπῳ γενέσεω καὶ ἴπῳ
λήψεω, ἀνάπαλιν. ὅπου γὰρ αἱ λήψεις αἱ γενέσεις
ἀρετῶν, καὶ αὐτὰ ἀρετῶν.

LOCVS TRIGESIMVS.

34 Amplius ex corruptiōibus, &
abiectionibus, & generationibus, &
sumptionibus, & cōtrariis. Quorū e-
nim corruptiones fugibiliores, ipsa
eligibilia. Similiter aut in abiectioni-
bus & in cōtrariis, nam si abiectio
uel contrarium fugibilis, ipsum eli-
gibilis. In generationibus autem &
sumptionibus econtrario, quorum e-
nim sumptiones & generationes eli-
gibiliores, & ipsa quoque eligibilia.

Hic ponitur locus xx ubi duo faciunt, quia primo
ponit locum praecipuum, secundum ibi. [Quorum enim]
ponit locum praecipuum, et assignando locum praecipuum di-
cit, [Amplius ex corruptiōibus, et abiectionibus, et ge-
nerationibus, et sumptionibus, et contrariis,] qui locus
praecipuus diuiditur in quinq; quorū primus accipitur
ex corruptiōibus, secundus uero ex abiectionibus, tertius
ex generationibus, quartus ex sumptionibus, quintus ex con-
trariis. Deinde assignat locum praecipuum, et dicit, [Quo-
rum enim corruptiones magis fugibiles, ipsa eligibilia.]
et hic locus praecipuus diuiditur in quinq; ueluti locus
praecipuus, quorum is, qui ex corruptiōibus accipitur,
est iste, [quorum corruptiones magis fugibiles, ipsa eli-
gibilia sunt,] per hunc locum demonstratur scientiam esse
eligibilem sanitate, nam ignorantia siue obliuio, quae est
scientiae corruptio, fugibilior est aegritudine, quae est cor-
ruptio sanitate, ergo scientia eligibilior est sanitate. Etiam
demonstratur diuinitas eligibilior esse scientia, quoniam
prodigialitas, quae est corruptio diuinitatum, fugibilior
est obliuione, quae est scientiae corruptio, ergo diuinitas eli-
gibilior est scientia. Deinde tangit secundum et tertium
locum praecipuum, qui accipitur ab abiectione, et con-
trario, et dicit, [Similiter aut in abiectionibus, et in
contrariis, nam si] aliquid abiectionis, uel aliquid contrari-
i

rum fugibilis est, ipsum eligibilis erit. Quod uero ad uerba attinet abiectionibus...

Et propterea Alexander aliter exponit, et uult Aristotelem per corruptionem intellexisse corruptionem in accidentibus...

Quare huius est, quod non uerum sit, hoc est quod non sequatur, Ajax est eligibilior Vlyffe...

biliores, et ipsa quoque eligibiliora. et subaudi, quod est ipsum fugibiliorum, et ipsa fugibiliora...

Αλλ' ο τὸ πρῶτον ἔστιν ἡ ἀπορία τῶν ἀπορῶν...

LOCVS XXXI. XXXII. XXXIII.

35 Alius autem locus est, quod propinquius bono, melius atque eligibilis: & quod similius est bono, ut iustitia iusto...

Laborat Alex. in commentariis suis, sint ne unus locus xxxi. et xxxii. an duo. Prima enim facie uidentur duo...

A que non est ipsa uirtus, sed habens uirtutem, a qua potest absolui. Si uero legantur pro duobus locis, per propinquius bono intelligit propinquius felicitati...

Instantia huius est, quod non uerum sit, hoc est quod non sequatur, Ajax est eligibilior Vlyffe...

Εὐσάσις τοῦ τοῦ ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ ἀπορία...

INSTANTIA.

36 Instantia huius est, quod non uerum sit, prohibet enim nihil non quare ratione optimus est Achilles, eadem familiorem esse Aiace...

Hic instat contra locum trigessimum tertium: uerum non est clarum, quid uelit, ideo uno modo exponi potest...

bilior ac melior. quoniam Vlyffes licet in iracundia non sit Achilli similis, est tamen bonus quadam uirtute diuersa a fortitudine...

Instantia huius est, quod non uerum sit, hoc est quod non sequatur, Ajax est Achilli similior, siue propinquior Vlyffe...

Secunda instantia ponitur ibi, Considerandum autem est hanc, quod Ajax potest intelligi similis Achilli in rebus ignobilioribus...

πάλιν ἡ ἀπορία, εἰ τὸ μὲν ἔστιν ἡ ἀπορία...

LOCVS TRIGESIMVS QVARTVS.

37 Rursum in duobus, si hoc quidem meliori, illud autem peiori est similius, erit melius quod meliori est similius.

**G** Locus iste trigesimusquartus præceptus accipitur a comparatione duorum ad duo. nam (ut Alexander inquit.) locus proximus præceptus acceptus est ex similitudine comparatiu duorum ad unum, aut potest dici hinc præceptum locum accipi ex comparatione duorum ad unum, secundum diuersas rationes, quarum altera melior, altera peior est. Et iuxta primam expositionem lege sic uerba. [Rursum in duobus] eligibilibus comparatis ad duo, quorum alterum melius, alterum peius est, hic est locus præceptus. Deinde ponit locum præceptum, et iuxta eandem expositionem lege. [si hoc quidem] eligibilium meliori similitus fuerit, illud autem peiori est similitus, erit melius, quod meliori est similitus. Hoc pacto legit Alexander uerbi causa, quoniam Ajax similitus est Achilli, et Vlysses Nestori, sit ut Ajax Vlysse sit melior ut uidelicet Achilles Nestore melior fuerit, accipit autem [similitus] quod græce est ὁμοίωτος, pro simili, ut sit locus præceptus, si duorum eligibilium alterum sit simile meliori, alterum uero simile peiori, quod est meliori simile, hoc est eligibilium. et ita Alexander comparatiuum propositum legit, potest etiam legi comparatiuum pro comparatiuo, ut patet soluendo instantias. iuxta uero primam expositionem lege uerba. [Rursum in duobus] subaudi eligibilibus. si hoc quidem meliori, scilicet rationi, illud autem peiori rationi est similitus, erit melius et eligibilium, quod meliori, scilicet rationi est similitus uerbi causa, Achilles habet duas rationes, siue duas proprietates: est enim fortis, et est iracundus: quia igitur Ajax est similitus Achilli in ea ratione, qua est fortis, Vlysses uero in ea ratione, qua est iracundus, idco Ajax ipse melior est Vlysse. Et licet hæc ipsa expositio possit his uerbis accommodari, tamen non conuenit instantias, quæ subseribuntur.

Ἐπεὶ δὲ ἡ ἀπορία τῶν ἐν ἀρχῇ. οὐδὲν γὰρ κωλύει τὸ μὴ εἶναι ἄριστον ἢ ἄριστον ἢ ἄριστον. τὸ δὲ ἄριστον ἢ ἄριστον ἢ ἄριστον. ἔστι δὲ ἄριστον ἢ ἄριστον ἢ ἄριστον. ἔστι δὲ ἄριστον ἢ ἄριστον ἢ ἄριστον.

INSTANTIA

**38** Habet autem & hoc instantiam, nihil enim prohibet hoc quidem meliori parum simile esse, illud autem peiori, valde, ut si Ajax quidem Achilli parum, Vlysses aut Nestori valde.

Instat Aristoteles hic contra proximum locum, et supponit in instantia Achillem esse bonum in multis, Nestorem uero bonum in paucis, aut non in tot, in quot est bonus Achilles. Fuit enim Achilles ualidis uiribus, periculorum mortis aggressor, iniuriarum ultor, irarum impatiens, aliena egens prudentia. Nestor uero prudens, eloquentissimus, optimo consilio, uir longæuis. Vixit enim annos CCC. non fuit aut fortissimus, nec mortis periculorum aggressor. Instat ergo Arist. sit Ajax Achilli optimo, qui in tot bonus est, parum similitus, hoc est, nec ualde, nec in multis. Vlysses uero Nestori, qui est bonus licet Achille minus bonus, ualde similitus, tunc non sequitur, Ajax est meliori similitus, et Vlysses peiori. ergo Ajax est melior Vlysse, quoniam Ajax Achilli est similitus parum, et in paucis,

Vlysses uero Nestori bono, licet minus bono quam Achilles ualde, et in multis, quare non sequitur Ajax meliorem esse Vlysse. unde inquit. [Habet autem hoc] id est, hic locus trigesimusquartus instantiam, cuius rationem exponit, et inquit. [nihil enim prohibet hoc] quidem meliori parum simile esse, illud autem peiori hoc est, minus bono [ualde, ut si Ajax quidem Achilli parum, Vlysses autem Nestori ualde.] nam sic non sequitur Ajax esse meliorem. Quod uero ad uerba attingit, uerbum parum græce est ὀλίγον, latine tum remissum, tum in paucis, uerbum autem [ualde] græce est σφόδρα, latine tum intense, tum in multis bonis. nam si Ajax fuerit remissus Achilli similitus, et in paucis, Vlysses uero Nestori similitus intense, et in multis bonis eorum bonorum, quibus Nestor est bonus. Nestor enim non est peius malus, sed in multis bonus, licet non ita bonus, ut Achilles, nec in tot, non sequitur isto casu posito, ut Ajax sit melior Vlysse, quoniam potest Vlysses esse bonus illis bonis, quibus est bonus Nestor intense, et in multis eorum.

ἡ δὲ ἀπορία τῶν ἐν ἀρχῇ. οὐδὲν γὰρ κωλύει τὸ μὴ εἶναι ἄριστον ἢ ἄριστον ἢ ἄριστον. τὸ δὲ ἄριστον ἢ ἄριστον ἢ ἄριστον. ἔστι δὲ ἄριστον ἢ ἄριστον ἢ ἄριστον.

INSTANTIA SECUNDA.

**39** Et si hoc quidem meliori in peioribus, illud autem peiori in melioribus, ut equus asino, simia homini.

Secunda instantia est, quoniam potest quod est simile meliori, esse simile illi in peioribus, ut Ajax Achilli in iracundia. Illud autem peiori in melioribus, ut Vlysses Nestori in prudentia. ubi patet non sequi Ajaxem meliorem esse Vlysse. Unde Aristoteles inquit. [Si hoc quidem meliori in peioribus fuerit simile, ut Ajax Achilli in iracundia] illud autem peiori in melioribus fuerit simile, ut Vlysses Nestori in prudentia, non sequitur tunc Ajax esse meliorem. Aristoteles tamen assignat exemplum in animalibus, et inquit. [ut equus asino] sit similitus in melioribus, puta in bonis, quibus asinus est bonus, et simia homini. in peioribus, scilicet in ridiculis, quibus homo est malus, non propterea sequitur simiam esse equo meliorem, licet sit meliori similitus, quoniam non in uirtutibus, sed in uitiiis simia est homini similitus. hæc sunt duæ instantiæ, per quas duas exceptiones uult esse instantiendas, ut sit loci proximi sensus, simile meliori melius est: quando illi fuerit intense simile et in bonis. Hæc de loco trigesimo quarto.

ἡ δὲ ἀπορία τῶν ἐν ἀρχῇ. οὐδὲν γὰρ κωλύει τὸ μὴ εἶναι ἄριστον ἢ ἄριστον ἢ ἄριστον.

LOCVS TRIGESIMVS QVINTVS.

**40** Alius, quod maxime nobile, eo quod minus tale est.

Locus præceptus trigesimus quintus sumitur a comparatione in nobilitate, locus uero præceptus (ut Alexander exponit) est, duobus existentibus eligibilibus, quæ in oibus æqualiter se habent quod eorum fuerit nobilius erit eligibilium. uerbi causa ciuitati benefacere eligibilium est, quam benefacere uni, et benefacere dominantibus.

**A** quidam idiotæ. Hoc pacto demonstraret aliquis actiuam uicam esse contemplationem eligibiliorum. nam actiua nobilitas or speculatione est: actiua enim ciuitati, contemplatio uni benefacit. unde inquit. [Alius] scilicet locus trigesimus quintus præceptus est, quod maxime nobile, eo quod minus tale est, subaudi eligibilium est. Quod uero ad uerba attinet, maxime nobile græce est ἡνωσανέστωρ, latine tum maxime notum, tum maxime nobile, nam nobile a notitia dicitur. etiã et maxime insigne exponi potest: nec accipit hic maxime superlatiue, sed comparatiue pro magis, ut patet per uerba Alexandri. Amplius, nec nobilitate accipit pro eo, quod ab origine est nobile, ut Albertus exponit sed pro eo, quod est nobile secundum officium. non enim semper quod est genere nobilius, est eo eligibilium, quod est genere minus nobile. Unde locus præceptus patet, semper enim quod officio nobilius est, eo eligibilium erit, quod officio est minus nobile ueluti ciuitati benefacere, eligibilium est quam benefacere uni. Et dominantibus benefacere eo quod est benefacere idiotæ eligibilium: et uita actiua uita contemplatiua, propter eandem rationem.

Hæc de loco trigesimo quinto.

ἡ δὲ ἀπορία τῶν ἐν ἀρχῇ. οὐδὲν γὰρ κωλύει τὸ μὴ εἶναι ἄριστον ἢ ἄριστον ἢ ἄριστον.

LOCVS TRIGESIMVSSEXTVS.

**41** Et quod difficilius, magis enim amamus, cum habemus quæ non est facile sumere.

Locus trigesimus sextus præceptus accipitur a comparatione duorum penes facile, et difficile, cuius locum præceptum assignat, et dicit. [Et quod difficilius] subaudi eligibilium eo est, quod facilius cuius causa assignat, et inquit. [Magis enim amamus] id est quæ non est facile sumere cum habemus, hac ratione uirtus diuinitatis et sanitatis eligibilior esse demonstratur. nam uirtus est et difficile uirtutem capere. Simili ratione demonstratur uita contemplatiua eligibilior uita actiua. quoniam uirtus est et difficile uitam contemplatiuam capere. Sed occurres, quoniam superius dixit difficilius esse minus eligibile. ideo annotatione dignum ea, quæ difficile acquiruntur, bifariam esse. nam quædam acquiruntur cum difficultate, et possidentur cum delectatione, ut uirtutes. quædam uero acquiruntur cum difficultate, et non possidentur cum delectatione, ut uulnera et plaga, quæ multis laboribus possidentur, tunc locus præceptus erit eorum, quæ acquiruntur, et cum delectatione possidentur, quod difficilius est acquiri, eligibilium patet, quia cum id habuerimus, magis amabimus propter delectationem. eorum uero quæ acquiruntur, et sine delectatione possidentur, minus difficile, eligibilium est, quoniam cum ipsam habuerimus, et non amabimus, immo odio habebimus. Aristot. ergo hic (ut Alexander exponit) intelligit primo modo, superius uero intellexit secundo modo.

ἡ δὲ ἀπορία τῶν ἐν ἀρχῇ. οὐδὲν γὰρ κωλύει τὸ μὴ εἶναι ἄριστον ἢ ἄριστον ἢ ἄριστον.

LOCVS TRIGESIMVSSEPTIMVS.

**42** Et quod magis proprium eo quod communius.

Locus præceptus trigesimus septimus accipitur a comparatione duorum penes proprium atque commune, cuius locum præceptum assignat, et inquit. [Et quod magis proprium] eligibilium est [eo, quod commune] proprius autem (ut Alexander exponit) est quod soli competit. hac ratione prudentia eligibilior est sanitas. nam prudentia est hominis proprium, quippe quæ soli homini competit. At sanitas commune et aliis animalibus est.

ἡ δὲ ἀπορία τῶν ἐν ἀρχῇ. οὐδὲν γὰρ κωλύει τὸ μὴ εἶναι ἄριστον ἢ ἄριστον ἢ ἄριστον.

LOCVS TRIGESIMVS OCTA VVS.

**43** Et quod malis incommunicabilibus, nam magis eligendum quod nulla molestia sequitur, quam quod sequitur.

Alexander ex uerbis præcedentis textus, et ex uerbis præsentis textus facit tria loca præcepta. primus erat, quod est proprium, eligibilium est eo, quod est commune. Secundus autem, quod inest paucis, eligibilium est eo, quod inest pluribus. Hac ratione uirtus eligibilior est numeris, et sanitate. nam uirtus paucis inest, numerum uero et sanitas pluribus. Tertius uero locus qui accipitur a maiore uel minore mixture cum malis et dolorificis, est. [Et quod malis] id est dolorificis ac tristibus rebus est [incommunicabilibus] hoc est minus permixtum eo est eligibilium, quod est cum dolorificis ac tristibus plus permixtum. Intelligit enim per mala, ea quæ dolorem, tristitiam, et molestiam inferunt, ut sunt praua desideria, et concupiscentia, et id genus. Quod enim uis malis minus permixtum est, eo est eligibilium, quod uis est plus permixtum. Et hoc probat Aristoteles et inquit. [Nam magis eligendum quod nulla molestia sequitur, quam quod sequitur.] id enim ad quod molestia sequitur, magis permixtum est malo, quam id ad quod nulla molestia sequitur. Hac ratione demonstrabitur modestia esse eligibilior abstinentia. nam modestia est extra omne desiderium prauum, abstinentia uero desideria habet uehementia et praua: eadem ratione contemplatio uita actiua erit eligibilior nam actiua uita multis perturbationibus permixta est. hoc pacto exposuit Alexander, et quidem optime.

ἡ δὲ ἀπορία τῶν ἐν ἀρχῇ. οὐδὲν γὰρ κωλύει τὸ μὴ εἶναι ἄριστον ἢ ἄριστον ἢ ἄριστον.

LOCVS TRIGESIMVS NONVS.

**44** Amplius, si hoc illo melius, & simpliciter optimum eorum, quæ in hoc melius eo, quod in altero optimum: ut si melior est homo quam equus, & optimus homo optimo equo melior.





G est.] & sine circumstantia, ut uiuere quam bene uiuere, & dicere quam bene dicere, & ditari quam philosophari.

Sed contra exemplum Aristotelis sunt instantiae prima, quoniam ex locis superius assignatis, unus erat, cuius oppositum est magis fugiendum, ipsum est magis eligendum.

Aut dici potest ad primum, minorem esse falsam: non enim oppositum ipsius uiuere est magis fugiendum quam oppositum ipsius bene uiuere.

καὶ ὁ μὲν δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀλλοῦ πορίσασθαι, ἢ ὁ δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀλλοῦ ἐπιτοῦν τὸ ἐπιτοῦν ἢ ἐπιτοῦν τὸ ἐπιτοῦν.

LOCVS QVADRAGESIMVS QVARTVS.

49 Et quod non est ab alio exquisire, quā quod est ab alio, quale iustitiae ad fortitudinem,

I Locus praecipuus quadragesimus quartus accipitur ex carentia alterius a quo accipi possit, uel ex priuatione alterius a quo fieri possit.

capere] Huius loci causam assignat Alexander. ex eo quia quae raro sunt, eligibiliora eis uidentur esse, quae sunt plerumque.

καὶ ἐν τῷ δὲ μὲν ἀπὸ τοῦ ἀλλοῦ πορίσασθαι, ἢ ὁ δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀλλοῦ ἐπιτοῦν τὸ ἐπιτοῦν ἢ ἐπιτοῦν τὸ ἐπιτοῦν.

LOCVS QVADRAGESIMVS QVINTVS.

50 Et si hoc quidem sine illo, eligendum, illud autem sine hoc, non. Ut potestas sine prudentia non eligenda: prudentia uero sine potestate, eligenda.

Locus praecipuus quadragesimus quintus accipitur ab independenti electione. Secundum uero nonnullos accipere ab independetia offendit: ideo secundum hos locus praecipuus erit, quod potest esse sine altero magis eligendum quam illud quod non potest esse sine altero.

A autem alia bona quae potestates dici consueverunt Tyrannicae potestates, de quibus quinto Politico: Aristoteles. haec enim sine prudentia non profunt.

καὶ ὁ δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀλλοῦ πορίσασθαι, ἢ ὁ δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀλλοῦ ἐπιτοῦν τὸ ἐπιτοῦν ἢ ἐπιτοῦν τὸ ἐπιτοῦν.

LOCVS QVADRAGESIMVS VSSEXTVS.

51 Et duorum, si alterum negamus, ut reliquum videatur nobis inesse illud eligibilium, quod volumus nobis uideri inesse. Ut laborem diligere negamus, ut ingeniosi esse uideamur.

Locus praecipuus quadragesimus sextus accipitur ab eo, quod uolumus uideri nobis inesse: locus uero praecipuus est, duorum eligibilium si alterum eorum negamus nobis inesse, ut alterum uideatur nobis inesse.

tiae nam studium uno modo accipi potest, ut Cicero inquit, pro applicatione animi cum assiduitate legendi ad aliquid peragendum.

Ἐπιτοῦν τὸ ἀπὸ τοῦ ἀλλοῦ πορίσασθαι, ἢ ὁ δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀλλοῦ ἐπιτοῦν τὸ ἐπιτοῦν ἢ ἐπιτοῦν τὸ ἐπιτοῦν.

LOCVS QVADRAGESIMVS VSSEPTIMVS.

52 Amplius, pro cuius absentia minus increpandi sunt moleste ferentes, hoc magis eligendum.

Locus praecipuus quadragesimus septimus sumitur a minore increpatione eorum, qui moleste ferunt rem amissam.

καὶ ὁ δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀλλοῦ πορίσασθαι, ἢ ὁ δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀλλοῦ ἐπιτοῦν τὸ ἐπιτοῦν ἢ ἐπιτοῦν τὸ ἐπιτοῦν.

LOCVS QVADRAGESIMVS VSSEPTIMVS.

53 Et pro cuius absentia non moleste ferentem magis increpandum, id eligibilium.

Locus quadragesimus octauus a maiore increpatione eorum, qui non moleste ferunt rem amissam accipitur.



Etiam, et amicitia officium benevolentie officio, et benefacere amicis quam malefacere inimicis eligibilis. Est autem benefacere amicis officium liberis, malefacere uero inimicis fortis, quare liber alius fortitudine eligibilior erit. Rursum et e conuerso si medicus eligibilior adificatore, et medici officium, eligibilis erit adificatoris officio. est autem operatio, quae tendit in finem, officium uero finis. Haec est secunda expositio, quae bene uerbis Aristotelis conuenit. Quare diuidendo loca hic enumerata breuibus dicamus, omnia loca huiusmodi esse uiginti. nam ad casibus, ab usibus, ab actionibus, ab operibus, ad absoluta loca quatuor sunt: e conuerso uero ab absolutis ad casibus, ad usus, ad actiones, ad opera etiam quatuor: ergo loca sunt octo. a casibus uero, ab usibus, ab actionibus ad opera loca tria, e conuerso etiam tria, igitur sex. A casibus, ab usibus, ad actiones loca sunt duo, et e conuerso duo, igitur quatuor. A casibus autem ad usus locus est unus, e conuerso etiam unus, igitur duo. Quare loca omnia sunt uiginti. intelligit ergo secundum hanc tertiam expositionem Aristoteles per casus, aduerbia, quae cadunt ab absolutis, per usus, intelligit actiones, quae sunt circa bona utilia, per actiones, intelligit officia, quibus fungimur circa res factibiles, ut erga domus, erga amicos, erga corpora: per opera intelligit actiones, quae fiunt secundum uirtutes. Sunt tres expositiones, quae in re sunt una, licet quo ad expositionem uerborum sit aliqua differentia, ut uisum est.

Ετι εἰ τινος τὸ αὐτὸ τὸ μᾶλλον ἢ ἧττον ἀρετῶν ὄντων ἢ ἐλαττοῦν ἀρετῶν τὸ μᾶλλον ἢ ἐλάττωον.

LOCVS QVINQVAGESIMVS QVARTVS.

59 Amplius, si aliquo eodem, hoc quidem maius bonum est, illud autem minus, magis eligendum maius. aut si maiore maius fuerit alterum.

Locus proaeptiuus quinquagesimus quartus accipitur a maiore minore uel comparatis ad idem, cuius locus proaeptus est, ut inquit. [Amplius si aliquo eodem, hoc quidem maius bonum est, illud autem minus,] illud quod est [maius, magis est eligendum.] uerbi causa, ut Alexander probat, illud quod aliqua magnitudine est maius, etiam erit maius ea magnitudine, quae est minor. Vt quoniam tricubitum bicubito maius est, manifestum quoniam e cubito, quod minus est bicubito, maius erit. sic et si aliquo est maius bonum, erit eligibilis eo, quod est illo eodem minus bonum. Sic demonstrabitur uirtus uoluptate eligibilior, quoniam uirtus superat sanietatem, quae est uoluptate eligibilior. Deinde Aristoteles ponit eundem locum sub aliis uerbis, et dicit, [aut si maiore maius fuerit alterum.] hoc, subaudi, eligibilis erit eo, quod illo maiore est minus, ut quoniam uirtus est sanietate maior, quae est uoluptate etiam maior, ideo uirtus uoluptate erit eligibilior. Amplius quoniam disciplina est uirtute maior qua uidelicet uirtute sanietas minor est, erit etiam sanietas disciplina ipsa eligibilior.

Ἄλλὰ μὲν εἰς ἄσπερον τινὰ τινὲς ἐν ἀρετῶν ὄντων, ἢ μᾶλλον ἀρετῶν ἢ ἧττον ἀρετῶν ὄντων.

LOCVS QVINQVAGESIMVS QVINTVS.

60 Sed & si duo quaedam vno aliquo sint eligibilia, quod longe eligibilius eo quod minus est eligendum, eligibilis est.

Locus proaeptiuus quinquagesimus quintus sumitur ab inaequalitate excessuum eorum, quae sunt aliquo eodem maiora. cuius locum proaeptum assignat, et dicit. [Sed et si duo quaedam vno aliquo sint eligibilia,] subaudi inaequaliter, quoniam alterum magis, alterum minus. illud [eligibilis est, quod] est [longe eligibilis eo, quod minus est eligendum.] nam (ut Alexander inquit) aliquorum superantium, quod magis superat, est maius, et ita eligibilis, ut quoniam uirtus et sanietas diuitias sunt eligibiliores, plus autem est eminentia uirtutis ad diuitias, quam quae sanietatis, uirtus sanietate eligibilior erit. Sic et scientia recta opinione eligibilior, ambae enim eligibiliores sunt sophistica apparentia, magis autem scientia, quam recta opinio, ergo scientia recta opinione eligibilior.

Ετι δὲ ἡ ὑπερβολὴ ἐν ὑπερβολῆς ἀρετῶν ὄντων καὶ ἐν ἐλάττω ἀρετῶν ὄντων, ὅπου ἡλιθία χρεμάτωρ ἀρετῶν ὄντων καὶ ἐν ἡλιθίας ὑπερβολῆς ἐν τῶν χρεμάτῶν.

LOCVS QVINQVAGESIMVS SEXTVS.

61 Amplius, cuius superabundantia est superabundantia eligibilior, & ipsum eligibilis, ut amicitia pecuniis. Nam eligibilior superabundantia amicitiae, quam pecuniarum.

Hic locus proaeptiuus quinquagesimus sextus accipitur a comparatione excessuum in eligibilitate, cuius locum proaeptum assignat, et dicit. [Amplius cuius superabundantia] id est, summitas [est superabundantia] id est, summitate [eligibilior, et ipsum eligibilis] cuius exemplum assignat, et dicit [ut amicitia pecuniis, nam eligibilior] est [superabundantia amicitiae quam pecuniarum.] Alexander uero assignat aliud exemplum, et dicit, et quoniam summitas quae est in sanietate, eligibilior est summitate quae est in uoluptate, et sanietas uoluptate eligibilior. Exponit autem Alexander quid summitas sit in sanietate, et quid summitas sit in uoluptate, et dicit, est quidem sanietatis summitas bona habitudo, uoluptatis uero impermissum esse cum tristitia, constat autem omnibus bonam habitudinem eligibilem esse eo quod est esse impermissum cum tristitia, secundum hanc expositionem per hyperbolen Aristoteles intelligit aliquod peculiare quod est summum alicui, per quod excedit aliud peculiare, quod est summum alteri. et tunc quaeritur quod est

A tale summum in amicitia, et quid tale in pecuniis. Nec Aristoteles dixit, nec Alexander suppleuit. Et dicendum in amicitia talem summum esse potestatem, et uita securitatem, qui enim amicus abundat, est aptus dominari, et uita securus. in pecuniis uero summum est possessio pecuniarum multarum.

καὶ δὲ μᾶλλον ἢ ἧττον αὐτὸς αὐτῶν ἀτιμῶν ἐνοῦ, ἢ ὅτι ἐτῶν. διὸ τῶν ἐλλοῦς, τῶν χρεμάτῶν.

LOCVS QVINQVAGESIMVS SEPTIMVS.

62 Et id, cuius utique magis eligit quis, ut ipse sibi causa sit, quam cuius alter, ut amicos pecuniis.

Locus proaeptiuus quinquagesimus septimus accipitur ab excessu boni, ut nos magis sumus illius causa, uerum non est locus proaeptus clarus. Vno enim modo potest intelligi, ut id sit eligibilis cuius uolumus nos magis esse causam ut nobis insit, quam id, cuius uolumus ut sit alter causa, ut nobis insit. Amici enim nobis insunt et pecunie, sed quoniam causa qua insunt nobis amici, nos uolumus esse, non enim amicos accipimus, nisi uolentes, causa uero qua nobis insunt pecunie, uolumus ut sit alter: quoniam uolumus magis ut alii dent, quam ut nos demus, ideo amici eligibiliores sunt pecuniis, dicit. [Et id cuius utique magis eligit quis, ut ipse sibi causa sit,] eligibilis, subaudi, est, [quam] id [cuius] eligit, quis ut causa sit [alter, ut amicos pecuniis] eligit quis magis. Alio modo locus intelligi potest, ut id sit eligibilis quod per seipsum aliquis magis possidere eligit, quam quod possidere per alterum. Vt amicos per nos ipsos magis eligimus possidere, quam per alios: pecunias autem per alios, quoniam uolumus magis eas ab aliis accipere, quam ipsi aliis dare. Et ideo amici pecuniis eligibiliores sunt, et haec est expositio Alexandri, et tu lege, [et id, cuius utique magis eligit quis, ut ipse causa sit,] ut per seipsum possideat, eligibilis est, [quam] id [cuius alter] est causa, id est, quam ut per alterum possideat, [ut amicos pecuniis.] Attentione dignum amicos nos accipere, a nobis ipsis magis illos uolentes, at pecunias accipimus eas magis uolentes ab aliis, et propterea amici eligibiliores pecuniis sunt et ideo tertia expositio oritur, ut id eligibilis sit habendum, quod magis a nobis quam ab aliis accipere uolumus. et hoc dicit [et id, cuius utique magis eligit quis, ut ipse causa sit] id est, et id est eligibilis, quod magis quis a se eligit, [quam] id [cuius alter] subaudi, est causa, id est quae id quod ab altero eligit, [ut amicos pecuniis] eligit quis magis a se, pecunias uero ab altero, ergo amici eligibiliores sunt pecuniis. Sed occurres, quoniam hic locus uidetur idem cum loco quadagesimo quarto, cum dicit, [et quod non est ab alio exquirere, quam quod est ab alio.] Alexander asserit hic Aristotelem uelle id esse eligibilis, cuius causa est ipse magis, quam id cuius causa est alter. superius uero uoluit id esse eligibilis, quod quis non potest habere ab alio quam a se, quam quod potest ab alio habere quam a se, ut uirtutes diuitias, nam uirtutes a se habentibus nobis habentibus, diuitias autem a multis aliis, et sic pra-

seus locus differt ab illo solum in uerbis, idem enim est in re non posse aliquid habere ab alio quam a se, et esse causam per seipsum alicuius, ut habeat. differt autem sola appellatione nominum.

Ετι ἐκ τῆς προσηγορίας, εἰ ἡ αὐτῆς προσηγορίας μὴ ὄντων, ὁ ἕλοιτο ἀρετῶν ὄντων.

LOCVS QVINQVAGESIMVS OCTAVVS.

63 Amplius ex appositione, si eidem appositum aliquid, quod totum eligibilis facit.

Locus proaeptiuus quinquagesimus octauus accipitur ab appositione comparatiua duorum eidem absolute. Et procedit Aristoteles hoc modo, quia primo proaeptiuum, deinde proaeptum locum assignat, et dicit primo. [Amplius ex appositione] subaudi, e comparatiua duorum eidem absolute, deinde assignat locum proaeptum, et secundum Alexandrum proaeptus locus iste est, si adderetur eidem aliud et aliud, et fieret totum cum iis quae adduntur, quandoque quidem eligibilis, quandoque autem minus eligibile est id, cuius appositione totum cui additur, sit eligibilis, eligibilis erit altero appposito, cuius additione sit minus eligibile, uerbi causa, si diuitias adderetur uirtus aliquando, et aliquando sanietas, sine diuitiis cum uirtute eligibiliores quam diuitiis cum sanietate, uirtus sanietate eligibilior erit. Insuper si ipsi uiuere quandoque quidem iuste adderetur, quandoque uero suauiter, si iuste uiuere eligibilis est quam suauiter uiuere, et iuste eligibilis est quam suauiter, unde dicit [si eidem appositum aliquid] nunc uidelicet et aliud alias, id [quod] sit additione [totum facit eligibilis,] quam alterum faceret, si adderetur hoc, subaudi, est eligibilis. Vt quoniam homo cum sapientia eligibilior est homine cum uoluptate, igitur sapientia uoluptate est eligibilior. Insuper, quoniam Caesar cum exercitu eligibilior est, Caesar cum delictis est, hoc pacto intelligendo locus perspicuus est.

Ευλαβῆσαι δὲ ἐπὶ προσηγορίας ἐφ' ὧν ἡ μὴ ἐτέρω τῶν προσηγορίας χρεμάτωρ ὁ κοινὸν, ἢ ἐλλοῦς πῶς σωεργὸν ὄντων. ἡ δὲ λογιστὴ, μὴ χρεμάτωρ, μὴ δὲ σωεργὸν ὄντων, διὸν προσηγορίας ἀρετῶν ὄντων μετὰ τεκτονικῆς, ἀρετῶν ὄντων ὁ προσηγορίας σπουδαζόμενα, ἢ ἐλλοῦς δὲ, ὅχι ἀρετῶν ὄντων.

INSTANTIA.

64 Cauere autem oportet extendere ad ea, in quibus altero quidem appositorum utitur commune, vel alio quolibet modo cooperatiuum est. Reliquo autem non utitur, neque cooperatiuum est, ut ferra & falce cum arte fabrilis. Nam eligibilior ferra confortata, simpliciter autem non eligibilior.

Aristoteles hic soluit instantias, quoniam non sequitur, liber alitas cum diuitiis eligibiliores sunt liber alitate cum uiribus: igitur diuitiae eligibiliores sunt uiribus. neque sequitur, uires cum fortitudine eligibiliores sunt quam diuitiae cum fortitudine, igitur uires diuitiis eligibiliores sunt. Effet enim idem eodem magis et minus eligibile. nam in liber alitate diuitiae sunt eligibiliores uiribus. in fortitudine autem uires sunt eligibiliores diuitiis, et ita diuitiae erunt uiribus magis et minus eligibiles, quod est absurdum. Insuper nec sequitur, uires cum fortitudine eligibiliores sunt, quam uires cum modestia: igitur fortitudo est modestia eligibilior. causa autem, quare locus non in omnibus uerus est, haec est, quoniam in nullis commune, cui additio fit, altero additorum aut utitur, ueluti instrumento, aut cum eo cooperans est, altero uero neque utitur, neque cum eo cooperans est. Ideo eo, quo utitur non existente eligibili, totum tamen eligibilium fit, unde diuitiis quidem liber alitas utitur, non utens uiribus secundum suam peculiarem actionem. Rursum fortitudo uiribus, non autem diuitiis utitur. Adhaec uires fortitudini cooperantes sunt, modestiae uero nullatenus, iccirco Aristoteles dixit, [Caue autem oportet] subaudi [extendere] locum [ad ea] i quibus coe [cui] fit additio nunc minus, nunc alterius. [utitur altero quidem appositum] ueluti instrumento, [uel] si non utitur, ut instrumento, saltem [quolibet alio modo est cooperatum] cum illo addito. Liber alitas enim diuitiis utitur in instrumento ad peculiarem suam actionem, quae est donare. non autem utitur uiribus, et ita licet in liber alitate diuitiae sunt eligibiliores uiribus: non tamen simpliciter diuitiae sunt uiribus eligibiliores. Amplius, uires fortitudini cooperantes sunt, modestiae uero nullatenus, et ideo licet in fortitudine uires eligibiliores sunt, quam in modestia, non tamen sequitur, ut fortitudo sit modestia eligibilior. ideo addit, [reliquo autem] appositum [non utitur, neque cooperatum] est, in illis enim additis, ad quae commune sic se habet, ut uno utatur, altero non, uel ut cum uno sit cooperans, cum altero non, locus non est uerus. Et assignat exemplum in arte fabrilis, et dicit, [ut] ferrae, et falce cum arte fabrilis, nam eligibilior ferrae est [conposita] arti fabrilis, quam sit falce, [simpliciter autem] ferrae [non est] falce eligibilior, nam ferrae est instrumentum artis fabrilis, non autem falce. Rursum falce conposita arti messoriae eligibilior est quam sit ferrae. Simpliciter autem non est eligibilior. Quare in his ueris est locus, in quibus appositae simili ratione se habent ad ipsum commune, cui adduntur. Haec ad instantias.

παλι η ελαττων προστεθει, το ελον, μη εζον ποτε.

LOCVS QVINQVAGESIMVS NONVS.

65 Rursum si minori appositum aliquid, quod totum maius facit.

Hic locus praecipuus quinquagesimus nonus accipitur ex appositione comparatiua in bonitate duorum ad duo. Locus uero praecipuus, ut Alexander exponit, est, minori bono appositum, et totum maius bonum faciens, eligibilis est eo, quod maiori bono apponitur, et totum primo toto minus bonum facit, et ut locum magis intelli-

gas, sunt duo aliqua bona, unum quidem maius, alterum autem minus, et illis apponatur aliquid, ut eorum appositione, illud quod est minus bonum, fiat maius bonum, et quod est maius bonum, fiat minus bonum, minori bono additum eligibilium est addito alteri maiori. uerbi causa, bona habitudo et sanitas duo bona sunt, sanitas quidem minor, bona autem habitudo maius bonum. At bonae habitudini maiori bono existenti diuitiae, sanitati uero minori bono existenti uirtus addantur, quoniam sanitas cum uirtute maius bonum est quam bona habitudo cum diuitiis, ideo uirtus diuitiis est eligibilior. Insuper, quoniam dicere et tacere duo bona sunt, et cum eligibilium sit dicere quam tacere, quoniam et plus est in usu, apponatur quidem modeste ipsi tacere, rhetorice uero ipsi dicere, quia igitur modeste tacere eligibilium est quam rhetorice dicere, ideo modestia rhetorica eligibilior est. Dicit, [Rursum si] minori appositum aliquid, [id est] si minori bono appositum sit aliquid, [quod totum facit maius bonum] subaudi, quam alterum bonum appositum maiori bono, quod, subaudi, minori bono additur, eligibilium est eo, quod additur maiori bono, patet igitur ex additione.

ομοιος δε και εν τω δεσφαιρεσει ου γολη αφαιρεθει εν τω απρο του αυτου το λατρω ομοιοι ελαττων, εν ενο μη εζον απρημδωτα αφαιρεθει το λατρω ομοιοι ελαττων ποτε.

LOCVS SEXAGESIMVS.

66 Similiter autem & ex ablatione. Quo enim ablato ab eodem quod restat, est minus, illud maius utique erit. Quando quod ablatum est, reliquum minus facit.

Iste est locus sexagesimus, ubi primo assignat locum praecipuum, et dicit, [Similiter autem] ex ablatione, hoc est, simpliciter oportet argumentari ex ablatione quemadmodum ex additione. deinde ponit locum praecipuum, uerum non eodem modo exponitur ab omnibus. Iuniores locum praecipuum intelligunt hoc modo, Si quod aufertur ab aliquo, sui ablatione, facit id, a quo aufertur minus bonum, eligibilium est eo a quo aufertur, et ita uolum comparationem fieri inter id, quod aufertur, et id, a quo aufertur et hoc dicit Aristoteles, [Similiter autem] ex ablatione, scilicet argumentari poterimus quemadmodum ex additione, et exponit quod dixerat, et dicit, [quo enim ablato ab eodem, quod restat, est minus, illud] ablatum, subaudi [maius] in bonitate [utique erit,] et eligibilium. Sed occurrens, nam beatitudo est eligibilior appositio ei aliquo bono externorum, et restat minus bonum eo ablato, et tamen illud bonum quod aufertur, non erit beatitudine eligibilior. Ad tollendam hanc instantiam, subdit, [quando quod ablatum est, reliquum facit minus] bonum, non quidem intensio, sed specie: modo beatitudo eo bono ablato, non remanet minus bonum in specie. Est enim eiusdem bonitatis in specie cum illo, et sine illo. Licet sine illo sit minus bonum intensio, nec Alexandro displicet haec expositio: asserit enim locum hunc uerum esse, etiam si unum aliquid fuerit ipsum

A eligibile, quod aufertur, deinde aufertur ab ipso id, cuius appositione fiebat eligibilium. Aliiter potest intelligi locus praecipuus, ut recte Alexander etiam exponit. Ut si sunt duo eligibilia, et aufertur ab eodem, cui prius addebatur, si illud quod relictum est minus fuerit, alterius ablatione, quam alterius, cuius ablatione minus fit, illud est eligibilium altero, cuius post ablationem non fit minus id, a quo aufertur. Locus iste maxime patet in magnitudinibus, et numeris. Diminuntur enim decem et tria quinque ablatione, sed quoniam decem magis diminuntur ablatione quinque quam tria, ideo quinque plura sunt tribus, eadem ratio est et in magnitudinibus. Eodem modo in eligibilibus, nam si ex sanitate et diuitiis et pulchritudine fieret unum simul existens, et aufertur ab illo aggregato sanitas, quoniam illud quod restat, ablatione sanitatis, fit minus eligibile quam ablatione diuitiarum: ideo sanitas diuitiis eligibilior est, et non solum sanitas diuitiis est eligibilior, sed pulchritudo cum diuitiis, unde dicit, [similiter autem] ex ablatione, quemadmodum ex additione argumentari poterimus, et exponit quo modo, et dicit, [quo enim ablato ab eodem, quod restat, est minus,] subaudi, quam ablatione alterius, [illud] cuius ablatione restat minus, [maius] et eligibilium [erit] altero, cuius ablatione non restat, minus addit. et intelligo hunc locum [quando quod ablatum est, facit reliquum] scilicet a quo aufertur, [maius] sui ablatione, quod alterum faceret sui ablatione. Quando enim locus sic intelligitur, comparatio uertitur inter ea, quae aufertur ab eodem. Et non inter ablatum et id, a quo aufertur, ut uoluit prima expositio.

και ειν μολδ εαυτο το δε λαττω δδζων εαυτο δδζον υγισα καλλους. ηρ δε το προς δδζων, δ μη ενδεις σωμαδδζον, μη εμ αποουδδζων ιπαρρη.

LOCVS SEXAGESIMVS PRIMVS.

67 Et si hoc quidem propter se, illud autem propter gloriam eligendum. Ut sanitas pulchritudine. Terminus autem eius quod est ad gloriam, est, quod nullo conficio, non studeret inesse.

Locus praecipuus sexagesimus primus sumitur ab inspectione boni comparati ad finem specialem, qui est gloria, cuius locum praecipuum assignat, et dicit, [Et si] subaudi, duorum eligibilium, [hoc quidem propter se] eligitur, non alterius gratia, [illud autem propter gloriam eligendum] est, quae est finis quidam specialis, eligibilium est, quod propter se eligimus eo, quod propter gloriam. Et assignat exemplum, et dicit, [ut] sanitas est eligibilior [pulchritudine] est, nam sanitatem propter se eligimus, quauis ea nullus cognoscere deberet. At pulchritudinem, propter gloriam, quae ex ea oritur. Vana enim pulchritudo uideretur esse, si non cognosceretur, et quod ita sit, probat ex definitione eius quod est esse

ad gloriam, et dicit, [terminus autem eius quod est] est se [ad gloriam,] est [quod nullo conficio,] nec cognoscente, [non studeret inesse] id est, non diligenter fieret, nam cui color infelix, aut cui placuisse labores. Haec ratione demonstraremus diuitias honore eligibiliores esse, quoniam honor appetitur propter alterum, diuitiae propter se, cum sit honor honorantis, non honorati, diuitiae uero possidentis.

και ειν μολδ εαυτο και λαττω δδζων εαυτο το δε λαττω δδζων υγισα καλλους.

LOCVS SEXAGESIMVS SECVNDS.

68 Et si hoc quidem propter se, & propter gloriam eligendum: illud autem propter alterum tantum.

Locus praecipuus sexagesimus secundus accipitur ab inspectione boni comparati ad finem specialem, quae est gloria et ad priuationem illius specialis finis, cuius locum praecipuum assignat, et dicit, [Et si hoc quidem] propter se, et propter gloriam, est [eligendum, illud] autem propter alterum tantum] subaudi, eligibilium est id, quod propter ambo est eligibile, quam id, quod est eligibile propter solam gloriam. Addit Alexander etiam esse eligibilium eo, quod est propter se. Et ita quod est propter ambo, non solum eo eligibilium est, quod est propter alterum tantum, sed etiam eo, quod est propter se tantum. Nam quod est propter duo uidetur eligibilium eo, quod est propter unum ipsorum eligibile. haec ratio ne domus cum utili ornatum habens eligibilior ea est, quae solum ornatum habet, aut solum utile. Similiter et uestis, quae existens bona uisui apparet bona, demonstratur eligibilior esse ueste bona tantum, et ueste apparente tantum bona. Nam licet quae apparent in usu bona sint nullis, quae latent eligibiliora, tamen quae sunt et apparent uisui bona eligibiliora sunt, et ista, quae sunt tantum bona, et ista, quae uidentur tantum bona.

Sunt qui dicunt id quod est eligibile propter se, et gratia alterius eligibilium esse eo, quod est eligibile gratia alterius tantum. Non tamen eo, quod est eligibile propter se tantum, ut uoluit Alexander, et hoc probat Albertus ex eo, quoniam quod est eligibile propter se, est purum bonum. Quod autem est eligibile propter se, et gratia alterius, est bonum cum diminutione. Nam per hoc ipsum, quod est esse propter aliud, diminuitur ratio boni, et ita redditur impurum. Et propterea uolunt quod est bonum propter se, et propter alterum eligibilium esse eo, quod est bonum propter alterum tantum. Alexander autem uult quod est eligibile et bonum propter duo semper esse melius atque eligibilium eo, quod est bonum, et eligibile propter unum, sine illud unum sit esse eligibile propter gloriam tantum, siue propter se tantum atque propter priuationem gloriae. Superius enim dictum est duo bona eligibiliora esse altero bono tantum. Quod autem dicit Albertus, forasse locum habet, generatim accipiendo eligibile. Nam album purum melius est albo cum paruo nigro permixto. Tamen specialiter ut loquitur Aristoteles et Alexander, non est uerum. Aristoteles enim



G Alexander loquuntur in bonis propter se, & comparatis ad finem specialem, quae est gloria. modo in bonis comparatis ad finem, quae est gloria uel honor, semper bonum propter se, & propter gloriam eligibilis eo est, quod est propter se tantum, & eo, quod est propter gloriam tantum. Et sic locus est in eligibilibus contrariis ad finem particularem, quae gloria est: non in bonis simpliciter, quae sunt ad finem simpliciter.

καὶ ὁμοίως ἐστὶν ἀλλοῦ δὲ αὐτῶν τῶν κατὰ τὸν ἄριστον καὶ ἀρετῶν. τὸ μὲν γὰρ ἀρετῶν δὲ ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν ἄριστον ἀρετῆς ἀλλοῦ δὲ ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς αὐτῆς ἀρετῆς ἀλλοῦ δὲ.

LOCVS SEXAGESIMVS MVS TERTIVS.

69 Et utrumuis magis propter se honorandum, hoc & melius & eligibilius. Honorabilius utique fuerit secundum se, quod cum nihil aliud debeat esse, propter se eligimus magis.

Locus praecipuus sexagesimus tertius accipitur ab inspectione boni comparati ad finem, qui est honor. Locus uero praecipuus non intelligitur eodem modo ab omnibus. Secundum ergo Anonymum locus praecipuus est, si aliquid aliud sunt eligenda propter se, illud quod est inter ea magis honorandum, est eligibilis, ut quoniam sanitas, & philosophia sunt propter se eligibiles, & philosophia est honorabilior sanitate, philosophia sanitate eligibilior est, & tunc uerba sic legunt, [Et utrumuis propter se] eligibilium, quod subaudi est [magis honorandum], hoc & melius, & eligibilius. Haec expositio corrumpit uerba, ut insipienti patet. Adinophilus uero exponit, si sunt duo propter se honoranda, ut sanitas, & philosophia, quod eorum est propter se magis honorandum, hoc est eligibilius, & hoc uidetur plane Aristoteles dicere, cui inquit [Et utrumuis] duorum propter se honorabilium, quod est magis propter se honorandum, hoc & melius & eligibilius est. Alexander uero si recte uerba eius intellexit, exponit, & quemadmodum inquit, quod est propter se eligibile eo quod est propter gloriam eligibilis est, & quod est propter se, & propter gloriam eo quod est propter alterum tantum, est eligibilis: sic honorabile quod est propter se honorandum eligibilis est eo, quod est propter alterum honorandum. Et quod est propter se & propter alterum honorandum, est eligibilis eo, quod est honorandum propter unum tantum. Et propter ea dicit Aristoteles [Et utrumuis,] id est, & quodcumque [magis propter se honorandum,] quia tam honorandum propter se, quam honorandum propter se & propter alterum, utrum enim est per se maius honorandum, [hoc & melius, & eligibilius] est, quasi dicat, sicuti tam id quod est eligibile propter se quam id quod est eligibile propter se & propter gloriam, est eligibilis eo quod propter gloriam est eligibile, quia magis bonum: sic tam id quod est honorandum propter se, quam id quod est honorandum propter se & propter alterum, est eligibilis eo, quod propter alterum est honorandum, quia utrumque est ma-

gis honorandum. Ut si magis propter se honorabilis est theoretica, quam practica, theoretica eligibilior erit. At theoretica quod magis propter se honorabilior, patet, nam omnis practica fieri uidetur, ut aliquid dirigatur. theoretica uero propter se honorabilis est, & eligibilis. Insuper quia prudentia propter se magis honorabilis fortitudine, ideo eligibilior. prudentiae enim operatio nobis, que, fortitudinis uero in periculis tantum. Exponit autem quid sit honorabile propter se, & accepit comparatum pro positum, & dicit, [honorabilis] hoc est, honorabile ita que fuerit secundum se, quod cum nihil aliud debeat esse [cognoscens, aut sciens,] propter se eligimus magis, ut nobilitas propter se honorabilior est uiribus, & pulchritudine, quoniam et si nihil aliud fuerit, magis nobilitatem eligeremus quam uires & pulchritudinem.

Ἐπὶ δὲ τῆς ἀρετῆς ἀρετῶν δὲ ἀρετῶν λέγεται. ἡ δὲ τῆς ἀρετῆς ἀρετῶν δὲ ἀρετῶν λέγεται. ἡ δὲ τῆς ἀρετῆς ἀρετῶν δὲ ἀρετῶν λέγεται.

LOCVS SEXAGESIMVS MVS QVARTVS.

70 Amplius diuidendum quoties quod eligendum est, dicitur, & quorum gratia, ut utilis, uel honesti, uel delectabilis. Nam quod ad omnia, uel ad plura est utile, eligibilis fuerit eo, quod non similiter.

Quoniam locus praecipuus sexagesimus quartus accipitur a diuisione ipsius eligibilis, ideo proponit diuisionem ipsius eligibilis, & dicit, [Amplius diuidendum quoties quod eligendum est dicitur, & quorum gratia] utrum gratia meliorum, uel peiorum, [ut utrum gratia] [utilis, uel] gratia [honesti, uel] gratia [delectabilis,] quae sunt meliora, an gratia damnosae, uel inhonesti, uel dolorifici, quae sunt peiora. Dixit [quoties quod eligendum est, dicitur,] quoniam tripliciter dicitur eligibile, nam honestum, delectabile, & uile eligibilia sunt. Tacuit autem iustum, quod etiam eligibile est, quoniam fortasse appellacione honesti iustum intelligere uoluit, licet sit differētia, ut primo rhetoricorum ipse exposuit. Nam honestum eligimus in genere dicendi demonstratio. persuademus enim in hoc dicendi genere locis sumptis ab honesto. Iustum uero eligimus in genere dicendi forensi. persuademus enim in foro locis sumptis a iusto, delectabile & uile eligimus in genere dicendi deliberatio, nam in huiusmodi dicendi genere persuademus locis sumptis ab utili, & delectabili. Dixit, [et quorum gratia,] quoniam licet quod eligimus, nec sit per se honestum nec uile, nec delectabile, potest gratia finis eligi, quando finis est honestus, uel utilis, uel delectabilis. proposuit autem Aristoteles hanc diuisionem, quoniam (ut Alexander inquit) ex diuisione ipsius eligibilis accipit occasiones, & loca argumentandi. Si enim diuidamus quot modis eligibile dicitur, quoniam non uno modo solum, abundabimus argumentationibus ad construendum eligibilis. deinde assignat locum praecipuum, & dicit, [nam quod ad omnia uel plura est

A utile] id est, cui haec omnia insunt, uel per omnia haec est eligibile, hoc est, tam per se, quam omnium eorum hoc eligibilis eo est, cui non omnia haec insunt, uel [cui non similiter] omnia insunt. [uel] pro eo cui plura eorum horum insunt, eligibilis eo est, cui pauciora. Et intelligit Aristoteles, ut Alexander diligenter suppleuit modo, cui unum, & cui omnia uel plura insunt, insunt similiter ac pariter. Quoniam potest etiam quod est secundum unum eligibile esse secundum id nimis ualde eligibile: quo casu non sequitur id quod est secundum omnia eligibile, esse eligibilis eo, quod est secundum unum eligibile. Prudentia enim per se solum eligibilis est, uires uero sunt eligibiles per omnia: quoniam & per se eligibiles sunt, & ut honestae, & ut utiles, & ut delectabiles. Sed quoniam prudentia superat in per se eligibili haec omnia, ideo non sequitur, ut uires prudentia sint eligibiliores. Similiter ratione modestia est honore eligibilior, qui est propter delectabile & propter utile, hoc est per plura eligibilis. Nam modestia est per se & proprie eligibilis ualde nimis, adeo, ut ipsa secundum unum existens, eligibilis superet honorem, qui in pluribus est eligibilis. Erit igitur eligibilis quod est secundum omnia, quam quod est secundum plura eligibile, & quod est secundum plura eo, quod est secundum pauciora, si fuerit quod est secundum omnia, & secundum plura, simile ei, quod est secundum pauciora, uel secundum unum, inaequalitate eligibilitatis, quod est dicere in utrisque comparatis, ut caetera sint paria. Amplius considerandum, si pauciora in pluribus continentur: nam si continentur, esse potest, ut quod per pauciora est eligibile, eligibilis sit eo, quod est per plura eligibile. Sic enim in Ethicis demonstrauit Aristoteles amicitiam, quae est propter honestum, eligibilior esse ea, quae propter utile, & delectabile. quoniam enim propter honestum amicitia est, habet delectabile, & utile. Nam in honesto haec ambo continentur. Quare locus intelligi debet, modo plura in paucioribus (ut inquit Alexander) non continentur.

τῶν δὲ ἀντιθέτων ἀμφοτέρωθεν ὑπερχόντων, ὁποῦτος ἐστὶν ὁ ἀλλοῦ ὑπερχόντων, ὁποῦτος ἐστὶν ὁ ἀλλοῦ ὑπερχόντων.

LOCVS SEXAGESIMVS MVS QVINTVS.

71 Si autem eadem utrisque insunt, utri magis insunt, considerandum: utrum delectabile, an honestum, an uile magis.

Locus praecipuus sexagesimus quintus accipitur a comparatione eorum, quae non sunt utrisque comparatis, cuius locum praecipuum assignat, & dicit, [Si autem eadem utrisque] comparatis [insunt, utri] hoc est, cui nam eorum [magis insunt, considerandum, ut utrum delectabile, an honestum, an uile] insit [magis,] scilicet uni comparatorum quam alteri. Nam cui magis insit, illud eligibilis erit. Sic demonstrabitur modestia abstinentia eligibilior, utraque enim propter se eligibilis est, sed magis modestia. Demonstrabitur etiam disputare, quod est literaria exercitatio, eligibilis esse ipso exercere

corpus. Nam licet utrumque sit eligibile propter utile, tamen magis utile est disputare, quod est exercere animum, quam exercere corpus. Eodem modo demonstrabitur iustitia fortitudine eligibilior esse, nam utraque & propter honestum, & propter delectabile est eligibilis. Sed non similiter iustitia fortitudo delectationem habet, propter uulnera, & occisiones, quae non patiuntur iustus.

πάλιν τὸ τοῦ ἐλεεινοῦ ἔστιν ἀρετῶν, ἀρετῶν δὲ ἀρετῶν.

LOCVS SEXAGESIMVS SEXTVS.

72 Rursum quod gratia melioris, eligibilis: ut quod virtutis gratia, quam quod delectationis.

Locus praecipuus sexagesimus sextus accipitur a comparatione finium, ad quos eligibilia ipsa ordinantur. Proposuit enim diuisionem eorum, quae eliguntur, & penes naturas, quae habent, & propter fines, ad quos ordinantur. Cum assignasset loca ex diuisione naturarum, nunc assignat locum ex comparatione finium, & dicit, [Rursum quod gratia melioris,] scilicet finis, hoc [eligibilis,] ut disputare magis est eligibile, quam exercere. Nam disputamus gratia scientiae, exercemus autem corpus gratia uirium. Est autem hic locus 1 x v i. in antedictis potentia exploratus. Dicitur enim [quorum fines eligibiliores, eligibilia sunt & ipsa.] In hoc ergo loco praesens continetur potentia, Aristoteles autem assignauit exemplum, cum inquit, [ut quod gratia uirtutis] eligibilis est, [quam quod gratia delectationis.] Nam uirtus eligibilior delectatione est.

ὁμοίως δὲ καὶ τῶν φευκτῶν, φευκτῶν δὲ φευκτῶν, ὁποῦτος ἐστὶν ὁ ἀλλοῦ ὑπερχόντων, ὁποῦτος ἐστὶν ὁ ἀλλοῦ ὑπερχόντων.

DE FUGIBILIORIBVS.

73 Similiter autem & in fugiendis, nam magis est fugiendum quod magis impedit virtutes, ut aegritudo turpitudine. Voluptatis etenim & eius quod est studiosum esse, prohibentior est aegritudo.

Nunc per eundem locum 1 x iiii. & 1 x v. demonstrat fugibilia, & primo proponit intentionem, & dicit, [Similiter autem & in fugiendis] loca, subaudi, assignatur, ut in eligendis. nam & in istis fugibilibus, quod est plurium bonorum impeditiuum, & quod maiorum bonorum est impeditiuum, hoc est magis fugiendum, & hoc dicit, [Nam magis est fugiendum, quod magis] id est, quod plures [impedit uirtutes] id est, bona. accepit enim [magis] secundo loco explicatum pro uerbo plures (ut Alexander exponit,) [et uirtutes] pro bonis, & quod ita intelligat, exemplum loci demonstrat, cum inquit, [Et aegritudo] magis fugienda est [turpitudine]

Cuius rationem assignat, et inquit, [Voluptatis etenim] quod est unum bonum, [et eius quod est studiosum esse] quod est alterum bonum, [prohibitior est aegritudo,] At turpido solum voluptatis, simili ratione demonstrabitur amissio disciplinarum numerorum amissione esse magis fugienda, nam amissio disciplinarum melior est destructiva. Insuper quod propter gloriam est eligibile, est magis eligendum quam quod est eligibile propter delectabile, et propter utile. Quare destructivum gloriae est magis fugiendum, quam quod destruit delectabile et utile.

Ἐτι ἐκ τῶν ὁμοίων δεικνύεται φθιτὸν καὶ ἀρετὸν εἶναι προκείμενον, ἢ ἴσον γὰρ εἶναι τὸν ἀρετῶν, ὃ καὶ ἔλοιτ' ἀντιεὶ ὁμοίως καὶ φθίσι, τὸ ἐτέρου ὄντος ἀρετῶν μόνον, τὰς δὲ δὴν πρὸς ἀλλήλας συγκρίσεις, καὶ ἀπὸ τῶν ἐπισημασμένων.

74 Amplius, ex similitudine demonstrari potest fugiendum & eligendum, quod propositum est. Minus enim eligendum huiusmodi est, quod æque & eligeret aliquis & fugeret altero, quod eligendum est tantum. Ad seivnicem igitur comparationes (quemadmodum dictum est) faciendum.

Docet nunc Aristoteles locum, quo accipimus aliquid esse minus fugiendum, et minus eligendum per similitudinem ad loca, quibus docuit magis eligenda, et magis fugienda, et primo proponit intentionem, et dicit, [Amplius ex similitudine] locorum, quæ dixi de eligibilioribus et fugibilioribus [demonstrari potest quod propositum est] minus [fugiendum et minus eligendum] tacuit verbum [minus], quoniam dedit intelligere per id, quod subseribit. Vel fortasse, quia fugiendum est minus eligendum, et eligendum minus fugiendum, vel forsitan Aristoteles proponit demonstrare propositum esse eligendum et fugiendum ex similitudine, quam habet eligendum ad minus fugiendum, quoniam minus fugiendum, et eligendum habent similitudinem. Similiter minus eligendum videtur fugiendum. habent enim minus eligendum, et fugiendum similitudinem quandam, ergo [ex similitudine demonstrari potest fugiendum et eligendum, quod propositum est,] fugiendum quidem ex minus eligendo, eligendum vero ex minus fugiendo, proposita intentione, exequitur, et dicit, [minus enim eligendum huiusmodi est, quod æque eligeret aliquis et fugeret altero, quod eligendum est tantum,] Est enim minus eligibile, quod simili ratione et eligibile et fugibile est, eo quod est solum eligibile. Nam si circa civitatem versari et eligibile et fugibile est. Est enim fugibile oburbationes, eligibile vero propter societatem civilem: et philosophari eligibile solum, ergo minus fugiendum erit philosophari. esset etiam navigare minus eligendum quam agrum colere, ob pericula quæ in mari sunt: qui enim navigat, potest se servare, et periclitari, qui vero

agrum colit, servat se tantum, ergo navigare minus eligendum, quam agrum colere. Tunc epilogat, et dicit, [Ad seivnicem igitur comparationes] circa ipsa eligibilia, et fugibilia, (quemadmodum dictum est) faciendum, et per hæc loca, propositis enim pluribus eligibilibus, quæ ex æquo apparent esse eligibilia, his locis cognoscitur quod eorum est magis eligendum, declarantur enim omnes eminentiæ, quibus unum eligibile potest secundum rem alteri eminere. Nihil enim aliud est eligibilis, quam quod una vel pluribus eminentiis, ut postea dicemus, alteri supereminet.

οἱ αὐτοὶ δὲ τῶν οὐκ ἐπισημασμένων καὶ πρὸς τὸ ἀρετῶν ὅτι οὐκ ἀρετῶν ἢ φθιτῶν, ἀφ' ὧν γὰρ μάλλον δὲ τὴν πρὸς ἑαυτὸν ὑπεροχὴν, ἐν γὰρ τῷ τιμωτέρω ἀρετῶν ὄντι, καὶ τῷ τιμωτέρω, ἀρετῶν, καὶ ἐν τῷ χρισμωτέρω ἀρετῶν ὄντι, καὶ τῷ χρισμωτέρω ἀρετῶν ὄντι, ὁμοίως δὲ ἐν τῷ ἀρετῶν, ὅσα τὰ ἐπισημασμένα τὴν ἐπισημασμένων.

DE ELIGENDIS ET FUGIENDIS.

75 Idem autem loci utiles, & ad demonstrandum quoduis eligendum, & fugiendum. Nam auferre solum eam oportet, (quæ ad alterum est) præ eminentiam. Si enim quod honorabilis, eligibilis, & honorabile eligendum. Similiter autem & in aliis: quæcunque huiusmodi habent comparationem.

Cum assignasset loca, quibus possibile est comparationes facere, quæ sunt secundum eligibilis, id est, quibus argumentari poterimus duobus eligibilibus propositis, quod eorum sit eligibilis, ostendit quod eadem loca valent ad argumentandum propositum esse eligibile, simpliciter, et sine comparatione. Si enim demonstraverimus aliquid esse eligibilis, ut quia utilis, pulcherrimus, et melius, si præ eminentius, et comparationes quæ sunt eorum ad invicem, auferemus, demonstrabimus ipsa simpliciter eligibilia esse, et quidem per eadem loca. Causa autem quia in comparationis intelliguntur positus, non enim potest aliquid esse eligibilis, quin sit eligibile, nec aliquid potest esse honorabilis, quin sit honorabile: nec aliquid potest esse utile, nec delectabilis, quin sit delectabile. Quare quod locis demonstramus eligibiliora secundum comparationem, demonstrabimus eligibilia simpliciter sine comparatione. Unde dicit, [Idem autem loci utiles] sunt [ad demonstrandum quoduis eligendum, et fugiendum] simpliciter et sine comparatione, quibus demonstrantur eligibilis et fugibilis secundum comparationem, et assignat causam, et dicit, [Nam auferre solum eam præ eminentiam oportet quæ ad alterum est,] et relinquitur ex loco ipsum eligibile simpliciter, et hoc exemplo ostendit, et dicit, Si enim quod honorabilis, eligibilis et honorabile erit [eligendum] in ipso enim comparatio positum tanquam comparationis origo intelligitur. Deinde reddens regulam universalem, dicit,

A [Similiter autem et in aliis] eligibilioribus quæcunque comparationem huiusmodi, secundum magis, et minus [habent,] cur vero addit, [quæcunque huiusmodi habent comparationem,] sequenti textu exponit, nunc vero sit hæc universalis regula, quod locis demonstramus aliquid esse aliis eligibiliora, vel fugibiliora, tot et eisdem demonstrare poterimus illa eadem esse eligibilia vel fugibilia, quoniam ablatis comparationibus, et præ eminentiis, omne eligibilis est eligibile, dicit, [Similiter autem et aliis,] quoniam non solum in honorabili, sed etiam in utili, et delectabili, et honesto.

Ἐὰν ἐν ἑνὶ γὰρ γούρ' εὐδὲως καὶ τὴν πρὸς ἑαυτὸν ὑπεροχὴν, καὶ ὅτι ἀρετῶν ἢ φθιτῶν, ἀφ' ὧν γὰρ μάλλον δὲ τὴν πρὸς ἑαυτὸν ὑπεροχὴν, ἐν γὰρ τῷ τιμωτέρω ἀρετῶν ὄντι, καὶ τῷ τιμωτέρω, ἀρετῶν, καὶ ἐν τῷ χρισμωτέρω ἀρετῶν ὄντι, καὶ τῷ χρισμωτέρω ἀρετῶν ὄντι, ὁμοίως δὲ ἐν τῷ ἀρετῶν, ὅσα τὰ ἐπισημασμένα τὴν ἐπισημασμένων.

76 In aliquibus enim statim secundum eam, quæ ad alterum est comparationem, & quoniam eligendum utrunque, vel alterum dicimus. Ut quædo hoc quidem natura bonum, illud autem non natura bonum dicimus. Nam quod natura bonum, manifestum, quoniam eligendum est.

Cum dixisset, [similiter autem et in aliis,] quæcunque huiusmodi habent comparationem, nunc exponit, cur additum est, [quæcunque huiusmodi habent comparationem,] et ait hoc esse additum quoniam sunt quedam eligibilia, et fugibilia statim, et secundum eam comparationem quæ est secundum magis, et minus, ut puta quæcunque secundum naturam sunt bona. hæc enim statim quia sunt natura bona, sunt eligibilia, secundum comparationem quod est dicere eligibiliora, nam eligibile secundum comparationem est idem quod eligibilis altero, unde dicit, [In aliquibus enim statim dicimus et quoniam utrunque vel alterum] est [eligendum secundum eam comparationem, quæ est ad alterum,] sunt enim aliqua quæ sunt eligibilia statim secundum comparationem, et exponit quæ, et dicit, [Vt quando hoc quidem natura bonum, illud autem non natura bonum dicimus,] nam quod natura bonum, manifestum, quoniam eligendum est, [secundum comparationem statim,] hoc est, quod sit altero eligibilis, idem enim est dicere altero eligibilis, et eligibile, secundum comparationem, sunt autem hæc ea in quibus bonitas inest per se à natura. Exponit autem hoc Alexander, asserit enim Aristoteles addidisse, [quæcunque huiusmodi habent comparationem,] intelligens per [huiusmodi] manifestam, quoniam aliqua habent comparationem manifestam, ut terminum ad duo, eminentia manifesta est unum. Et propterea a tria manifesta comparatione sunt plura duobus, aliqua habent eminentiam immanifestam, ut si aliqua magnitudo excederet aliam in quodam parvo insensibili. Demonstramus ergo aliquod esse eligibile secundum comparationem, locis à comparatione, in quibus eminentia non est manifesta. Nam [in aliquibus,] ut inquit, [statim,] absque locorum argumen-

tatione [dicimus et quoniam eligendum est utrunque] id vel alterum, [secundum eam comparationem,] quæ est ad alterum, ita enim in eis statim demonstramus eligibile secundum comparationem sine locis, lege ergo copulativam cum precedenti textu sic, [Similiter autem et in aliis,] quæcunque habent comparationem huiusmodi [hoc est, argumentabilem per loca eminentiæ, in iis enim semper demonstramus ipsum eligibile eisdem locis, quibus demonstratum est ipsum eligibilis, dico [quæcunque habent comparationem huiusmodi] hoc est, per loca argumentabilem, enim nam [in aliquibus statim dicimus,] quoniam eligendum utrunque vel alterum secundum eam, comparationem, quæ est ad alterum,] nam sunt aliqua quæ aliis sunt eligibiliora statim sine argumentatione per loca, et exponit quæ, et dicit, [Vt quando hoc quidem natura bonum, illud autem non natura bonum] est, [nam quod natura bonum] est, [manifestum] statim est sine locorum argumentatione [quoniam eligendum est] secundum comparationem, subaudi, id est quoniam est eligibilis eo, quod est non natura bonum. In his vero quæ sunt bona non natura, ostendimus alterum altero eligibilis argumentis per loca, ut superius patuit, et his eisdem locis demonstramus ipsum eligibile simpliciter, quibus demonstratum est eligibilis. Quid vero Aristoteles intelligat per natura bonum, hic non exposuit, nec Alexander declaravit. ideo dicamus cum Aristotele primo Rhetoricorum, bonum bifariam dici, alterum aperte bonum, quod et bonum simpliciter dicitur, ut puta, quod expetitur propter se, et non propter aliud, et hoc dicitur bonum ut finis, alterum est bonum non simpliciter propter se expetibile, sed quod expetitur propter aliud vel alterius gratia, quatenus aut afficit, aut servat, aut antecedit, ut medium bonum simpliciter, quod est bonum ut finis. Bonum vero simpliciter ab Aristotele, ibi multifariam describitur. Uno modo, ut sit quod sui gratia est expetendum. Alio modo, ut sit cuius gratia alia; quæ ad ipsum dicuntur appetitivus. Tertio, ut sit quod omnia appetunt, dico omnia, vel quæ sensum, vel intellectum habent, vel si haberent: illud appeterent, et hoc dicitur bonum, ut finis, ut felicitas, et felicitatis partes: et quoniam finis est duplex, simpliciter, et alicui generi accommodatus, ideo bonum simpliciter, est uno modo absolute simpliciter, quod nulli generi accommodatur. Alio modo, quod alicui generi accommodatur, veluti finis particularis, quem providentia unicuique (ut Themistius inquit) tanquam bonum constituit. hoc modo conservatio formicæ, quæ in hyeme fit comestione frumenti, finis est eorum laborum, quibus æstate formica colligit triticum, et creatio pulorum finis est aut, ut nidificet, et captio muscarum finis est araneis ut telas struant. Hic enim finis bonum simpliciter est, sed non absolute, sed cuidam generi accommodatum. Ex his patet quid sit bonum natura, de quo Aristoteles hic loquitur: est enim bonum, ut finis; quod est bonum manifeste, quod esse bonum non argumentatione per loca patet. Bonum vero non natura, est bonum in ordine ad finem, quod esse bonum argumentatione patet. Recte ergo Aristoteles inquit esse quædam bona, quæ statim esse eligibiliora aliis, quæ sunt bona non natura, patet. Non autem patet in iis, quæ sunt bona non

Natura quid est eligibilis, sed locis de dicitur, et quoniam bona secundum naturam sunt eligibilia, ideo in illis bonis non oportet locis probare quid sit eligibile. Sunt enim manifeste bona, ergo manifeste eligibilia, in bonis igitur non natura eligibile eisdem locis probatur, quibus et eligibilis probatur.

Αντιθέω δ' ὅτι μέγιστα καθόλου τόπων περιττώ μετὰ τοῦ μετρίου ἀκρίβειες γὰρ οὐτως, πρὸς τὸ μέγιστον ἢ τὸ μετρίον, ἐστὶ δὲ αὐτῶν τῶν ἐπισημίων φύσις καθόλου μέγιστον ποιεῖν, μικρὸν ὡς ἀλλόθεν ἢ τῆς πρὸς τὸν γοῖαν.

77 Sumendum autem quam maxime vniuersales locos de eo, quod est magis, & minus: nam sic sumpti ad plura vtilis erunt. Fieri autem potest, ut eorum, qui dicti sunt, quosdam vniuersales magis quis faciat, H parum transmutans secundum appellationem.

Cum dedisset nobis de maiore et minore et generalitate de his, que in comparatione sunt, loca comparatiua in aliquo definito ac determinato accidente, ut in ipso eligibili, omnes enim in hoc fecit comparationes. Nam est locorum traditio in aliquo determinato accidente facilius. Et quoniam non fit comparatio solum in ipso eligibili, ideo mirabili arte ostendit nobis quomodo eisdem locis generaliter ad omnia alia uti poterimus, in quibus secundum magis et minus comparatio fit. Quoniam igitur magis comparatiuum existens, et maius similiter non solum in bonis, et malis, et eligibilibus, et fugilibus dicitur, sed etiam in aliis, maxime quidem in magnitudinibus, et numeris, et grauius, et ceteris id genus, comparatio que secundum magis, vel minus, fieri potest, ideo dicit, [Sumendum autem quam maxime vniuersales locos de eo quod est magis, et minus,] et per magis intelligit etiam maius. Loca enim que accepit, fuerunt accepta contraria, et cum additione, nunc oportet ut vniuersalia accipere, et assignat rationem, et dicit, [Nunc sic sumpti ad plura vtilis erunt,] et non solum ad eligibilia, et fugibilia, ad que nunc ipsis uti sumus. Deinde cum hoc dixisset, quomodo possibile est predicta loca vniuersaliter facere, supponit, et dicit, [Fieri autem potest, ut eorum qui dicti sunt, quosdam vniuersales magis quis faciat, parum transmutans secundum appellationem.] Si enim parum mutamus in expositione, ipsorum communius pro specialiori ponentes, fierent utique loci, quibus uti sumus, vniuersales. Dixit autem [quosdam,] quoniam licet omnes fieri possint vniuersales, non de omnibus, sed de quibusdam illud exponit, et dixit, [parum transmutans secundum appellationem.] quoniam ponendo hoc nomen tale, pro hoc nomine eligibile, et hoc nomen magis tale pro hoc nomine magis eligibile, redduntur loci, quibus uti sumus: specialiter, vniuersales et ad plura communes.

ἵσθη δ' ὅτι τὸ μέγιστον, τὸ μετρίον, τὸ μικρόν, τὸ μέγιστον ποιεῖν, τὸ μετρίον ποιεῖν, τὸ μικρόν ποιεῖν.

78 Ut quod natura tale, eo quod non natura tale, magis tale.

Et quomodo hoc fieret per exempla in locis manifestat, et primo quidem in eo loco, qui proxime dicitur est, videlicet quod est natura bonum eligibilis eo est, quod non natura est bonum. Locus enim hic in bonis solum et horum comparatione utilis est. Quia vero non solum quod natura bonum, eo quod non natura bonum, magis bonum et eligibile est, sed etiam quod natura fugibile, eo quod non natura fugibile, magis fugibile. et quod natura album eo, quod non natura album, magis album, et in aliis similiter. si itaque dicamus pro eo quod est natura bonum, quod est natura tale, dicemus tunc quod est natura tale: eo quod non est natura tale, esset magis tale. et hoc pacto vniuersalem locum faciemus, quo poterimus ad ea omnia uti, quibus est natura, et non natura, omnia enim concessa sunt, sic loco posito, unde dicit, [Ut quod natura tale eo, quod non natura tale est, magis tale] est, nam mutatio facta est ad vniuersales locos parua in nominibus mutatione facta, nam primo locus in terminis specificis, postea transmutatione facta, in transcendentibus locus relinquuntur.

καὶ ἐν τῷ μέγιστον, τὸ μετρίον, τὸ μικρόν ποιεῖν, τὸ μετρίον ποιεῖν, τὸ μικρόν ποιεῖν, τὸ μετρίον ποιεῖν, τὸ μικρόν ποιεῖν.

79 Et si hoc quidem facit, (illud autem non facit, quod habet tale) cuiusque infit, magis tale est, quod interdum facit tale, quam quod non facit.

Nunc assignat secundum exemplum in alio loco superius assignato. dictum enim est, si hoc quidem sui presentia bonos facit, non faciente eligibilis est. Fit autem hic locus vniuersalis, si acceperimus sic locum in terminis transcendentibus, et si hoc quidem facit, cuiusque infit, illud autem non facit quod habet tale, id est, id, cuiusque infit, [magis tale est, quod interdum facit tale, quam quod non facit,] sic enim locus ad terminos transcendentis conuersus, ad multa ualebit, sic enim conuerso poterimus ad multa ipso uti, ut ad calida, ad dulcia, ad alba, ad bona, ad magna, et ad cetera omnia, in quibus contingit dicere tale, et quale. Quod vero ad uerba attinet, annotatio ne digni per hanc uerba Aristotelem duo loca significasse: quorum primus est, Duorum si hoc quidem sui presentia bonos facit, illud autem non facit, quod facit bonos, non faciente eligibilis est. Secundus uero, Duorum si hoc quidem sui presentia interdum facit bonos, illud autem nunquam, quod interdum facit, nunquam faciente eligibilis est. His etiam duo loca vniuersalia respondent, quorum primus est, Duorum talium, si hoc quidem sui presentia facit tale, illud autem non facit tale: quod sui presentia facit tale, non faciente tale, magis tale est. et hunc locum inducit in primis uerbis textus. Secundus uero duorum talium, si hoc quidem sui presentia interdum facit tale, illud uero nunquam facit, quod facit interdum tale, nunquam faciente magis tale est, et hunc locum dedit intelligere per uerbum [interdum,] ut perspicuum est.

Α ἢ δ' ἡ μὲν ποιεῖ, τὸ μέγιστον ποιεῖ, τὸ μετρίον ποιεῖ, τὸ μικρόν ποιεῖ.

80 Si autem vtrunque facit, quod magis facit tale.

Tertium exemplum in alio loco etiam superius assignato. dicebatur enim, si duo inueniuntur alicui, et ambo illi, cui insunt, bonum facit, quod magis id ipsum bonum facit, eligibilis eo est, quod idem minus bonum faciet. Transitum ergo ad generalissima assignat, et dicit, [Si autem vtrunque] sui presentia facit, scilicet tale, quod magis facit tale,] subaudi, et it magis tale. sic enim inueniuntur locum fecit, et ad longe plura utilem, quia ad dulcia, ad calida, ad bona, ad magna, et ad ea omnia, in quibus est reperiri tale et quale.

Εἰ ἐν τῷ ὅμοιω τῶν ὁμοίων, τὸ μέγιστον, τὸ μετρίον, τὸ μικρόν.

81 Amplius, si eodem aliquo, hoc quidem magis: illud autem minus tale.

Hic assignat quartum exemplum, superius enim assignauit sic locum de eligibili, si eodem aliquo hoc quidem maius bonum est, hoc uero minus, quod maius, eligibilis eo est quod minus. Sic enim (ut diximus) bona habitudine diuitis eligibilior est, quoniam demonstrata sanitate, bona habitudine est sanitate eligibilior, diuitie uero sanitate minus eligibilis sunt, ergo bona habitudine diuitis eligibilior. assignat ergo quartum exemplum, et docet hunc locum conuerti ad vniuersalem, et dicit, [Amplius si eodem aliquo hoc quidem magis] tale fuerit, [illud autem minus tale,] subaudi, magis tale est, quod eodem est magis tale. Sic enim locus ad generalissima conuersus erit communis ad calida, ad bona, ad alba, ad dulcia, et ad omnia his similia, in quibus aptari possunt, tale, et quale.

καὶ ἐν τῷ ὅμοιω τῶν ὁμοίων, τὸ μέγιστον, τὸ μετρίον, τὸ μικρόν ποιεῖν, τὸ μετρίον ποιεῖν, τὸ μικρόν ποιεῖν.

82 Et si hoc quidem tali magis tale, illud uero non tali tale, manifestum, quoniam primum magis tale.

Nunc assignat quintum exemplum, uerum locis conuerti ad bona et eligibilia uno modo potest intelligi, duorum bonorum si unum est aliquo bono maius bonum, alterum uero illo eodem non est maius bonum, quod est maius bonum eo bono, eligibilis est, ut quoniam bona habitudine magis bonum est sanitate, et diuitie non sunt sanitate magis bonum, bona habitudine eligibilior diuitis est. Docet ergo transmutare hunc locum ad vniuersalem, et dicit, [Et si hoc quidem,] scilicet bonum existens [tali] bono existente fuerit [magis tale, illud uero] etiam existens bonum [non] subaudi, fuerit [tale,] scilicet magis, illo [tali,] quo primum erat magis tale, [manifestum, quoniam primum] est [magis tale,] sic enim locus communis erit ad bona, ad dulcia, ad calida, ad alba, et ad ea omnia quibus tale et quale aptari possunt. Po-

test autem locus aliter legi, sic, Duorum bonorum, si unum quidem aliquo bono maius esset, alterum uero nullo bono esset maius bonum, eligibilis erit, quod est aliquo bono maius. Si igitur sic intelligitur locus contraarius, lege uerba Aristotelis sic. [Et si hoc quidem] duorum bonorum [tali] scilicet bono [magis tale] fuerit, [illud uero] bonum existens [non tali] id est nullo tali bono, [tale] scilicet magis fuerit, manifestum, quoniam primum magis tale] erit. Sic enim conuertendo locum, per eum poterimus et calidius aliud alio esse demonstrare, et dulcius, et alia quam plurima his similia, uerum, ut Alexander bene animaduertit, si locus iste hoc pacto exponitur, uidetur alius ab eis, que superius dicta sunt, non tamen est curandum, quoniam hac ut exempla inducuntur, que faciunt intelligere regulam Aristotelis superius assignatam. quare siue sint transmutationes locorum super adictorum, siue nouorum, quos nunc assignat, utroque modo intelligunt, qui discunt.

Εἰ ἐν τῷ ὅμοιω τῶν ὁμοίων, τὸ μέγιστον, τὸ μετρίον, τὸ μικρόν ποιεῖν, τὸ μετρίον ποιεῖν, τὸ μικρόν ποιεῖν.

83 Amplius, ex additione, si aliud quod eidem additum, totum magis tale facit.

Nunc per sextum exemplum docet conuerti loca ex additione, et ablatione, que superius posuit, quorum primus ex additione fuit, si aliquid eidem additum, totum magis facit bonum, eligibilis erit altero, addito illud non faciente, ut quoniam uirtus addita sanitati eligibilior eam reddit quam diuitie si eidem adderentur, uirtus diuitis eligibilior erit. Docet igitur hunc locum transmutare ad vniuersalem, et dicit, [Amplius ex additione, si aliquid eidem additum, facit totum magis tale] hoc erit non faciente, magis tale. nam hic terminus magis tale, uniuersalior est illo, uidelicet eligibilis, quoniam si iste terminus, magis tale, aptari potest ad album, ad malum, ad dulce, et ad alia huiusmodi, eligibilis uero solum ad bona.

καὶ ἐν τῷ ὅμοιω τῶν ὁμοίων, τὸ μέγιστον, τὸ μετρίον, τὸ μικρόν ποιεῖν, τὸ μετρίον ποιεῖν, τὸ μικρόν ποιεῖν.

84 Aut si ei, quod minus est tale, additum totum magis tale facit.

Secundus uero locus ex additione fuit, si alicui quod est minus bonum, adderetur aliquid bonum, quod faceret sui additione illud magis bonum, hoc eligibilis esset non faciente. uerbi causa, si uirtus adderetur diuitis, et robur etiam diuitis adderetur, cum uirtus reddat totum magis bonum quod redderet robur, uirtus robore eligibilior erit. Docet ergo locum hunc transmutare ad vniuersalem, et dicit, [Aut si ei] aliquid [additum] fuerit, [quod minus tale,] et [totum magis tale facit,] hoc erit magis tale non faciente, hic enim terminus (ut diximus) tale, et magis tale, uniuersalior est termino eligibilis, quoniam (ut diximus) terminus ille aptari potest ad album, ad malum, ad bonum, ad dulce, et ad alia huiusmodi, eligibilis uero solum ad bonum.

ομοίως ἔχει ἐν ἀφορισμοῖς τοῦ ἀφαι-  
εῖσθαι τὸ λεπτόμενον ἢ τὸν τοῦτον, αὐτὸ μᾶλ-  
λον τοῦτον.

85 Similiter autem & ex ablatio-  
ne nam quo ablato reliquum minus  
tale est, ipsum magis tale.

Nunc assignat exemplum in loco ab ablatione, sicut enim locus dicitur in ipso eligibili sic, quo enim ablato ab aliquo, quod relinquitur minus est, eligibilis est eo, quo ablato reliquum non minus erit, uerbi gratia, si unum compositum ex modestia, diuitiis et robore, quoniam ablata modestia quod remanet est minus quam si auferatur robur, igitur modestia robore eligibilior. Est enim diuitie cum robore minus bonum, quam diuitie cum modestia, hunc ergo locum docet transmutare ad uniuersalem, et dicit, [Similiter autem ex ablatione] locus contra-  
ctus potest reddi communis, [nam ut inquit] quo ablato reliquum minus tale est altero ablato, [ipsum erit magis tale] cuius ablatione remanet illud minus quam si alterum auferatur. Sic enim locus uniuersalior erit, nam minus tale, et magis tale, communiora sunt minoris et maiore bono, quibus usus est, et propterea loco sic conuer-  
so poterimus ad plura uti.

καὶ τὰ τοῖς ἐναντίοις ἀμυγέσι, μᾶλλον  
τοῖσιν αἰσθητοῖς ἢ τοῖς ἀμυγέσι.

86 Et quæ contrariis sunt imper-  
missiora, magis talia, ut albius quide  
nigro impermissius.

Iste locus translatus fuit ad uniuersalio-  
rem ab hoc, ut dicitur bonum quod cum malo impermissum est, eligibi-  
lius est eo, quod est permissum, eundem enim dixit, cum ait,  
doloris expertia eligibiliora sunt dolorificis, nunc uero  
hæc loca reddens uniuersaliora, dicit, [Et quæ contra-  
riis sunt impermissiora,] hoc est, minus permissa cum  
contrariis, hæc sunt [magis talia, ut albius quidem nigro  
impermissius,] albius est, et dulcius similitur, potest etiam,  
(ut Alexander inquit) hic locus esse translatus ab ultimo  
loco, uidelicet ab hoc, [Amplius ex similitudine monstra-  
ri potest fugiendum et eligendum,] sed quoniam loco  
situs translatus, exemplum est clarum.

Ἐπιπαρατὰ δὲ ἐπιμύλια πτόσθου τὸ μᾶλλον ἐ-  
στὶν ἐχόμενον τὸν οἰκίον τοῦ προκελευμένου λόγου,  
διὸν ἐπὶ τὸ λευκὸν ὄσιν λόγῳ, ἡ ἡρώμα δὲ ἰακωπι-  
κὸν δὲ ἡρώμα, ἀποκτόσθου ὄσιν, μᾶλλον ἡρώμα δὲ ἰα-  
κωπικὸν ὄσιν.

87 Amplius, præter ea quæ dicta  
sunt prius, quod magis suscipit pro-  
positi rationem: Ut si albi est ratio,  
color disgregatiuus uisus, albior is est  
color, magis disgregatiuus uisus.

Præter comparatiua loca quæ data sunt, proponit  
nunc quendam locum, qui ex definitione est, cuius non me-

minit in locis de eligibili secundum comparationem. est  
autem locus præceptus, quod magis recipit definitionem  
propositi, magis tale est uerbi causa, album quidem ma-  
gis erit, quod magis rationem albi recipit, quod enim co-  
lor magis uisus disgregatiuus est, album magis est. Est  
enim albi definitio, color disgregatiuus uisus. Simili mo-  
do in dulci, dulcius enim esset, quod magis dulcis ratione  
suscipit, et in ipso eligibili, eligibilis enim esset, quod ma-  
gis rationem eligibilis recipit, et suauius quod magis ra-  
tionem uoluptatis, unde dicit, [Amplius præter ea, quæ di-  
cta sunt, prius] scilicet præter loca comparatiua de eli-  
gibili, est hic locus nouus, [quod magis suscipit propo-  
situm] subaudi, hoc est magis tale, [ut si albi est ra-  
tio color disgregatiuus uisus, albior is color est.] subau-  
di, qui [magis est disgregatiuus uisus.] Hunc autem lo-  
cum fortasse (ut Alexander inquit) ideo non tradidit in  
locis superius assignatis de eligibili, quoniam nec boni  
nec eligibilis una est ratio, nam bona et eligibilia eorum  
sunt, quæ multipliciter dicuntur.

Ἀρ δὲ ὡς δὲ ἐπιμύλια πτόσθου τὸ μᾶλλον ἐ-  
στὶν ἐχόμενον τὸν οἰκίον τοῦ προκελευμένου λόγου,  
διὸν ἐπὶ τὸ λευκὸν ὄσιν λόγῳ, ἡ ἡρώμα δὲ ἰακωπι-  
κὸν δὲ ἡρώμα, ἀποκτόσθου ὄσιν, μᾶλλον ἡρώμα δὲ ἰα-  
κωπικὸν ὄσιν.

DE PROBLEMATIBVS ACCI-  
DENTIVM PARTI-  
CVLARIBVS.

88 Si autem particulariter, & non  
uniuersaliter problema ponatur, pri-  
mum quidem dicti uniuersaliter con-  
structiui, vel destructiui, loci omnes  
vtilis. Uniuersaliter enim interimen-  
tes, vel constructes, & particulariter  
monstramus. Nam si omni inest, &  
alicui: & si nulli inest, nec alicui.

Cum secundo libro, et presenti tertio dixisset de uni-  
uersalibus problematibus, quod de accidente habentur, si-  
ue uniuersalia problemata quæstiu simpliciter, sine com-  
paratiuum habuerim: dixissetque omnia loca, quæ aptan-  
tur ad ipsa: nunc quidem non amplius de comparatiuis  
problematibus dicit, sed demonstrat quomodo locis da-  
tis uti poterimus ad destructionem, et constructionem  
problematum particularium, et primo ostendit id, quod  
et in principio secundi libri dixit, quomodo loca uni-  
uersaliter dicta non solum ad uniuersalia problemata sunt  
utilia, sed etiam ad particularia, uniuersali enim proble-  
mate constructo, et particularia, quæ illis subalterna  
sunt, construuntur. Et rursus uniuersali destructo, et  
particularia destruantur, et si problema propositum par-  
ticulare fuerit, utilia sunt loca uniuersalia. Si enim queri-  
tur utrum hæc uoluptas est bonum, uel ne? qui monstra-  
uit omnem uoluptatem esse bonum, monstrauit quoniam  
et ea, quæ queritur, est bonum, et si propositum fue-  
rit monstrare aliquam uoluptatem non esse bonum, qui  
monstrauerit nullam esse bonum, monstrabit quoniam

A proposita non est bonum. Horum autem meminit secun-  
do huius parte illa, [sunt autem ad huius generis pro-  
blemata communia uniuersalia, et constructiua, et de-  
structiua, nunc autem idem repetit, sed manifestus, et in-  
quit] si autem particulariter, et non uniuersaliter proble-  
ma ponatur, primum quidem dicti uniuersaliter constructi-  
ui, uel destructiui loci omnes utiles, [scilicet et ad uni-  
uersalia, et ad particularia loca.] Quod quidem ad uni-  
uersalia sunt utilia, probauit superius: quod autem ad  
particularia, nunc ostendit, et dicit, [Uniuersaliter enim  
interuenientes uel constructes, et particulariter monstra-  
mus,] omne enim uniuersale monstratum, monstrat etiam  
particulare, quod est sub se, [na si omni] subiecto prædica-  
ti quod est, [inest, et alicui] subiecto inest, [et si nulli  
inest, nec alicui.] et intelligis negatione postposita ali-  
cui non inest, ut si album nulli coruo inest, et alicui cor-  
uo non inest, nam non aliquis equiualeat nulli. quare licet  
Aristoteles dicat, nec alicui, tu intelligas quod alicui  
non inest.

καὶ λίσσας δὲ ἐπιμύλια πτόσθου τὸ μᾶλλον ἐ-  
στὶν ἐχόμενον τὸν οἰκίον τοῦ προκελευμένου λόγου,  
διὸν ἐπὶ τὸ λευκὸν ὄσιν λόγῳ, ἡ ἡρώμα δὲ ἰακωπι-  
κὸν δὲ ἡρώμα, ἀποκτόσθου ὄσιν, μᾶλλον ἡρώμα δὲ ἰα-  
κωπικὸν ὄσιν.

89 Maxime autem opportuni &  
communes loci, qui sunt ex oppo-  
sitis, & coniugatis, & casibus. Similiter  
enim probabile est existimare, si om-  
nis voluptas bonum, & tristitia om-  
nem malum esse. Et si aliqua volu-  
ptas bonum, & tristitia aliquam ef-  
se malum. Item si aliquis sensus non  
est potestas, & insensibilitas quædā  
non est impotentia. & si quoddam  
opinatum disciplinatum, opinio quæ-  
dam disciplina. Rursum si aliquod  
iniustorum bonum, & iustorum ali-  
quod malum. Et si aliquod eorum, quæ  
iniuste malum, & aliquod eorum  
quæ iuste bonum. Et si quoddam de-  
lectabile fugiendum, & delectatio quæ  
dam fugienda. Secundum hæc autē  
si aliquod delectabile uile, delecta-  
tio quædam uilis.

Nunc ostendit, quæ loca continentia sunt maxime uti-  
lia et opportuna ad demonstrandum problemata uniuersalia  
et particularia, et dicit, [Maxime autem oppor-  
tuni] et utiles sunt, [et] huiusmodi communes loci, qui sunt ex  
oppositis, et coniugatis, et casibus, [subaudi, ad demon-  
strandum particularia, et uniuersalia problemata. Non  
enim omnia particularia problemata possibile est mon-  
strare per uniuersalia. Sicut enim aliqua particularia quæ  
sunt per se uera, et falsa, propterea oportet ad ea habe-  
re quedam propria loca. Ad demonstrandum enim ali-  
quem hominem esse musicum, impossibile est uti hoc, uide-  
licet omnem hominem esse musicum, quoniam non est uerum  
hoc, et quoniam quadrupliciter dicuntur oppositi,  
in omnibus speciebus oppositi præter quam in opposi-  
tis secundum contradictionem demonstrat eundem locum  
accommodari posse, similiter uniuersali et particulari  
problemati, et primo monstrat hoc in contrariis, et di-  
cit, [Similiter enim probabile est existimare, si omnis uolu-  
ptas bonum, et tristitia omnem malum esse,] qui locus  
est ex contrariis uniuersaliter. Deinde ponit exemplum  
in contrariis particularibus, et dicit, [Et si aliquis uolu-  
ptas bonum, et tristitia aliquam esse malum. Effet enim  
uoluptas, quæ est in bonis operibus, bonum, et in eisdem  
operibus tristitia malum. Si enim queratur in problema-  
te uniuersali, utrum omnis tristitia malum uel ne? oportet  
hoc probare ex contrariorum argumentatione, sic, si om-  
nis uoluptas bonum, et omnis tristitia malum. Si autem  
problema fuerit particulare, utrum tristitia quædam ma-  
lum est, an non: probabitur ex contrariis argumentatione,  
sic, si uoluptas quædam est bonum, et tristitia quædam  
malum, et dicit, [Similiter enim probabile est existima-  
re,] quoniam locus iste a contrariis probabilem argumē-  
tationem facit, non autem demonstratiuum. Deinde idem  
ostendit in locis oppositis secundum priuationem, et ha-  
bili, hoc enim loco uti possumus ad uniuersalia, et parti-  
cularia problemata, uerum solum meminit particularia,  
et dicit, [Si aliquis sensus non est potestas, et insensibili-  
tas, quædam non est impotentia,] sunt enim secundum ha-  
bitum et priuationem opposita sensus, et insensibilitas.  
Quare si uoluerimus monstrare, quod aliqua insensibi-  
litas non sit impotentia, monstrare uolumus accipientes quo-  
niam aliquis sensus non est potestas: at si nobis propositum  
fuerit monstrare problema uniuersale, quod uidelicet  
omnis insensibilitas sit impotentia, uniuersaliter utique  
et oppositum in habitu accipiemus, quod omnis sensus sit  
potestas. Quod uero ad uerba attinet, cum Arist. di-  
cit quendam sensum non esse potestatem, accepit sensum  
pro communi quodam ad potentiam naturalem sentien-  
di, et ad sensationem ipsam quæ est actus sentiendi: mo-  
do sic sumendo terminum, hæc est uera, aliquis sensus non  
est potestas, ut sensatio ipsa, hæc enim non potestas natu-  
ralis, sed actus est. Simili ratione insensibilitas accipi po-  
test pro priuatione actus, et pro priuatione potentie, et  
sic accipiendo insensibilitatem pro termino communi, hæc  
est uera, quædam insensibilitas non est impotentia, quoni-  
am priuatio actus sentiendi, non est impotentia. Priuatio  
enim uisionis non est cæcitas, cuius enim sensus habitus  
accipitur non esse potentia, eius priuatio non erit impo-  
tentia. Quare si monstrare uoluerimus quod nulla insensi-  
bilitas sit impotentia, oportet pro probabili accipere quod  
m v



Nullus sensus sit potentia. Deinde assignat exemplum in op-  
 positis reatiue, et dicit, [Et si quoddam opinatum dis-  
 ciplinatum, opinio quedam disciplina,] hoc enim exem-  
 plum in particulari problemate est. Si enim queratur, ut-  
 rum aliqua opinio sit disciplina an non. Sic aliquis pose-  
 set ex opposito argumentari sumedo pro probabili, quo-  
 niam aliquod opinatum est disciplinatum, et go aliqua op-  
 inio est disciplina. refertur enim opinio ad opinatum,  
 et disciplina ad disciplinatum. si autem in uniuersali pro-  
 blemate queratur, utrum omnis opinio sit disciplina, an no,  
 accipiemus oppositum opinionis, scilicet opinatum uni-  
 uersaliter hoc pacto, si omne opinatum est disciplinatum, et  
 omnis opinio erit disciplina. non autem meminit opposi-  
 torum secundum affirmationem et negationem, quonia  
 contra dictio non est in particularibus. aliquid enim esse,  
 et aliquid non esse, non opponuntur secundum contra-  
 dictionem, sed est in uniuersalibus et particularibus, et  
 propterea qui monstrat quod falsa sit uniuersalis affir-  
 matio, monstrat quoniam uera est particularis negatio  
 in eodem: et qui monstrat falsam esse negationem parti-  
 cularem, monstrat ueram esse uniuersalem affirmationem  
 illi contradictoriam. Simili modo in uniuersali negatione  
 et particulari affirmatione, non tamen qui demonstrat ue-  
 ram esse particularem affirmationem, monstrat falsam esse  
 particularem negationem, qui enim monstrat ueram esse  
 hanc, aliquis homo est muscus, non monstrat hanc  
 falsam esse aliquis homo non est muscus, nec econuer-  
 so. Cum demonstrat igitur de oppositis, quomodo et  
 uniuersalibus et particularibus possumus uti locis, rur-  
 sum monstrat quomodo possibile est uti locis ex casibus  
 uniuersalibus et particularibus, sunt enim casus iniuste, in-  
 iustum uerum antequam hoc exequatur, repetit exem-  
 plum in contrariis et dicit, [Rursum si aliquid iniusto-  
 rum bonum, et iustorum aliquid malum. nam si particu-  
 lariter queratur, utrum aliquid iniustum est malum, uel ne,  
 ex contrariis argumentari poterimus, [si aliquid iniu-  
 storum bonum, et iustorum aliquid malum, iterum si que-  
 ritur utrum aliquid iniustum est bonum, uel non] ad  
 casibus argumentari poterimus sic, [si aliquid corum que  
 iniuste sunt, est malum, et aliquid eorum, que iuste] si  
 uni, erit bonum. Si autem uniuersaliter queritur, utrum  
 iustum bonum, simpliciter utique casus accipitur, si iniu-  
 ste male, et iustum bonum. na sile est ut in particulari parti-  
 culare, et in uniuersali uniuersale. Deinde loci ex coniu-  
 gatis, particularibus problematibus accommodat, et di-  
 cit, [Et si quoddam delectabile fugiendum, et delecta-  
 tio quedam fugienda, secundum hoc autem et si aliquid  
 delectabile utile, delectatio quedam utilis,] sunt autem co-  
 iugata inuicem fortitudo fortis, et fortiter, rursum uolu-  
 ptas, uoluptuose, et uoluptuosum, et omnia que aduicem  
 sic se habent. At si uniuersaliter queratur de omni delecta-  
 tione, uniuersaliter utique accipiendum est, si omnia dele-  
 ctabilia fugienda, omnis delectatio fugienda. ipse uero  
 exemplum assignauit solum in particularibus problema-  
 tibus, quoniam in uniuersalibus ita esse argumentandum  
 patet ex aliis.

Καὶ ὡς τὸ φθαρτικὸν ἐστὶ τὸ γένεσθαι, ὡς φθο-  
 ρῶν, ὡσαύτως, ἐν γὰρ τὸ φθαρτικὸν ἢ οὐκ ἔστι, ἢ ἐ-  
 πιστήμης ὅν, ἀγαθὸν ὅν, ἐν αὐτῆς ἢ οὐκ ἔστι

ἐστὶν ἢ κακῶν ὁμοίως ἐστὶ τὸ φθαρτικὸν τῆς ἐπιστή-  
 μης ἢ ἀγαθῶν, ἢ γένεσις τὸ κακῶν ἐστὶ τῆς ἐ-  
 πιστήμης τὸ κακῶν, ὅπου ἐστὶ τὸ ἐπιλατὸν δὲ ἀνεξέ-  
 ῃ, ὡς γὰρ ἐπεὶ τὸ ἀγαθὸν ἢ τὸ ἀκακὸν ἢ τὸ ἀκακῶν ἢ τὸ  
 κακῶν, ἐν αὐτῷ ἐπιστάδῳ, ἢ τῆς ἀγαθῆς ἐπεὶ τῆς  
 τῶν κακῶν, ὡσαύτως ἐστὶ τὸ τῶν ἀκακῶν, ὡς  
 ὡσαύτως ὁμοίως ἐστὶ τὸ φθαρτικόν.

90 Et in corruptionibus autem, & generationibus & corruptionibus  
 similiter. Nam si aliquid corrup-  
 tium, delectationis, vel disciplinae  
 bonum erit, est quedam delectatio,  
 vel disciplina malorum. Similiter au-  
 tem & si corruptio quedam discipli-  
 nae bonorum, vel generatio malorum,  
 erit quedam disciplina malorum, ut si  
 obliuisci quae quis turpia egit, bono-  
 rum est, vel reminisci, malorum, erit  
 scire quae quis turpia egit, malorum,  
 similiter autem & in aliis. in omnibus  
 enim similiter probabile.

Nunc ostendit loca, que accipiebantur ex corruptio-  
 nis, et generatiuis, et ex generationibus, et corruptio-  
 nibus esse maxime opportuna et utilia ad monstrandum  
 problemata uniuersalia et particularia, et primo pro-  
 ponit hoc, et dicit, [Et in corruptiuis aut,] et subaudi  
 in generatiuis et generationibus et corruptionibus si-  
 militer, ualens ad uniuersalia, et particularia proble-  
 mata ueluti ualent loca, que diximus ex oppositis, et casti-  
 bus, et coniugatis. Sunt enim loca communia, et maxi-  
 me oportuna ad uniuersalia, et particularia problema-  
 ta. probabile enim simile est in uniuersalibus, et particulari-  
 bus, sicuti enim probabile est hoc uniuersale, uidelicet, si  
 omne corruptiuum uoluptatis est bonum, omnis uoluptas  
 est malum: sic probabile est hoc particulare, si aliqd  
 corruptiuum uoluptatis est bonum, aliqua uoluptas est ma-  
 lum. Erat enim propositus locus, quorum corruptiua sunt  
 bona, ipsa mala sunt: quorum uero mala, ipsa bona sunt.  
 e contrario uero in generatiuis, unde dicit, [Nam si ali-  
 quid corruptiuum delectationis bonum est, erit quedam  
 delectatio malorum, uel] si aliquid corruptiuum [disci-  
 plinae] bonum est, erit uel disciplina malorum,] e contra-  
 rio uero in generatiuis, nam si aliquid generationum de-  
 lectationis bonum, erit quedam delectatio bona: et si  
 aliquid generationum delectationis malum erit quedam  
 delectatio mala. Deinde apert loci qui est ex corruptio-  
 nibus, et dicit, [Similiter autem et si corruptio quedam  
 disciplinae bonorum, uel generatio malorum, erit quedam  
 disciplina malorum,] quoniam quemadmodum in corrup-  
 tiuis, et generatiuis, ita in corruptionibus, et generatio-  
 nibus est argumentandum, et ponit exemplum, et pri-  
 mo in corruptiuis, et dicit, [ut si obliuisci] eorum,  
 [que quis turpia egit, bonorum est, uel reminisci] malo-  
 rum, erit scire] ea, [que quis turpia egit malorum.

A Quod uero ad uerba attinet, differt corruptiuum a  
 corruptione. obliuio enim disciplinae et scientiae corrupti-  
 uum, ignorantia uero, corruptio est. Sanitas etiam  
 corruptiuum, pleniudo humorum est, morbus uero,  
 corruptio, et per [scire,] non speculari intelligit, sed  
 practice intelligere. qui enim ea sci, quae quis tur-  
 pia egit non scientiam contemplatiuam, sed practi-  
 cam accipit. uel fortasse per scire intelligit cognoscere.  
 scire enim communi nomine idem quod cognoscere est.  
 et licet haec exempla in problematibus particularibus  
 sint, et in uniuersalibus ea intelligere poterimus, sicuti  
 enim particulare ad particulare, ita uniuersale ad uni-  
 uersale. Exempla uero ex corruptionibus et genera-  
 tionibus uniuersaliter quidem sunt haec, si corruptio sci-  
 entiae bonum, scientia malum est: si uero generatio scien-  
 tia malum, et scientia malum. Est enim locus unus quidem  
 ex corruptionibus, cuius corruptio bona, ipsum est ma-  
 lum, et cuius corruptio mala, ipsum est bonum. Alter ue-  
 ro ex generationibus, cuius generatio mala, ipsum est ma-  
 lum: et cuius generatio bona, ipsum est bonum. Tacuit  
 autem (ut diximus) exempla uniuersalium problematu,  
 quonia similis est ratio, loca enim quae utilia sunt ad par-  
 ticularia problema, et ad uniuersalia simili ratione uti-  
 lia sunt, et (ut diximus) exempla quae possunt, sunt in cor-  
 ruptiuis, uel dici potest exempla haec esse in corruptiuis  
 et corruptionibus, obliuisci enim fortasse est corruptio,  
 et corruptiuum scientiae, et cognitionis. uisus enim co-  
 muniter nomine scientiae, pro cognitione. Similiter remi-  
 nisci est generatio scientiae, et generatiuum etiam. qua-  
 re si reminisci eorum, quae turpiter sunt, malum est, et sci-  
 re ea quae turpiter sunt, malum erit. Adit [similiter] au-  
 tem et in aliis, uno modo exponitur, [et in aliis] hoc  
 est, in uniuersalibus problematibus. Similiter enim proba-  
 bile est in uniuersalibus et particularibus problematibus.  
 Alio modo exponitur, [et in aliis,] hoc est, in aliis exem-  
 plis, quoniam ea quae dicta sunt, non solum in his exemplis,  
 quae dicta sunt, uera sunt: sed et in aliis exemplis argu-  
 mentatur uerum: nam sequitur, si alicuius corruptiuum  
 est eligendum, ipsum est fugiendum, quasi dicat non solum  
 in scientia, sed etiam in aliis loca a generatione et corru-  
 ptione, et a corruptio et generatio sunt utilia, uel ter-  
 tio exponitur [et in aliis,] quia in effectiuis, uisibus, acce-  
 ptionibus. [In omnibus enim similiter probabile,] erat e-  
 nim positum, cuius effectiuum bonum, ipsum est bonum,  
 et cuius uisus, et acceptio bona, ipsum est eligibile, et  
 bonum, uel intelligit, [et aliis,] hoc est, locis e contra-  
 rio factis, nam cuius corruptio uel corruptiuum malum,  
 ipsum bonum. [In omnibus enim] istis [similiter probabile]  
 et in uniuersalibus, et particularibus problematibus.

B C Nunc ostendit loca, que accipiebantur ex magis, et  
 minus, et a simili, esse maxime opportuna et utilia ad  
 monstrandum problema uniuersalia, et particularia:  
 et primo proponit intensionem, et dicit, [Amplius] ad  
 problema oia sunt opportuna et utilia loca, que sumit-  
 tur et [ex eo quod est magis, et] ex eo, quod est [minus  
 et] ex eo quod est [simili] Haec enim loca, que a maiore  
 et a minore, et a simili sunt data, sunt opportuna, et utilia  
 ad oia problema et uniuersalia, et particularia. Et tu-  
 itellige modo sumantur in communibus atque transcendentibus  
 terminibus (ut supra dictum est,) et quod ita sit, pri-  
 mo declarat hoc, in loco a maiore, et quoniam haec loca  
 possunt accipi in eis que sunt diuersorum generum, et  
 in eis que sunt eiusdem generis, ideo primo declarat haec  
 loca in his que sunt diuersorum generum, deinde in his  
 que sunt eiusdem generis, de prima parte dicit, [Si enim  
 magis quidem eorum que sunt ex alio genere aliquid ita

ἢ ἐκ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον καὶ ὁμοίως. ἐν γὰρ  
 μᾶλλον μὲν ἢ ἐξ ἄλλου γένους τῶν τοῦτο, ἐ-  
 κείνων, δὲ μὲν ἢ ὅτι, οὐ δὲ ἂν τὸ ἐρημιῶν ἐν  
 τοῦτο. ὅπου ἐστὶ μᾶλλον ἢ ἐπιστήμη τῆς ἀγαθῆς  
 ἢ ἡδονῆς, μὴ δὲ μία δὲ ἐπιστήμη ἀγαθῶν, οὐ δὲ ἂν  
 ἡδονῆς ἐκ, καὶ ἐκ τὸ ὁμοίως δὲ καὶ ἦτορ, ὡς ἔπειτα  
 ἐστὶ γὰρ καὶ ἀναρῆν καὶ κατασκευάζειν. ἄλλοι  
 ἐκ μὲν τοῦ ὁμοίως, ἀμφοτέρω. ἐκ δὲ τὸ ἦτορ,  
 κατασκευάζειν μόνον. ἀνακατασκευάζει δὲ οὐ. ἐν γὰρ  
 ὁμοίως Δύναμις τῆς ἀγαθῆς καὶ ἐπιστήμης ἐστὶ δὲ

τῆς Δύναμις ἀγαθῶν, καὶ ἐπιστήμης ἐστὶν. ἐν δὲ μὴ  
 δὲ μία Δύναμις, οὐ δὲ ἐπιστήμη, ἐν δὲ ἦτορ Δύνα-  
 μίς τῆς ἀγαθῆς ἢ ἐπιστήμης, ἐστὶ Δέξις Δύναμις ἢ  
 γὰρ δὲ καὶ ἐπιστήμη, ἐν δὲ μὴ ἐμία Δύναμις ἀ-  
 γαθῶν, οὐκ ἀνάγκη καὶ ἐπιστήμης μὴ ἐμία ἐ-  
 ναι ἀγαθῶν, Δύναμις δὲ οὐκ ἀνακατασκευάζει μόνον ἢ  
 σὴν ἢ ἦτορ.

91 Amplius ex eo, quod est ma-  
 gis, & minus, & similiter. Si enim ma-  
 gis quidem eorum, quae sunt ex alio  
 genere aliquid tale. Illorum autem  
 nihil est, nec quod dictum est, erit ta-  
 le. Ut si magis quidem disciplina quae  
 dam bonum quam voluptas, nulla au-  
 tem disciplina bonum, nec voluptas  
 bonum erit. Et ex eo quod est simili-  
 ter quidem, & minus, eodem modo.  
 nam erit & interimere, & construere.  
 Veruntamen ex eo quod est simili-  
 ter, utraque: ex minus autem, construere  
 solum, destruiere autem non. Si enim  
 similiter potestas quedam bonum, &  
 disciplina. est autem quedam potestas  
 bonum, & disciplina. Si autem nulla  
 potestas bonum, nec disciplina. Si autem  
 nulla potestas bonum, nec disci-  
 plina. Si autem minus quedam pote-  
 stas bonum quam disciplina, est autem  
 quedam potestas bonum, & disci-  
 plina. At uero si nulla potestas bo-  
 num, non necesse est & disciplinam  
 nullam esse bonum. Manifestum igitur  
 quoniam construere solum ex eo  
 quod minus est.

Nunc ostendit loca que accipiebantur ex magis, et  
 minus, et a simili, esse maxime opportuna et utilia ad  
 monstrandum problema uniuersalia, et particularia:  
 et primo proponit intensionem, et dicit, [Amplius] ad  
 problema oia sunt opportuna et utilia loca, que sumit-  
 tur et [ex eo quod est magis, et] ex eo, quod est [minus  
 et] ex eo quod est [simili] Haec enim loca, que a maiore  
 et a minore, et a simili sunt data, sunt opportuna, et utilia  
 ad oia problema et uniuersalia, et particularia. Et tu-  
 itellige modo sumantur in communibus atque transcendentibus  
 terminibus (ut supra dictum est,) et quod ita sit, pri-  
 mo declarat hoc, in loco a maiore, et quoniam haec loca  
 possunt accipi in eis que sunt diuersorum generum, et  
 in eis que sunt eiusdem generis, ideo primo declarat haec  
 loca in his que sunt diuersorum generum, deinde in his  
 que sunt eiusdem generis, de prima parte dicit, [Si enim  
 magis quidem eorum que sunt ex alio genere aliquid ita

G le] est. [illorum autem nihil est, nec quod dictum est, erit tale. ]erat enim locus propositus a maiore, si cui magis uidetur inesse, non inest, nec cui minus uidetur inesse, inest. Et assignat exemplum, et dicit. [Vt si magis quidem disciplina quaedam uidetur esse bonum, quam uoluptas, nulla autem disciplina bonum, nec uoluptas bonum erit. ] Est enim hoc exemplum in rebus diuersorum generum, et in uniuersalibus problematibus. nam si nulla disciplina est bonum, nulla etiam uoluptas erit bonum. Tacuit autem exemplum in problematibus particularibus, quoniam non est aliter destruere particularia affirmatiua, quam uel per indefinite posita, cum simpliciter destruuntur, uel per uniuersale negatiuum, ut Aristoteles demonstrauit. Deinde declarat illud idem in locis a simili et a minore. assignat autem primo differentiam locorum, ex eo quoniam locus qui est ex maiore solui destructure est, si enim magis aliquid existens non est, neque utique minus erit. Quis uero est ex minore, constructiuus, si enim minus aliquid existens est, et maius utique erit. Quis denique a simili locus est, ad utraque utilis quia ad construendum et destruendum. si enim quod si nulliter alicui existens est illud, et hoc similitur existens illi erit utique: et si quod est similitur alicui non est, nec quod est similitur ei erit. primo igitur proponit illud idem esse de loco a minore et a simili, quod est de loco a maiore, et dicit. [Et ex eo quod est similitur quidem, et simile ex eo, quod est minus eodem modo] subaudi est dicendum, ut dictum est in loco a maiore. [Nam erit] per hanc loca et interimere, et construere et uniuersalia, et particularia problema, ueluti dictum est de loco a maiore, quoniam per eum est destruere tatum. assignat tamen differentiam inter locum a simili, et locum a minore, et dicit. [Veruntamen ex eo quod est similitur, utraque] est facere, quia et interimere, et construere. [ex minus autem construere solum, destruere autem non.] ex maiore autem, ut diximus, erit solui destruere, construere uero non. Deinde assignat exempla horum, quae dixit, et dicit. [Si enim similitur potestas quaedam bonum, et disciplina: est autem quaedam potestas bonum, et disciplina] subaudi quaedam erit bonum, et hoc pacto exemplum est in particulari problemate. uel, est autem omnis potestas bonum, ergo omnis disciplina est bonum, et erit exemplum in uniuersali. Deinde ostendit in negatiuis, et dicit. [si autem nulla potestas bonum, nec disciplina.] hoc est exemplum in uniuersali negatiuo, tacuit autem in particulari negatiuo, quoniam [ut dixi] particulari negatiuum destruitur ex uniuersali negatiuo, uel ex infinito negatiuo. hanc igitur sunt exempla locorum a simili. Deinde exempla assignat in loco a minore, et dicit. [si autem minus quaedam potestas] uidetur [bonum] esse, [quam disciplina], est autem quaedam potestas bonum, et disciplina] igitur erit bonum, hoc exemplum potest intelligi et uniuersaliter, et particulariter, quoniam in definitum est utrumque. Deinde ostendit hunc locum non esse ad destruendum, et dicit. [At uero si nulla potestas bonum, non necesse est et disciplinam nullam esse bonam.] Potest enim nulla potestas esse bonum, et tamen aliqua disciplina esse bonum, ideo concludit. [Manifestum igitur quoniam construere solum] est [ex eo, quod minus est] et non destruere, hanc in rebus diuersorum gene-

rum exempla sunt. Et licet Aristoteles haec dixisset, non tamen meminuit horum locorum differentia, quam superius (cum de eis dixisset) assignauit. dixit enim haec loca uera esse, cum unum de duobus dicitur, et cum duo de uno, et cum duo de duobus. Hic enim uno de duobus tantum uitur. nam bonum de disciplina et uoluptate dici accepit in primo exemplo, in secundo uero de disciplina et potestate. Quis autem uult uti aut duo de uno, aut duo de duobus in his locis, quae et ea, quae superius diximus, et Alexandri commentaria in hoc loco. Haec enim quid sunt exposita, bona fronte praetermissimus.

ὄν μόνον δὲ ἐξ ἁλλοῦ γένους ὄντι ἀναγκαῖον εἶναι ἀλλὰ ὅτι ἐκ τοῦ αὐτοῦ, λαμβάνοντι δὲ μάλα πολλοὺς διότι καὶ κατὰ τὴν ἐπιστήμην τὴν ἀγαθὴν, δεχόμενοι δὲ οὐ φρονήσις οὐκ ἀγαθὸν, οὐδὲ ἄλλο οὐδὲ μὲν ἐστὶν ἡ μάλα σαφὴς ἀποδείξις.

92 Non solum autem ex alio genere est destruere, et ex eodem dum sumit quis, quod maxime tale est, ut si positum est disciplina quaedam bonum, ostenditur autem quoniam prudentia non bonum, nec alia uia erit, quia nec quae maxime uidetur.

Nunc declarat quomodo loco a maiore destructive non solum uti possimus in rebus diuersorum generum, sed etiam in rebus eiusdem generis. et primo proponit intentionem, et dicit. [Non solum autem ex alio genere] loco, uidelicet a maiore, [est destruere, uerum et ex eodem.] Deinde exponit quomodo per exemplum, et dicit. [dum sumit quis] sub eodem modo quae maxime uidetur, cum enim hoc sumit, quod maxime uidetur esse, et non est, deducitur quod nec erit tale id, quod minus uidetur. [Vt si positum est disciplina quaedam bonum] ita ut sit problema, utrum disciplina sit bonum an non. ostenditur autem quoniam prudentia non est bonum, et quae maxime uidetur bonum. hoc enim ostenso et demonstrato, ostendatur quoniam [nec alia uia erit] et sic nec disciplina, [quia nec] prudentia, [quae maxime uidetur] est bonum.

Insuper si quereretur utrum uirtutes sunt scientiae, an non terminabitur hoc problema hoc pacto, prudentia quae maxime uidetur scientia, non est scientia, ergo nulla uirtus erit scientia. Erat enim locus, si quid maxime tale uidetur esse, et non est tale, nec aliquid aliud alii eorum quae sub eodem genere sunt, tale erit. Ad haec si quae ueratur utrum nulla uoluptas est optimum, an non terminabitur hoc modo, uoluptas animi, quae maxime uidetur optimum, non est optimum, ergo nulla uoluptas optimum. Et licet Aristoteles ostendat loco a maiore nos posse uti destructive in rebus etiam eiusdem generis, tamen (ut Alexander docet) etiam loco a simili, et loco a minore uti poterimus etiam in rebus eiusdem generis, loco quidem a simili constructiue et destructive, loco uero a minore constructiue tantum. Et tui intelligi tam in uniuersalibus quam in particularibus problematibus. in omnibus enim his supradictis locis uti possimus in rebus diuerso-

rum, et eiusdem generis. Quod uero ad exemplum textus attinet, attentione dignum Aristotelem supposuisse prudentiam et disciplinam esse eiusdem generis, et quod prudentia uideatur maxime bonum inter ea omnia, quae sunt in genere habitus intellectuales. Ex his sequitur, sed prudentia non est bonum, igitur nec disciplina. Vtrum autem uerum sit quod sumit, quod scilicet prudentia non sit bonum, non refert ad exemplum. Ponimus enim exempla, ut sentiant qui discunt primo priorum.

Ἐὰν ἐξ ἑποδοῦσεως ὁμοίως ἀξίωσαντας ἐν ἐνὶ καὶ τῶ αἰσθητικῶν ἡ μὴ τῶ αἰσθητικῶν, διότι ἢ τῶ αἰσθητικῶν ἢ ἡ ψυχῆ ἐστὶν ἀναγκαῖον, καὶ τὰς ἁλλὰς, ἢ δὲ αὐτῶ μὴ, καὶ δὲ τὰς ἁλλὰς.

93 Amplius, ex suppositione simili probantes, si uni, & omnibus inesse, vel non inesse: ut si hominis anima immortalis, & alia. Si autem haec non, nec alias.

Exposuit Aristoteles quae loca utilia sunt ad problema particularia, et primo declarat quoniam per quae loca uniuersalia demonstrantur, per haec et particularia demonstrari poterunt, quia particularia sub uniuersalibus sunt. Secundo exposuit, quoniam simile probabile habent loca in uniuersalibus et particularibus problematibus. Cum igitur monstrasset a locis praedictis similitur nos posse ad uniuersalia et particularia argumentari, nunc transit ad eum locum qui est ex suppositione, et declarat quomodo est utilis ad uniuersalia et particularia problema. Et primo exponit qui locus ex suppositione est, et asserit locum ex suppositione esse, quando pro dignitate supponitur, si uni inesse, omnibus inesse si militer. Est enim hic locus constructiuus, et destructiuus: constructiuus quidem, quando supponitur si uni inesse, omnibus inesse similitur, destructiuus uero quando supponitur si uni non inesse, nulli inesse similitur. Est enim hypothetis affirmatiua, si uni inesse, omnibus inesse, negatiua autem, si uni non inesse, nulli inesse. Si enim questum fuerit utrum omnis anima est immortalis an non: hoc enim problema uniuersale est, ad terminandum igitur problema uniuersale utemur loco ex suppositione, putantes si una monstratur immortalis, et omnes sic se habere, monstrantes enim quoniam hominis anima est immortalis, monstrabimus per suppositionem omnes esse immortales. Si autem destruamus, accipientes quoniam una non est immortalis, concludemus destructive, quoniam nulla est immortalis. monstrantes enim quandam non esse immortalē uel quae est hominis, uel quae est alterius aialis, uniuersaliter demonstrabimus quoniam nulla. Patet igitur quoniam utilis est ad uniuersalia problema hic locus, qui ex suppositione est. At si questum est, utrum aliqua anima est immortalis an non, problema est particulare. Demonstrabimus autem hoc particulare similitur utentes loco ex suppositione, et accipientes, si est immortalis, et omnis anima est immortalis: haec enim est suppositio, monstrantes autem aliquam esse immortalē, per hoc ipsum et omnem immortalē esse demonstratum accipientes. Accipientes uero demonstratum esse immortalē, et aliquam immortalē esse, erit de-

monstratum, quod erat problema propositum. Insuper quod etiam aliqua non est immortalis monstrantes, et quoniam nulla, haberemus utique. Ex quo deducemus, quoniam aliqua non est immortalis, de qua fuit problema. Patet ergo ex his locum, qui est ex suppositione, uilem esse ad uniuersalia et particularia problema, non tamen eodem modo, est enim utilis ad uniuersale problema, quando suppositio est, si uni inesse, similitur omnibus inesse, et positum sit uni inesse, sequitur enim omnibus inesse. In destructione uero cum fuerit suppositio, si uni non inesse, nulli inesse, et positum sit sed uni non inesse, ergo nulli. Ad particularia uero utilis est hic locus, quando ex suppositione accepimus quod et omni inesse, sequitur enim quod alicui inesse, uel acceperimus quod nulli inesse, nam sequitur alicui non inesse. Quare per hunc locum monstramus uniuersale, quando ex hypothese sumpta, ponimus particulare: quando uero deducimus uniuersale et illud ponimus monstramus particulare, dicit. [Amplius, ex suppositione] locus erit, quando erimus similitur probantes, si uni, et omnibus inesse, uel non inesse, hoc est nulli inesse. Ergo locus ex suppositione est, quando suppositio fuerit si uni inesse, similitur omnibus inesse, uel quando suppositio fuerit [si uni] subaudi non inesse, nulli similitur inesse. Et assignat exemplum, et dicit. [ut si hominis anima immortalis] est, supponamus similitur [alias etiam] omnes esse immortales. [Si autem haec non] fuerit immortalis, supponamus nec alias hoc est, nullam aliam immortalē esse. Vbi patet in argumentatione ex suppositione, aliud esse suppositionem, aliud uero positum, est enim suppositio, si hominis anima immortalis, similitur omnes, uel, si anima hominis non immortalis, similitur nulla, positum uero est accidens suppositionis cum ponitur, uidelicet sed hominis anima est immortalis, nam ex hoc positum, et concesso sequitur, ergo omnis anima immortalis. Amplius si ponitur sed hominis anima non est immortalis, sequitur, ergo nulla anima est immortalis.

Ἐὶ μὴ δὲ αὐτῶ ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, ἀκτὼν ὅτι οὐκ ἔστι ἀρχὴ τῆς ἀπολείψεως γὰρ ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ἀρχοῦ κινήσεως, ἀκτὼν ὅτι ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως ἔστι ἀπὸ τοῦ ἀρχοῦ κινήσεως, ἀλλὰ ἡ ἀρχὴ τῆς ἀπολείψεως ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ἀρχοῦ κινήσεως, ἀλλὰ ἡ ἀρχὴ τῆς ἀπολείψεως ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ἀρχοῦ κινήσεως, ἀλλὰ ἡ ἀρχὴ τῆς ἀπολείψεως ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ἀρχοῦ κινήσεως.

94 Si igitur inesse alicui positum est, ostendendum quoniam alicui non inest, nam consequetur per hypothese fin nulli in esse. Si autem alicui non in esse positum est, ostendendum quoniam inest alicui. Nam & sic consequetur omnibus inesse. Manifestum igitur est quoniam qui hypothese ueritate, facit problema uniuersale particulariter positum. Nam particulariter consistentem, uniuersaliter pro-



G Δὸν δὲ γὰρ εἶναι τὴν δὲ οὐκ ὑπερβαίνει τὴν  
κατὰ τὴν ἀρετὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶπε μὴ ἐμὴν ἀν-  
τιμωρῶσαι τὸ πρῶτον μὲν.

97 Cum autem determinata fuerit  
positio, dupliciter interimere erit.  
Vt si ponatur alicui quidē inesse volu-  
ptati bonum esse, alicui autē non  
inesse. nam siue omnis ostēdatur volu-  
ptas bonum, siue nulla, interēptū  
erit propositum.

Docet nunc interimere positionem, siue problema,  
quod est positio (ut Alexander exponit) vocat autem  
Aristoteles problema, quod est determinata positio, hanc  
propositionem aduersatiam, aliqua uoluptas est bonū, a  
liqua uero uoluptas non est bonum. Et dicit Alexander  
in hac aduersatiua propositione, addidisse illam, Aliqua  
uero uoluptas non est bonum, non quod debeat omnino  
in propositione determinata lacere, sed ut manifestum  
propositionis particularis, quae est positio. Haec enim ali-  
qua uoluptas est bonum, non est manifesta quo ad suam  
particularitatem, nisi adderetur aliqua uero non per hanc  
enim additionem propositio illa, aliqua uoluptas est bo-  
num, cognoscitur quoniam est uera in parte. Si enim illae  
propositiones essent duae particulares diuersae, nulla earum  
destrueretur duobus modis, quia per quam constitui-  
tur propositio, per illam non destruitur. At haec, aliqua  
uoluptas est bonū, constituitur per uniuersalē, sequitur enī  
ois uoluptas est bonū, ergo aliqua uoluptas est bonum.  
Sicut sequitur, nulla uoluptas est bonū, ergo aliq̄ uoluptas  
nō est bonū, quare nulla earum interimitur dupliciter. Er-  
go Arist. per problema, quod est positio, intelligit hanc  
aduersatiuam propositionem, aliqua uoluptas est bonū,  
aliqua uero uoluptas non est bonum. Per hanc enim ad-  
uersatiuam scimus unamquamque partem eius esse de-  
terminatam ad partem, scimus enim hanc esse ueram in  
parte, quaedam uoluptas est bonum, quoniam aliqua nō  
est bonum, et scimus etiam hanc esse ueram in parte,

quaedam uoluptas non est bonum, quoniam aliqua est  
bonum. Altera igitur pars ponitur, ut manifestatiua alte-  
rius. Recte igitur Alexander per determinatam positio-  
nem intelligit propositionem aduersatiuam compositam  
ex duabus particularibus subcontrariis, quae coniungun-  
tur per notam aduersatiuam, quae est autem, uel uero. De  
hac enim loquens Aristoteles dicit, cum autem determi-  
nata fuerit positio, quae est propositio aduersatiua ex  
duabus particularibus subcontrariis per notam aduersa-  
tionis inuicem coniunctis, dupliciter interimere erit, ut si  
ponatur determinata positio pro exemplo [alicui qui-  
dem inesse uoluptati bonum esse, alicui autem nō inesse,]  
ita sit determinata positio haec, aliqua uoluptas est bonū,  
aliqua autem non est bonum. [Nam siue omnis ostēda-  
tur uoluptas bonum, siue nulla, interemptum erit propo-  
situm.] Semper enim sequitur, omnis uoluptas est bonū,  
ergo non quaedam uoluptas bonum, quaedam autem non  
bonum. Omni enim uoluptate bona monstrata, destruitur  
haec, aliqua quidem uoluptas est bonum, aliqua uero non  
est bonum. Et si nulla monstrabitur bonum esse, similiter  
illa destruitur. Impossibile enim est nulla uoluptate bona

existente, aliquam quidem bonam esse, aliquam uero nō  
bonam esse. Si igitur sic se habet particularis positio, pa-  
tet quomodo destruitur.

Et δὲ μίαν μόνον ἐφορῶν τὴν ἀρετὴν ἀγαθὸν εἶναι,  
τρίχως ἐνδέχεται ἀναλεῖν. Διέξαιτες γὰρ οὗτοι καὶ  
ἄλλοι οὐδὲ μίαν, ἢ οὗτοι καλῶς μίαν ἀγαθὸν εἶ-  
ναι καὶ τὴν ἀρετὴν εἶναι τὸ πρῶτον μόνον.

98 Si autem vnam solam volupta-  
tem posuerit bonum esse, tripliciter  
contingit interimere. ostendentes e-  
nim quoniam omnis, vel quoniam  
nulla, vel quoniam plures quā vna  
bonum: interimentes erimus quod  
propositum est.

Nunc docet interimere positionem, quae est determi-  
nata duabus determinationibus, ut uult problema, quod  
est positio duabus determinationibus determinata, trifas-  
ciam esse destruetur: ut tantum una uoluptas est bonū,  
destruitur primo per hanc, nulla uoluptas est bonū, dein-  
de per hanc omnis uoluptas est bonum. Et tertio etiam  
per hanc, plures uoluptates quā una sunt bonum, unde  
de dicit, si autem respondens unam solam uoluptatem  
posuerit bonum esse, quae est positio duabus determina-  
tionibus determinata, tripliciter contingit interimere. Os-  
tendentes enim quoniam omnis uoluptas est bonum,  
destruitur haec, una sola uoluptas est bonum, uel quo-  
niam nulla uoluptas est bonum, si enim nulla est bonū,  
neque una sola erit bonum, [uel quoniam plures quā  
una] sunt bonum, interimentes erimus, quod propositū  
est, scilicet illam, una sola uoluptas est bonum. Sequitur  
enim plures quā una uoluptas sunt bonum, ergo non una  
sola. Sorticolae uero asserunt hoc problema, quod est  
positio duabus determinationibus determinata, uidelicet  
tantum una uoluptas est bonum, destrui tripliciter, pri-  
mo per hanc, nulla uoluptas est bonum, deinde per hanc,  
non una uoluptas est bonum, tertio etiam per hanc, non  
tantum una uoluptas est bonum. Ego uero dicerem  
his etiam modis illam posse destrui, sed quoniam omnis  
destructio est per notum, quales non sunt destructiones  
Sorticolarum iure Aristoteles et Alexand. praetermiserunt  
illas. Adhuc occurrere, quo modo destruitur haec,  
una sola uoluptas non est bonum, de qua Aristoteles et  
Alexander nihil dixerunt, tamen dici potest hanc posse  
destrui quadrupliciter, si enim una sola sit bonum, si om-  
nis sit bonum, si nulla sit bonum, si plures non sint bonū,  
destruitur illa, una sola non est bonum.

Ἐπὶ τὸν δὲ εἶναι τὴν ἀρετὴν ἀγαθὸν εἶναι, οἷον ὅ-  
τι ἢ φρόνησις μόνη τῶν ἀρετῶν ἐπιστήμη, τε τρεῖς  
ἄλλαι ἀρεταί. Διέξαιτες γὰρ οὗτοι καὶ ἄλλοι  
οὐδὲ μίαν, ἢ οὗτοι καλῶς μίαν ἀρετὴν εἶναι καὶ  
τὴν ἀρετὴν εἶναι τὸ πρῶτον μόνον, ἢ οὗτοι καλῶς  
μίαν ἀρετὴν εἶναι καὶ τὴν ἀρετὴν εἶναι τὸ πρῶτον  
μόνον.

99 In pluribus uero positione de-  
terminata (vt quoniam prudentia fo-  
la virtutum scientia est) quadruplici

ter est interimere. Ostēdo enim quo-  
niam omnis uirtus scientia, vel quo-  
niam nulla, vel quoniam & alia que-  
dam, vt iustitia, vel quoniam eadem  
prudentia non est scientia, interem-  
ptum erit propositum.

Nunc docet interimere problema, quod est positio tri-  
bus determinationibus determinata, ut istud prudentia so-  
la uirtutum scientia est, et dicit, [in pluribus uero] quā-  
tribus positione determinata, (ut quoniam prudentia so-  
la uirtutum scientia est) quadrupliciter est interimere, ]  
et exponit quo modo, et dicit, [ostēdo enim quoniam  
omnis uirtus est scientia, uel quoniam nulla] uirtus est scie-  
tia, [uel quoniam et alia quaedam] est scientia, hoc est,  
uel quoniam plures uirtutes sunt scientia, [ut] prudentia  
et [iustitia, uel quoniam eadem prudentia nō est scientia,]  
hoc est uel quoniam prudentia ipsa non est scientia, om-  
nibus his demonstratis, [interemptum erit] propositum. ]  
uidelicet prudentia sola uirtutum scientia est. Sequitur  
enī omnis uirtus est scientia, ergo non sola prudentia. am-  
plius sequitur, nulla uirtus est scientia, igitur non prudē-  
tia est scientia, quare nec sola prudentia erit scientia. In-  
super sequitur plures uirtutes sunt scientia, igitur nō so-  
la prudentia. Ad haec sequitur, prudentia nō est scientia,  
igitur non sola prudentia est scientia. Sed si problema sit,  
tantum tres uirtutes, uidelicet prudentia, iustitia, et fortitudo,  
sunt scientia, queritur quot modis interimitur. Dicē-  
dum hoc interimiri quinq; modis, quoniam quatuor deter-  
minatur determinationibus. Si enim omnis uirtus, si nulla  
uirtus, si plures quā tres, si pauciores quā tres, si nec  
prudentia, nec iustitia, nec fortitudo fuerint scientia, pro-  
blema propositum, uidelicet tantum tres uirtutes, pruden-  
tia, iustitia, et fortitudo sunt scientia, interimitur. Simili-  
modo si quinque determinationibus determinatur posi-  
tio, sex modis interimitur. Et ita quasi pro regula ponitur  
ab Alex. quot positio determinatur determinationibus, tot  
modis, uno addito, problema hōi interimitur. Causa autē  
quoniam supra inherentiā praedicat ad subiectum de-  
terminatio ponitur, quare quot determinationes, tot de-  
structiones esse oportet: et ultra determinationes est in-  
herentiā praedicat ad subiectum, quae habet suum pro-  
prium modum destruetur. Igitur toties destruitur uno mō-  
addito. De his modis destruetur positio determinata, an  
una uel pluribus determinationibus, Theophrastus uide-  
tur scripsisse in fine de affirmatione, uerum nos uolumus  
haec satis esse.

Ἐπεὶ δὲ ἐν τοῖς γένεσι ἐπιβλέψωμεν, διὰ τοῦτο  
κατὰ τὴν μέγιστην ἀρετὴν καὶ ἀρετῶν πρῶ-  
τον εἶναι, ἄντε γὰρ πᾶσι φαντασθῶμεν ὑπερβαίνει  
ἐντε μὴ ἐν τῶν ἀρετῶν γένεσι, ἀεὶ ἔστω κατὰ  
δόλον ὁ μολογῆν, ἢ φέρειν ἐν τῶν ἐπὶ τῶν  
οὐκ οὕτως.

Ἐπεὶ δὲ ἐν τοῖς γένεσι ἐπιβλέψωμεν, διὰ τοῦτο  
κατὰ τὴν μέγιστην ἀρετὴν καὶ ἀρετῶν πρῶ-  
τον εἶναι, ἄντε γὰρ πᾶσι φαντασθῶμεν ὑπερβαίνει  
ἐντε μὴ ἐν τῶν ἀρετῶν γένεσι, ἀεὶ ἔστω κατὰ  
δόλον ὁ μολογῆν, ἢ φέρειν ἐν τῶν ἐπὶ τῶν  
οὐκ οὕτως.

100 Vtile autem & inspicere in sin-  
gularibus, in quibus inesse aliquid,  
vel nō, dictum est, quemadmodū in  
uniuersalibus problematibus.

Nunc uero docet construere, et interimere problema  
ideinitū, quod est i parte per inspectionē ad ea, q̄ sunt sub  
subiecto, et sub predicato problematis, et primo per in-

spectionē ad ea, quae sunt sub subiecto, secunda ibi [am-  
plius i quibus possibiles, per inspectionē ad ea, quae sunt sub  
predicato: inspicendo autē ad ea quae sunt sub subiecto,  
primo docet inspicere ad ea, quae sunt sub subiecto, quan-  
do subiectum est spēs, deinde quā subiectū est genus. De  
prima parte dicit, [utile autē] ad construendū et destruen-  
dum, problema idē definitum in parte uel simpliciter, [et inspi-  
cere] sub audi quā problematis subiectum est spēs, [in sin-  
gularibus] quae cōtinētur sub subiecto, quod est species.  
[In quibus] i. lib. inesse aliquid [uel nō] inesse aliquid [di-  
ctum est, quē admodum in illius problematibus] et i. r.  
lib. docuimus. Secūdo enī lib. huius diximus, quā uolumus  
ultrā construere, aut destruere problema esse ad singularia,  
aut ad ea quae sunt sub uli inspicendum. Nā si multis eorū  
quae sub ipso subiecto uli sunt, praedicatum inuenitur non  
inesse, uel accipiendum, quoniam nulli inest: aut si multis in-  
uenitur inesse, quoniam oibus oportet ponere, aut asserre  
instantiā in aliquo nō sic se habere, sic inquit oportet fa-  
cere in problematibus indefinitis, quae sunt in parte. Nam  
si fuerit positum, quoniam aliqua uoluptas est bonum, oportet  
inspicere ad uoluptates, quae sub uoluptate, quae est sub  
iectum continentur, quaeque particulares uoluptates dicun-  
tur, oportet dico inspicere ad particulares uoluptates, quae  
admodum esset positum, quoniam ois uoluptas est bonum,  
et si inuenietur in hac inspectione, quoniam aliqua uolū-  
ptas est bonum, esset utiq; problema propositum constru-  
ctum, et monstratum. At si in multis non sic se habere in-  
ueniretur, uel putabimus, quoniam nulla uoluptas est bona  
Et tunc destruemus propositum, quod erat particulare.  
ultra enim negatiua destruit particularem affirmatiuam.  
Quare haec inspectio utilis est communiter et uniuer-  
salibus, et particularibus problematibus.

Ἐπεὶ δὲ ἐν τοῖς γένεσι ἐπιβλέψωμεν, διὰ τοῦτο  
κατὰ τὴν μέγιστην ἀρετὴν καὶ ἀρετῶν πρῶ-  
τον εἶναι, ἄντε γὰρ πᾶσι φαντασθῶμεν ὑπερβαίνει  
ἐντε μὴ ἐν τῶν ἀρετῶν γένεσι, ἀεὶ ἔστω κατὰ  
δόλον ὁ μολογῆν, ἢ φέρειν ἐν τῶν ἐπὶ τῶν  
οὐκ οὕτως.

101 Amplius, in generibus inspicie-  
dum diuidenti secundū species usq;  
ad indiuidua, sicut prius dictum est.  
Nā si omni appareat inesse, siue nul-  
li multa proferenti, postulandum v-  
niuersaliter confiteri, aut ferre instan-  
tiam in aliquo non sic.

Nunc docet inspicere ad ea, quae sunt sub subiecto, quā  
subiectum est genus. Fuit autem et hoc in uniuersalibus  
problematibus dictū secundo lib. ibi enim dictum est quā-  
do in aliquibus problematibus accipitur subiectum ge-  
nus, oportere facere illius diuisionem in species, et rur-  
sum in ea, quae sunt sub speciebus usq; ad indiuidua, et in-  
spicere si unicuique eorum iest praedicatum, quod i proble-  
mate ponebatur, ut si fuerit problema, uerum oppositorū  
eadē est scientia, an non: quoniam opposita sunt multi-  
pliciter, oportet unumquodque eorum seorsum accipere,  
deinde ea, quae sunt sub unoquoque eorum seorsum, et in-  
spicere si in unoquoque eorum est eadem scientia.

Est autem haec inspectio utilis ad destructio-



Gnem. ad constructionem. dicit igitur. [Amplius in generibus] scilicet quando subiecta in problematibus in-

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΝ... ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΝ... ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΝ...

102 Amplius, in quibus possibile est aut specie, aut numero determinare accidens, inspiciendum, si nullo horum inest. Vt quoniam tempus non mouetur, nec est motus, an numeranti quot sunt species motus. Nam si nulla earum inest tempori, manifestum, quoniam non mouetur, nec est motus. Similiter autē &

quoniam anima nō est numerus, diuidenti, quoniam omnis nūerus aut impar aut par. Si enim anima neque impar, neque par, manifestum, quoniam nō est numerus. Ad accidēs igitur per talia, & hoc modo argumentandum.

Cum superius dixisset, quoniam oportet diuidere subiectum terminum in problematibus, in quibus predicatur accidēs, similiter in uniuersalibus & particularibus, & si fuerit genus in species usq; ad indiuidua: si fuerit species statim ad indiuidua, tūc de predicato, quod subiecto accidit dicit, & in uniuersalibus & particularibus, in quibus possibile est, & dicit. [Amplius in quibus possibile est autem specie, aut nūero determinare accidens] quod est predicatū, [inspiciendū, si nullū horū] subiecto inest. dicitur [specie,] quando predicatum est accidens, genus, dicitur [aut numero,] quando predicatum fuerit species. Si enim aliquod eorū, quæ ex diuisione sunt, subiecto inest, erit constructum problema particulare: si uero nullū eorum inuenitur inesse, erit destructū, subdit Aristot. exemplū in particulari negatiuo, ut quoniam tēpus non mouetur, nec est motus, [quasi dicat, ut si queratur utrū tēpus mouetur uel nō,] Annumeranti quod sunt species motus, (nā si nulla earū inest tēpori) manifestū quoniam non mouetur, nec ē motus, quoniam motus multipliciter dicitur, diuidētū est, & accipere oportet species motus. Est enim motus aut secundum locum latio, aut secundum quantum argumentatio & diminutio, aut secundum quale, alteratio: aut secundum substantiam generatio & corruptio. unū quemque igitur motum accipiendum est, & querendū, si aliquo eorum possibile est tempus moueri, & si uidebitur nec loco moueri, quod enim non permanet, impossibile est mutare locum, nec secundum magnitudinem, similiter quia non permanet, nec secundum qualitatem simili ratione, nec secundum alia quāuis speciem destruetur problema quod erat, tēpus mouetur. Simili ratione, si queratur utrum tempus est motus, an non, monstrabitur quoniam non est motus: quia nec localis, nec alteratio, nec quātitatiuus. si enim tempus aliquis istorum motū fuerit, omne quod in tempore est, in motu aliquo istorum erit. Similiter tō erit in aia, si queratur utrū moueatur an non, Amplius & si queratur utrum est numerus, an non, quoniam omnis numerus aut par aut impar: si anima nec fuerit par nec impar, neque utique numerus erit. Et hæc diuisio generis in species est, secundū autem indiuidua est, si unū quodq; eorū subdiuideremus i ea, quæ sunt sub ipsis. Nā si aia esset par, aut duo, aut III, aut V, aut VII, aut X, erunt. Si uero impar, aut tria, aut V, aut VII, aut X, quorū nūerorū dicere quendā aiam, absurdum est. Quare nec par, nec impar nūerus est aia: & si nō est aliquis horū, nec oīno nūerus erit. Tūc epilogat & dicit, [ad accidēs igitur per talia] loca, [et hoc mō] per illa, ut diximus, [argumentandū]. Illud in attentione dignum, Aristot. hic per exempla, uniuersalium problematum nō particulariū memuisse, uerum quæ dixit de uniuersalibus, & de particularibus uult esse intelligendū. Hæc de III. lib. satis.

ARISTOTE

ΛΟΓΟΣ ΤΟΙΚΩΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.




ΕΤΑ ΔΕ ΤΑΥΤΑ, ΩΣΠΕΡ ΑΝ ΠΡΟΣ ΤΟ ΓΕΝΟΣ ΚΑΙ ΤΟ ΙΔΙΟΝ ΕΠΙΣΤΑΣΙΝ...

Aristotelis Topicorum Liber Quartus.

cum eiusdem Augustini Niphi Medicis commentariis.

OST hæc autem de iis, quæ ad genus, & proprium inspiciendum. Sunt autem hæc elementa eorum, quæ sunt ad terminos. De his ipsis autem raro considerationes fiunt disputantibus.



OST QVAM in secundo & tertio libro Topici negoti Aristoteles loca nobis tradidit, per quæ ad problemata de accidente destructiue & constructiue argumentari possumus, siue simpliciter queratur utrum accidens inest, aut non inest subiecto, siue etiã comparatiue ad aliud, quoniam comparatiua problemata coordinantur his, quæ de accidente sunt, nunc uult loqui de aliis problematum generibus, qualia sunt, quæ de genere & proprio, & definitione queruntur. In his enim sunt omnia dialectica problemata, nam propter quod est aliquid, ut propter quid mundus est sphericus, aut luna deficit, quæ sita sunt, nō tamen problemata dialectica, quæ situm enim causæ est scientificum. Similiter querere quid sit hoc, ut quid sit anima, aut quæ natura est æquarum, quæ sita sunt, non autem interrogationes dialecticæ, quippe cum interrogatio dialectica (ut diximus) cōtradictionis est interrogatio. Sed quid est, uel propter quod est, nec cōtradictio, nec omnino oratio negatiua est. Tradit autem Aristoteles prius loca & considerationes problematum de genere. Post enim accidens communius est genus, siquidem accidens communissimum & simplicissimum predicatum est, cuius accidentis esse solum sit in existentia. At generis, proprii, & definitiones esse non solum in existentia est. Non enim sufficiens est solum inesse ad hoc ut aliquid sit genus, aut proprium, aut definitio, quemadmodum erat accidenti sufficiens. Sed oportet etiã proprium ac peculiarem modum in existentia cuiusque horum in constructione monstrare. quæ enim sic insunt, habent quandam peculiaritatem ad subiectum, cui insunt, quam non habet accidens. Sed quoniam genus communius est, predicatur enim de pluribus & differentiis spē-

cie, propriū autē & definitio non de pluribus differentiis, sed de cōtigua aliqua natura. Communia autem propriū priora sunt, ideo primo loca tradit, quæ sunt ad problemata de genere. Est enim genus cōmunius proprio & definitione, coordinantur autē cū problematibus de genere, quæ de differentiis queruntur, sicuti primo libro dictum est. Est enim differentia in substantia rei, cuius est differentia, sicuti & genus, & cōis & ipsa sicuti genus, Coordinabit etiam problemata de specie (si qua sunt) cū problematibus de genere, quoniam species de pluribus in eo quod quid est, predicatur, sicuti genus, unde dicit. [Post hæc autem de iis] locis, & considerationibus [inspiciendum quæ ad genus & ad proprium] spectat, & per [proprium] etiam definitionem intelligit. Cur uero de considerationibus & locis, quæ spectant ad genus & ad proprium prius q̄ de considerationibus & locis, quæ spectant ad definitionem, Aristot. (ut Alexander exponit) assignat causam, & dicit, [sunt aut hæc elementa eorum quæ sunt ad terminos,] id est, ad definitiones, & Alexand. per hæc, intelligit loca, quibus ad genus & ad proprium argumentamur, constructentes aut destruetes. Nam hæc loca & considerationes quæ sunt ad genus & ad proprium, elementa & principia sunt argumentationum, quæ sunt ad definitiones. Et q̄ ita sit, Alex. pulchre declarat, ex eo, quia oportet definitionē nō solum genus habere, sed esse rei propriū, cuius assignatur definitio. Quare loca generi & proprii constructiua utilia sunt definitioni constructiuis, & destructiua destructiui, qui enim monstrauerit in ratione data esse genus & rationem propriam rei, erit demonstratum, quoniam ratio data est definitio. Qui uero monstrauerit q̄ in ratione data nec sit definitio, nec sit proprium, destruet eā esse definitionē. Sic igitur patet loca & considerationes quæ sunt ad problemata de genere, & de proprio, esse principia & elementa ad destruendum, & construendum definitiones, & sic patet Aristot. per hæc intellexisse loca & considerationes, quæ sunt ad problemata de genere & de proprio, patet etiam uerbu[m] [autem] non tenentur hic aduersari, sed casualiter: quoniam (ut Alexander inquit) per hæc uerba quæ Aristot. subscripsit, assignat causam ordinis uel fortasse per hæc, [Aristot. genus & proprium intelligit, quasi dicat] autē [nam] [hæc] scilicet genus & proprium elementa eorum sunt, quæ sunt ad terminos. [Hoc est elementa definitionum, cuius expositionē Alex. etiã assignat, quoniam] (ut inquit,) oportet definitionē consistere ex genere & proprio, hoc est ex cōtigua & differentia propria. differentia enim propria, propriū est. Ego uero probo primā expositionē, dicit enim Aristot. [sunt aut hæc elementa eorū, quæ sunt ad terminos] ea quæ sunt ad terminos, genus & propriū sunt. nō genus & proprium non sunt ad genus & proprium, idem enim esset ad idē, quare melius per hæc intelligit loca, quasi dicat, diximus prius esse agendum de locis ad problemata de genere, & de proprio, quoniam hæc loca sunt elementa eorum, ex quibus constant termini. nā sunt principia, quibus intelligimus genus, & proprium, ex quibus constant definitiones. Alexander tamen defendit utriusque expositionem. Cum assignat

set causam, quare prius vult dicere de locis, que sunt ad problemata de genere & proprio, assignat causam cur vult dicere de locis & considerationibus ad problema- ta de genere, & de proprio, ut non solum ordinis, sed rei causa pateat, & dicit, [de his ipsis autem raro conside- rationes sunt disputabilibus] ubi patet verbum [autem] no aduersari, sed casualiter teneri, ut Alexander indicat. Dixit autem [raro] quoniam plura problemata dialecti- ca de accidente quaeruntur, ut si eligibile est uxore duce re, aut in ciuitate uersari, aut si bonum sunt diuitie, aut sa- nitas, problemata uero que sunt de generibus, propriis & definitionibus, diligentiori quam dialectica indigent methodo, spectant enim solum ad sapientiam, at problema- ta de accidente ad omnes.

Αρ Δι παρ τῶν γένων ὡς ἔστιν ὄντων, πρῶτον μὲν ἐπιβλέψαντες ὡς εἴναι τὰ συγγενή, ὡς λέγειν ἐπιβλέποντες. Διορ, εἰ ἐν τῷ ἰδιούτῳ τὸ ἀγαθὸν γένος κέη, εἰ τις ἰδιούτῳ μὴ ἀγαθόν. εἰ γὰρ τὸ τὸ, ἀγαθόν. ὡς δὲ γένος τὸ ἀγαθὸν τῆς ἰδιούτης, τὸ δὲ γένος ἔστιν ὑπὸ τὸ ἀγαθόν ἐπιβλέποντες.

LOCVS I.

2. Si ergo ponatur genus alicuius existentium, primum quidem inspi- ciendū ad omnia, quæ cognata sunt ei quod dicitur: si de aliquo non præ- dicatur, quem ad in accidente. Ut si voluptatis, bonum ponatur genus, si aliqua voluptas nō bonū. Nā si hoc manifestum est, quoniam non ge- nus bonum voluptatis. genus enim de omnibus, quæ sunt sub ipso spe- ciebus prædicatur.

Cum assignasset intentionem libri quarti, ordinem, & causas ordinis, & intentionis, nunc transit ad narra- tionem locorum, fuit enim pars assignata, ut procedunt: hæc autem est narratio, incipit igitur narrare loca. & quoniam locus (ut superius diximus de intentione Alex- andri) est duplex, præceptiuus, & est terminus, uel ter- mini, à quo uel quibus sumuntur considerationes. Locus uero præceptiuus est ipsa consideratio, uel maxima, quæ habe- tur, ut Topica dignitas. Aristoteles igitur hic ponit locū præceptiuum, non autē locum præceptiuum. Locus uero præceptiuus uno modo intelligitur sic, si aliquid ut genus alicuius entis assignatur, inspicendum est ad species, co- gnatas illi, cuius fuit assignatum genus. Nam si de eam aliqua non prædicatur, quod ut genus est assignatum, interimendum est problema, & dicendum illud assigna- tum non esse genus. Verum huic expositioni non est con- sonum exemplum Aristotelis, ut intelligenti patet. Aliiter igitur exponitur, quod si aliquot assignatur genus ali- cuius entis, inspicendum est ad ea omnia, quæ continen- tur sub illo ente. nam si de aliquo eorum non prædica- tur, interimendum est problema, unde dicit, [Si ergo po- natur genus] aliquid subaudi [alicuius existentium] id

est alicuius eorum, quæ sunt sub ente, [primum quidem in- spiciendum ad omnia, quæ cognata sunt ei, quod dicitur] inspicitur ens uni de numero existentium, & per [cognata] in- telligit ea quæ sunt cognata sub eadem natura illius, cuius assignatur genus, quasi dicat, primum inspicendum ad omnia contenta sub eo, quod dicitur unum entium. Co- tenta enim sunt cognata & eiusdem nature, [si de ali- quo] eorum [non prædicatur], & quod per [cognata], intelligat contenta, id, quod subscribit, manifestat, dicit enim [quem admodum in accidente] subaudi fa- ctum est, nam & in problematibus de accidente horta- batur aspiciere ad omnia contenta sub subiecto, cui inesse assignabitur accidens, ut patuit in fine proximi libri. Ve- rum differt hic locus ab illo accidentis, quoniam in illo sus- piciebatur ad cōstruendū, ut uni ex ipsis insit, quoniam om- nibus inesse construuntur, uel ut uni non insit, quoniam nul- li inesse patebit. At in genere nisi omnibus contentis in- esse impossibile est ipsum esse genus illius, cuius assigna- tum est genus. Ad hæc exemplum, quod affert, demon- strat hanc expositionem esse rectam, dicit enim [ut si bo- num ponatur genus uoluptatis, si aliqua uoluptas nō bo- num], ut immodestorum uoluptas, [nam si hoc], scilicet immodestorum uoluptas non est bonum, [manifestum est, quoniam bonum non est genus uoluptatis], ut Plato in Philebo argumentatus est, [genus enim de om- nibus speciebus, quæ sunt sub ipso] de quo dicitur ge- nus [prædicatur] eadem ratione monstratur, quoniam scientia non est genus uirtutis, nam scientia est necessario rum, uirtus uero circa contingenta est. Est etiam hic lo- cus utilis ad constructionem, quoniam si omnibus simila- ribus inesse necesse est ipsum esse genus. Sed de loco præ- ceptiuo Aristoteles nihil dixit, Albertus dicit hunc locū accipi ab ea generis definitionis parte, quæ dicit genus esse, quod de omnibus speciebus, & de omnibus speciē- bus indiuuis prædicatur. Quare locus accipitur à prædi- cari de omnibus speciebus, & de omnibus quæ sub specie- bus continentur. Melius autem dico & breuius locum ac- cipi ab inspectione eorum, quæ continentur sub ente, de quo genus assignatur, & quod ita fit patet, quoniam Ari- stoteles dicit [quem admodum in accidente] modo in acci- dēte inspectio fuit ad contenta sub subiecto cui accidens subebatur inesse, ergo in presenti loco inspectio erit à contenta sub eo ente, cuius assignatur genus.

Εἴτα εἰ μὴ ἐν τῷ τί ὄντι κατανοεῖται, ἀλλ' ὡς συγγενή, καθάπερ ἐν ἀνθρώπῳ ἐν χιόνῳ. ἢ ψυχῆς τὸ κινούμενον ὑφ' ἑαυτοῦ. οὐτε γὰρ ἢ χι- ὄν, οὐτε ἢ ἀνθρώπου. Διότι οὐ γένος ὁ ἀνθρώπος χιόνος, οὐτε ἢ ψυχῆς οὐτε κινούμενον. συγγενή, ἀλλ' αὐτῆς κινεῖσθαι, καθάπερ ἡ ψυχὴ ὡς πλάσ- κος βαδίζουσα τὴν ψυχὴν βαδίζουσα ἐν αἵματι. ἔν δὲ κινου- μένον οὐ τί ὄντι, ἀλλ' ἐν πρῶτῳ ἢ πρῶτον συγγενή, ὡς ἂν ἴσμεν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν ἀνθρώπῳ. οὐ γὰρ τί ὄντι ἢ χιόνος, ἀλλ' ἐν ἀνθρώπῳ ὡς πρῶτον ἀνθρώπου ἐν τῷ τί ὄντι κατανοεῖται.

LOCVS II.

3. Deinde si non in quid est, præ- dicatur: sed ut accidēs. Quemadmo-

A dum album de niue, vel de anima à seipso motū. Neque enim nix quod quidem est album. Quapropter non est genus album niuis. Neque anima quod quidem motum, nam accidit ei moueri: quemadmodum & ani- malifrequenter & ambulare, & am- bulans esse. Amplius motū nō quid est (sed quid faciens vel patiens) si ge- nerare uidetur. Similiter autem & al- bū. Non enim quid est nix, sed qua- le quid est, indicat, quare neutrum ho- rum in quid est prædicatur.

Hic est secundus locus, & accipitur ab eo, quod est prædicari in quid. Nam si aliquid assignatur pro gene- re alicuius, considerandum utrum prædicetur in quid, nā si non prædicatur in quid, problema est destruendum, un- de dicit, [Deinde] subaudi destruendum est problema, [si] illud, quod est assignatum pro genere, [non in quid est] prædicatur, sed ut accidens] hoc est in quid, ut præ- dicatur accidens de eo, cuius est accidens, & addit [sed, ut accidens] quoniam potest aliquid omnibus similari- bus inesse, nō autem, ut genus, sed ut accidens, & ita non erit genus, licet omnibus similibus insit. Est enim gene- ri peculiare, ac propriū in eo quod quid est prædicari, si igitur assignatum pro gēre non sic prædicaretur, mon- straretur, quoniam non est eius genus, cuius assignatum est, deinde assignat exemplum & dicit, [quemadmo- dum album de niue,] ut Empedocles genus assignauit, [uel de anima à seipso motum] ut assignauit Plato, quod autem album non in eo quod quid est prædicetur de ni- ue, probat primo ex parte niuis, quæ subicitur, & dicit, [neque enim nix] subaudi est, [quod quidem est album,] ergo album non prædicatur in eo, quod quid est de niue. [Quapropter non est genus album niuis.] quod uero nix non sit quod quidem est album, probat Alexander, & quidem recte, quoniam si nix esset quod quidem album, cum album sit quod quidem color, color uero quod quidem qualitas, erit utique quod quidem qualitas. quando enim alterum de altero prædicatur, ut de subiecto, tot de subiecto prædicantur, quot de præ- dicato dicuntur, quod etiam nec à seipso motum præ- dicetur de anima in eo quod quid est, probat etiā ex par- te anime, quæ subicitur, & dicit [neque anima est quod quidem motum] à seipso, quod uero anima non sit quod quidem motum à seipso, probat Alexander, quoniam si a- nima esset quod quidem motum à seipso, anima esset quod quidem moueri à seipso, si anima esset quod quidem mo- ueri à seipso, anima esset quod quidem motus, at motus imperfecta est actio, quare erit anima quod quidem im- perfecta est actio, quod absurdum uidetur, non igitur anima est quod quidem motum à seipso, quod uero ex se moueri non sit genus anime, Aristoteles probat ex parte prædicati, ut Alexander uidetur, & dicit, [nam accidit ei moueri, quemadmodum & animal] accidit

[frequenter & ambulare & ambulans esse,] igitur ex D se moueri non est genus anime. Secundo idem probat etiam ex parte prædicati, & dicit, [Amplius, motum nō quid est, sed quid faciens uel patiens significare uidetur,] in quantum enim moueri dicitur anima, patitur, in quantum uero ex se ipsa facit motum, facit, [Similiter autem & al- bum] non est genus niuis, [non enim quid est nix, sed quid- le quid est, indicat] ecce quod prima ratio ex parte sub- iecti sit habenda, cum dicit, neque enim nix quod quid- dem est albū, neque aia est quod quidem motum, [Secun- da uero ratio ex parte prædicati, quod est albū de niue, & ex se moueri de anima. Hanc differentiam Alexan- der animaduertit cum dicit, differt autem iste locus à prædicato, hoc est, hæc secunda ratio à prima. nam per primam rationem monstrabitur ea non esse generā ex parte subiecti, quoniam nec nix est quod quidem album, nec anima quod quidem moueri ex se, per secundam uero contra, ex parte prædicati, quoniam nec album si- gnificat quid est niuis, neque ex se moueri, quid est anima.

μάλις δὲ ὡς τὸ συγγενή, ὡς ἐπιβλέποντες ἐπιβλέποντες ἐν ἐφαρμόσει ὡς τὸ ἴδιον γένος. Διορ, ἢ τὰ νῦν ἐμφανή, ὡς ἐλεγετο, τὸ μὲν αὐτὸ ἑαυτοῦ, ἢ τὸ μὲν ὁμοίως δὲ ἢ ἀνθρώπου ἐπιβλέποντες. ὡς δὲ γένος τὸ ἀγαθὸν τῆς ἰδιούτης, τὸ δὲ γένος ἔστιν ὑπὸ τὸ ἀγαθόν ἐπιβλέποντες.

LOCVS III.

4. Maxime autem in accidentis de- finitione est inspicendum, si aptatur ad dictū genus, ut & ad ea quæ nunc dicta sunt. Contingit enim quippiā mouere seipsum, & non. Similiter & album esse, & non. Quare neutrum horum genus, sed accidens, eo quod accidens dicimus quod cōtingit idē inesse alicui, & non.

Fortasse hæc est tertia ratio ad probandum album non esse niuis genus, nec ex se moueri genus anime, quæ ratio sumitur ex parte definitionis accidentis, sed melius est dicere, quoniam hic est tertius locus, qui ac- cipitur à definitione accidentis, unde inquit, [Maxi- me autem in accidentis definitione est inspicendum, si aptatur ad dictum genus] id est si alicui eorum, quæ ut genera conceduntur, inest [ut] si aptatur, [et ad ea quæ nunc dicta sunt,] uidelicet albo, quod ponitur ge- nus niuis, & ex se moueri, quod ponitur genus anime. Est aut accidentis definitio hæc, accidēs est quod cōtingit idē alicui inesse, & nō inesse, modo hæc unicuique eorum a- ptatur, quod probat & inquit, [contingit enim quippiā] ut animal mouere seipsum, & non, [mouere seip- sam,] Similiter cōtingit quippiā ut aial [esse albū, & nō] esse albū, quare, [neutrum horum genus,] quia nec al- bum niuis, nec ex se moueri anime, [sed accidens,] inest

n iii



Εἰ κατὰ τὸ ἀποδοθεῖν ἕνδεκα...

LOCVS VI.

7 Amplius, si de aliquo assignata species...

Hic est locus sextus, qui sumitur a proprietate speciei...

Πάλιν ἐπισημαίνεται ἡ ἀποδοθεῖσα...

χρον, ἡ δὲ ἐν τῷ πινδῷ μετέχου...

LOCVS VII.

8 Rursum si nullam specierum cōtingit...

Hic est septimus locus qui accipitur a participatione...

A necesse est aliquam specierum articipare...

Quod uero nec generatio, nec corruptio...

speciem, et ipsum motum, sed subaudi tu...

Εἰ ἐν τῷ πινδῷ λέγεται τὸ γένος...

LOCVS OCTAVVS.

9 Amplius, si de pluribus dicitur...

Hic est locus octauus, qui accipitur ab eo quod est...



G fteu ex habentibus positione, solum de tribus, quonia so- lum de numero, de tempore, & oratione. Et tamen non de quibus predicatur quatum non compositum ex ha- bentibus positionem, predicatur continuum, non enim con- tinuum de numero aut oratione predicatur. Ideo impos- sibile est continuum genus esse quanti non compositi ex habentibus positionem, de aliquibus predicatur de quibus continuum non predicatur. Oportet enim de qui- bus species predicatur, & genus predicari. At locus presens destruit genus eo quoniam in plus dicitur spe- cies quam assignatum genus, ut est animatum de ani- mali. Hac ratione bonum fuit exemplum opinabilis, est enim opinabile in plus quam ens, siquidem de omni- bus entibus & de non entibus predicatur, & quatum ad hoc seruit loco presenti, ex eo uero quoniam non omnia entia opinabilia sunt, seruit loco sexto superius assigna- to, est igitur usus eodem exemplo alia atque alia ratio- ne. Hanc expositionem etiam Alexander secutus est, & est optima. Albertus autem dixit illum locum differre ab hoc loco, quoniam ille destruit genus assignatum ex eo quia de aliquo species predicatur, de quo non predica- tur genus: hic uero destruit genus, ex eo quia de pluri- bus assignata species predicatur, quam assignatum ge- nus, quoniam oportet semper ut de pluribus genus quam species predicetur. Verum non exposuit quo modo fieri possit, ut aliquid de pluribus predicetur quam aliud, & tamen non de quibus predicatur illud, ipsum predi- catur. Hoc enim Alexander exposuit, nam continuum predicatur de quinque quantitibus, discretum uero de tribus, & tamen continuum non est genus discreti quan- ti, quoniam non de quibus predicatur discretum, conti- nuum predicatur. Intellegit autem Alexander per non compositum ex habentibus positionem, idem quod di- scretum, & per compositum ex habentibus positionem, continuum.

παλαρ ει εσσι ισων το γενος ηδου ε ειδος λεγεται, ουον ει τοσων ποσων εσομυλων δ μωδ γε- νος, το δε ειδος τειν. καθαπερ το δ μ και το εμ. I παρτι γαρ το δ μ μωδ το εμ, ουστ οιδ ετσορ οιδ ε= τερου γενος. ε πεδα η εσσι ισων λεγεται ομοιος δε ηδου ει το ποσων ηδου η αρχη, εις αδκλα τειν. η τε η αρχη, η αρχη, η αρχη. ουστ ει αμφοτσα τα ερημυλα ταυτον δεμ, η οιδ ετε- σορ ουδ ετεσορ γενος, σοιχορ δε ηδου αωατα τα τωαυτα, το εσσι ωλεωρ το γενος η το ειδος ηδου πτω Διαφορα η λεγεται. εω ελωπορ γος ηδου η Διαφορα το γενος λεγεται.

LOCVS NONVS. 10 Rursum si de æqualibus genus & species dicitur, vt si eorum quæ omnia consequuntur, hoc quidem genus, illud autem species ponatur, quemadmodum ens, & vnum. Omne enim ens, & vnum. quare neutrum neutrius genus est. de æquali-

bus enim dicuntur. Similiter autem & si primum, & principium, ad se inuicem ponatur, nam & principium, primum, & primum principium. Quare aut vtraque quæ dicta sunt, idem sunt, aut neutrum neutrius ge- nus. Elementum autem est ad omnia huiusmodi, de pluribus genus quàm speciem & differentiam dici, de pau- cioribus enim etiam differetia quàm genus dicitur.

Hic est locus nonus, qui sumitur ab æqualitate predi- cationis, unde dicit. [Rursum si de æqualibus genus & species dicitur,] subaudi intermedium est problema, & ponit exempla, & dicit, [ut si eorum, quæ omnia conse- quuntur, hoc quidem genus, illud autem species ponatur,] & exponit quæ sunt illa, quæ omnia consequuntur, & dicit, [quemadmodum ens & vnum.] & ut dicit na addit, res bonum, & aliquid, quæ ab eo transcen- dentia dicuntur. Hac enim predicantur de omnibus, & ad omnia, ut predicata consequuntur. [Omne enim] quod est, [ens] est [et vnum,] res etiam bonum, & aliquid. Quare ad omnia, ut predicata consequuntur, & de om- nibus dicuntur. Hinc concludit intantum in exemplo, & dicit [Quare neutrum neutrius genus est, de æqualibus enim dicuntur.] & ad omnia sequuntur. Per hunc locum refellitur positio Platoniorum quorundam qui dixerunt vnum esse genus entis. Refellitur enim quoniam ens de æqualibus predicatur, de quo etiam vnum dicitur, deinde de assignat secundum exemplum, & dicit. [Similiter au- tem & si primum & principium ad se inuicem] alterum ut genus, alterum ut species, [ponantur,] erit etiam er- ror, [nam & principium primum] est, [et primum] est [principium. quare aut vtraque quæ dicta sunt,] scilicet principium & primum [idem sunt, aut neutrum neutrius genus] est, sic nec animal sensitui genus est, et- enim hæc æqualiter sunt. Deinde ponit elementum talium locorum, & dicit, [Elementum autem ad omnia huiusmo- di] loca, quæ dicta sunt ad intermedium genus, [est, de plu- ribus genus & specie, & differentia dici,] & quia addit genus dici, in plus quam differentiam, quasi extra pro- positum, reddit rationem, & dicit, [De paucioribus enim etiam differentia quam genus dicitur.] nam (ut Alexan- der inquit,) genera à differentiis secantur, & ex una- quaque differentia species quædam circumscribitur, & ergo differentia de paucioribus quam genus dicitur, ideo dicit elementum talium locorum esse, in plus debere dici genus quam speciem & differentiam, & per [elemen- tum] principium exponit Alexander, est autem princi- pium maxima propositio, quæ in dialecticis uaga & cō- munis, in scientiis uero propria propositio est. Sed iis, quæ dixit de uno & ente, occurret, quoniam vnum di- uidit ens. Ens enim prima sui diuisione diuiditur per unit & multa, & nihil conuertitur cum aliquo membro sua diuisionis, quare ens non conuertitur cum uno.

Auerroes in commentariis metaphysicis asserit vnum

A triaria dici, transcendentem, & hoc pacto conuertitur cum ente, & (ut Aristoteles inquit,) non est genus entis predicamentaliiter, & sic distinguitur contra numerum qui fit ex diuisione cōtinui, & sic nec diuidit ens, nec con- uertitur cum ente. Tertio modo accipitur vnum quasi me- diocriter, ut est ad multitudinem distinctum, & sic diui- dit ens, & non conuertitur cum ente, sed hæc res metam- nosam transcendentem.

Οραρ δε ηδου ει τινος τωρ αδ ιαφορω τω ειδω μα εσσι γενος δε ερημυλων, ει μη δ οξεαρ εμ κατα σκαυζοντι δε, ει εσι τινος. ταυτον γαρ παντων τωρ αδ ιαφορω τω ειδω, ε γενη, αρ δω ενος δε αρχη, διλωρ οτι παντων. και ενος μη, διλωρ οτι οιδ ενος. διορ ει τισ ετδ ομους τδε μωος γσαμ- μας, δε αδ ιαφορω, γενοσ αυτωρ φισαρ ενωλ. τωρ γαρ διαρεμ εχουσαρ γραμμω, ουα εσι το ερη μωορ γενοσ, αδ ιαφορω ουσαρ ηδου το ειδωσ. αδ ια φορορ ηδου το ειδωσ εδ κλωαε, ου εω ενωλ γσαμ- μασ πασα.

LOCVS DECIMVS.

11 Videndum autem & si alicuius eorum quæ non differunt specie, nõ est genus quod dictum est, vel nõ videatur utique. Construenti autem, si est alicuius. idem enim omnium eorum, quæ non differunt specie, ge- nus est. Si igitur vnius monstretur, manifestum quoniam omnium: & si vnius non, manifestum quoniam nullius, vt si quis infecabiles ponens lineas, indiuisibile genus earum dicat esse. Nam linearum habentium diuisionem non est genus, quod dictum est, esse genus linearum infeca- bilium, [non est genus,] quod probat, cum dicit. [cum sint indifferentes specie] subaudi, omnes lineæ. nam om- nes lineæ cum omnibus lineis eiusdem speciei sunt. [Indif- feretes enim secundum speciem sunt, rectæ lineæ omnes,] immo non solum rectæ, sed (ut Alexander inquit) omnes lineæ. Quare si indiuisibile non est genus linearum fecabi- lium, nec erit genus linearum infecabilium, omnes cum omnibus eiusdem speciei sunt. Quod uero ad rationem attinet, Platonicis dixerunt bifariam lineas rectas esse, ali- quas, quæ ex punctis componuntur, & harum genus po- fuerunt indiuisibile. Aliquæ uero, quæ componuntur ex lineis, & harum genus posuerunt diuisibile. Aristoteles autem ex ui huius loci, probauit indiuisibile non esse ge- nus linearum rectarum infecabilium, quoniam non est genus linearum rectarum fecabilium, quod enim nõ est ge- nus vnius similari in specie, nec aliorum eiusdem speciei genus erit. Sunt autem omnes lineæ saltem rectæ eiusdem speciei, de quibus Platonicis loquebatur. Alexander ue- ro asserit omnes lineas esse eiusdem speciei, quod intelli- gendum est ut quatenus lineæ.

Locum hunc decimum accipit a ratione predicandi de indiuiduis, quæ eiusdem speciei sunt, & dicit. [Viden- dum autem, & si alicuius eorum quæ non differunt spe- cie, non est genus quod dictum est] pro genere, [uel nõ uideatur utique esse genus.] & per ea quæ non differunt specie, intelligit indiuidua eiusdem speciei, quæ solo nu- mero differunt. Si igitur quod assignatum est genus a- licuius, non sit, uel non uideatur esse genus alicuius indi- uidui eorum, quæ sub illa specie non differunt, nisi nume- ro, illud quod assignatum est ut genus, illius non erit ge- nus. Secundum uero Alexandrum locus est, si aliquid quod assignatum est ut genus alicuius, nec sit, nec uideatur esse genus alicuius eorum, quæ sunt illi, cuius assigna- tum est, simularia, & eiusdem speciei, nec illius erit ge- nus, quoniam omnia indifferentia specie adinuicem sub eodem genere sunt, uerbi causa, si aliqui nigrum ethio-

pis genus esse dicat, quoniam indifferentes specie sunt Æthiopes homines cū Scythis, omnes enim homines eiusdem speciei sunt: non predicatur autem nigrum de Scythis ut genus, nec igitur de Æthiopiibus ut genus predi- cabitur. Sed uidetur hic locus decimus coincidere cum primo loco, ubi hortabatur inspicere ad cognata ei, cuius assignatur genus. Fortasse hæc differentia, quoniam in primo loco hortabatur inspicere ad simularia genere, hic autem ad indiuidua, quæ sunt simularia eiusdem spe- cie, destruenti igitur sic est faciendum. Deinde ostendit quid agendum construenti, & dicit. [Construenti autem, si est alicuius] genus, quod pro genere est assignatum, uidendum est, nam si est genus alicuius eorum quæ non differunt specie, erit etiam genus illius, cuius assignatum est genus, cuius causam dicit. [Idem enim omnium eorū, quæ non differunt specie genus est,] propterea recolligit breuibus quod dixerat, & dicit, [Si igitur] quod as- signatum est genus, [unius] eorum monstratur [esse ge- nus,] manifestum, quoniam omnium, & ita illius, cuius assignatum erat genus, [et si unius non,] est genus, [ma- nifestum quoniam nullius] eorum quæ eiusdem speciei sunt, & ita nec eius, cuius erat assignatum genus. Ponit exemplum in secunda parte, & dicit [ut si quis infeca- biles ponens lineas] saltem aliquas, [dicat genus earum esse indiuisibile,] errat, quia quod assignatur ut genus, non est genus, [nam linearum habentium diuisionem] in- diuisibile, [quod dictum est] esse genus linearum infeca- bilium, [non est genus,] quod probat, cum dicit. [cum sint indifferentes specie] subaudi, omnes lineæ. nam om- nes lineæ cum omnibus lineis eiusdem speciei sunt. [Indif- feretes enim secundum speciem sunt, rectæ lineæ omnes,] immo non solum rectæ, sed (ut Alexander inquit) omnes lineæ. Quare si indiuisibile non est genus linearum fecabi- lium, nec erit genus linearum infecabilium, omnes cum omnibus eiusdem speciei sunt. Quod uero ad rationem attinet, Platonicis dixerunt bifariam lineas rectas esse, ali- quas, quæ ex punctis componuntur, & harum genus po- fuerunt indiuisibile. Aliquæ uero, quæ componuntur ex lineis, & harum genus posuerunt diuisibile. Aristoteles autem ex ui huius loci, probauit indiuisibile non esse ge- nus linearum rectarum infecabilium, quoniam non est genus linearum rectarum fecabilium, quod enim nõ est ge- nus vnius similari in specie, nec aliorum eiusdem speciei genus erit. Sunt autem omnes lineæ saltem rectæ eiusdem speciei, de quibus Platonicis loquebatur. Alexander ue- ro asserit omnes lineas esse eiusdem speciei, quod intelli- gendum est ut quatenus lineæ.

Σκοπερ δε ηδου ει τισ ετδ ομους εσσι γενοσ δε ι αωοδ οθεντοσ ειδωουσ, ο μητε περιεχει το αωοδ οθεν γενοσ, μηδ υπ εκενω δεμ διορ ει τισ ετδ ι ακωοσ αωος πτω εωω σημω δε ει γενοσ εσσι γω και η ερετη γενοσ ηδου ου- δ ετσορ τωρ γενοωρ το λοωωμ περιεχεα. ουστ δυ και εν η εωωωμ γενοσ ετδ ι ακωοσ αωος δ ακε γω ουτωρ ει ειδωσ εωω δω ενω η, το ετσορ υπο το ετρου περιεχεσθα.

LOCVS VNDECIMVS.

12 Considerandum autem & si quod aliud genus est assignatæ speciei,

quod neque continet assignatum genus, neque sub illo est, ut si quis iustitiam scientiam ponat genus. Est enim virtus genus, & neutrum generum reliquum continet. quare non erit scientia genus iustitiam. Videtur enim quando species vna sub duobus generibus est, alterum ab altero contineri.

Hic est undecimus locus, qui sumitur a continentia sub alio genere, unde dicit. [Considerandum autem est si quod aliud genus est assignatum speciei, quod neque continet assignatum genus, neque sub illo est.] nam si ita est, destruendum est problema, & monstrandum quoniam non est genus, quod datum erat ut genus. non enim possibile est esse duo genera eiusdem, nisi esset alterum eorum sub altero. Idcirco aquile, & avis & animal genera sunt, quoniam avis sub animali est. Deinde ponit exemplum, & dicit. [ut si quis iustitiam scientiam ponat genus, ut Socrates posuit] errat subaudi, cuius rationem subscribit, & dicit. [Est enim virtus genus] iustitiam, & neutrum generum reliquum continet. non enim virtus sub scientia est, cum non omnis virtus scientia sit, nec scientia sub virtute. Geometria enim scientia existens, non est virtus, [quare] ut concludit [non erit scientia genus iustitiam.] Deinde assignat rationem, & maximam, & dicit. [Videtur enim quando species una sub duobus generibus est, alterum ab altero contineri.] ut quoniam aquile, & avis & animal genera sunt, avis sub animali est.

Εχει δὲ ἀπορίαν ἐπὶ τῷ ἑνὶ τῶν τριῶν. Δοκεῖ γὰρ ὅτι οἱ εἰς τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν ἐπιστήμην εἰσὶν ἕνα καὶ ἄλλο. οὐδ' ἐστὶν ἕνα τῶν γενῶν ὑπὲρ οὐδ' ἑτέρου περιεχόμενον. οὐ μὴν ὑπὸ πάντων τῶν συγγενῶν τῶν φρονήσεων ἐπιστήμη ἐστὶν. εἰ δὲ οὐδ' τῆς συγγενεῖς δὲ λέγεται ἡ ἀρετὴ καὶ τὸ ἀνθρώπινον. ἀλλὰ τὸ γὰρ ὑπεράλληλον. ἢ ὑπὸ δὲ αὐτῶν γένῃ ἀμφω γίνεσθαι τὰ τῶν αὐτῶν γένῃ, τῶν ἀναγκαῶν Διζήμεν εἶναι. καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῖς ἀρετῆς καὶ ἐπὶ τῆς ἐπιστήμης συμπερικείμεναι ἀμφω γὰρ ὑπὸ τῶν αὐτῶν γένῃ ἐστὶν. ἐκείνου γοῦν αὐτῶν ἐστὶν ὁ διὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν ἐπιστήμην ἕνα ἢ μὴ ἐστὶν ἕνα ἢ ἀλλο. ἀλλὰ οὐδὲν ἐστὶν ἕνα. οὐκ ἂν γὰρ ἐπὶ τῶν αὐτῶν γένῃ, μηδὲ ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἀμφω, οὐκ ἂν εἴη τὸ ἀποδοτέον γένῃ.

13 Habet autem dubitationem in quibusdam hoc tale. Nam videtur quibusdam prudentia, & virtus, & scientia esse: & neutrum genus a neutro contineri. Non tamen ab omnibus conceditur prudentiam scientiam esse. Si igitur quis admittat quod dictum est, verum esse, attamen sub-

terna, vel sub eodem ambo fieri, que eiusdem sunt genera, necessarium videbitur esse, quemadmodum & in virtute, & in scientia accidit, vtraque enim sub eodem genere sunt, nam vtrunque eorum habitus & dispositio est. Considerandum igitur si neutrum est in assignato genere, si enim neque subalterna sunt genera, neque sub eodem ambo, non erit genus quod assignatum est.

Contra maximam assignatam Aristoteles nunc affert instantiam, quoniam videtur prudentiam, & scientiam & virtus esse, & sic est sub duobus generibus, que non sunt sub altera, unde dicit. [Habet autem dubitationem, in quibusdam hoc tale] id est, hæc talis maxima, que proximè dicta est. [Nam videtur quibusdam] ut Socrati, [prudencia, & virtus & scientia esse, & neutrum genus a neutro contineri.] Solutur Aristoteles primo, & dicit. [Non tamen ab omnibus conceditur prudentiam scientiam] quoniam non a Peripateticis, si enim prudentia est circa contingentiam, & quandoque aliter se habentia, non erit utique prudentia scientia. Deinde respondet in opinione Socratis, & dicit. [Si igitur quis] ut Socrates, [admittat quod dictum est, verum esse,] nam Socrates omnes virtutes ponit esse scientias, tunc dat solutionem concessa hac opinione, & dicit. [attamen subalterna] hoc est, alterum sub altero, [vel sub eodem] communi genere [ambo fieri necessarium videbitur esse,] quasi dicat, si prudentia est scientia & virtus, oportet scientiam & virtutem uel esse genera subalterna, uel saltem ambo esse sub communi uno genere. & de his duabus distinctione paribus, declarat secundam, & dicit. [quemadmodum] & in virtute, & in scientia accidit. Vtraque enim sub eodem genere sunt, nam utrumque eorum habitus & dispositio est. Quare si non sub generibus subalternis, nec ambo sub uno aliquo communi genere fuerint, impossibile ambo ipsa genera esse propositi, tunc recolligit locum, & dicit. [Considerandum igitur si neutrum] hoc est, neque virtus neque scientia [est in] communi [assignato genere,] quia non sunt in habitu, ut in communi genere. Per assignatum enim genus, habitum vel dispositionem intelligit, ideo dicit. [Considerandum igitur si neutrum est in assignato genere,] ita uel ne. [si enim neque sub altera sunt genera, neque sub eodem] communi genere [ambo, non erit genus quod] pro genere [assignatum est.] si enim scientia & virtus neque sunt sub altera genera, neque sub communi genere, scientia que assignatur prudentiam genus, non erit genus, nam prudentia est in genere virtutis. Sed occurres, quia unum numero est substantia & quantum. Est quantum, quoniam est numeri quanti augmentatum, siquidem omne quod augetur, ab eo quod sui generis augetur. Est etiam substantia, quoniam unum numero est contrariorum, quod est proprium substantie, igitur idem erit sub substantia, & sub quanto, que genera sunt nec sub altera nec sub aliquo communi ge-

DUBITATIO.

A nere continet. Solutur (ut Alexander soluit) unum numero dictum non secundum eandem rationem esse in genere substantie, & in genere quanti, sed secundum aliud & aliud. hoc pacto scientia est in genere qualitatis, & relationis.

Σωκράτης δὲ καὶ τὸ γένῃ τῶ ἀποδοτέου γένους, καὶ οὐτως ἐστὶ τὸ πᾶν γένῃ, εἰ πάντα κατηγορητοῦ τοῦ εἰδένους. καὶ ἐν τῷ τῷ τῷ κατηγορητοῦ. ἢ γοῦν τῷ ἐπὶ πάντος γένῃ, κατηγορητοῦ εἰς τὸ εἶδένους. ἢ τῷ τῷ τῷ εἰδένους. ἢ τῷ τῷ τῷ εἰδένους. ἢ τῷ τῷ τῷ εἰδένους. ἢ τῷ τῷ τῷ εἰδένους.

LOCVS DVODECIMVS.

14 Considerandum autem & genus assignati generis, & sic semper superius genus si omnia prædicantur de specie, & si eo quod quid est prædicantur. Nam omne superius genus prædicari oportet de specie in eo quod quid est, si ergo alicubi diffonet, manifestum quoniam non est genus, quod assignatum est.

Hic est locus duodecimus, quem sumit ab ordine generum superiorum prædicantium in quid, & dicit. [Considerandum autem & genus assignati generis, & sic semper superius genus, si omnia prædicantur de specie] cuius genus assignatum est, & si in eo quod quid est omnia [prædicantur.] Quoniam si non omnia prædicantur, uel si omnia prædicantur, sed non in quid omnia, intrinsecum est problema, & dicendum non esse genus, quod pro genere est assignatum. Cuius maximam & causam assignat, & dicit. [nam omne superius genus prædicari oportet de specie in eo quod quid est.] Tunc quasi epilogat, & inquit. [Si ergo alicubi diffonet] ita ut uel non omnia superiora prædicentur, uel si prædicentur omnia, non omnia in quid prædicentur, [manifestum quoniam non est genus, quod assignatum est] pro genere. Oportet enim genus de aliquo, & de his omnibus que sub illa specie siue genere sunt, in eo quod quid est prædicari. genus enim auis de omnibus, & de speciebus subaudi, & de indiuiduis non solit prædicatur, sed in eo quod quid est prædicatur. Per hunc locum monstratur uerecundiam non esse genus uirtutem. Nam uirtutis genus habitus est, qui non prædicatur de uerecundiam, non enim est habitus uerecundiam, sed passio. Monstratur etiam quod uirtus non sit genus abstinentiam, quoniam optimus habitus non prædicatur de abstinentiam, non enim optimus habitus est, qui est in prauis desiderijs, de omni uero uirtute optimus habitus prædicatur. non enim solum habitus est uirtus, sed optimus, uirtutum enim habitus est, sed non optimus. Sed nec de niue album, non enim qualitas que est genus albi, de niue prædicatur, nec dulce genus est mellis, quoniam nec succus in quid de melle dicitur, qui est genus dulcis. Attentione tamen dignum, quoniam uerum est genera assignati generis omnia debere in eo quod quid est prædicari de eo, cuius est assignatum genus, non

tamen conuertit: non enim si aliquid superiorum in, eo quod quid est de aliquo prædicatur, oportet omnia que sunt sub illo, in eo quod quid est de eodem prædicari. Nam contraria sub eodem sunt genere, & de contrariis in eo quod quid est prædicatur, non tamen & contraria, ambo, quorum est genus illud. si enim & de albo color in eo quod quid est prædicatur, non tamen & nigrum de eodem albo prædicabitur, quauis & de nigro etiam color prædicatur. Est enim genus nihil minus ad illud. Similiter & de iniusta habitus prædicatur, non tamen uirtus, que est sub habitu. Quare licet genera omnia superiora assignati generis oporteat de eo cuius assignatur genus, prædicari, non tamen si aliquid superiorum in eo quod quid est de aliquo prædicatur, oportet omnia inferiora ad illud de eodem prædicari, quam regulam Alexander sic exposuit.

πᾶν ἐστὶν ἀποδοτέον τῷ γένῃ, ἢ αὐτὸ ἢ τῶν ἐπάνω τῷ γένῃ. οὐδ' ἐστὶν ἕνα τῶν ἐπάνω τῶν ὑποκάτω μετέχον ἀνασκυζόντων. μὴ δὲ καθάπερ εἰρηται χριστοῦ. καθάπερ αὐτὸς λέγει. ὁ μολογουμλίου μὴ ὑπερῆρη τῷ εἰδένους. ὅτι δὲ ὡς γένῃ ὑπερῆρη ἀμολογητοῦ μετῆρου, ἀποδοτέον δὲ εἶδένους γένῃ, ἐν τῷ τῷ τῷ εἰδένους κατηγοροῦ μολογ. εἶδος γὰρ τῷ τῷ εἰδένους κατηγοροῦ μολογ, πάντα καὶ τὰ ἐπάνω τῶν τῷ καὶ τὰ ὑποκάτω ἄνπερ κατηγορητοῦ τῷ εἰδένους, ἐν τῷ τῷ τῷ εἰδένους, ἐν τῷ τῷ τῷ εἰδένους. ὡς πε καὶ τῷ ἀποδοτέον γένῃ, ἐν τῷ τῷ τῷ εἰδένους κατηγορητοῦ. ὅτι δὲ εἶδος γὰρ τῷ τῷ εἰδένους κατηγοροῦ μολογ. καὶ πάντα τὰ λοιπὰ ἄνπερ κατηγορητοῦ, ἐν τῷ τῷ τῷ εἰδένους κατηγορητοῦ, εἰς τὸν ἀποδοτέον γένῃ, οὐκ ἀποδοτέον δὲ εἶδένους τῶν ἐπάνω γένῃ, ἐν τῷ τῷ τῷ εἰδένους κατηγοροῦ μολογ τῷ εἰδένους. διορίζεται ἢ καθάπερ γένῃ ἀπέδοκε τῶν φορῶν, οὐκ ἀποδοτέον δὲ εἶδένους διὰ τὴν κινήσιν ἐπιρῆ καὶ τῶν φορῶν, πρὸς δὲ εἶδένους ὅτι φορῶν ἐπιρῆ καὶ τῶν φορῶν. ἢ ἄλλο πρὸς ἀποδοτέον ὅτι οὐδ' ἐστὶν μετέχον ἢ καθάπερ γένῃ ἢ φορῶν ἐπὶ καθάπερ.

LOCVS DECIMVS TERTIVS.

15 Rursum si genus participat speciem, vel ipsum, vel aliquod superiorum generum. Nam nullum superiorum participat quod inferius est. Destrueti igitur quemadmodum dictum est, vtendum. Astringenti autem si confiteatur quidem inesse speciei, quod dictum est genus, sed quod vt genus insit dubitetur, sufficit ostend-

edere aliquid superiorum generum in eo quod quid est de specie prædicari. Vno enim in eo quod quid est prædicato, omnia & superiora illius, & inferiora (si prædicantur de specie) in eo quod quid est prædicabuntur. Quare & assignatum genus in eo quod quid est prædicabitur. Quod autem in eo quod quid est prædicato, omnia etiam reliqua (si prædicantur) in eo quod quid est prædicabuntur, per inductionem sumendum. Si autem simpliciter inesse dubitetur assignatum genus, non sufficit ostendere aliquod superiorum generum in eo quod quid est de specie prædicari, ut si ambulationis genus quispiam assignavit lationem, non sufficit ostendere quod motus sit ambulatio ad ostendendum quod latio sit, eo quod alii motus sunt. Sed ostendendum quoniam nullum participat ambulatio eorum, quæ sunt secundum eandem diuisionem, nisi lationem. nam necesse est quod genus participat, & specierum aliquam participare secundum primam diuisionem. Si enim ambulatio neque augmentationem, neque diminutionem, neque alios motus participat, manifestum quoniam lationem participabit, quare erit genus latio ambulationis.

Locus decimustertius hic est, quæ accipit a participatione speciei, et dicitur. [Rursum si genus participat speciem,] et addit dico, si participat speciem, [uel ipsum uel aliquod superiorum generum] ad ipsum. Nam si ipsum quod assignatur pro genere, participat eam speciem, cuius assignatur genus, uel aliquod superiorum generum ad ipsum quod assignatum est pro genere, non est genus: sic aquila non potest esse genus animalis, quoniam aquila non solum animal participat, sed etiam genera, quæ sunt supra, et infra animal, aquila enim participat animal uolabile, et autem, et animalis genera, quæ in recta linea prædicantur sunt supra animal, quare aquila non est genus animalis. Quod uero nec ipsum genus, nec aliquod superiorum generum debet participare speciem, probat et dicit. [Nam nullum superiorum participat quod inferius est,] quoniam nullum superiorum suscipit

rationem sui inferioris, tanquam partem suæ definitionis. Sed occurrer, quoniam uidetur Aristoteles hunc locum dixisse in quinto loco, dixit enim. [Rursum si necesse fuerit, uel si contingit genus participare quod positum est in genere,] ponitur autem in genere species, quare hic locus continetur in quinto loco: igitur superfluum hic decimustertius uidetur. Alexander respondet, quod hic locus differt ab illo additione huius, quod addit [uel ipsum, uel aliquod superiorum generum,] in quinto enim loco dixit destruendum esse problema, si genus participat speciem, cuius genus est assignatum. Hic uero dicit destruendum esse problema si genus uel aliquod superiorum ad genus participat speciem, cuius est assignatum genus. Aliter dicit Alexander, ait enim hunc locum esse de foris interpositum, et non in textu. Nam hic locus partim in quinto, partim in duodecimo continetur. duodecimo enim loco dixit. [Considerandum autem et genus assignati generis, et sit semper superius genus,] et reliqua. Quare cum hic locus pro qualibet sui parte in aliis sit contentus, uidetur non in textu contineri, sed extra quasi glossa. Cui igitur loca dixisset, quibus destruitur problema de genere, nunc assignat loca quibus construitur, et primo epilogat, et dicit. [Destruenti igitur quemadmodum dictum est, utendum.] Deinde docet construere, est autem hæc constructio e conuerso se habens destructioni, quæ facta est loco duodecimo. destructio enim duodecimo loco facta, fuit si aliquod eorum, prædicatorum, quæ de dato genere prædicantur in eo quod quid est, non prædicaretur de specie, assignatum genus non erit genus. constructio uero quæ nunc dicitur, est, si datum alicuius generis prædicatur quidem de eo cuius est datum genus, dubitetur uero si ut genus, et in eo quod quid est prædicatur. et sic constructio unum præsupponit, alterum quærit. Præsupponit enim assignatum genus de specie prædicari, quæritur autem si ut genus, et in quid prædicatur. Ad uideendum si ut genus, et in quid prædicatur, dicit esse querendum si aliquid eorum quæ sunt superiora ad assignatum genus, in quid prædicatur de specie, cuius est assignatum genus, id est uideendum est si aliquod genus prædicati, quod ut genus assignatur, prædicatur in eo quod quid est de subiecto, cuius assignatur genus, si enim sic aliquid eorum prædicari inuenietur, id quod est datum, ut genus, in eo quod quid est, et ut genus prædicabitur. Si enim aliquod superiorum in quid prædicatur de aliquo subiecto ad aliquod genus, oportet illud genus de eodem subiecto prædicari etiam in quid, unde dicit. [Astruenti autem, si] aliquis confirmatur quidem inesse speciei, et prædicari de specie, [quod dictum est genus, sed, quod ut genus in se] et in quid prædicatur, [dubitatur, sufficit ostendere aliquod superiorum generum in eo quod quid est de specie prædicari,] cuius est assignatum genus. dixit [superiorum generum] quia non oportet ut quolibet superiorum prædicatur in quid, nisi sit de superioribus generibus in recta linea prædicamentali. Deinde assignat maximam pro causa eius quod dixerat, et inquit. [Vno enim] genere [in eo quod quid est prædicato] de aliqua specie, [omnia et superiora illius] prædicati, [et inferiora] dico inferiora, [si prædicatur de specie,] cuius est assignatum genus, [in eo quod quid est prædicabitur,] quare et assignatum genus in eo

A quod quid est prædicabitur. Dixit autem Aristoteles si inferiora prædicantur de specie, quoniam homo inferior ad animal non prædicatur de animali. Maxima igitur intelligitur de omnibus generibus ad prædicatum superioribus, et de omnibus generibus ad prædicatum inferioribus, modo hæc inferiora ad prædicatum prædicentur de specie, cuius prædicatum assignatur genus. Deinde exponit quo modo hæc maxima patet, et dicit. [Quod autem in eo quod quid est prædicato, omnia etiam reliqua] et superiora et inferiora [si] inferiora [prædicantur,] in eo quod quid est prædicabitur, per inductionem sumendum. Si enim (ut Alexander inquit) ens, aliquid, unum, bonum, et uerum, aut de superioribus generibus dati generis, aut de inferioribus speciebus eiusdem dati generis prædicantur in eo quod quid est, necesse est omnia alia sic se habere, modo prædicentur de eo subiecto, cuius assignatum est genus, unde si inductio in omnibus fiat, nullo pacto dissans inuenietur: sic monstrabitur dispositio esse genus uirtutis, nam dispositio de uirtute prædicatur, quod autem prædicatur in eo quod quid est, patet ex eo, quia qualitas est dispositio generis. B et de dispositione, prædicatur in eo quod quid est, prædicatur etiam in eo quod quid est de ipsa uirtute, est enim uirtus qualitas. Sic etiam monstratur autem esse aquile genus, quoniam genus autem, scilicet animal, in eo quod quid est de aquila prædicatur, et cum monstrasset si inesse quidem concederetur assignatum genus alicuius, dubitaretur uero, si in eo quod quid est de ipso prædicatur, et uere genus, quomodo possibile est monstrare quod et in eo quod quid est, et ut uere genus de illo prædicatur. Monstrat nunc et si hoc ipsum quod assignatur ut genus, dubitaretur inesse, quomodo poterimus ipsum monstrare inesse, et in eo quod quid est prædicari, et dicit. [Si autem quod assignatur pro genere] alicuius speciei, [simpliciter inesse] illi [dubitatur,] ut sit duplex dubitatio, ut utrum in se, uel ne. et dato quod in se, utrum prædicet de illo, inquit, uel ne. Tunc respondet in casu, quot requiruntur ad terminandum hoc problema, in quo est duplex dubitatio, et primo exponit quid non sufficit, inueniens hoc, quod non sufficit esse unum de requisitis, et dicit. [non sufficit ostendere aliquod superiorum generum in eo quod quid est prædicari de specie,] cuius erat datum genus assignatum, non enim ualet consequentia, motus de ambulatione prædicatur in quid, igitur latio est genus ambulationis, et prædicatur in quid de ambulatione, oportet enim addere, quod motus prædicatur in quid de ambulatione, et nulla alia species motus de ambulatione prædicatur in quid et hoc dicit, [ut si ambulationis genus quispiam assignauit lationem, non sufficit ostendere quod ambulatio sit motus] id est, quod motus prædicatur de ambulatione, licet sit requisitum, [ad ostendendum quod] ambulatio [latio sit] id est, ad ostendendum quod latio sit genus ambulationis, cuius causam assignat, et dicit, [eo quod alii motus sunt] hoc est, quia sub motu sunt alia genera motus præter lationem. sunt enim alteratio, motus in quanto, et mutatio in substantia, et ita posset dubitari an aliquod aliorum generum, quæ sub motu sunt, sit genus ambulationis, et propterea subscribit quid requiritur et sufficit, et dicit. [Sed ostendendum, quoniam ambulatio nullum motum] participat, [eorum] motuum,

seu eorum generum motuum [quæ sunt secundum eandem diuisionem] qua motus diuiditur in lationem [nisi lationem,] quæ est motus in loco, genera enim motus, quæ sunt secundum eandem diuisionem cum latione, sunt motus in quali, motus in quanto, et motus in substantia, nam hæc contradiuiditur lationi. Motus enim prima diuisione his quatuor generibus motus diuiditur. et quia aliquis posset dicere motum prædicari de ambulatione, nulla specie motus de ambulatione prædicante, ad refellendum hoc, dicit. [Nam necesse quod genus participat,] et de quo genus prædicatur, [et specierum aliquam participare,] dico species, quæ sunt [secundum primam diuisionem,] ut quoniam ambulatio participat motum, oportet etiam ut participet aliquam primarum specierum motus. Est enim dictum superius, de quo genus prædicatur, oportet ut aliqua specierum prædicetur, modo sint de primis speciebus, et ipsum de quo prædicatur genus, non sit aliqua prima species, tunc quasi recolligens locum totum, dicit, [Si enim ambulatio neque augmentationem, neque diminutionem, neque alios motus participat,] ita ut nullum aliud genus motus de ambulatione prædicetur in eo quod quid est, et subaudi participat motum. [manifestum quoniam lationem,] ut proprium genus [participabit,] per hæc enim duo simul copulata, patenti duo, et quod latio prædicatur de ambulatione, et quod prædicatur in quid et ut genus. Sequitur enim ambulatio, participat motum, et nullum genus motus, de ambulatione prædicatur in quid, igitur latio est genus et prædicatum in quid de ambulatione, propterea concludit, [quare erit genus latio ambulationis] est igitur tota ratio hæc: Ambulatio est motus, aut igitur augmentatio, aut diminutio, aut alteratio, aut generatio, aut corruptio, aut latio: sed non est augmentatio, nec diminutio, nec alteratio, nec generatio, nec corruptio, igitur est latio. si enim non esset latio, nec motus esset, quod enim in aliquo genere est, necesse est aliquam speciem illius participare. Sic monstrabitur inuistitia esse uirtus, habitus enim electiuis de inuistitia prædicatur, quod est uirtus, et utii genus, si igitur inuistitia non est uirtus, erit uirtus. Sic etiam monstrabitur, tria esse numerum impari, quoniam tria sunt numerus, et non par, igitur impar, sic monstrabitur, animam esse formam, est enim anima substantia, et non est materia, igitur est forma. Sed occurrer primo, contra primum locum construendum, nam concessio quoniam homo inest animali, et quoniam aliquod superius ad hominem prædicatur in quid de animali, non sequitur hominem esse genus animalis. In super contra secundum locum construendum, quoniam dubitatur utrum homo inest uiro, non sequitur animal inest uiro, et nulla species animalis contra diuisa homini inest uiro, igitur homo est genus uiro, nec sequitur dubitatio utrum homo inest ethiopi, animal inest ethiopi, et nulla animalis species, quæ homini sub animali primo contradiuiditur, prædicatur de ethiopi, igitur homo est genus ethiopi. Ad primam instantiam Adenolphus dicit Aristotelem, per inesse, intellexisse prædicari ad modum quo superius prædicatur de inferiori, hoc enim modo pro concessio in primo construendi loco supponit assignatum genus inesse speciei. Sed hæc expositio petit quod queritur in principio, querimus enim utrum prædicatur, ut genus, si igitur supponitur prædicari assignatum genus de

G specie ut superius, erit petere assignatum genus esse genus. Aliter ergo dicendum Aristoteli per inesse...

H Περὶ τοῦ ὅτι τὸ πρῶτον εἶναι τὸ ἕκτον...

LOCVS DECIMVS QVARTVS.

16 Rursum de quibus species quae posita est, ut genus praedicatur, considerandum si & assignatum genus...

enti vero, si praedicatur in eo quod quid est, vtile. accidit enim genus, & speciem de eodem in eo quod quid est praedicari.

Hic est locus decimusquartus, quem accipit a subalternatione generum per comparationem ad speciem...

[Nam si alicubi dissonat] hoc est, vel quia assignatum genus de eisdem non praedicatur, de quibus assignata species...

A virtutis, quoniam non praedicatur de speciebus quae sunt sub virtute, quoniam non praedicatur in eo quod quid est...

Σκοπεῖται δὲ τὸ τοῦ λόγου τοῦ γεννῆσαι...

μετέχου τοῦ εἶδος ἀνάγκη καὶ τοῦ τῶν γενῶν...

LOCVS DECIMVS QVINTVS.

17 Considerandum autem & rationes generum si aptantur & ad assignatam speciem, & ad participantia speciem.

Hic est locus decimus quintus, qui accipitur a ratione generis, cui enim docuisset ex eo quod est praedicari, aut non praedicari...



G Πάλιν εἰ τὴν διαφορὰν ὡς γένος ἀπέδωκεν, διορίσει τὸ ἀθάνατον γένος διὰ τὴν διαφορὰν γὰρ ὅτι ζῶον τὸ ἀθάνατον. ἐπεὶ δὲ τὸ ζῶον τὰ μὲν θνητὰ, τὰ δὲ ἀθάνατα. διὸ οὐ δύναται ἀθάνατος εἶναι τὸ ζῶον. οὐδὲν γὰρ ἢ διαφορὰ γένος ἔστιν, ὅτι δὲ τὸ ζῶον, ἀλλὰ μόνον τὸ ζῶον. καθάπερ τὸ ζῶον τὸ ἀθάνατον.

LOCVS DECIMVS QVINTVS.

18 Rursum si differentiam, ut genus assignavit, ut si immortale genus dei. Differentia enim est animalis immortale: quoniam animalium alia mortalia, alia immortalia. Manifestum igitur quoniam peccat. nullius enim differentia est genus. Quod autem hoc verum manifestum. Nulla enim differentia significat quid est, sed magis quale quid, ut gressibile & bipes.

Hic est locus decimus quintus, quem accipit a differentia via predicationis, et dicitur. [Rursum si differentiam, scilicet specificam alicuius assignavit, ut genus illius, cuius est specifica differentia, subaudi, peccavit in assignatione. deinde ponit exemplum in doctrina Platonis, et dicit, [ut si immortale genus dei] subaudi, assignavit, hic peccavit cuius rationem assignat et dicit, [Differentia enim est animalis,] scilicet diuisiva immortale, [specifica vero dei, et quod immortale sit differentia specifica dei, et diuisiva animalis, exponit, et dicit, [quoniam animalium alia mortalia, alia immortalia,] ergo immortale differentia diuisiva est animalis. Tunc concludit locum destructiuum, et dicit, [Manifestum igitur quoniam peccavit] assignando uidelicet differentiam pro genere. [nullius enim differentia] specifica est genus illius, cuius est specifica differentia, et quod ita sit, probat, et dicit, [Quod autem hoc uerum, manifestum, nulla enim differentia significat quid est,] scilicet subiectum, cuius est specifica differentia, [sed magis quale quid] est subiectum, cuius est specifica differentia, [ut gressibile, et bipes,] addit autem [magis,] quoniam non est simpliciter quale differentia. Differentia enim quae est in substantia, licet sit substantia, tamen circa substantiam quale determinat, et si ipsa non sit quale, sic nec hominis mortale est genus, nec impar trinitatis, nam impar trinitatis, mortale uero hominis differentia est specifica.

καὶ εἰ τὴν διαφορὰν εἰς τὸ γένος ἀπέδωκεν, διορίσει τὸ ἀθάνατον γένος διὰ τὴν διαφορὰν γὰρ ὅτι ζῶον τὸ ἀθάνατον. ἐπεὶ δὲ τὸ ζῶον τὰ μὲν θνητὰ, τὰ δὲ ἀθάνατα. διὸ οὐ δύναται ἀθάνατος εἶναι τὸ ζῶον. οὐδὲν γὰρ ἢ διαφορὰ γένος ἔστιν, ὅτι δὲ τὸ ζῶον, ἀλλὰ μόνον τὸ ζῶον. καθάπερ τὸ ζῶον τὸ ἀθάνατον.

LOCVS DECIMVS SEXTVS.

19 Et si differentiam in genere po-

fuit, ut speciem, ut imparem quidem numerum. Differentia enim numeri, & non species est, neque videtur participare differentia genus. Omne enim quod participat genus, aut est species, aut indiuiduum. Differentia autem neque species, neque indiuiduum est. Manifestum igitur, quoniam non participat genus differentia. quare neque impar species, sed differentia erit, quoniam non participat genus.

Hic est locus decimus sextus, quem Aristoteles accipit a differentia, sed uia subiectionis, et dicitur. [Et si differentiam in genere posuit,] cuius est diuisiva, [ut] illius [speciem,] hic peccat, quoniam male assignavit genus illius differentie, peccat igitur quatenus assignavit genus illius differentie, ut si [imparem quidem] quis dicat [numerum,] hoc est, speciem numeri, hic peccat, [differentia enim numeri, et non species est] impar, subaudi, quando accipitur de per se. nam quando ponitur cum numero uidetur species numeri. Impar enim numerus uidetur species numeri, sed impar de per se est differentia numeri diuisiva, sed specifica speciei. Secundo idem probat alia ratione, et dicit, [nec uidetur differentia participare genus, omne enim quod participat genus aut est species, aut indiuiduum] quoniam species aut indiuiduum suscipit rationem generis, et non differentia. [differentia autem neque species, neque indiuiduum est, manifestum igitur quoniam non participat genus differentia,] tunc concludit propositum, et dicit, [Quare neque impar species sed differentia numeri] erit, quoniam non participat genus] scilicet numerum ipsum, et si uis potes resolueret hunc textum ad artem prioristicam, hoc pacto, omnis species uel indiuiduum numeri participat numerum, impar non participat numerum, igitur impar non est indiuiduum, neque species numeri. Sed occur-

res, quoniam hoc quod Aristoteles dixit, e contrario est, non enim quoniam non participat in eo est differentia, sed quoniam est differentia, ideo non participat genus, notius enim est impar differentiam esse, quam non participare numerum. Alexander asserit Aristotelem, ut concessum accepisse ipsum impar esse differentiam numeri, et propterea addit, neque uidetur participare differentia genus. quoniam licet impar esse differentia numeri sit notius quam non participare numerum, tamen ex hypothesi syllogismus est. Supponitur enim ut concessum omnem speciem numeri, numerum participare, et impar non participare numerum, his enim ut concessis ab aduersario utitur.

Εἰ εἰ τὸ γένος εἰς τὸ εἶδος ἔδωκεν, διορίσει τὸ ἀθάνατον γένος διὰ τὴν διαφορὰν γὰρ ὅτι ζῶον τὸ ἀθάνατον. ἐπεὶ δὲ τὸ ζῶον τὰ μὲν θνητὰ, τὰ δὲ ἀθάνατα. διὸ οὐ δύναται ἀθάνατος εἶναι τὸ ζῶον. οὐδὲν γὰρ ἢ διαφορὰ γένος ἔστιν, ὅτι δὲ τὸ ζῶον, ἀλλὰ μόνον τὸ ζῶον. καθάπερ τὸ ζῶον τὸ ἀθάνατον.

A Ἐὰν κρᾶσις, οὐδ' ἢ ἢ τὸ ποσοῦν μεταβολῆ πᾶσα, φορητὰ. ἢ γὰρ βᾶσις, οὐδ' ἀποφορητὰ εἶναι. ἀποφορητὰ ἐπὶ τῶν ἀκουσίων ὅπου ἐκ τῶν μεταβολῶν τῶν λέγεταί, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀφύχων συμβαίνει. διὸ οὐ δύναται εἶναι τὸ ποσοῦν μεταβολῆ πᾶσα, ἀλλὰ μόνον τὸ ποσοῦν ἀποφορητὰ, ὅτι οὐ δύναται εἶναι ἀποφορητὰ.

LOCVS DECIMVS SEPTIMVS.

20 Amplius, si genus in specie posuit, ut contiguitatem idipsum quod est contiguitatem, aut misturam idipsum quod est temperamentum, aut (ut Plato definiuit) lationem secundum locum mutationem. Non enim necessarium contiguitatem contiguitatem esse, sed econuerso contiguitatem contiguitatem. Non enim omne contiguum continuatur, sed quod continuatur contiguum est. Similiter autem & in aliis. Nam neque mistura omnis temperamentum. Siccorum enim mistura non est temperamentum, neque secundum locum mutatio omnis latio. Ambulatio enim non videtur latio esse. Pene enim in iis, quae inuoluntarie locum ex loco permutant, dicitur latio, quemadmodum inanimatis accidit. Quare qui dicit lationem genus esse motus secundum locum, genus in specie ponit. Quod uero ad uerba attinet, Aristoteles dixit inuoluntarie graue & leuia, pro non uoluntarie, inanimata enim ut graua & leuia permutant locum, non quidem inuoluntarie, sed non uoluntarie, quae enim inuoluntarie mouentur, apta sunt uoluntarie moueri, ut ambulancia.

contiguitatis, cuius rationem subscribit argumentando a coniugatis, et dicitur non enim omne contiguum continuatur, sed quod continuatur subaudi omne [contiguum est.] sic igitur, quia contiguum in plus est quam continuum, sit ut contiguitas potius contiguitatis species sit, quam conuerso. deinde transt ad alia exempla, et hoc proponit, et dicit, [Similiter autem et in aliis] est ita ut diximus, et exponit se, et dicit, [Nam neque mistura omnis temperamentum] est. [siccorum enim mistura non est temperamentum.] quare qui mistura temperamentum genus dicit, sub specie ponit genus, est enim temperamentum species misturae. Deinde exponit tertium exemplum, et dicit, [Neque secundum locum mutatio omnis est latio.] in plus enim est secundum locum mutatio, quam latio, continet enim secundum locum mutatio, lationem et ambulationem, ut species diuersas, [ambulatio enim non uidetur latio esse,] cuius rationem affirmat, et dicit, [pene enim in iis quae inuoluntarie locum ex loco permutant, dicitur latio, quemadmodum inanimatis accidit.] Quare qui dicit lationem genus esse motus secundum locum, genus in specie ponit. Quod uero ad uerba attinet, Aristoteles dixit inuoluntarie graue & leuia, pro non uoluntarie, inanimata enim ut graua & leuia permutant locum, non quidem inuoluntarie, sed non uoluntarie, quae enim inuoluntarie mouentur, apta sunt uoluntarie moueri, ut ambulancia.

Ἐὰν εἰ τὴν διαφορὰν εἰς τὸ εἶδος ἔδωκεν, διορίσει τὸ ἀθάνατον γένος διὰ τὴν διαφορὰν γὰρ ὅτι ζῶον τὸ ἀθάνατον. ἐπεὶ δὲ τὸ ζῶον τὰ μὲν θνητὰ, τὰ δὲ ἀθάνατα. διὸ οὐ δύναται ἀθάνατος εἶναι τὸ ζῶον. οὐδὲν γὰρ ἢ διαφορὰ γένος ἔστιν, ὅτι δὲ τὸ ζῶον, ἀλλὰ μόνον τὸ ζῶον. καθάπερ τὸ ζῶον τὸ ἀθάνατον.

LOCVS DECIMVS OCTAVS.

21 Rursum si differentiam in specie posuit, ut immortale idipsum quod est deum. Accidit enim de aequalibus, aut pluribus quam specie dici, differentia enim semper de aequalibus, aut de pluribus quam species dicitur.

Hic est locus decimus octauus, quem accipit per comparationem differentie ad speciem, et dicitur. [Rursum si differentiam in specie posuit] etiam peccat, nam quemadmodum qui genus in specie ponit peccat ex eo quia quod in plus est, illi supponit quod est in minus, sic peccat qui differentia dat genus speciem, quoniam quod est in plus uel in aequo, illi supponit quod est in minus, uel in aequo. Peccat autem hic dupliciter. Primo, quia quod est in plus uel in aequo, assignat sub eo quod est in minus uel in aequo. Secundo, peccat in assignatione generis, quod datur illi speciei, uel illius differentie. Non enim datum genus potest esse genus speciei, quando differentia ponitur sub illius specie, quoniam oportet differentiam, qua diuiditur genus, esse uel in plus uel in aequo quam sit species, cuius est datum genus. Deinde ponit exemplum, et dicit, [ut] peccat subaudi, qui dicit [immortale idipsum quod est deum] esse, id est ut peccat, qui de immortalis predicat deum. Est enim immortale differentia, deus autem species, et in plus est immortale, si quidem non omne immortale deus, et quidem de rationali hominem, etiam peccat.

Hic est locus decimus octauus, quem accipit per comparationem differentie ad speciem, et dicitur. [Rursum si differentiam in specie posuit] etiam peccat, nam quemadmodum qui genus in specie ponit peccat ex eo quia quod in plus est, illi supponit quod est in minus, sic peccat qui differentia dat genus speciem, quoniam quod est in plus uel in aequo, illi supponit quod est in minus, uel in aequo. Peccat autem hic dupliciter. Primo, quia quod est in plus uel in aequo, assignat sub eo quod est in minus uel in aequo. Secundo, peccat in assignatione generis, quod datur illi speciei, uel illius differentie. Non enim datum genus potest esse genus speciei, quando differentia ponitur sub illius specie, quoniam oportet differentiam, qua diuiditur genus, esse uel in plus uel in aequo quam sit species, cuius est datum genus. Deinde ponit exemplum, et dicit, [ut] peccat subaudi, qui dicit [immortale idipsum quod est deum] esse, id est ut peccat, qui de immortalis predicat deum. Est enim immortale differentia, deus autem species, et in plus est immortale, si quidem non omne immortale deus, et quidem de rationali hominem, etiam peccat.

G Deinde reddit rationem eius quod dixerat, et dicit, [ac- cidit enim de equalibus aut pluribus quam speciem dici.] dixit autem haec, non quod genus equaliter aliquando cum specie dicitur, sed quoniam omne quod praedicatur de aliquo uere, aut est equaliter cum ipso, aut in plus. Si igitur aliquis praedicat speciem de differentia, diceret utique aut equaliter aut in plus esse speciem quam differentiam. Est autem non sic, nam differentia aut equaliter est cum specie de qua praedicatur, quando propria et specifica differentia speciei esset, sic pedestre specifica differentia est pedestris animalis, pedestre enim animal species animalis est, cuius differentia equalis cum ea specie est pedestre, aut est in plus, ut hominis bipes, uel rationale. Effet enim equaliter homini discipline susceptuum, si discipline susceptuum sit differentia. Sic igitur argumentum erit, omne uere praedicatum dicitur in plus uel in aequo cum eo de quo praedicatur, et hanc maiorem Aristoteles posuit, tunc dat minorem, et dicit, [Differentia enim semper de equalibus aut de pluribus quam species dicitur.] subaudi, igitur est uere praedicatum, quare non subicitur speciei. Peccat igitur qui ponit differentiam sub specie.

Sed dices syllogismus ille est in secunda figura ex utrisque affirmatiuis. Dicendum hoc esse possibile, quando maior conuertitur in terminis, ut est in casu, nam facta conuersione, syllogismus relinquatur in prima figura. Alexander addit aliam rationem, contra eos qui sub specie ponunt differentiam, argumentatur enim si de differentia species praedicatur, et de specie praedicatur genus in eo quod quid est, et de differentia genus praedicabitur in eo quod quid est, sed hoc est impossibile, non enim differentia participat genus, ergo aliqua propositio non minor, ergo maior, erit impossibilis, quae est quod differentia ponatur sub specie, uel quod species praedicetur de differentia.

Επι εἰς γένος εἰς τὸν διαφορᾶν, ὅτι τὸ χρώμα, ὅτι τὸ σῆμα, ὅτι τὸν ἀριθμὸν, ὅτι τὸν ἀριθμὸν.

LOCVS DECIMVS NONVS.

22 Insuper si genus in differentia, ut colorem, quod quidem est congregatum, aut numerum, quod quidem impar.

Hic est locus decimus nonus, quem sumit per comparationem generis ad differentiam, et dicit, [Insuper si genus] posuit ut speciem [in differentia,] siue sub differentia, ita ut genus sit species, differentia autem genus, iste sic ponens peccat, nam quod est in maius, ponit sub eo, quod est in minus. Est enim differentia in minus quam genus. Praeterea, ut dixit, loco decimo sexto, qui ponit differentiam sub genere, etiam errat, quoniam genus non in eo quod quid est de differentia praedicat. Quanto magis errabit qui genus sub differentia posuit, quadoquidem quod est in maius sub eo ponit, quod est in minus. Est autem hic locus eodem uerso positus loco decimo sexto. (ut Alexander animaduertit) tunc Aristoteles assignat exemplum, et dicit, [ut] errat, qui [color] posuit quod quidem congregatum, nam color genus est, congregatum uero differentia coloris, colorum enim alii congregati sunt, ut nigrum, alii

uero congregati uisus, ut album, [aut] etiam peccat, qui ponit [numerum quod quidem impar] id est, qui ponit numerum sub impari, nam impar numeri differentia est, cum numerorum alii pares, alii impares sunt.

καὶ εἰς γένος ὡς διαφορᾶν ἕπερ. ἔγχωρῆ γὰρ τινὰ καὶ τοιαύτως κομίσασθαι ὁμοίαν, ὅτι ἡ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, τὸν μὲν διαφορᾶν, ἢ φορῶν, τὸν δὲ τὸν διαφορᾶν μεταβολῆν.

LOCVS VIGESIMVS.

23 Et si genus ut differentiam dicit. Possibile est enim aliquem et talem suscipere positionem, ut temperantiae, misturam, differentiam, aut lationis, secundum locum mutationem.

Hic est locus uigesimalus, quem sumit per mutationem generis ad differentiam, et dicit, [Et si genus, ut differentiam dixit,] peccat, nam quod in plus de aliquo dicitur, et in eo quod quid est, praedicatur, ut diuides accipit. Deinde secundum ueriorum expositionem, Aristoteles remouet dubitationem, nam forte aliquis habere pro inopinabili genus ponit loco differentiae. Respondet, et inquit, [Possibile est enim aliquem] uirum [et] talem suscipere positionem, quasi dicat, non esse impossibile genus aliquando sumi pro differentia, cuius causam dicit Albertus, quoniam cum differentia sit generalis, cum genere locanda est. Potest enim uolabile differentia animalis esse, et sumi pro genere animi, et sic licet non sit genus, pro genere aliquando poni potest, non tamen respectu eiusdem, nam ad unum potest esse differentia, ut ad animal, ad alterum uero genus ut ad auem. Praeterea animatum potest esse genus et differentia, est differentia respectu corporis, genus uero eorum, quae uiuunt. Quare possibile est aliquem Philosophum et talem positionem suscipere respectu diuersorum, non autem respectu eiusdem, et quod non respectu eiusdem, per exemplum exponit (ut Alexander animaduertit) nam peccat, et qui misturam dicit esse differentiam temperantiae, siquidem temperantia species, mistura uero, ut dictum est, genus est, et hoc dicit [ut] peccat, qui dicit, [temperantiae misturam differentiam.] Similiter peccat qui differentiam lationis esse secundum locum mutationem dicit, nam quod in plus de aliquo dicitur, et in eo quod quid est, praedicatur, ut diuides ipsum accipit. Quare utique aliquis in quo differt ponere genus in specie, et genus ut differentiam speciei dare uideatur enim eadem, quoniam Aristoteles eisdem exemplis in utrisque utitur, haec est quaestio Alexandri, quae meo iudicio non uideatur rationalis, quoniam differentia locorum perspicua est omnibus, et nulla quaestio habet, nam qui ponit genus in specie, ponit misturam esse temperantiam, qui uero ponit genus, ut differentiam, ponit misturam differentiam temperantiae, et utroque modo dicens, peccat.

Σκεπτικὸν δὲ τὸν αὐτὸν τὸν τοιαύτων διαφορᾶν, αὐτὸν τὸν ἑκατονταεπίσημον γὰρ δι τὸν ὅσον, ἔπειτα λέγει τὸν γὰρ εἰς γένος εἰς διαφορᾶν, ὅτι λέγει ὁ αὐτὸς μὴ μεταβολῆν εἰς διαφορᾶν, οὐ τὸν δὲ ἀποδοθέντων, οὐ.

A Δι' ἐπὶ τὸν ἐπιμεινόμενον διαφορᾶν, ὅτι λέγει ὁ αὐτὸς γὰρ εἰς γένος εἰς διαφορᾶν, ὅτι λέγει ὁ αὐτὸς μεταβολῆν εἰς διαφορᾶν.

24 Inspiciendum autem omnia quae sunt huiusmodi, per eadem. Communicant enim loci, de pluribus enim genus quam differentiam oportet dici, et non participare differentiam. Sic autem assignato, neutrum eorum quae dicta sunt, possibile est accidere, nam et de paucioribus dicitur, et participabit genus differentiam.

Cum exposuisset loca, quibus patet nec genus sub differentia, nec genus loco differentiae accipi posse, nunc exponit maximas communes, quibus haec loca patent, et sunt duae maxime, quarum prima est, quod genus dicitur in plus quam differentia, secunda, quod genus non participat differentiam, hoc est, quod genus non suscipiat rationem differentiae. Aristoteles igitur primo proponit quae intendit, et dicit, [Inspiciendum autem omnia] loca, quae sunt huiusmodi, per eadem, hoc est, per easdem maximas, loca uero huiusmodi sunt, quod genus non ponatur sub differentia, quoniam est error, et quod non ponatur uice differentiae, quoniam, ut diximus, est error, dico inspicienda haec esse per easdem maximas, quoniam [loci] tales [communicant] in eisdem maximis, et exponit maximas, per quas oportet inspiciere, et arguere quae dicta sunt, et dicit, [de pluribus enim genus quam differentiam oportet dici,] haec est prima, [et] genus [non participat differentiam,] hoc est, non suscipere rationem differentiae, haec est secunda, tunc per has maximas uerificat loca praedicta, et dicit, [Sic autem assignato] scilicet genere respectu differentiae, et scilicet sit in plus quam differentia, et quod non participet differentiam, C [neutrum eorum quae dicta sunt, possibile est accidere,] quia nec accidere poterit, ut genus sit sub differentia, nec ut uice differentiae ponatur, [nam] quod ad eum horum accidet, [et] genus dicitur, de paucioribus, et genus participabit differentiam, Si enim ponatur genus sub differentia, nemo dubitat ea accidere, statim enim sequitur si genus ponitur sub differentia, quod sit illius species, igitur de paucioribus quam differentia praedicatur, sequitur etiam quod illius rationem suscipiat, quoniam semper quod ponitur, ut species alicuius participat illud, et illius rationem, sub quo ut species ponitur, sed quare, quo modo si uice differentiae genus ponetur sequitur genus de paucioribus dici quam differentiam, et differentiam participare. Dicendum haec sequi, quoniam si genus ponitur uice differentiae, ponetur ut diuisuum, ueluti qui dicit colorem differentiam congregatiui, hic enim statim dicit genus in minus quam differentiam, color enim in minus quam congregatum facit. Amplius si genus nunc est temperantiae, mistura uero differentia eius, quoniam temperantia in minus est quam mistura, erit in minus genus quam differentia. Amplius quoniam mistura in eo quod quid est praedicatur de temperantia, et pariter mistura est differentia temperantiae, participabit ge-

mus differentiam, quia participabit mistura temperantiam, cuius est differentia, sic Alexander deducit locum hunc. Melius autem dicerem non esse dubium, quando genus ponitur uice differentiae, quod sit in minus, quando enim color ponetur uice differentiae eius quod est congregatum, manifestum est quoniam est in minus. Similiter quando mistura ponetur uice differentiae temperantiae, et motus secundum locum uice differentiae lationis, in omnibus enim his patet genus esse in minus, sed quo modo participabit color, si uice differentiae ponetur, eius, quod est congregatum, ipsum congregatum, et mistura temperantiam, et motus secundum locum lationis, non est clarum. Potest autem dici quod cum color ponitur uice differentiae congregatiui, non est uerum illius differentia, non enim quod est uice talis, est tale uere. Et si ponitur uice differentiae, erit species, nam species uice differentiae ponitur sub genere, et color erit species congregatiui, tunc participabit illud, hoc pacto mihi uidetur, quod si tibi aliter appareat, placebit.

Πάλιν ἐπιμεινόμενα διαφορᾶν κατηγορητῶν τῶν γένους καὶ ἀποδοθέντων εἰς ὅσον, ὅτι τὸ γένος κατηγορητῶν εἰς ὅσον, οὐ τὸν διαφορᾶν, οὐ τὸν ἀριθμὸν κατηγορητῶν, ὅτι τὸν ἀριθμὸν εἰς ὅσον.

LOCVS VIGESIMVS PRIMVS.

25 Amplius, si nulla generis differentia praedicatur de assignata specie, nec genus praedicabitur, ut de anima neque impar, neque par praedicatur, quare neque numerus.

Hic est locus uigesimalus primus, quem accipit ab inspectione plurium differentiarum, quibus diuiditur genus, et asserit quando dabitur aliquod genus alicuius, querendum est quae differentiarum dati generis diuisuarum praedicatur de eo, quod ponitur ut species, si enim nulla differentia dati generis praedicaretur de eo quod positum est ut species, quod datum est ut genus, non erit genus, unde dicit, [Amplius si nulla generis differentia praedicatur de assignata specie, nec genus praedicabitur,] quare datum genus non erit genus, quoniam enim ex genere diuisio secundum differentiam sit specierum illius generatio, manifestum quoniam omnis species alicuius generis habet aliquam differentiam, alicuius et definitio ex genere et differentia est, ut est hominis animal genus, et propterea rationale et mortale animalis differentiae existentes praedicantur de homine, quot enim praedicati differentiae, tot (ut dixit in praedicamentis) et subiecti eorum, generis enim differentiae in subiectis generis omnibus sunt, alia uidelicet in aliis, secundum quas specificatur unumquodque eorum quae sunt sub ipso, Quare recte dicit non esse genus datum genus alicuius, si nulla species de illo praedicatur, et ponit exemplum, et dicit, [ut de anima neque impar, neque par praedicatur, quare neque numerus,] (ut Plato inquit) praedicabitur de anima, non strabitur enim quoniam numerus non est animae generis, nam nulla numeri differentia praedicabitur de anima.

Differentia enim numeri sunt par et impar, quorum neutrum de anima predicatur, sic monstrabitur quomodo mundus non est animal, nec astrorum aliquid, quoniam nulla animalis differentia predicatur de mundo, nec de astrorum aliquid, neque enim volatilis, neque aquatilis, neque terreste, quae sunt animalis differentiae, de eis predicatur, neque de eis predicatur generale, uel sensitiuum, quae sunt aliae differentiae animalis. Aequiuoce enim diuina cum istis animalia sunt, est enim illorum uita alterius rationis, sic monstratur quoniam nec animus est motus, quoniam differentiae quidem motus sunt uelox et tardum, quae de animo haud quaquam predicantur, et quoniam differentiae motus nec de uoluptate predicantur, fit ut motus non sit uoluptatis genus, sic monstratur quoniam uitas non est quantum, quoniam nec continuum nec discretum de uitate predicantur. Et licet Aristoteles locum hunc destructiuum fecerit, potest, (ut inquit Alexander) constructiuus esse, nam si aliqua differentia dati generis uidentur de subiecto predicari, statim sequitur ut illud subiectum sit species dati generis, quare datum genus erit genus assignatae speciei. Non oportet autem intelligere differentiam predicari de specie in eo quod quid est, quonia monstratur superius nulla differentiam predicari in eo quod quid est de aliquibus existentibus sub genere, quando differentia per se accipitur, nec aliquid existens sub genere aut genus ipsum de ipsa differentia. Haec licet Alexander dicat, ex his quae superius diximus, patet.

ΕΤΙ ΕΙ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΦΙΣΕΙ Δ' ΕΙΔ' ΟΥ, ΚΑΙ ΣΩΩΝΟΥΣΕ Τ' ΕΙΝ' ΟΥ Δ' ΟΥΚ ΕΙ ΓΑΡ Δ' ΕΙΝ' ΟΥΤΙΟΝ.

LOCVS XXII. ET XXIII.

26 Amplius, si prius natura species, & simul interimit genus, videtur enim contrarium.

Hic textus potest exponi uno modo, quod hic Aristoteles ponat uigesimum secundum locum tantum, quae accipit ab ordine generis ad speciem, et sic lege sic, [Amplius si] assignata [species] fuerit [prius natura] dato de ea genere, [et] pro ita, ut ea interempta [simul interimat] genus, [et] quando sic data species ad datum de ipsa genus se habuerit, intermedium est problema, cuius rationem dicit, [Videtur enim] inquit [contrarium], est enim genus natura specie prius, quo uidelicet interempto species interimitur, hoc pacto Alexander exponit. Asserit enim hunc locum perspicuum esse, est enim manifestum genera naturae priora suis speciebus: genera enim cum destruitur, species destruitur: contrario uero species non destruit genera. Quare si postea species destruit id, quod ut genus datum est, non erit illius species, sic nec mixtura temperantia est genus, nec latio motus secundum locum, nec contigitus continuitatis, nec ictus strepitus, nam destructo motu secundum locum destruitur et latio, sed motus secundum locum non destruitur destructa latio. Et dicit Alexander hunc locum potentia eundem esse cum loco decimo septimo. [Amplius si] genus in specie posuit, differunt autem additione illius uerbi, et simul interimit genus, quod non ponebat in loco decimo septimo. Est autem hic locus solum destructiuus, et nullo pacto constructiuus, non enim

si aliqua natura prius aliquo est, erit illius genus, sic subiecta enim ceteris generibus prius natura est, et tamen non est genus illorum. Insuper uitas omni numero prior natura est, non tamen est genus numerorum. Ad haec uel getatua anima prior natura est ceteris animabus, non tamen est earum genus. haec est una expositio textus. potest etiam exponi resoluendo uerba Aristotelis in duos locos, quorum primus est ab ordine generis ad speciem, secundus uero est ab interitu, nam si aliquid assignatur pro specie alicuius dati generis, considerandum est, utrum corrupto eo quod assignatur pro specie, interimitur et id, cuius assignatur species, nam si sic, problema est intermedium, ponitur autem locus secundus ibi, [et] simul interimit. Alexander tamen exponit primo modo.

ΕΤΙ ΕΙ ΔΙΔΕΧΕΤΑΙ ΑΠΟΛΠΕΡ ΤΟ ΕΙΡΜΟΛΟΓΟΝ ΓΕΝΟΥΣ Η ΤΙΝΩ ΔΙΑΦΟΡΑ Π ΔΙΟΥ ΨΥΧΗΝ, Δ ΚΑΝΘΕΩΣ, Η Δ' Ο ΖΩΟΝ ΤΟ ΑΛΗΘΕΣ ΚΑΙ ΨΕΥΔΟΣ, ΟΥΚ ΑΡΕΙΝ ΤΩΝ ΕΙΡΜΟΛΟΓΩΝ ΟΙΔ' ΕΤΕΡΩΝ ΓΕΝΟΥΣ, ΟΙΔΕ ΔΙΑΦΟΡΑ Δ ΟΥΚ ΕΙ ΖΩΟ ΤΟ ΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ Η ΔΙΑΦΟΡΑ ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΣΕΙΣ ΕΩΣ ΑΥΤΗ ΤΟ ΕΙΔΟΣ.

LOCVS VIGESIMVS QVARTVS.

27 Insuper si contingit relinquere dictum genus, vel differentiam (ut animam moueri, vel opinionem uerum & falsum) neutrum erit dictorum genus, vel differentia. Videtur enim genus & differentia sequi, quando fuerit species.

Hic est locus uigesimus quartus qui accipitur a necessaria consecutione generis, uel differentiae ad speciem. Est enim peculiaris proprietates generis et differentiae, ut ne separabiles sunt a specie. accipiuntur enim in cuiusque speciei substantia, cum definitio ex his constat. et quonia quae accipiuntur in substantia atque definitione alicuius, ab eo inseparabilia sunt, ideo si dabitur aliquid, ut genus alicuius, uel differentia, et contingit ipsum ab eo separari, cuius datur genus uel differentia, quod datur ut genus, non erit genus, nec quod datur ut differentia, erit differentia, unde dicit, [insuper si] dictum genus, uel datum differentia contingit relinquere, id, cuius assignatur ut genus, uel ut differentia, subaudi, non erit genus, nec differentia illius. Et ponit exemplum, [ut] subaudi, si contingit [noueri] de relinquere [animam], non erit motus genus, nec differentia anima, sicuti putant dicentes animam esse substantia per se motam, nam contingit ipsam esse sine motu, quoniam per accidens mouetur, corpore cuius est anima, moto: sed cum corpus quiescit, patet nec animam moueri. Ponit secundum exemplum, et dicit, [uel] si [opinionem] de relinquat [uerum et falsum], non erunt uerum et falsum, nec genus nec differentia opinionis, propterea subdit [neutrum erit dictorum genus uel differentia] quoniam nec motus anima, nec uerum et falsum opinionis. Videtur autem futurorum opinio talis esse, quoniam opinio futurorum neutrum eorum habet determinate. Sic nec graue et leue corporis sunt differentiae, quoniam contingit corpus esse, et neutrum horum habere. Deinde ponit maximam, in qua locus firmatur, et dicit,

A [Videtur enim genus et differentia sequi] necessario speciem [quandiu fuerit species]. Quare cum aliquid assignatum pro genere uel pro differentia, necessario non sequitur illud, cuius assignabitur pro genere uel differentia, non erit illius genus, nec differentia.

ΣΚΟΠΕΤ ΔΕ ΚΑΙ ΕΤΙ Δ' ΕΡ ΓΕΝΑ ΚΑΙ ΜΟΡΟΝ ΜΑΤΕΧΑ ΤΙΝΟΣ ΕΝΟΥΤΙΟΥ ΤΩ ΓΕΝΕ, Η ΕΝΔΕΧΕΤΑΙ ΜΑΤΕΧΕΡ. Δ ΖΩΟΝ ΑΥΤΟ ΤΩΝ ΕΝΟΥΤΙΩΝ ΑΜΑ ΜΕΘΕΞΑΙ ΕΤΩΦ' Η ΤΟ ΠΛΗΡΕΣ ΟΥΔ' ΕΠΩΠΕ ΑΠΟΛΙΠΑ, ΜΑΤΕΧΑ ΔΕ ΚΑΙ ΤΟΥ ΕΝΟΥΤΙΟΥ, Η ΕΝΔΕΧΕΤΑΙ ΜΑΤΕΧΕΡ.

LOCVS VIGESIMVS MVS QVINTVS.

28 Inspectendum autem & si quod in genere positum est participat alicuius quod contrarium generi, aut contingit participare. Idem enim simul contraria participabit, quoniam ipsum genus quidem nunquam relinquit, participat autem & contrarium, aut contingit participare.

Hic est locus uigesimus quintus, quem accipit a comparatione contrarii eius generis, quod assignatur, cuius locus praecipuus est, si aliquid assignatur generi alicuius, inspicendum est si dati generis species potest participare contrarium dati generis: nam si sic, non erit genus quod positum est pro genere. Si enim erit genus, idem simul contraria participabit, eo quod species dati generis nunquam amittit suum genus, quare si participabit contrarium illius dati generis, simul participabit contraria, quia genus et contrarium dati generis. Aristoteles igitur primo ponit locum praecipuum, et dicit, [inspicendum autem], quando aliquid assignatur generi alicuius, [et] si quod in genere [dato] positum est, [ut] species, [participat, aut contingit participare] aliquid contrarium generi [dato], nam si subiectum datum, ut species potest recipere contrarium dati generis, datum genus non erit eius subiecti assignati ut species, uere genus, deinde probat locum deducendo ad impossibile, et dicit, Si subiectum dati generis potest participare contrarium illius generis, [idem enim simul contraria participabit], deinde deducit consequentiam sumendo maximam propositionem, et dicit, [quoniam] species [ipsum] genus nunquam relinquit, donec est species, quia semper genus speciem sequitur, donec est species, et go si datum genus est genus, data species semper participabit illud, et nunquam ipsum relinquet, [participat autem] per te [et] contrarium, aut contingit participare. Igitur data species participabit contraria, uidelicet datum genus, quia tu ponis illud esse genus, et contrarium dati generis, quia tu ponis contrarium dati generis speciem participare, quod cum sit impossibile, erit impossibile datum genus esse in ipso possibili. Sic monstrabitur necessarium non esse in ipso possibile, ut in genere, quoniam et necessarium participat et impossibile, quod contrarium est possibile, quod enim est necessarium non esse, impossibile est esse. Sic etiam monstrabitur quoniam generatio non est in congregatione ut in

genere, quoniam aliqua generatio participat se genere generationem quae est contraria congregationi, ut mutatio corporum corporum ad tenuiora est generatio, quae tamen se-gregatio est, sic etiam monstrabitur quod amor non sit in amare ut in genere, quoniam et odio aliquando amantur se habent. Sic etiam monstrabitur quod tyrannis non sit in bono, ut genere, quoniam tyrannis participat malum, ut iniustum, quod est malum.

ΕΤΙ ΕΙ ΤΙΝΟΥ ΚΟΙΝΩΝ ΕΙΔΟΣ, Δ Δ' ΟΥΝΑΤΟΝ ΕΛΛΟΣ ΕΠ' ΑΡΧΕΡ ΤΟ ΓΕΝΟΥΣ. ΔΙΟΥ ΕΙ Η ΨΥΧΗ Η ΖΩΩΣ ΚΟΙΝΩΝ ΕΙ ΤΩΝ Δ' ΑΡΘΜΩΝ ΜΑΤΕΧΑ Δ' ΑΥΑΤΩΝ ΖΗΡ, ΟΥΚ ΑΡΕΙΝ ΕΙ Δ' ΟΥ ΑΣΘΜΩ Η ΨΥΧΗ.

LOCVS VIGESIMVS SEXTVS.

29 Insuper si quippiam comunicat species, quod impossibile est omnino inesse iis quae sunt sub genere, ut si anima uitae comunicat, numero rum autem nullum possibile est uiuere, non erit species numeri anima.

Hic est locus uigesimus sextus quem accipit ab eo quod comunicatur speciei, et dicit, [insuper si] quippiam comunicat [id est] participat [species], ut exponit Alexander, qui comunicat, pro participat exponit, quod impossibile est omnino inesse iis, quae sunt sub genere [dato], datum genus non erit genus datae speciei, nam genus (ut Alexander inquit) eorum omnium receptiuum est, quae speciebus insunt. Deinde ponit exemplum, et dicit, [ut si] anima uitae comunicat [hoc est], uitam participat, [numerosorum autem] nullum possibile est uiuere, non erit species numeri anima. sic etiam monstrabitur quod nec scientia uirtutis sit genus, siquidem uirtus opus participat, uirtutis enim operatiua sunt, et scientia nulla operatiua est.

Sed occurres, quoniam risibile nulli eorum quae sub genere animalis sunt inest, et tamen animal est genus hominis. Haec est dubitatio Alexandri. Dicendum, locum hunc hortari ut uniuersaliter inspiciantur ea quae insunt speciei, non quae propria sunt speciei, nam quando quae uniuersaliter insunt speciei, nulli eorum insunt quae sunt sub dato genere, genus datum non est genus.

ΣΚΕΠΤΕΟΝ ΔΕ ΚΑΙ ΕΙ ΔΙΜΩΝ ΜΟΡ Δ' ΕΙΔΟΣ ΚΑΙ ΓΕΝΟΣ, ΣΟΙΧΕΙΩΣ ΧΡΩΜΑΤΩΝ ΤΩΝ ΕΙΡΜΟΛΟΓΩΝ, ΚΑΙ Δ' ΔΙΜΩΝ ΜΟΡ, ΣΩΩΝΟΥ ΜΟΡ ΚΑΙ Δ' ΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΤΟ ΕΙΔΟΣ.

LOCVS VIGESIMVS SEPTIMVS.

30 Considerandum autem si equiuoca sit species generi, elementis uten ti iis quae dicta sunt ad aequiuocum, uniuocum enim genus & species.

Hic est locus uigesimus septimus, quae accipit ab aequiuocatione dati generis, et dicit, [Considerandum autem, si] equiuoca sit species generi [id est], quando assignatur aliquid quod ut genus alicuius subiecti, considerandum si data species sit aequiuoca dato generi, sic (ut Alexander exponit) aequiuoca, ut genus non predicatur de data specie uiuocae secundum eandem rationem, et idem nomen, nam

G si sic, datum genus non erit genus. Oportet enim genera de speciebus uniuoce predicari, recipereque species generum rationes. Addit haec esse considerandum [menti uis que dicta sunt ad equiuocum,] ut [elementis] et principis dixit, [que dicta sunt ad equiuocum.] scilicet in definitione equiuoci, dictum est [enim] ibi [uniuocum genus et species] esse. aut dixit, [que dicta sunt ad equiuocum] scilicet in primo huius, ubi data sunt loca ad inuentionem, atque cognitionem equiuocorum, que Alexander hic enumerat. sic monstrabitur quod color non sit genus uocati in melodia coloris. nam color equiuoce dicitur de eo, et de aliis coloribus. sic etiam monstrabitur nigrum colorem non esse genus atramenti, quo scribitur, quoniam de eo et aliis nigris dicitur. Sic insuper monstrabitur ens non esse genus substantie. dicitur enim de substantia, et de ceteris predicamentis equiuoce.

Επειδὴ γένους πῶτος εἶδος κλειώσκατω ἐπὶ, εἰ μὴ εὐλόγηται ἐν τῶν εἰδῶν ἐν τῶν εἰρημύλου γένους, εἰ γὰρ μὴ εἶδος, εἰ δὲ ἴσοι οὐκ εἶναι γένος ὄλως εἰρημύλου.

H LOCVS VIGESIMVS OCTAVVS.

31 Quoniam autem omnis generis plures species sunt, considerandum si non contingit alteram speciem esse dicti generis. nam si non est, manifestum quoniam non erit genus omnino, quod dictum est.

Hic est locus vigesimo octauus qui accipitur ab unitate speciei, unde dicit, [Quoniam autem omnis generis plures species sunt,] nam genus est quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quid est predicatur. [Considerandum si dati generis non contingit alteram speciem esse] prater eam que assignata est. [nam si non est] species prater assignatam in dato genere. [manifestum quoniam non erit genus omnino quod dictum est] esse genus. sic monstrabitur longitudo non esse genus lineae, contra eos qui dicunt lineam esse longitudinem sine latitudine. non enim est alia longitudo prater lineam. Superficies enim longitudinem quidem habet, non est tamen longitudo, sed est ex longitudine. et latitudine. Recte autem monet Albertus non esse ita de genere dicendum, ut de specie. nam species esse potest, cuius non est plus quam unum individuum, ut cum illud constat ex tota materia, ut de mundo dicit Aristoteles cuius nullum aliud individuum est prater hunc mundum. ratio autem, quoniam definitio speciei non est ut predicetur de pluribus, sed ut sit sub genere, et ut de ea genus uniuoce predicetur. At generis de finitio est, ut predicetur de pluribus speciebus.

Σκοπεῖν δὲ ἡδὲ ἐν τῷ μεταφορᾷ λεγόμενον, ὅτι γένος ἀποδίδωκεν. εἶον τὴν σωφροσύνην συμφωνίαν. τὰ γὰρ γένος, κυρίως ἢ τῶν εἰδῶν κατὰ γένος εἶται. ἢ δὲ συμφωνία ἢ εἰς σωφροσύνης, οὐ κυρίως. ἀλλὰ ἢ μεταφορᾷ. τὰ γὰρ συμφωνία, εἰς φθόγους.

LOCVS VIGESIMVS NONVS.

32 Considerandum etiam est, si quod translative dictum est, ut genus assignauit, ut temperantiam consonantiam. Nam omne genus proprie de speciebus predicatur: consonantia vero de temperantia non proprie, sed translative. Omnis enim consonantia in sonis.

Hic est locus uigesimus nonus quem accipit a modo predicandi secundum metaphoram, siue a translative predicacione, et dicit, [Considerandum etiam est, si quod translative dictum est, ut genus assignauit,] nam si effectus dictum, non effectus utique genus: quoniam genus proprie et in eo quod quid est predicatur. Quod uero translative dicitur, nec proprie, nec in eo quod quid est, predicatur. Huius exemplum assignat, et dicit, [ut temperantiam consonantiam,] hoc est uelut errat, qui consonantiam genus temperantiae dicit, ut Socrates. Quod uero sic dicens errat, exponit et inquit, [Nam omne genus proprie,] et in eo quod quid est [de speciebus predicatur: consonantia uero de temperantia non proprie,] nec in eo quod quid est, sed translative predicatur. [Omnis enim consonantia in sonis est,] temperantiam uero in uoluptatis et concupiscentiis. Alexander assignat secundam rationem, eo quia qui consonantiam genus temperantiae dicunt, non ex eadem diuisione atque eodem predicamento speciem et genus accipiunt. nam temperantia quidem est qualitas, cum sit habitus, consonantia uero aliquid, est enim aliquorum. Quod uero ad uerba attinet, uerbum temperantiam Graece est σωφροσύνη, latine etiam modestiam. Est autem temperantia uirtus moralis, qua concupiscentias que pertinent ad tactum, et ad gustum (ut Aristoteles inquit) moderatur. modestia uero uirtus est, qua fere omnes actus, qui deturpant uitam, coercemus. utraque uirtus translative ponitur consonantia, uere autem haudquam. Nam consonantia est grauium et acutorum phithonogorum emodulata uoculatio, cuius species sunt diatessaon, diatente, diatessaon, disdiatessaon, ut in musicis agnoscuntur.

Επιεῖν δὲ εὐαντίου τινὶ εἶδος, σκοπεῖν. εἰ δὲ τῶν λεοναχῶς ἢ σκέψις. πρῶτον μὲν εἰς τὸ εὐαντίου γένος, ἡδὲ εἰς τὸ εὐαντίου, μὴ οὐτὸ εὐαντίου γένος. Δεῖ γὰρ τὰ εὐαντία εἶναι τῶν γένων εἰναι. ἀπὸ μὲν εὐαντίου τῶν γένων ἢ.

LOCVS TRIGESIMVS.

33 Insuper si sit contrarium alicui species, considerandum. Est autem multipliciter consideratio, primum quidem si in eodem genere & contrarium, cum non sit contrarium generi. Oportet enim contraria in eodem genere esse, si nihil contrarium generi sit.

A Hic est locus trigessimus et quid destructiuus, que accipit a contrariis, cuius locus preceptus est, si species alicuius dati generis habet contrarium, datum uero genus non, considerandum si contrarium date speciei sit in eius dato genere: quoniam si non fuerit in eius dato genere, interimitur problema. nam haec est maxima, contraria sunt que sunt in eodem genere, quando genus non habet contrarium, unde dicit, [Insuper si species] alicuius dati generis [sit alicui contrarium, considerandum est autem multipliciter consideratio,] et plures locorum occassiones est accipere. nam et contrarium multiplex est, ut postea patebit. uerbum [autem], ut mihi uidetur, non aduersative, sed casualiter tenetur: quoniam Aristoteles redit causam, cur si species sit alicui contrarium, sit opus consideratione. Tunc explicat primum locum destructiuum qui accipitur a contrariis, et dicit, [Primum quidem si in eodem genere et contrarium] date speciei sit, [cum] tale speciei contrarium [non sit generi contrarium]. Est igitur primum considerandum, quando species est contrarium alicui, quod non est dato generi contrarium, utrum tale contrarium sit in eodem dato genere, in quo est data species, quoniam si non fuerit in eodem dato genere, problema interimitur, quia quod dabatur pro genere date speciei, non est genere. deinde ponit rationem et maximam, et dicit, [Oportet enim contraria in eodem genere esse,] quando species est alicui contrarium, [si nihil contrarium generi] dato [sit].] quare si contrarium speciei non est in eodem dato genere cum specie, quod dabatur pro genere non est genus. Quod uero ad uerba attinet dicit, [Oportet enim contraria in eodem genere esse, si nihil contrarium generi sit.] quoniam contraria aut sunt in eodem genere, aut in contrariis generibus, aut ipsa genera contrariorum: et quia species data, et speciei contrarium non sunt genera contraria, nec in contrariis generibus, alioquin generi esset aliquid contrarium, quod non supponitur. Supponitur enim maxima quod nihil generi contrarium sit: relinquunt igitur contrarium date speciei in eodem esse genere, et sic patet maxima. Quare si contrarium speciei date non erit in eodem genere quod dabatur pro genere illius speciei, non erit autem in quo enim est album, in illo et nigrum est, ambo enim in colore sunt, cum nihil colori contrarium sit. Similiter quoniam impar in numero contrarium, et par etiam in numero est, per hoc monstraret aliquis utique amicitiam non esse sub genere scilicet sub simili more, ut in genere, quoniam inimicitia contrarium amicitiae non est sub simili more, ut in genere.

Οὐτὸ δὲ εὐαντίου γένος, σκοπεῖν. εἰ τὸ εὐαντίου γένος εἰναι, οὐδὲ εἰς τὸ εὐαντίου τῶν εἰδῶν εἶναι, οὐδὲ εἰς τὸ εὐαντίου τῶν εἰδῶν εἶναι. φανερόν δὲ τῶν εἰδῶν, ἀλλὰ εἰς τὸ εὐαντίου γένος.

LOCVS XXXI.

34 Cum autem est contrarium generi, considerandum si contrarium in contrario est. necesse est enim contrarium in contrario esse, si sit contrarium quidem generi. Manifestum

autem est unumquodque eorum per inductionem.

Cum assignasset trigessimum locum supponendo speciem datum esse alicui contrarium, et generi nihil, nunc assignat trigessimum primum locum, supponendo generi date speciei esse aliquid contrarium. Dixit enim superior multiplicem esse considerationem, quando species data est alicui contrarium, ergo cum assignasset primum modum considerandi, qui erat supponendo generi nihil esse contrarium, nunc assignat secundum modum, in quo supponit generi date speciei esse aliquid contrarium, in modo, ut uiores dicunt, in hoc secundo modo Aristoteles supponit non solum datum speciem esse alicui contrarium, sed datum genus, cuius locus preceptus est, si tam datum genus, quam data species habent contrarium, considerandum si contrarium speciei sit in contrario genere, quia si non, interimitur problema, unde dicit, [Cum autem est contrarium generis,] et subaudi contrarium acceptae speciei, ut Alexander supplicuit, [considerandum si contrarium] acceptae speciei sub contrario est] genere, quoniam si non, interimendum est problema. Deinde assignando rationem, ponit maximam, et dicit, [Necesse est enim contrarium] date speciei [in contrario esse] accepti generis, [si sit contrarium quidem] aliquid ipsi generi. et subaudi speciei, oportet enim contraria sub eodem genere esse, si nihil generi sit contrarium: sub contrariis uero generibus, si fuerit etiam generi aliquid contrarium. Non enim possunt contraria adinueniri sub eodem esse genere, si genera contrarietatem habuerint. sic iustitia in uirtute est ut in genere, quoniam et iniustitia existens ipsi contraria in uitio est, quod est uirtuti contrarium. sic monstraretur incontinentia non esse uitium, quoniam eius contrarium continentia scilicet, nec sub uitio est, nec sub contrario uitii, scilicet in uirtute. non enim est uirtus continentia ob turpes concupiscentias, quas continens habet, sic monstraretur etiam uirtus non esse in scientia, quoniam nec uitium est in ignorantia. et quia accipit duo, et quod contrarium speciei, quando genus nihil habet contrarium, sit in eodem genere: et quod contrarium speciei quando genus habet contrarium, sit in contrario genere, quorum nullum aliter probauerat, ideo subdit, [Manifestum autem est unumquodque eorum,] quae sine probatione assumpta sunt, [per inductionem,] si quis enim in omnibus uoluerit inducere, inueniet ita esse.

Πάλιν εἰ δὲ ὄλως ἐπὶ μὲν γένος εἶναι τῶν εἰδῶν εὐαντίου, ἀλλὰ εἰς γένος, εἰ δὲ τὸ ἀγαθόν. εἰ γὰρ τῶν εἰδῶν εἶναι γένος, οὐδὲ εἰς τὸ εὐαντίου τῶν εἰδῶν εἶναι, ἀλλὰ εἰς γένος, καὶ ἀπὸ ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν ἡδὲ τῶν κακῶν συμβαίνει. οὐδὲ ἐπὶ τῶν εἰδῶν εἶναι γένος, ἀλλὰ εἰς κατὰ τῶν εἰδῶν γένος.

LOCVS XXXII.

35 Rursum si omnino in nullo genere, quod speciei est contrarium, sed ipsum genus, ut bonum, nam si hoc non in genere, nec contrarium hu-





horum, et mediorum colorum omnium. Similiter sapor genis existens contrariorum dulcis et amari, et eorum que sunt in medio genis est.

Εὐσάφης δὲ ἢ μὲν ἐν δ' αἰῶνι ὑπερβολῆς, ἢ ὑποκατὰ γένεα. ἢ ὑποκατὰ γένεα ἢ κατὰ γένεα. τὸ δὲ μέγιστον, ἀνά μέτρον ὅριον, οὐκ ἐστὶ κατὰ γένεα, ἢ ὑποκατὰ γένεα.

INSTANTIA.

40 Instantia, quoniam defectus quidem & superabundantia in eodem genere, (in malo enim ambo) medicre autem (cum sit medium horum) non in malo, sed in bono est.

Contra hunc locum affert instantiam, et dicit, [Instantia] subaudi, est contra locum presentem, [quoniam] in moribus virtutibus defectus quidem, et superabundantia, sive excessus, contrarii existentes adinvicem, [in eodem genere] sunt, [in malo enim] hoc est, in vitio [antibo] sunt. [Medicre autem, cum sit medium horum, non in malo, sed in bono] hoc est, in virtute, ut in genere est. Aristoteles non soluit instantiam, vel quia vult in talibus locum pati exceptionem, vel (ut Alexander inquit) quia in loco Aristoteles accepit medium secundum permissionem extremorum, tale enim necesse est in eodem genere esse cum extremis. et virtus non est sic malorum medium, dicitur enim medium equivoce, dicitur enim et in cirulo medium centrum, et in syllogismo dicitur medium, quod inter terminos est medium. Præterea, ut Alexander inquit, in presenti loco suppositum fuit, quando nihil generi contrarium fuerit, modo vitio sive malo, quod est genus defectus et excessus, contrarium est virtus siue bonum, quare instantia non est ad propositum.

Σκοπέει δὲ ἡγοῦν ἐν τῷ μὲν γένει ἐναυτίου τι. ἢ δὲ ἐν τῷ μὲν ἐν τῷ γένει ἐναυτίου τι. ἢ δὲ ἐν τῷ μὲν ἐν τῷ γένει ἐναυτίου τι. καὶ ἀπὸ ἀρετῆς ἢ κακίας. ἢ δὲ ἐν τῷ μὲν ἐν τῷ γένει ἐναυτίου τι. καὶ ἀπὸ ἀρετῆς ἢ κακίας. ἢ δὲ ἐν τῷ μὲν ἐν τῷ γένει ἐναυτίου τι. καὶ ἀπὸ ἀρετῆς ἢ κακίας.

LOCVS XXXVI.

41 Considerandum etiam, si genus quidem contrarium est alicui, species autem nulli. Nam si genus est contrarium alicui, & species, quemadmodum virtus & vitium, & iustitia & iniustitia. Similiter autem & in aliis consideranti manifestum videtur esse huiusmodi.

Hic est locus trigessimus sextus, quem sumit a contrario generi. hortatur enim per ipsum considerare si est aliquod contrarium ei quod ponitur ut genus, et speciei non, quoniam si sic, quod datur ut genus, non erit genus, unde dicit, [Considerandum etiam, si genus quidem contrarium est alicui, species autem,] quæ datur in eo genere, [nulli] est contrarium, sic enim problema

erit interimendum, quia datum ut genus, non erit genus. Deinde assignando rationem loci, ponit probabile, quæ dicitur maxima, et dicit, [Nam si genus est contrarium alicui, et species] oportet ut sit contrarium alicui. Quare per locum a contrario, si genus sit contrarium alicui, et species nulli, quod datur ut genus, non erit genus. Deinde declarat maximam per exemplum, et dicit, [quemadmodum virtus et vitium], quia contraria sunt, et generis et iniustitia. Contraria erunt, et species. [Similiter autem et in aliis] generibus et speciebus [consideranti manifestum esse videtur huiusmodi] probabile quod dicitur maxima. In omnibus enim si genus fuerit alicui contrarium, oportet ut species illius sit contraria alicui, sed (ut Alexander inquit) non e converso, possunt enim contraria sub eodem genere esse, sic igitur quoniam harmonia quidem in consonantia est contraria, anima autem nihil est contrarium, non erit harmonia genus animæ, ut Plato argumentatus est in Phædone contra Empedoclem. Eodem loco monstraret utique aliquis principium non esse genus elementi. Principio enim contrarium est finis, elementum autem nihil est contrarium. Sic etiam monstraret nec uacuum genus esse loci, si quidem uacuo plenum est contrarium, loco autem nihil contrarium.

Εὐσάφης δὲ ἢ μὲν ἐν δ' αἰῶνι ὑπερβολῆς, ἢ ὑποκατὰ γένεα. ἢ ὑποκατὰ γένεα ἢ κατὰ γένεα. τὸ δὲ μέγιστον, ἀνά μέτρον ὅριον, οὐκ ἐστὶ κατὰ γένεα, ἢ ὑποκατὰ γένεα.

INSTANTIA.

42 Instantia in sanitate & egritudine ne est, simpliciter enim sanitas egritudine contraria est, aliqua autem egritudo existens species egritudinis, nulli contraria est, ut febris & ophthalmia, & vnaquæque aliarum.

Instantia affert ad locum, et dicit, [Instantia in sanitate et egritudine est] que sunt genera contraria, [sanitas enim simpliciter] scilicet in genere considerata [egritudini] in genere considerata [contraria est, aliqua autem egritudo existens species egritudinis, nulli contraria est, ut febris] que est species egritudinis, nulli speciei sanitatis contraria est. [et ophthalmia,] que egritudo oculorum et species egritudinis, nulli sanitati contraria est. [et unaquæque aliarum] specierum egritudinis, nulli speciei sanitatis contraria reperitur, ut peripleumonia, que est species egritudinis in pulmone, nulli sanitati contraria est. Adenolphus in commentariis huius loci, dicit locum esse intelligendum si gratia habente contrarium, data species, nec secundum se, nec secundum genus suum, habeat datum genus non esse genus, et sic intelligit locum. Anonymus topicorum interpretatur, dicit sanitatem et egritudinem non esse genera, et sic vult instantiam non esse ad propositum, sed hæc expositiones friuolæ videntur, prima quidem, quoniam Aristoteles (ut superius exposuit Alexander) intelligit de propriis contrariis, et ita sic intelligit hic, non enim potest esse genus alicuius speciei,

A si ipsum habuerit proprium contrarium, species vero non habuerit proprium contrarium, et quod ita intelligat Aristoteles exemplum quod affert demonstrat, dicit enim quia virtus habet vitium pro proprio contrario, ideo iniustitia habet iustitiam pro proprio contrario.

Secunda vero etiam friuola videtur, quoniam nemo dubitat sanitatem esse genus omnium sanitarum, ut sanitatis in eopositione, in complexione, et in unitate, et egritudinem esse genus omnium egritudinum, ut egritudinis in complexione, in compositione, et in unitate.

Præterea, quis dubitat febrem esse speciem omnium febrium, et ophthalmiam omnium morborum in oculo, quæ dicuntur apostemata. Alexander igitur dicit Aristotelem non soluere instantiam, ut demonstraret locum non esse necessarium, sed probabilem. Dicit etiam in morbis secunda speciem esse contraria, quoniam secundum unamquamque egritudinem est sanitas, verum ea contraria sunt inuicem.

Αναστρέφει μὲν δὲ τὸ σκεπτικόν ἃς ἐπισημαίνει ὅτι οὐ γένοιτο τὸ ἀναστρέφειν.

43 Interimenti igitur tot modis inspiciendum, si enim non insint quæ dicta sunt, manifestum est non esse genus, quod assignatum est.

Nunc epiloga, nam cum plura dixisset a contrariis esse loca, sunt enim quæ exposuit, nunc autem epiloga dicit omnia hæc loca esse destructiva, et inquit, [Interimenti igitur] id est, ei qui vult intrinsece problema de genere inspiciendum in contrariis, et mediis [tot modis] ut dixi, est inspiciendum, si enim non insint] generi vel speciei secundum inspectionem ad contraria vel media] quæ dicta sunt, manifestum est non esse genus quod est assignatum] pro genere.

κατασκευάζονται δὲ τριχῶς πρὸς τὸ μὲν ἐναυτίου γένος, ἐπὶ τῷ ἐν τῷ γένει ἐναυτίου, ἐπὶ τῷ ἐν τῷ γένει ἐναυτίου, ἐπὶ τῷ ἐν τῷ γένει ἐναυτίου.

LOCVS XXXVII.

44 Construente vero, tripliciter. Primum quidem, si contrarium speciei sit in dicto genere, cum non sit contrarium generi. Nam si contrarium in hoc, manifestum quoniam & quod propositum est.

Hic est locus trigessimus septimus enumerando loca generis, primum vero constructivum eorum quæ sumuntur a contrariis, quem Aristoteles accepit a contrario speciei, cuius locus præceptus talis est, si sit aliquod speciei datæ contrarium, generi vero nullum, considerandum si contrarium speciei sit in genere assignato: quoniam si sic, constructivum problema, unde dicit, [Construente vero, tripliciter] inspiciendum, in contrariis, et mediis, et exponit hæc loca per ordinem, et primo primum,

et dicit, [Primum quidem, si contrarium] data speciei [sit in dicto] ac in dato illius] genere, cum non sit contrarium generi,] hoc est, supponendo genus datæ speciei non habere contrarium. [Nam si contrarium] data speciei fuerit] in hoc] genere, in quo est data speciei, [manifestum] quoniam et quod propositum est] pro speciei, erit in eodem genere sic quod datur ut genus, est genus. Est enim maxima probabilis, quam Alexander supplevit, contraria esse, quæ sunt sub eodem genere, ut quoniam multa paucis contraria sunt, et est multorum genus multitudine, erit etiam genus paucorum.

Ἔτι τὸ ἀνά μέτρον ἐπὶ τῷ ἐπισημαίνει γένος γὰρ τὸ ἀνά μέτρον, et τὰ ἀναστρέφει.

LOCVS XXXVIII.

45 Insuper si medium in dicto genere, in quo enim medium, & extrema.

Hic est trigessimus octavus locus, et secundus ex constructivis, quem accepit ex mediis inter contraria, qui talis est, si speciei habeat contrarium, genus vero non, et speciei et sui contrarii sit medium, considerandum si illud medium est in assignato genere, quoniam si sic, tunc problema constructivum, unde dicit, [Insuper si medium] inter speciem, et speciei contrarium fuerit] in dicto genere, [in quo ponebatur data speciei, genus datum erit] genus datæ speciei, cuius maximam assignat, et dicit, [in quo enim medium] est, ut in genere, [et extrema] in eo erunt ut in genere, et per medium [ut Alexander exponit] intelligit proprie medium, quod est secundum permissionem extremorum. In quo enim vox media est ut in genere, in eo sunt acuta et gravia, et in quo fuscum, in eo album et nigrum, non tamen in quo est fortitudo, in eo est audacia et timiditas, quoniam virtus non est medium malorum secundum permissionem.

Πάλιν ἐὰν ἐναυτίου τι γένος, σκοπέει ἐν τῷ ἐν τῷ γένει ἐναυτίου, ἐπὶ τῷ ἐν τῷ γένει ἐναυτίου, ἐπὶ τῷ ἐν τῷ γένει ἐναυτίου.

LOCVS XXXIX.

46 Rursum si sit contrarium quiddam generi, considerandum si & contrarium in contrario, Nam si sit, manifestum quoniam & propositum in proposito est.

Hic est trigessimus nonus locus, qui est tertius constructivus, qui sumitur a contrariis generi et speciei, qui talis est, si tam generi quam speciei sit aliquod contrarium, considerandum si contrarium datæ speciei sit in contrario genere dati generis, quoniam si sic, tunc constructivum problema, unde dicit, [Rursum si sit contrarium] quiddam generi,] subaudi, et etiam speciei sit proprium contrarium, [considerandum si et contrarium] datæ speciei, sit in contrario genere dati generis, [nam si sit] contrarium speciei in contrario genere dati generis, [manifestum] quoniam et propositum] pro speciei] erit in proposito.

G. sito] pro genere. si enim queritur utrum genus morbi sit incommensuratio, an non, monstrates quoniam sanita-

Πάλιν ὡς ἴσως τῶν ὁμοίων καὶ τῶν ἑτεροίων, εἰ ὁμοίως ἀκολουθεῖται ἡ ἀναφορὰ καὶ κατὰ τὸ ἀναλόγως. ἔμα γὰρ ἐνὶ καὶ τῶν ἑτεροίων ἢ οὐκ ἔστι ἀναλογία. διὸ ἐν ἡ ἀναφορᾷ ἐστὶν ἡ ἀναλογία. καὶ τὸ ἀναλόγως ἐστὶν ἡ ἀναλογία. καὶ τὸ ἀναλόγως ἐστὶν ἡ ἀναλογία.

LOCVS XL.

47 Rursum in casibus, & coniugatis, si similiter sequuntur, & interimēti, & construēti. Simul enim vni, & omnibus infunt, vel non infunt, vt si iustitia scientia quaedam, & iuste scienter, & iustus sciens. Si autem horum aliquid non inest, nec reliquorum vllum.


Hic est locus quadragesimus, quem accipit a casibus & coniugatis. nam (ut Alexander inquit) quemadmodum in problematibus de accidente, dedit quaedam loca constructiua & destructiua a casibus & coniugatis, sic in problematibus de genere ex eisdem assignat loca constructiua & destructiua. Communia enim & conuenientissima ad oia loca sunt, quae coniugata dicuntur, & casus. Si eni dabitur aliqua genus alicuius, oportet inspicere si & coniugata in genere, sunt coniugata in specie, & si qui dem fuerint, constructur problema, si vero non fuerint, destruetur. Si enim similiter sequitur positum genus positam speciem, & generis casus speciei casum, effect utique datum genus constructum, unde dicit, [Rursum in casibus, & coniugatis, si similiter sequuntur,] uidelicet positum genus positam speciem, & generis casus speciei casum, & interimēti & construēti. ] effect utique genus constructum, uel destructum, cuius maximam affert, & dicit, [Simul enim uni, & omnibus infunt, uel non infunt,] quae sic se habent, & ponit exemplum, & dicit, [ut si iustitia scientia est quaedam] ita ut scientia sit genus iustitiae, [ & iuste ] scilicet fieri, erit [scienter] fieri, ita ut scienter fieri sit genus ad iuste fieri. [ & iustus ] erit [sciens] eodem modo, & sic constructiue habetur locus, & uero destructiue, declarat, & inquit, [Si autem horum aliquid non inest,] scilicet genus sui coordinati, [nec reliquorum ullum] erit genus sui correspondens secundum casum & coniugatum. uerbi causa, in magnanimitate casus est magnanimitas, in impassibilitate, impassibilitas. quare si magnanimitas agere, est impassibilitas agere, magnanimitas erit impassibilitas, sed cum primum sit, secundum erit. Insuper destruiamus a casibus sic, sit propositum modum frare quoniam non est boni ingenii genus uelocitas, accipiemus a casibus consequentiam talem, si bonum ingenium est uelocitas, erit in geniose agere uelociter agere, non est autem ingeniose uelociter, bene enim magis est,

non autem est uelociter, igitur nec bonum ingenium erit uelocitas. sic quidem a casibus. A coniugatis uero, construemus sic, intelligo per coniugata, ut sunt fortitudo & forte. Amplius fortiter & forte, etenim casus fortiter in coniugatis est, ideo loca quae sunt ex coniugatis, continent loca quae sunt a casibus, & Aristoteles exemplis simul in omnibus usus est. Similiter etiam coniugata sunt iustitia, iustus, iuste. Accipientes igitur quoniam iustitia sub uirtute est, ut in genere, dicemus si iustum enayeton, hoc est, ut ita loquar, est uirtuosum, & iuste uirtuose, ut etiam ita loquar, & iustitia erit uirtus: sed antecedentia sunt uera, igitur & consequens, sic quidem construemus. de struemus uero, uoluptatem esse sub utilitate sic, si uoluptas utilis, & uoluptificae utiliter, & uoluptificum utile erit, non est autem uoluptificum utile, igitur nec uoluptas erit utilitas.

Πάλιν ὡς ἴσως τῶν ὁμοίων ἐχόντων τὸς ἀλλήλων. διὸ τὸ ἴδιον ὁμοίως ἔχει τὸς ἀλλήλων. καὶ τὸ ὠφέλιμον τὸς ὠφέλιμον. ἐκ τῶν ὁμοίων ἢ ἐκ τῶν ἑτεροίων. ἐν ὁμοίων ἢ ἐν ἑτεροίων. ἐν ὁμοίων ἢ ἐν ἑτεροίων. ἐν ὁμοίων ἢ ἐν ἑτεροίων. ἐν ὁμοίων ἢ ἐν ἑτεροίων.

LOCVS XLII.

48 Rursum in iis quae similiter se habent adinuicem. vt quoniam delectabile similiter se habet ad uoluptatem, & utile ad bonum. vtriusque enim vtriusque effectiuum est. Si igitur voluptas est quiddam bonum, & delectabile quiddam utile erit. Manifestum enim quoniam boni erit effectiuum, quoniam voluptas est bonum.



Hic est locus quadragesimus primus, qui accipitur a simili qui talis est, ita se habet delectabile ad uoluptatem sicut utile ad bonum, delectabile erit utile, sed delectabile ad uoluptatem ita se habet ut utile ad bonum, igitur delectabile est utile. maior patet, quoniam si aliquid similiter sunt adinuicem, si alterum eorum quae similiter se habent, alterius fuerit genus, alterum etiam erit alterius genus, ut quoniam delectabile similiter se habet ad uoluptatem, & utile ad bonum, nam sicut delectabile est effectiuum uoluptatis, sic utile erit boni effectiuum, sit ut si bonum sit genus uoluptatis, utile sit genus delectabile

A bilis, & sic patet maior, minor uero in textu declaratur. Potest & ratio fieri per proportionem, nam si sicuti bonum ad utile, sic uoluptas ad delectabile, & conuersim, sicuti bonum ad uoluptatem, sic utile ad delectabile. Si igitur bonum est genus uoluptatis, utile erit utique genus delectabile. Aristoteles tamen non usus est commutata proportionem ( ut Alexander inquit ) sed a similitudine duorum ad duo, hoc modo dicens, [ Rursum in iis, quae similiter se habent adinuicem ] subaudi est destrucere & construere problema de genere. ex exponit quomodo a simili, & dicit, [ vt quoniam delectabile similiter se habet ad uoluptatem, & utile ad bonum ] haec est positio antecedentis, cuius hypothetica erit, si ita se habet delectabile ad uoluptatem sicuti utile ad bonum, utile erit genus delectabile. & patet hypothetica, quia bonum est genus uoluptatis. tunc ergo hypotheticam, & posuit illius hypotheticae positionem antecedentis, & dicit, [ ut quoniam delectabile similiter se habet ad uoluptatem, & utile ad bonum, ] haec est positio antecedentis, cuius probationem subscribit & dicit, [ Vtriusque enim utriusque effectiuum est ] scilicet delectabile uoluptatis, & utile boni. Quod enim delectabile sit uoluptatis effectiuum, perspicuum est, quoniam nemo dubitat delectabile inducere uoluptatem. Quod autem utile sit boni effectiuum, patet etiam, quoniam ut in rhetoricis dicit, bonum utile ideo bonum, quoniam utile est ad inducendum finem, qui est bonum simpliciter. Aristoteles ergo ponendo antecedens conuersim inductum, infert intentum, & dicit, [ Si igitur uoluptas est quiddam bonum, ] ita quod bonum sit genus uoluptatis, [ & delectabile quiddam utile erit. ] itaque utile sit genus delectabile. unde breue Aristotelis enthymema est, ita se habet delectabile ad uoluptatem, & utile ad bonum, ergo cum uoluptas sit quoddam bonum, [ delectabile erit quoddam utile. ] Quo uero modo ratio componi potest, ex commentariis Alexandri patet. non contentus loco a syllogismo, probat etiam utile esse genus delectabile per rationem, nam cum uoluptas sit bonum, ut patet, effectiuum uoluptatis erit utile, quoniam omne boni effectiuum est utile, & in genere utilium, ut primo rhetoricorum perspicuum, & quia delectabile est uoluptatis effectiuum, quae est bonum, sit ut delectabile sit utile, & hoc dicit, [ Manifestum enim est id, quod conclusum est, scilicet delectabile esse utile, ] quoniam boni erit effectiuum uidelicet uoluptatis, quae est bonum, quare cum delectabile sit uoluptatis effectiuum, quae est bonum delectabile, erit utile. & sic conclusio inducta loco a simili fuit uera. Nec sine occasione Aristoteles probauit conclusionem inductam per locum a simili esse ueram, quoniam nonnulli locum a simili inuilem esse putarunt ad ueras conclusiones. Attende uero, ut Alexander monet, locum hunc esse & constructiuum, ut patuit, & destructiuum, nam si uoluptas non est in genere boni, nec utique delectabile erit in utili ut in genere. Et si ut exerceari ad sanitatem, sic discere ad scientiam, non est autem exerceari sub discere, igitur nec sanitas sub scientia erit, quare locus etiam destructiuus est. Quod ad rationem & exemplum attinet, annotatione dignum expositio res non eodem modo composuisse syllogismum, nam alii putant esse syllogismum a commutata proportionem, quod Alex. negat, alii uero aliter deduxerunt. Ego uero sic syl

logizo, ita se habet delectabile ad uoluptatem, & utile ad bonum, ergo permutatim sicuti uoluptas ad bonum, ita delectabile ad utile, sed uoluptas est in bono, ut in genere, igitur delectabile est in utili, ut in genere. Est enim argumentum a similitudine duorum ad duo.

Ὁσαύτως δὲ ἡ ἀναλογία τῶν γενέσεων ἡ ἀναλογία τῶν φθορῶν. διὸ ἐν τῷ ὁμοίως ἐπιτελεῖται, & ὁμοίως ἐπιτελεῖται ἐν τῷ ἑτεροίως. καὶ ἐν τῷ ἑτεροίως ἐπιτελεῖται ἐν τῷ ὁμοίως. καὶ ἐν τῷ ὁμοίως ἐπιτελεῖται ἐν τῷ ἑτεροίως. καὶ ἐν τῷ ἑτεροίως ἐπιτελεῖται ἐν τῷ ὁμοίως. καὶ ἐν τῷ ὁμοίως ἐπιτελεῖται ἐν τῷ ἑτεροίως. καὶ ἐν τῷ ἑτεροίως ἐπιτελεῖται ἐν τῷ ὁμοίως.

LOCVS XLIII.

49 Similiter autem & in generationibus, & corruptionibus, vt si aedificare est operari, aedificasse, operatum esse. Et si discere est reminisci, & didicisse, recordatum esse: & si dissolui est corrumpi, & dissolutum esse, corruptum esse: & dissolutio, corruptio quaedam. Et in generatiuis uero & corruptiuis, similiter & in potentiis, & uisibus, & omnino secundum quolibet similitudinem & interimēti & construēti inspicendum, quoadmodum in generatione & corruptione diximus. Nam si corruptiuum, dissolutiuum: & corrumpi dissolui. Et si generatiuum est effectiuum, & generari fieri, & generatio factio. Similiter & in potētis & uisibus, & omnino si potentia est dispositio, & posse disponi. Et si alicuius usus est actus, & uti agere, & usum esse egisse.

Quidam in hoc textu uolunt ut ponatur unus locus, qui accipitur a generationibus, & corruptionibus. Alexander uero resoluunt textum in duo loca, nam primum uult ut sumatur a generationibus & corruptionibus. Secundum uero, qui ponitur ibi, & in generatiuis uero] uult esse sumptum, a generatiuis & corruptiuis. Anonymus autem resoluunt textum in tria loca. Nam dicit tertium similitudinem esse a potētis & uisibus, & ponitur ibi. [ Similiter





esse quicquam non bonum delectabile. De quibus enim genus non predicatur, nec specierum vlla. & con- struenti similiter inspiciendum, quoniam si non bonum non delectabile, delectabile bonum, quare genus bonum, delectabilis.

Transit ad opposita secundum contradictionem, & ostendit quomodo ex oppositis secundum contradictionem construere genus poterimus, & primo proponit locum, & dicit. [Rursum in negationibus considerandum econverso,] ut si affirmatio generis est genus affirmatio nis speciei, negatio speciei erit negationis generis. semper enim terminus inferior cum negatur, uniuersalior est termino superiore cum negatur, non homo enim uniuersalior est non animali, ut dicitur in libro τὰς ἐπιμνησας. Addit quemadmodum in accidente dicebatur. Nam tra dens locum ad accidens ex contradictione in secundo li bro dixit, quoniam sunt oppositiones quatuor, oportet co siderare ex contradictionibus quidem econverso ex co sequentia & destruentem & construentem, hoc autem re uocat in memoriam nunc, cum dicit, [quemadmodum in accidente dicebatur] deinde loci propositi exemplum as signat, & dicit [vt si delectabile quod quidem bonum] hoc est, si bonum, est genus delectabilis, est enim bonum affirmatio generis, delectabile autem, affirmatio speciei, quasi dicat, si affirmatio boni, genus est affirmatiōis de lectabilis [quod non bonum non delectabile] hoc est erit negatio speciei, quæ est non delectabile, genus negatio nis generis, quæ est non bonum. Quod autem sequatur, si delectabile bonum est, econverso non bonum non delectabile, assignat causam prioriticam ex opposito con sequentis. Nam si non sequitur, consequentis oppositum stabit cum antecedente, & ita non bonum erit delectabi le, hoc enim est oppositum consequentis, quod falsum est, unde dicit, [Si enim non ita se habet, erit contra] scilicet I oppositū consequentis, scilicet non bonum delectabile,] hoc enim est oppositum consequentis. [At impossibile est, si bonum genus est delectabilis, esse quicquam non bonū delectabile, de quibus enim genus non predicatur, nec specierū ulla predicabitur.] Sed occurres, quoniam nō uidetur propositio illa, nō bonū est delectabile, opposi tum consequentis, hæc enim non contradicunt, non bonū est non delectabile, & non bonum est delectabile, ambæ enim affirmationes sunt. Fortasse dicendum illas con tradicere saltem secundum partem, hoc est secundum præ dicatum. Nam delectabile & non delectabile contradi cunt secundum terminos. Vel fortasse Aristoteles non pro bavit locum per regulam prioriticam, quæ est per op positum consequentis, sed per regulam Topicā, quæ est, quia nihil est sub genere, quod non est sub aliqua specie, quare si nō bonum erit delectabile, oportet ut aliqua spe cies non boni sit delectabile, quod est impossibile, quonia tunc aliquod non bonum esset bonum: quia quod est sub specie, oportet esse sub genere. Præterea propositio de subiecto infinito infert negatiuam, quia sequitur, non bo num est delectabile, igitur nullum bonum est delectabi-

le, dicere autem quod delectabile sit bonū, & quod nul lum bonum sit delectabile, non stant simul, quoniam se quitur nullum bonum est delectabile, igitur nullum de lectabile est bonum per conuersionem in terminis, & ultra sequitur, igitur aliquid delectabile non est bonum, quod est contradictorium. Quare si delectabile est bonum, nō bonum erit non delectabile. sic monstrabis, si boni genus est laudabile, quod non est laudabile, nō bonum, hoc est, non bonum esse genus non laudabilis. deinde dat locum etiam constructiuum, alio modo, ut patebit, & dicit, [co struenti etiam similiter est inspiciendum,] quoniam si ne gatio speciei genus est negatiōis generis, affirmatio ge neris erit genus affirmatiōis speciei, [quoniam si non bonum] quod est negatio generis, nō delectabile. [hoc est, ponitur i genere non delectabilis,] [delectabile] quod est affirmatio speciei, erit bonum. [quod est affirmatio generis,] [quare bonum] erit [genus delectabilis,] nam si negatio generis est negatiōis, secundum consequentiā econverso factam, affirmatio generis erit affirmatiōis.

Quod uero ad loca atinet, animaduerte tam primū qui incipit ab affirmatione, quā secundum locum qui in cipit a negatione, esse constructiuum, & propterea di xit, [construenti etiam similiter inspiciendum,] dans in telligere per uerbum [etiam] utrunque locum esse con structiuum, licet (ut Alexander inquit) sit differentia, quia primus incipit ab affirmatione, secundus uero a ne gatione, & uterque est per consequentiā econtrario factam, ut libro secundo dictum est. Vtitur autem Aristo teles uerbo genus pro omni eo quod est communius, nō enim negatio speciei potest esse uere genus negatiōis ge neris, sed bene esse potest quid communius, & hoc satis est ad topicas argumentationes.

Εὰν δὲ ἢ πρὸς ἄ τ' εἶδα, σκοπεῖν καὶ τὸ γέ νου πρὸς ἄ. ἐν γὰρ τὸ εἶδος πρὸς τὸ καὶ γέ νου. καὶ ἀπὸ ἐπὶ τὸ διαπλασίον καὶ πεπλασισι ού. ἐκἀτρου γὰρ πρὸς ἄ. ἐν δὲ τὸ γένος πρὸς ἄ. οὐκ ἀνάγκη τὸ εἶδος ἢ πρὸς ἐπιμνησας, πρὸς ἄ. ἢ δὲ γὰρ μάλιστ' οὐ.

LOCVS XLVII.

54 Si autem sit ad aliquid species, considerandum si & genus est ad ali quid. Nā si species ad aliquid, & ge nus: vt in duplici & multiplici. vtrun que enim ad aliquid, si autem genus ad aliquid, non necessario & species. disciplina enim ad aliquid, gramma tica autem non.

Transit nunc ad opposita relative, & dat ex his plura loca, quorum primus est ex opposito speciei, qui talis est si id, quod ponitur ut species in aliquo genere, fuerit ad aliquid, genus aut datum nō, quod assignabatur ut ge nus, nō erit genus, unde dicit, [Si aut sit ad aliquid spēs] q̄ datur sub aliquo ḡne considerāti, si & genus ē ad ali qd] si enī genus nō fuerit ad aliqd, data uero spēs est ad aliquid, quod dabatur ut genus, non est genus. Deinde ponit maximam p̄ uerificatione loci, & dicit, [nam si spēs] est ad aliqd, & genus] etiā oportet eē ad aliquid.

A Hoc autem exemplo dilucidat, & dicitur in duplici, & multiplici. Est enim duplum sub multiplici, ut in genere. [Vtrunque enim ad aliquid est,] multiplex quidem ad submultiplex, duplum uero ad dimidium. Et scientia ad aliquid existens, sub cognitione est, quæ etiam ad aliquid est. Sic monstrabitur æquale non, esse sub quanto, ut sub genere, quoniam æquale ad aliquid est, quan tum uero non ad aliquid. Deinde declarat maxi mam, quam assignauerat, non conuerti necessario, & di cit, [si autem genus ad aliquid, non necessario & speci es] erit ad aliquid. [disciplina enim ad aliquid] est, grā matica autem] quæ est species discipline. [non] est ad ali quid, Simili ratione nec musica, nec geometria ad ali quid sunt quæ sunt species discipline. Quod uero ad lo cum atinet, dicamus locum esse solum ad destructionem utilem, ad constructionem uero haud ququam. Nō enim si ambo accepta ad aliquid sunt, alterum alterius genus erit, quemadmodum & scientia & duplum.

Η οὐ δὲ δ' πρὸς ὅσον ἐπιμνησας, ἀλλ' ἂν πρὸς ἄ. ἢ γὰρ ἀπὸ τῶν ὅσον. καὶ ὅπῃ καλοῦμεν ἢ μὲν ἀπὸ τῶν, ἢ πρὸς ἄ. δ' ἢ ἀναπόρ κος] δ' κα λος, οὐ πρὸς ἄ, ἀλλὰ πρὸς.

INSTANTIA.

55 An nec quod prius dictum est, verum utique uidebitur, nam uirtus quod quidem bonum, & quod quidem honestum, & uirtus quidem ad aliquid, bonum uero & honestū nō ad aliquid, sed qualia.

Contra maximam instat, quia non uidetur si species est ad aliquid, ut si per genus sit ad aliquid, & hoc pro ponit, & dicit, [An nec quod prius dictum est] scilicet ma xima, quæ prius est assumpta, uerum utique uidebitur,] deinde assignat instantiam, & dicit, [nam uirtus] est [quod quidem bonum, & quod quidem honestum,] hoc est, species boni, & species honesti, [et uirtus quidē ad aliquid] est, [bonum uero & honestum, non ad aliquid, sed qualia] sunt. Alexander soluendo instantiam, asse rit uirtutem esse magis sub quali, q̄ sub ad aliquid, & sic negat assumptum. Secundo asserit bonum & honestū non esse uirtutis genera. Bonum quidem non, quoniam bonum est æquiuocum, honestum uero nequaquam. Siqui dem uirtus prior est, quā operationes honestæ, quæ sunt secundum uirtutem, uerum de instantia multa superius diximus, quæ ualent ad omnem instantiam, quando eam Aristoteles ponit, & non soluit, ideo de his hæcenus.

Ἰσχυρὲν μὴ πρὸς δ' αὐτὸ λέγετον δ' εἶδος, καὶ δ' αὐτὸ τε καὶ ἢ τ' γένος. διὸν ἐν δ' διαπλασίον οὐ μίσησας λέγετον διαπλασίον, & δ' πεπλασισι οὐ μίσησας δ' λέγετον. ἐν δὲ μὴ, οὐκ ἂν ἐκ δ' πεπλασισι οὐ, γένος δ' διαπλασίον.

LOCVS XLVIII.

56 Rursum si non ad idem dicitur species, & secundum se, & secundum

genus, vt si duplum dimidii dicitur duplum, & multiplū dimidii oportet dici. Si autem non, non erit multiplum genus dupli.

Hic est quadragesimus octauus locus, secundus uero eorum, quæ sumuntur ab oppositis relative, quem ac cepit, a comparatione generis & speciei secundum ali quid idem, qui talis est, si data species non dicitur ad idē secundum se, & secundum suum datum genus, quod da batur ut genus, non erit genus, dicit. [Rursum si non ad idem dicitur species, & secundum se, & secundum genus] datum, genus datū non erit supple genus. Est enim hæc maxima (ut Alexander exponit) ad quod spe cies secundum se dicitur, ad hoc idem oportet & secun dum genus datum dici, deinde probat hoc exemplo, & dicit, [ut si duplum dimidii dicitur duplum, & multi pli,] quod est genus dupli, dimidii oportet dici. Tertius probationē & locū explicat, & dicit [si aut nō] dicitur E multiplū dimidii multiplū, [non erit multiplū genus dupli.] Sic monstrabitur potentia non esse genus uisio nis, quoniam uisio secundum se quidem uisibile dicitur, non tamen secundum potentiam. Non enim dicitur uisio potentia uisibilis, sic monstrabitur etiam habitum non esse uisionis genus, quoniam uisio secundum se dicitur uisi bilis, non tamen habitus uisibilis dicitur.

ἐν δὲ μὴ πρὸς δ' αὐτὸ κατὰ τε δ' γένος λέγε ται καὶ ἢ τ' ἀντὶ τὰ το γένος γένος, ἐν γὰρ δ' διαπλασίον ἢ μίσησας καὶ πεπλασισι οὐ μίσησας, καὶ δ' ἢ πρὸς ἄ. οὐκ ἂν ἐκ δ' πεπλασισι οὐ μίσησας πρὸς δ' ἢ μίσησας ἢ πρὸς ἄ.

LOCVS XLIX.

57 Insuper, si non ad idem & secundum genus dicitur, & secundum omnia generis genera. Si enim duplum dimidii multiplum est, & abū dans dimidii dicitur. Et simpliciter secundum omnia superiora genera ad dimidium dicitur.

Hic est locus quadragesimus nonus, tertius uero eorum, quæ sumuntur a relative oppositis, quem Aristo teles sumit a relatione omnium superiorum etiam, & est hic locus talis, considerandum si data species dicatur ad idem secundum se, & secundum datum genus, & secun dum omnia superiora genera dati generis, quoniam si non, datum genus non erit data speciei genus, unde di cit, [Insuper si non ad idem dicitur] species, [et secundum genus] datum, [et secundum omnia] data] generis genera,] nō erit datum genus illius data speciei genus. est enim hæc maxima (ut Alexander exponit) oportere non solum secundum genus ad idem dici, sed secundum omnia generis genera, & hoc per exemplum diluci dat, & dicit, [si enim duplum dimidii multiplum est, & abundans] quod est genus multipli, [dimidii dicitur, & simpliciter secundum omnia superiora genera ad dimidii] p ii

Et dicitur, quoniam est maius quod est genus abun-

stantia, quoniam non necesse est secundum se, & secundum genus

Contra maximam assignatam adducit instantiam, et dicit. Instantia subaudi est contra maximam quoniam

Instantia aut, quoniam aliquoties non sic. Nam differens, & contrarius alicui

adducit instantiam contra locum, et dicit. Instantia autem scilicet est contra locum, quoniam aliquoties non sic.

Rursum si similiter dicitur genus & species secundum casum. Ut si alicui aut alicuius, aut quolibet modo aliter dicitur.

Hic est locus quinquagesimus, quem accipit a relatione, qua referuntur genus et species ad idem secundum casum.

Et dicitur, quoniam est maius quod est genus abundantiam dimidii dicitur. non est igitur sufficiens ad monstrandum scientiam.

Instantia, quoniam non necesse est secundum se, et secundum genus, species ad idem dici.

Instantia aut, quoniam aliquoties non sic. Nam differens, et contrarius alicui, diuersum aut, quod est genus horum.

adducit instantiam contra locum, et dicit. Instantia autem scilicet est contra locum, quoniam aliquoties non sic.

Rursum si similiter dicitur genus & species secundum casum.

Hic est locus quinquagesimus, quem accipit a relatione, qua referuntur genus et species ad idem secundum casum.

Rursum si similiter ad aliquid secundum casum dicta non similiter conuertuntur.

Hic locus quinquagesimus primus est, quem accipit ab uniformi secundum casum conuersione.

Rursum si similiter ad aliquid secundum casum dicta, non similiter conuertuntur cum suis correlatiuis.

Rursum si non ad aequalia species & genus dicitur. Similiter enim & aequaliter vtrunque videtur dici.

ad opinionem conuertitur, etiam ad datum casum conuertitur. dicimus enim scibile scibile, et opinabile opinabile.

παλι εἰ μὴ πρὸς ἴσα ὁ γένος ἢ τὸ εἶδος λέγεται.

Rursum si non ad aequalia species & genus dicitur. Similiter enim & aequaliter vtrunque videtur dici.

Hic est locus quinquagesimus secundus, qui accipitur ab aequalitate et equali numero casuum secundum quos

Rursum quando genus et species ad idem referuntur, et secundum consimiles casum in conuersa et conuertente.

Cuius] scilicet rei data, [et alicui] scilicet persone cui datur. [dicitur.] Iccirco non destruetur dationem genus...

Εω ενωρ δε ου συμβαιη ηδεσισα λεγεσθα... ου μορ γαρ οπλασισορ, τινος διαλασισορ...

63 In aliquibus autem, non accidit ad aequalia dici. nam duplum alicuius duplum, abundans autem, & maius & aliquo.

Cum assignasset locum, nunc ponit instantiam quonia duplum dicitur alicuius duplum, hoc est in gentio tantum...

habet ablativum, de abundantanti vero, usi Romano utrum que et genitivum et ablativum casum habere certum est...

Οραρ δε μορ ει το ενωκειμων δε ανωκειμων γε... διορ ει το διαλασισα δε ηλλαλασισορ...

LOCVS LIII.

64 Videndum autem & si oppositi est oppositum genus. Ut si dupli multiplum, & dimidiu submultiplu.

Hic est locus quinquagesimustertius, qui accipitur in generibus et speciebus relatiuis, inspiciedo ad eorum opposita...

A sensum] hoc est in sensu, ut in genere, poterimus destruer uentes hoc loco, quoniam oportebit et scibile, quod...

Εωι δε ην ηδεσισορ η λεγομων, τα μορ εζ ανε... γικς εν εκεινοισ. η περι εκεινα δεσισορ...

LOCVS XLIII.

65 Quoniam autem eorum quae ad aliquid dicuntur, alia quidem ex necessitate in eis, aut circa ea sunt, ad quae dicuntur...

eandem. Alia vero simpliciter non contingit in eis esse, ad quae dicuntur. ut contrarium in contrario, neque scientiam in scibili, nisi sit scibile anima vel homo...

Hic est locus lxxxiii, qui accipitur a correlatiuis, cum considerantur ut subiecta, uel ut non subiecta, et tria facit quia primo assignat quaedam relatiuorum diuisionem...

requiritur ueritas sed expositio. Hec de primo membro. deinde Aristoteles assignat secundum membrum, et dicit, alia autem non necesse est in eis esse, ad que dicuntur, contingit autem in eis esse, ad que dicuntur.

Sunt enim quedam relatium, que possunt inesse, et non inesse suis correlatiuis, quemadmodum scientia in scibili. Scientia enim ad scibile dicitur, et possit scibili inesse alicuando, et aliquando non inesse. potest enim inesse scibili scientia, quando idem est sciens, et scibile, ueluti cum anima scientiam habet sui, tunc enim scientia de anima est in ipso scibili, quoniam est in anima, que est ipsum scibile. Quando uero sciens et scibile differunt, ita ut anima sit sciens, triangulum uero habere tres angulos, et reliqua ipsum scibile, scientia de triangulo erit in sciente, scientia in anima, et non in ipso scibili scilicet in ipso triangulo. Simili ratione scientia musicorum dicitur ad scibilia, musica non tamen in scibilibus musicis est. Siquidem omnis scientia in anima est, et hoc dicitur, quemadmodum scibile est in anima. uerbum uero scibile graece εσθητον est, quod etiam aliquid apud graecos pro scientia accipitur, ut hic Alexander legitur quemadmodum scibile hoc est scilicet in anima. hoc est in scibili quod est anima, quando

scientia fuerit ipsius anima, nihil enim prohibet sui scientiam habere animam. et tunc quia idem est sciens, et scibile, scientia de anima erit in ipso scibili, ut in anima, que scibile est. Et quia dicitur non esse hoc necessarium, exponit quo modo non est necessarium, et dicitur, non necessarium autem est subaudi, ut anima habeat scientiam sui, possibile enim est et in alio homine esse hanc eandem scientiam. scientia enim anime nec potest esse in Socrate, et ita scientia anime mea non erit in suo scibili. Vel potest aliter legi (ut Alexander legit) possibile est et in alio, scilicet scibili, scilicet triangulo uel in musicis hanc eandem scientiam esse. Hoc est, possibile enim est hanc eandem scientiam que est de anima, esse de alio scibili ut de triangulo, et de re musica, quo in casu, scientia non erit in scibili, sed in sciente, et per hanc eandem, non hanc eandem numero intelligit, sed hanc eandem relationem, que dicitur scientia. deinde accedit ad

tercium membrum, et dicit, alia uero relatium sunt, que simpliciter non contingit in eis correlatiuis esse, nec secundum inhererentiam, nec secundum denominationem [ad que dicuntur ut contrarium] quod nec secundum inhererentiam, nec secundum denominationem est [in contrario], ad quod dicitur, alioquin essent contraria simul, nec duplum in dimidio, nec superans in superato. [neque scientiam] contingit esse [in scibili, nisi sit scibile anima uel homo], nam tunc dicitur, scientia est in scibili, quando autem sciens et scibile differunt, tunc scientia non erit in scibili. Hac diuisione praenissa, patet primo si species ex necessitate insunt illis ad que dicuntur, et genera similiter in illis inesse oportere. Si autem non insunt necessario eis ad que dicuntur, et genera similiter, ut commensuratio et complexio, ambae enim in eis sunt ad que dicuntur, et habitus et dispositio: etenim haec in quibus sunt ad hoc dicuntur. Rursum scientia et notitia, neutrum enim horum ex necessitate inest in eis ad que dicuntur. Contingit autem aliquando utrumque ipsorum inesse eis ad que dicuntur. Similiter et sensus et comprehensio. Duplum uero sub multiplo, et

sub super ante, et contrarium sub opposito, quoniam in his nullum esse potest in eo ad quod dicitur. Quare si datum genus alicuius datae speciei fuerit in eo ad quod dicitur, data uero species non, aut e conuerso sit, datum genus non erit genus. Oportet enim talem speciem ad tale, et ad simile genus dici. hoc dicitur, quoniam talis est in eis, que ad aliquid dicuntur, differentia, [considerare oportet,] et hic terminatur suspensio, si quis in genere ponat aliquid pro specie quod tale est, scilicet relatium in suo correlatiuo, [in aliquo dato genere non tali], hoc est in genere quod non est in suo correlatiuo, nam si species est in suo correlatiuo, genus autem non, uel e conuerso, genus est in suo correlatiuo, species autem non, genus datum non erit datae speciei genus. Oportet enim tale genus esse respectu sui correlatiui, qualis est species respectu sui, et e conuerso, hoc enim est maxima. Deinde ponit exemplum et dicit, [ut si memoriam mansionem scientie dicat, ut in genere, hic peccat. Omnis enim mansio in suo correlatiuo est, scilicet in manente] secundum inhererentiam, et circa illud, hoc est uel circa manens secundum denominationem, [quare et scientie mansio in scientia erit. Scientia enim est in eo, circa quod manet mansio scientie,] Memoria igitur in scientia, eo quod mansio scientie est, que manet, unde ratio haec est, mansio scientie est in scientia, memoria est mansio scientie, igitur memoria est in scientia, maior patet, quoniam mansio scientie est in manente, scientia est, que manet et seruatur in anima. minor est definitio memorie, de qua in libro de memoria satis destruit consequens, et dicitur, [hoc autem non contingit, memoria enim omnis in anima est,] non autem in scientia, cuius est memoria. Sic monstraret aliquis quoniam memoria non est salus sensus. Salus enim sensus in sensu est, omnis enim salus in eo est cuius est salus. Memoria uero non in sensu, sed in anima: non enim sensus memorat, sed anima. Deinde ostendit utilitatem huius loci, et dicitur, [est autem, qui dicitur est locus, et ad accidens communis nihil enim refert] quantum ad interemptionem [dicere mansionem genus memorie, aut dicere hoc scilicet mansionem] accedente illi scilicet memorie, [nam si quouis modo memoria est scientie mansio,] hoc est, aut ut species generis, siue ut subiectum accidentis, eadem ratio siue locus [aptabitur] ad interimentum. Per eundem enim locum interiri potest mansionem esse genus, et accidens memorie. Nam si mansio est accidens memorie, cum mansio accidat scientie, ut dictum est, quia mansio accidit manenti, memoria accideret scientie, uel esset idem quod scientia. non enim potest mansio duobus diuersis accidere, quod absurdum est. Est enim memoria in anima, et non in scientia, nec idem quod scientia. Circa haec que Aristoteles dixit, primo annotatione dignum est, locum quem accepit ab inhererentia relatium in suo correlatiuo, posse resolui in tria loca pro numero membrorum diuisionis quam assignauit, quorum primus talis est, si data species inest ex necessitate correlatiuo, genus uero nec necessario inest, nec ullo pacto inest, uel e conuerso, genus ex necessitate inest, species uero nulla ratione, datum genus non est datae speciei genus. Secundus uero talis, si species contingit inesse suo correlatiuo, genus uero haud quaquam contingit, uel e conuer-

A si datum genus non est datae speciei genus. Tertius talis, si species suo correlatiuo simpliciter non contingit inesse, genus autem contingit, uel e contrario, datum genus non est datae speciei genus. Locus uero in omnibus communis talis est, si quis ponat aliquod esse genus alicuius speciei, quod genus non est in eodem diuisionis membro in quo species est, quod ponit ut genus, non est genus. Utilitas uero loci est, quoniam ex hoc loco non solum patet mansionem scientie non esse genus memorie, sed nec accidens. Quod mansio scientie non sit genus memorie, patuit, quia non inest ei cui inest memoria. Quod autem mansio scientie non sit accidens memorie, eodem loco per spiculum est, nam mansio scientie accideret omni illi cui memoria accidit, est enim maxima, cui accidit aliquod accidens, eadem accidit omne id quod illi accidenti accidit: ut cui accidit superficies, eadem accidit et album, et dextrum, et id omne, quod superficies accidit. At memoria anime accidit, mansio autem scientie accidit scientie, mansio enim manenti accidit, scientia autem est manens. Quare mansio scientie ipse scientie manenti accidit. Quare mansio scientie non est accidens memorie. Haec sunt, que Aristoteles ait.

παλιρ ει τιλν εζημ εις τλν ενεργειαν εθικηρ, η τιλν ενεργειαν εις τιλν εζημ, ουκ εις γεννθ. ο ποιου- τορ διορ ει τιλν αιδησυτη κινωτηρ δια σωματθ. η μου γουρ αιδικοις, εζημ, η δε κινωσις, ενεργεια. ομοιωσ δε ηουρ ει τηρ μη μιλν εζημ καθεκτικηρ υπο- ληφειωσ εινθ. ουδ ει μολο γου μη μιλν εζημ, ελλα μολο μολο ενεργειαν.

ro graece est, ενεργεια, latine tum actus, tum actio, que differat ab habitu cum actio non semper habeatur. Recte igitur dicitur, sensum non esse in motu ut in genere, quoniam sensus est habitus naturalis, motus uero actio, que non semper habeatur. Deinde ponit secundum exemplum, et dicit, [Similiter autem et si memoriam dixerit esse habitum contentiuum] siue seruatiuum [opinionis] uel scientie quam quis didicit, etiam peccat, et assignat causam cur peccet, et dicit, [nulla enim memoria habitus, sed magis actus est.] peccat igitur ille qui sic ponit, quia actum in habitu, ut in genere ponit. Quod autem memoria actus sit, probat Alexander quoniam memoria est actio facta ab ipsa reminiscencia.

Διαμαρτανουσι δε ηουρ δι τηρ ενεργειας τηρ ακοα λουθησαμν δ' αωα μμν τατ τον τεσ. διορ τηρ προση- τα, ενεργειαν ορ γησ, και τηρ αιδησυτηρ. ο τηρ αι- καλοσυνλω, φδλορ ηουρ ηουρ εν ενεργεια, εν- ορ ερηθ. μου γουρ και ηεσθ. ο πασθις λεγετα. ενεργειασ δε, ο πασθωρ ηουρ μη ε γδμουθ. πως ενεργειασ δε, ο πασθωρ ηουρ μη ε γδμουθ. πως ενεργειασ δε, ο πασθωρ ηουρ μη ε γδμουθ. πως ενεργειασ δε, ο πασθωρ ηουρ μη ε γδμουθ. πως ενεργειασ δε, ο πασθωρ ηουρ μη ε γδμουθ.

LOCVS QVINQVAGESIMVS SEXTVS.

67 Peccant autem & qui habitum in consequentem potentiam ordinant. ut mansuetudinem continentiam irae, & fortitudinem & iustitiam timorum, & lucrorum continentiam. Siquidem fortis, & mansuetus perturbatione vacans dicitur. Contingens autem, qui perturbatur, & non ducitur. fortasse igitur talis potentia sequitur utrunque, ut si perturbetur, non ducatur. Verum continere non hoc est, hunc quidem fortis, illum autem mansuetum esse, fed omnino perturbari ab huiusmodi nihil.

Hic locus est quinquagesimus sextus, qui accipitur ab ea differentia, que est habitus ad habitum, qui talis est, si habitus unius rationis ponatur in habitu siue potentia alterius rationis ut in genere, interimitur problema, unde dicit, [Peccant autem, et qui habitum] scilicet unius rationis [ordinant], ut in genus [in potentiam consequentem,] hoc est, que sequitur secundum praedicationem ad habitum. Non enim omne sequens ad alterum secundum praedicationem est illius genus, et per [potentiam] habitum etiam intelligit alterius rationis, quasi uelit dicere eos peccare, qui habitum unius rationis posuerunt ut in genere, in habitu alterius rationis: quoniam licet habi-

Hic locus est quinquagesimus sextus, qui accipitur ab ea differentia, que est habitus ad habitum, qui talis est, si habitus unius rationis ponatur in habitu siue potentia alterius rationis ut in genere, interimitur problema, unde dicit, [Peccant autem, et qui habitum] scilicet unius rationis [ordinant], ut in genus [in potentiam consequentem,] hoc est, que sequitur secundum praedicationem ad habitum. Non enim omne sequens ad alterum secundum praedicationem est illius genus, et per [potentiam] habitum etiam intelligit alterius rationis, quasi uelit dicere eos peccare, qui habitum unius rationis posuerunt ut in genere, in habitu alterius rationis: quoniam licet habi-





ὁ μοῖος δὲ ἡδὴ ἐν τῇ ἐπιθυμῆσιν, οὐκ ἔστιν ἐν βέλυσί τῆς παθῆσας βέλυσος, ἔρ τῷ λόγῳ...

LOCVS QVINQVAGESIMVS OCTAVVS.

69 Videndum autem, & si in aliquo eodem nata sunt utraque fieri. In quo enim species, & genus. Vt in quo album, & color. Et in quo grammatica, & disciplina. Si igitur quisquam verecundiam, timorem dixit: aut iram, tristitiam. non accidit in eodem speciem, & genus esse. nam verecundia quidem in rationali, timor autem in irascibili. At tristitia in concupiscibili. In hoc enim & voluntas. Ira vero in irascibili, quare non sunt genera, quae assignata sunt, non enim in eodem cum speciebus nata sunt fieri. Similiter autem & si amicitia in concupiscibili, non erit voluntas quaedam. Omnis enim voluntas in rationali. utilis autem hic locus, & ad accidens, & ad id cui accidit. In eodem enim accidens, & cui accidit. Quare nisi in eodem videatur, manifestum quoniam non accidit.

Hic est locus quinquagesimus octavus, qui accipitur ab eo, in quo genus et species apta sunt fieri. sunt autem ea in quibus apta sunt fieri, bifariam, alia quidem potentia, quibus insunt animae, et sic locus iste servit virtutibus moralibus. alia vero subiecta, in quibus apta sunt fieri, et sic servit et generibus, et speciebus, quae sunt accidentia, et ipsis accidentibus, ut sunt praedicata diversa a generibus et speciebus. unde dicitur, aliquo genere dato, et aliqua specie data illius dati generis, videndum, et si in aliquo eodem nata sunt utraque fieri, scilicet et genus datum, et illius dati generis data species, dico in aliquo eodem, aut potentia, per quam anima insunt, aut subiecto, cui insunt. nam si datum alicuius genus non fieret in eodem in quo species, sed in alio, destrueretur secundum hunc locum genus, illud deinde assignat maximam, quae est loci ratio, et dicitur, in quo enim species est, vel ut in potentia, vel ut in subiecto, et genus erit, e converso autem non oportet, quoniam genus in aliquo aptum est inesse, in quo species non apta erit inesse. virtus enim apta est fieri in parte rationali, in qua non est apta fieri fortitudo. deinde ponit exemplum, et dicitur, ut in quo album

quod est species, [et color,] qui genus est, ambo enim in corpore. est autem exemplum hoc subiecti, color enim et album in corpore sunt ut in subiecto. [et in quo grammatica, et disciplina.] nam ambe in anima, et sic etiam hoc exemplum erit subiecti, quoniam grammatica et disciplina in anima sunt ut in subiecto, et sic Alexander exponit. Vel fortasse erit hoc exemplum potentiae, quoniam si disciplina et grammatica sunt in anima, et anima est in corpore, erunt disciplina et grammatica in corpore, quod falsum est, et propterea exemplum esse potentiae asserunt iuniores. nam disciplina et grammatica in intellectu sunt ut in potentia, et quia intellectus est in anima, ideo disciplina et grammatica erunt in anima, non autem in corpore, quoniam intellectus et subiectum, cui sine medio insunt, non inest corpori immediate. deinde per exempla demonstrat usum loci, et dicitur, si igitur quisquam verecundiam timorem dixit, ita ut vellet timorem verecundiae genus esse, aut iram tristitiam ita ut vellet tristitiam esse genus irae, non bene assignabit, quoniam non accidit in eodem speciem et genus esse. nam verecundia quidem in rationali potentia est. Est enim verecundia, ut Avicenna scribit, primum rationis signum, hac ratione fit ut nullo animal brutum verecundia afficiatur. [timor autem in irascibili,] quoniam in irascibili est audacia, quae est timori in extremo contraria. est enim timor fuga cordis secundum sanguinis contractionem. audacia vero prosecutio cordis secundum sanguinis amplificationem. Deinde pertractat secundum exemplum, et dicitur, [at tristitia in concupiscibili] potentia est, quod per suam contrarium demonstrat, et dicitur, in hoc enim et voluntas, ira vero in irascibili, est enim tristitia constructio cordis ex absentia delectabilis, et praesentia contrarii, quod in concupiscibili est: ira vero ebullitio sanguinis circa cor propter vindictae appetitum. appetitus autem vindictae in irascibili est. Tunc concludit propositum, et dicitur, quare non sunt genera, quae assignata sunt ut genera, quia nec timor verecundiae, nec tristitia irae genus est. [Non enim in eodem cum speciebus nata sunt fieri,] deinde assignat tertium exemplum ut usus loci dilucidius pateat, et dicitur, [similiter autem et si amicitia] est in concupiscibili virtus, ut nonnulli assignant, et nunc pro exemplo supponatur, cum enim amor in concupiscibili sit, erit etiam amicitia in concupiscibili, quod si non ita sit, supponatur, si igitur amicitia in concupiscibili virtus est, non erit voluntas quaedam, hoc est non erit voluntas genus amicitiae. [Omnis enim voluntas in rationali] virtus est. Sequitur enim intellectum sicuti umbra corpus (ut Averroes inquit.) eodem modo nec scientia est genus fortitudinis. nam fortitudo est in irascibili, in qua sunt timor et audacia: scientia vero in rationali. Sed quaeret aliquis, quo modo Aristoteles dixit verecundiam in rationali esse, si est passio. nam passiones non in rationali, sed in passibili sunt. Alexander respondendo, ut mihi videtur, imitavit Aristotelem usum esse exemplo simpliciter atque communitate. Intellexit enim per verecundiam, omne mixtum esse verecundia. modo videtur verecundia cum ratione aliqua mixta esse, et hoc satis pro exemplo. Praeterea dato quod ipsa verecundia non sit in rationali, erit saltem in concupiscibili: timor vero, ut diximus, in irascibili, igitur adhuc timor non erit genus verecundiae. deinde Aristoteles

At tales assignat utilitatem loci, et dicit, [Utilis autem hic locus et ad accidens, et ad id cui accidit.] si enim non in eodem fuerit accidens, in quo est id cui accidit, assignatum pro accidente non erit illius accidens. cuius maximam subscibit, in eodem enim accidens est, et id cui accidit, in eodem enim album, et superficies. Vtrumque enim exponit, accidentibus in his habere locum, in quibus et substantia apta nata sunt fieri, non enim corpus et color in eodem. In quo enim ira, in eodem violentia, quae accidit irae. Et in quo superficies, in hoc et color est, qui accidit superficiei. Quare non solum in habitibus et passionibus probabilitatem habet hic locus, sed etiam in iis universis, quae et ipsa in aliis apta sunt fieri. igitur si aliquid fuerit datum alicui accidens quod non eidem inest, datum accidens non erit illius accidens. quo modo prudentibus rubescere. non enim in eodem: si quidem rubescere in superficie, pudere autem non in superficie, aut timentibus rigescere. nam rigescere in membris, timor autem in irascibili virtute est.

Ἐπι εἰ κατὰ τὸ εἰρημίου γένους μετέχουσιν οὐκ ἔστι κατὰ μετέχουσιν ὁ γένος. οὐ γὰρ ὁ γένος ὁ ἀνθρώπος κατὰ τὸ γένος. οὐ δὲ ἡ ἡσυχία κατὰ τὸ γένος. δμοίως δὲ ἡδὴ ἐπὶ τῶν ἀλλοῦ. σκοπεῖν δὲ ἐπὶ τῶν κατὰ μετέχουσιν ὁ γένος. διὸν εἰ δὲ ζῶον ὁ σὴν ἀνθρώπου, ἢ δὲ σῶμα γὰρ ἀνθρώπου ὁ σῶμα γένος. κατὰ τὸ γένος. κατὰ τὸ γένος. κατὰ τὸ γένος. κατὰ τὸ γένος.

LOCVS QVINQVAGESIMVS NONVS.

70 Rursum si secundum quid species dictum genus participat. Non enim videtur secundum quid participari genus. Siquidem non est homo secundum quid animal, neque grammatica secundum quid disciplina, similiter autem & in aliis. Considerandum igitur si in aliquibus secundum quid participatur genus, ut si animal quod quidem sensibile, vel visibile dicitur. Secundum quid enim sensibile, vel visibile animal. Secundum corpus enim sensibile, & visibile: secundum animam autem non, quare non erit genus corpus visibile & sensibile animalis.

Hic est locus quinquagesimus nonus, qui sumitur

à modo quo species genus participat, et primo proponit locum, et dicit, [Rursum si secundum quid species dictum uel datum genus participat] subaudi etiam interimitur problema. Deinde assignat maximam, per quam patet locus, et dicit, [Non enim videtur, secundum quid participari genus] à specie, et hanc probat inductione, et dicit, [Siquidem non est homo secundum quid animal, neque grammatica secundum quid disciplina, similiter autem et in aliis] quoniam nec iustitia est secundum quid virtus, nec prudentia secundum quid bonum. deinde recolligit locum ex hac maxima, et dicit, [Considerandum igitur si in aliquibus secundum quid participatur genus, ut si animal, quod quidem sensibile uel visibile dicitur,] considerandum utrum secundum quid, uel simpliciter sensibile, uel visibile dicitur. Deinde ostendit animal secundum quid esse sensibile uel visibile, ut ostendat propositum, et dicit, [Secundum quid enim sensibile uel visibile animal, secundum corpus enim sensibile et visibile, secundum animam autem non] tunc concludit exemplum et dicit [quare corpus visibile et sensibile non erit animalis genus.] Quod uero ad locum attinet, annotatione dignum non similiter aliquid genus participare et accidens. In accidentibus enim possibile est aliquid participare accidens secundum quid, ut album corpus et homo participare potest animal secundum quid, nec grammatica scientiam.

Ἀκούοντες δὲ ζῶον κατὰ τὸ γένος. οὐ γὰρ ὁ γένος ὁ ἀνθρώπος κατὰ τὸ γένος. οὐ δὲ ἡ ἡσυχία κατὰ τὸ γένος. δμοίως δὲ ἡδὴ ἐπὶ τῶν ἀλλοῦ. σκοπεῖν δὲ ἐπὶ τῶν κατὰ μετέχουσιν ὁ γένος. διὸν εἰ δὲ ζῶον ὁ σὴν ἀνθρώπου, ἢ δὲ σῶμα γὰρ ἀνθρώπου ὁ σῶμα γένος. κατὰ τὸ γένος. κατὰ τὸ γένος. κατὰ τὸ γένος.

LOCVS I X.

71 Latent autem quandoque & totum in partem ponentes, ut animal corpus animatum. Nullo enim modo pars de toto praedicatur. Quare non erit genus corpus animalis, eo quod pars est.

Hic est locus sexagesimus, quem accipit ab ipsa parte praedicante, et dicit, [Latent autem] decipiendo siue peccant autem nam law dēnouei tamen graece, licet latent, hic pro peccant accipiat, nam qui latet, decipiendo peccat. Sic igitur peccant [quandoque et totum ponentes in partem] ut genus, [ut animal corpus animatum] totum existens. est enim corpus animatum totum animal, subaudi ponentes in corpus, quod est pars animalis, ut in genus, hic peccat, [nullo enim modo pars de toto praedicatur] subaudi, ut genus [de toto] tunc concludit propositum, et dicit, [quare non erit genus corpus animalis, eo quod] corpus est pars animalis, quod est secundum totum animatum corpus. dixit [quandoque] quoniam non semper latent, decipiendo, qui ponunt totum in parte ut in genere: quoniam in aliquibus est error manifestus. Qui enim poneret caput genus hominis, hoc non latret decipiendo, quia omnibus error patet. Sed qui ponit corpus genus animalis, hic latet decipiendo, quoniam error non est omnibus perspicuus. Porphyrius enim po



signaret. unde dicit [Aut si quid eorum, quae sunt in duobus generibus, uel pluribus, in altero] eorum diuinitatem...

Queret autem aliquis utrum aliquid possit esse in duobus generibus, quae non sunt sub alterna. Videtur enim quod non diuersorum generum non sub alternotur...

Et quod dicitur in principio, quod dicitur de differentia, quod dicitur de definitionibus...

Et dicitur in principio, quod dicitur de differentia, quod dicitur de definitionibus...

75 Insuper aliquoties e conuerso, genus quidem, ut differentiam: differentiam autem, ut genus assignant. Ut stuporem, superabundantiam admirationis: & fidem uehementiam opinionis...

Hic est locus sexagesimus quartus, qui sumitur a comparatione generis, et differentiae, qui talis est, qui in definitionibus...

A differentia in quale predicatur, tamen non simpliciter dicitur eos peccare qui speciem in differentia ut in genere ponunt...

πραγινετολ latine obstupescere. Deinde deducit absurdum, et accipit propositionem quae potest esse maior, et dicit: Cuiusque enim uehementia et superabundantia illi adest...



G quoniam stupor alius superabundans est, alius autem non superabundans. deinde sumit minorem ex consensu aduersarii, et dicit. [Si ergo stupor est superabundantia.] haec minor est, et concessa ab aduersario, deinde dat conclusionem, et dicit. [Superabundantia erit superabundans.] deinde destruit conclusiones, et dicit. [Videtur autem neutrum horum] esse, [quomodo admodum nec disciplina] est [disciplinatum, nec motus] est [motum.] non enim disciplina est disciplinatum, sed disciplinat, nec motus est motum, sed moti. eodem modo nec superabundantia est superabundantia, sed superabundantis, nec uehementia uehementia, sed uehementis. Omnia enim huiusmodi aliorum sunt, et in aliis. nihil enim ipsum in seipso est, sed in altero cuius esse dicitur. Nec uidetur aliquod eorum, quae alicui inest, sibiipsum id afferre, quod ei affert, ut scientia habenti quidem ipsam, affert scientem esse, ipsa uero sibiipsum non affert. non enim scientia est sciens. Similiter autem et motus et superabundantia, et uehementia, etiam si sibiipsum uiderentur haec, quae his affuerunt in quibus sunt, in infinitum iretur, ut in naturae auscultatione monstratum est. Si enim uehementiae uehementia est, et illius rursus uehementiae erit uehementia, et hoc in infinitum, similiter et de superabundantia deduci poterit. Quare cum huiusmodi syllogismorum conclusiones sint impossibiles, et non maiores, quae patunt ex diuisionibus assignatis erunt minores falsae, quae ex consensu aduersarii sumebantur et ita nec uehementia fidei, nec superabundantia stuporis erit.

Εἰς ὅτι δὲ Διαμαρτάνουσι καὶ οἱ ἐν τῷ ἀδωασιῶν ζωῆν ἀδύνατον φέροντες ἔσονται. πάλιν γὰρ τὴν ζωὴν ἢ σύμφωνα καὶ ἄδωασιῶν ἔσονται. ὅτι δὲ ἀληθὲς δὲ λεγόμενον, ὅτι ἀδύνατον ἐπινοεῖται, ἐστὶν συγχωρησθέντων ἐκ τῶν ἀδυνατιῶν γινώσκου. οὐδέ τις γὰρ φησὶ ἐπινοεῖται ἀδύνατον λαμβάνειν, ἀλλὰ σύμφωνα καὶ τῶν ἀδύνατων ἀδύνατον ἀδύνατον. ὡστὶ οὐ γίνονται ἢ ζωὴν καὶ ἀδωασιῶν.

LOCVS LXV.

76 Quandoque autem peccant, et passionem in genus quod passum est, ponentes, ut immortalitatem vitam sempiternam dicentes esse. Passio enim quaedam vitae, et accidens, immortalitas uidetur esse. Quod autem verum sit quod dicitur, manifestum fiet, si quis admittat aliquem ex mortali fieri immortalem. Nullus enim dicit aliam vitam eum sumere, sed accidens aliquod, vel passionem eadem aduenire. Quare non genus vitam immortalitatis.

Hic est locus sexagesimus quintus, qui accipitur a passionibus, quatenus accipitur ut species eius quod patitur, hoc est sui subiecti, qui talis est, si aliquis posuerit subiectum

passionis pro genere passionis, peccati ueluti si aliquis coloris genus, corpus diceret. Passio enim corporis est color, idcirco corpus non est coloris genus. Simili ratione nec scientiae, nec notitiae, nec desiderii, nec tristitiae, nec irae genus est anima, sed subiectum, quod patitur haec. unde dicit, [Quandoque autem peccant, et passionem in genus quod passum est, ponentes] id est, ponentes passum, genus passionis, et per passum Alexander subiectum cuius est passio, exponit: per passionem uero, accidens. hoc modo corpus coloris passum dicitur, et color corporis passio. Simili modo animam passum dicit: scientiam, notitiam, iram, concupiscentiam, et cetera id genus passiones, quae sunt accidentia anime. Deinde ponit exemplum, et dicit, [ut] scilicet peccant dicentes immortalitatem] quae est passio uitae, esse uitam [sempiternam] ita quod uita sit immortalitatis genus, quae uita est passum, et subiectum immortalitatis. hi enim peccant, quoniam dederunt genus immortalitatis, uitam. Est autem passio aut quoddam accidens, immortalitas uitae, et hoc dicit, [Passio enim quaedam uitae, et accidens, immortalitas uidetur esse.] Quod uero ad uerba attinet, accidens graece est σύνπτωμα, quod non pro casu, de quo in physica auscultatione, sed pro accidente intellexit et accepit. Deinde declarat eadem pro accidente intellexit et accepit. Deinde declarat eadem plurim ex suppositione, et dicit, [Quod autem uerum sit, quod dicitur,] hoc est, quod passio aliqua et accidens uitae, sit immortalitas, manifestum fiet, si quis admittat aliquem hominem [ex mortali] statu [fieri immortalem.] ut putauit uanitas gentium, quae homines mortales putat ex beneficiis nobis collatis fieri posse deos. [nullus enim] hac suppositione concessa [dicit aliam uitam] secundum substantiam, et genus [cum sumere, sed accidens aliquod, uel passionem] nulla uidelicet facta mutatione substantia li in uita [eide] aduenire. [Suppositione enim hac concessa, eadem uita patiens, quae primo mortalis erat immortalis fit.] Quare immortalitas uitae passio et accidens est, adest enim et abest praeter uitae corruptionem. Si igitur immortalitas uitae passio est et accidens, uita non erit immortalitatis genus, nec dilectinis corpus est genus, nec uoluptatis uel tristitiae anima. ideo concludit. [Quare non genus immortalitatis uita.] Sed si non concederet aliquis suppositionem, uidelicet quod aliquis homo de mortali fieri possit immortalis. Adhuc locus uerus est, quoniam alius ex exemplis probari potest, tamen exemplum causam haberet, quoniam et si immortalitas non est passio ipsius uitae, erit saltem differentia. Nam species animalis rationalis sunt homo et deus, differentiae uero eorum sunt mortale et immortale. Quod si immortalitas est differentia uitae, nec ipsius immortalitatis genus erit uita. Dicitur enim eum peccare, qui differentiam in specie posuit. Verum licet illa suppositio esset falsa, nihil tamen prohibet falsum esse signum alicuius ueri. Vbi enim immortalis fieri posuit eadem uita, signum nobis erit, quoniam uita nec est genus, nec species immortalitatis. Non enim idem secundum subiectum et numerum potest manens idem transmutari secundum substantiam, de genere in genus, uel de specie in speciem, non enim supponi potest hominem ad equum transmutari. Non enim idem animal quod in homine manet secundum numerum, fieri potest equus. Bene tamen idem homo, et idem animal manens mutari potest ad oppositum accidens, licet igitur suppositio esset falsa, potest

A esse signum, quoniam locus est uerus. Loco enim illius suppositionis accipi potest alia uerba, supposito, quoniam id in quo fundatur suppositio, uerum est.

Εἰς ὅτι δὲ πάλιν, ὅτι οἱ ἀδύνατοι ἐπινοεῖται γένος φασὶν ἔσονται. διὸν δὲ πάλιν καὶ ἀεὶ καὶ κινεῖται. καὶ ἄλλοι γὰρ κινεῖται ἀεὶ τὸ πνεῦμα. ὁ γὰρ ἀδύνατος ἀεὶ διακινεῖται. ὅτι κινεῖται. καὶ οἱ ἀδύνατοι οὐκ ἐστὶν ὅπως ἀεὶ τὸ πνεῦμα. ἢ γὰρ ἀεὶ κινεῖται, καὶ κινουμένου τοῦ ἀεὶ τὸ πνεῦμα, καὶ ὅτι οἱ ἀδύνατοι ἀεὶ διακινεῖται, ὅπως ἀεὶ τὸ πνεῦμα. ὁ γὰρ ἀδύνατος ἀεὶ κινεῖται, ὅπως ἀεὶ τὸ πνεῦμα. ὁ γὰρ ἀδύνατος ἀεὶ κινεῖται, ὅπως ἀεὶ τὸ πνεῦμα.

LOCVS LXVI.

77 Rursum si passionis, cuius est passio, illud genus dicit esse: ut ventum aerem motum. Magis enim motus aeris uentus. Aer enim idem permanet, & quando mouetur, & quando stat. Quare non est omnino aer uentus. Effet enim & non moto aere uentus: siquidem idem aer permanet, qui quidem erat uentus. Similiter autem & in aliis huiusmodi.

Hic est locus sexagesimus sextus, qui sumitur etiam ab ipsa passione, quatenus accipitur ut species eius quod patitur, et non differat secundum Alexandrum a proximo loco nisi solo acceptiois modo. In proximo enim loco simpliciter dictum fuit, si passum genus passionis ponit, peccant: erant enim haec uerba, [quandoque autem peccat, et passionem in genus quod passum est, ponentes.] hoc est quandoque peccant, qui ponunt passum genus passionis. In praesenti uero loco addit modum acceptionis, quo passio accipitur, dicit enim, [Rursum si passionis, cuius est passio, illud genus dicit esse.] et intelligit in definitionibus, quasi dicat, rursum peccat, [si passionis] cum definitur, passum [cuius est passio, illud genus dicit esse.] quare differat hic locus a proximo secundum Alexandrum, quoniam proximus locus simpliciter prolatus est, tam in passionibus, cum definiuntur, quam simpliciter cum passum praedicatur de eis. In praesenti uero loco solum de passionibus intelligit, cum definiuntur. Prætere a in praesenti loco addit, [cuius est passio, illud genus dicit esse,] in proximo uero non addit haec uerba, [cuius est passio,] sed simpliciter dicit [quandoque autem peccant et passionem in genus quod passum est, ponentes] id est, peccant qui ponunt passum genus passionis, et sic haec loca differunt uerbis, et re: re quidem, quoniam hic locus limitatur in definitionibus, ille uero intelligitur simpliciter, uerbis uero, quia in illo loco non ponitur uerba, quae limitant passionem ad illud cuius est passio. In praesenti uero uerba huiusmodi ponuntur, haec ex commentariis Alexandri, per que patet error Iuniorum, qui uolunt hunc locum esse eodem uerbo priori assignatum. Euenit autem hic error propter corruptionem uerbus, quam habebant, textus enim Graecus hic est. Εἰς ὅτι οἱ ἀδύνατοι οὐκ ἐπινοεῖται γένος φασὶν ἔσονται, id est [Rursum si passionis, cuius est passio

illud genus dicit esse.] Est igitur locus talis, si passionis, cum definiuntur, quis dixerit illud passum esse genus, cuius est passio, hic peccat, etiam ut peccauerunt, qui simpliciter passionis passum genus esse ponunt. Quare si uentus passio aeris est, ut Aristoteles putat, manifestum quoniam qui uentum esse aerem motum definiendo dicit, peccat, quoniam passionis passum genus dedit, patiens enim aer est, patitur enim cum mouetur. Quod autem uentus aere passio fiat, demonstrat Aristoteles quoniam idem aer numero seruatus secundum substantiam manet, quando mouetur, et quando non mouetur, unde dicit, [Vt] uidelicet peccat, qui definiendo dicit [uentum] esse [aerem motum,] ut Empedocles dixit, [magis enim motus aeris uentus] est, et non aer, est enim aer potius subiectum quam genus, et uentus passio aeris, quia illius motus, [aer enim idem] numero [permanet et quando mouetur, et quando stat,] ergo est subiectum, et non genus, [quare non est omnino aer uentus,] ita quod aer sit uenti genus. [Effet enim et non moto aere uentus] id est quia si aer esset genus uentus, aer praedicaretur de uento omni eo ab aere circumscripto, quod non est in substantia aeris, et ita aer praedicaretur de uento circumscripto ab aere moto, qui non in substantia uenti, [siquidem idem aer permanet] secundum substantiam, [qui quidem erat uentus] id est qui erat genus uenti, [Similiter autem et in aliis huiusmodi] est dicendum: nam nullarum passionum passum est genus, propter eandem rationem. Haec est una expositio Alexandri quod uidelicet hic locus a priori differat solum in uerbis. Aliiter tamen exponit, et asserit eos, qui ponunt passum genus passionis, peccare per ignorantiam. Ignorauerunt enim quid passum sit, uero, qui passum genus putant passionis in praesenti loco, peccant ex scientia, quoniam sciunt quid sit passum et quid passio, et tamen asserunt passum esse genus passionis, asserentes uentum esse aerem motum, quos hoc pacto arguit, quoniam aer idem numero permanet cum uento, et sine uento, igitur aer non genus, sed potius subiectum est uenti, uentus autem aeris passio. Quod uero ad rationem attinet, attentione dignum Aristoteli, ut si se duas rationes, quibus probauit aerem non esse genus uenti. Prima est, quoniam aer est subiectum, cui adest et abest uentus sine corruptione aeris, igitur non est genus, unde de syllogismo est, nullum subiectum uenti est genus uenti, aer est subiectum uenti, igitur aer non est genus uenti, de ratione tangit probationem minoris ibi. Aer enim idem permanet, et quando mouetur et quando stat. Haec enim est minoris probatio. Secundo tangit conclusionem, cum dicit, [quare non est omnino aer uentus,] hoc est, quare aer non est genus uenti. Secunda uero ratio est ducta ad impossibile, si aer esset genus uenti, igitur non moto aere esset uentus, cuius consequentia probationem assignat, et dicit, siquidem idem aer permanet, qui est genus uenti. Sed haec probatio friuola uidetur, quoniam licet idem animal maneret corrupto rationali, tamen animal est genus hominis. Et enim homo animal rationale, et quia rationali non existente animal esse potest, uidebitur animal non esse genus hominis. Dicendum non esse simile de aere respectu motus et uenti, et de animali respectu hominis et rationalis, quoniam aer sublato motu ab ipso, manet idem numero secundum essentiam et substantiam. Simili modo manet idem omnino etiam uento cessante.

Et animal quod est genus hominis, non manet corrupto rationali, & corrupto homine, quia (ut Alexander inquit) genera non per se subsistunt alicubi, nec sunt nuda intentiones sine existentia, ut est hippocentaurus, sed eorum subsistentia in eis est de quibus predicantur, nam eis corruptis necesse est, ut genera, quae in illis sunt corruptantur. Substantia enim animata sensitiua, quae in Socrate est, corrumpitur Socrate corrupto. & si omnia quae sub genere sunt, corrumpantur nec genus erit. & si unum solum aut secundum numerum, aut secundum speciem eorum quae sub genere sunt, seruetur, genus corrumpetur, licet animal non corrumpatur. Seruato enim uno animali seruatur animal, quod est substantia animata sensitiua, non tamen seruatur animal ut genus, quoniam animal non esset natura communis in pluribus specie differētib; quae est ratio generis, quia igitur corrupto motu, manet aer secundum substantiam & numerum & magnitudinem, & secundum rationem generis, H in nullo substantialiter corrumpitur, manebit aer etiam ut genus. Quare aer corrupto motu, manebit genus uentii, non sic est de animali respectu rationalis & hominis, nam corrupto rationali, non manet idem numero & specie animal. & ita oportet etiam ut corrumpatur & homo & animal, & si non secundum communem naturam, saltem secundum eam, per quam ad hominem erat contractum, hac ratione aqua non est genus undae, quoniam potest aqua eadem numero seruari corrupta unda. Similiter ratione aer non est genus uocis, quoniam aer manet idem omnino corrupti uoce. Alexander autem in praesenti loco prolixè disputat, nos uero breuiter respondemus negando similitudinem, quoniam corrupto rationali, animal corrumpitur secundum substantiam, aer uero motu corrupto, manet secundum substantiam, & sic corrupto motu, potest remanere genus uentii: animal autem corrupto rationali, non potest remanere genus hominis, non enim ita aer ad motum se habet, ut animal ad rationale.

Et dicitur quod est genus hominis, non manet corrupto rationali, & corrupto homine, quia (ut Alexander inquit) genera non per se subsistunt alicubi, nec sunt nuda intentiones sine existentia, ut est hippocentaurus, sed eorum subsistentia in eis est de quibus predicantur, nam eis corruptis necesse est, ut genera, quae in illis sunt corruptantur. Substantia enim animata sensitiua, quae in Socrate est, corrumpitur Socrate corrupto. & si omnia quae sub genere sunt, corrumpantur nec genus erit. & si unum solum aut secundum numerum, aut secundum speciem eorum quae sub genere sunt, seruetur, genus corrumpetur, licet animal non corrumpatur. Seruato enim uno animali seruatur animal, quod est substantia animata sensitiua, non tamen seruatur animal ut genus, quoniam animal non esset natura communis in pluribus specie differētib; quae est ratio generis, quia igitur corrupto motu, manet aer secundum substantiam & numerum & magnitudinem, & secundum rationem generis, H in nullo substantialiter corrumpitur, manebit aer etiam ut genus. Quare aer corrupto motu, manebit genus uentii, non sic est de animali respectu rationalis & hominis, nam corrupto rationali, non manet idem numero & specie animal. & ita oportet etiam ut corrumpatur & homo & animal, & si non secundum communem naturam, saltem secundum eam, per quam ad hominem erat contractum, hac ratione aqua non est genus undae, quoniam potest aqua eadem numero seruari corrupta unda. Similiter ratione aer non est genus uocis, quoniam aer manet idem omnino corrupti uoce. Alexander autem in praesenti loco prolixè disputat, nos uero breuiter respondemus negando similitudinem, quoniam corrupto rationali, animal corrumpitur secundum substantiam, aer uero motu corrupto, manet secundum substantiam, & sic corrupto motu, potest remanere genus uentii: animal autem corrupto rationali, non potest remanere genus hominis, non enim ita aer ad motum se habet, ut animal ad rationale.

78 Si igitur & in hoc oportet admittere quoniam aer motus est uentus, non tamen de omnibus huiusmodi est assignandum, de quibus non verificatur huiusmodi genus, sed de quibuscunque uere praedicatur assignatum genus. Nam in quibusdam non videtur verificari, ut in luto, & niue. Niuem enim dicunt esse aquam coagulata: lutum autem terra humido temperata. Est autem neque nix aqua, neque lutum terra. Quare neutrum assignatorum generum erit genus. Oportet enim genus semper verificari de omnibus speciebus. Similiter autem neque uinum est aqua putrefacta (sicut Empedocles dicit) in ligno putruit unda, nam simpliciter non est aqua. Ex his patet solutio dubitationis, & tertia argumentatio, per quam probant aerem non esse uentii genus.

gnatum genus. Nam in quibusdam non videtur verificari, ut in luto, & niue. Niuem enim dicunt esse aquam coagulata: lutum autem terra humido temperata. Est autem neque nix aqua, neque lutum terra. Quare neutrum assignatorum generum erit genus. Oportet enim genus semper verificari de omnibus speciebus. Similiter autem neque uinum est aqua putrefacta (sicut Empedocles dicit) in ligno putruit unda, nam simpliciter non est aqua.

Hac est alia argumentatio (ut Alexander exponit) quae est talis, si aer est genus uentii, pari ratione aqua erit genus niuis, & terra genus lutii. tenet argumentum, quoniam sicut uentus est aer motus, ita nix est aqua coagulata, & lutum terra humido temperata: sed aqua non est genus niuis, nec terra genus lutii, igitur aer non est genus uentii. Circa hanc rationem sic procedit, quia primo uidetur quasi introducere dubitationem, & dicit, [Si igitur & in hoc] exemplo oportet admittere quoniam uentus est aer motus, oportet dico admittere uentum esse aerem. In quibusdam enim conceditur ex consuetudine materiam praedicari de eo cuius est materia, ueluti ex auro uas, aurum dicimus: eodem modo, quia uentum ex aere fieri putamus, uentum aerem esse concedunt. Introducta dubitatione, quae oritur ex usu loquentium, statim solutio dubitationem, inducit aliam argumentationem, & dicit, Licet ex usu loquentium in quibusdam materia praedicetur de eo cuius est materia, [non tamen de huiusmodi omnibus] esse effectibus [est assignandum,] id quod est materia, ut praedicetur uera praedicatione, quia supple non [de quibus non verificatur] ex usu loquentium [huiusmodi genus,] hoc est, huiusmodi materia de quibus enim materia ex usu loquentium non verificatur, de eis uera praedicatione datum genus non predicabitur. Quod autem non in omnibus verificatur, declarat, & perficit argumentationem, & dicit, [Nam in quibusdam] materia, quae datur, ut genus, [non uidetur verificari, ut in luto & niue. niuem enim dicunt esse aquam coagulata, lutum autem terram humido temperata. Est autem neque nix, aqua neque lutum terra,] quare neutrum assignatorum generum erit genus, quia neque aqua genus niuis, neque terra genus lutii, igitur neque aer erit genus uentii. Quod autem neque aqua niuis, neque terra lutii genus sit ostendit, & dicit, [Oportet enim genus verificari semper de omnibus speciebus.] Ultimo idem monstrat in exemplo Empedocles, & dicit, [Similiter autem neque uinum est aqua putrefacta (sicut Empedocles dicit) in ligno putruit unda,] nam [simpliciter non est aqua.] Ex his patet solutio dubitationis, & tertia argumentatio, per quam probant aerem non esse uentii genus.

A Ετι εἰ ὅπως εἰ ἀποδοῖν μὴ εὐδὸς ὅτι γένος. Διλωρὸν γὰρ ὅτι οὐδὲν ἐπιλαμβάνει τὸ ἀποδοῖν ὅτι γένος. ὁμοῦ τὰ ἀποδοῖν ὅτι γένος, ὅμοῦ τὰ ἀποδοῖν ὅτι γένος, ὅμοῦ τὰ ἀποδοῖν ὅτι γένος. οὐδὲν γὰρ ὅτι γένος, ὅμοῦ τὰ ἀποδοῖν ὅτι γένος, οὐδὲν γὰρ ὅτι γένος, οὐδὲν γὰρ ὅτι γένος.

LOCVS LXVII.

79 Insuper, si omnino quod assignatum est nullius est genus, manifestum enim quoniam neque eius, quod dictum est. Considerandum autem ex eo, quoniam nullum eorum differt specie, quae participant assignatum genus, ut alba. Non enim differunt specie haec adinucem. Omnis autem generis sunt species differentes. Quare nullius erit album genus.

Hic est locus sexagesimus septimus, qui accipitur ab eis de quibus praedicatur. cum enim alicuius genus, & genus sit, si aliquod datum alicuius est genus nullius omnino sit genus, nec huius erit genus, cuius genus datum fuit. Talia autem sunt species specialissima, quarum subiecta non differunt specie, unde dicit, [Insuper si quod assignatum est] ut genus, [nullius omnino est genus, manifestum enim quoniam uentum neque eius] erit genus, [quod dictum est] esse speciem eius. Quo modo uero cognosci potest aliquod omnino nullius esse genus, ipse docet sic, si ea omnia, quae participant id, quod ut genus datum est, nequaquam specie differunt, id quod datum est ut genus, impossibile est eorum esse genus, quid autem participare sit, superius exposuit: est participare, definitionem alicuius recipere, ut quoniam animal species participare, mutuo differunt, ideo animal est genus. Similiter ratione de aere, & aliis generibus, quia uero quia hominem participant, non secundum speciem mutuo differunt, nec quae equum, nec quae album, aut id genus participant, non mutuo specie differunt, ideo neque homo, neque equus, neque album, potest esse genus, unde dicit, [Considerandum autem] subaudi quo modo cognosci potest aliquod omnino nullius esse genus [ex eo, quoniam nullum eorum quae participant assignatum genus,] [differt specie] ab altero, [ut alba,] deinde syllogizat exemplum, & primo sumit minorem, & dicit, [Non enim differunt specie haec adinucem.] est igitur minor, alba non differunt specie. Deinde dat maiorem, & dicit, [Omnis autem generis sunt species differentes,] tunc dat conclusionem, & dicit, [Quare nullius erit album genus,] unde syllogismus est, omnes generis species specie differunt, alba non differunt specie, igitur insecunda figura, alba non sunt alicuius generis species, & sic patet exemplum, quod uidelicet album non sit genus alborum. Si igitur aliquis dabit tale genus alicuius, manifestum quoniam problema interuinitur. Sed occurrens, quoniam nonnulli asserunt animalatum & inanimatum al-

bi differentias esse. Contra obuiemus, quoniam praedicatio differentis nigrum etiam differt, ut nix, & coruus. non est autem possibile contrariorum easdem esse differentias. Insuper occurrerit dicendo hominem esse genus studiosi & prauis, aut uiri & mulieris, dicemus nec haec esse ita, quoniam haec non differunt specie, non enim differunt in ratione hominis, sed per aliqua accidentia. Oportet autem albi non equiuoce dici, sed eius quod est in colore, haec intelligere. album enim de luce, & colore dicitur, sed equiuoce, & ita licet lux & color albus differant specie, non tamen album erit genus quoniam equiuoce de eis dicitur.

περὶ τὸ ἀποδοῖν ἀποδοῖν, γένος ἢ ἀποδοῖν ὅτι γένος, ἀποδοῖν ὅτι γένος, ἀποδοῖν ὅτι γένος, ἀποδοῖν ὅτι γένος, ἀποδοῖν ὅτι γένος, ἀποδοῖν ὅτι γένος, ἀποδοῖν ὅτι γένος, ἀποδοῖν ὅτι γένος, ἀποδοῖν ὅτι γένος, ἀποδοῖν ὅτι γένος.

LOCVS LXVIII.

80 Rursum si quod omnia sequitur, genus vel differentiam dixit. Plura enim sunt quae omnia sequuntur, ut ens & vnum, eorum sunt, quae omnia sequuntur. Si igitur ens genus assignauerimus, manifestum quoniam omnium erit genus, siquidem praedicatur de eis. De nullo enim genus, nisi de speciebus praedicatur. Quare & vnum species erit entis. Accidit igitur de omnibus de quibus genus praedicatur, & speciem praedicari, quoniam ens & vnum de omnibus simpliciter praedicantur: oportet autem de paucioribus speciem praedicari. Si autem quod omnia sequitur, differentiam dixit, perspicuum, quoniam vel de aequalibus, vel de pluribus differentia quam genus dicitur. Nam si & genus omnia sequitur, de aequalibus: sin uero non omnia sequatur genus, de pluribus differentia

dicetur quam ipsum genus.

Hic est locus sexagesimus octauus, qui accipitur a predicatione inuicem salu, que talis est, si aliquis dixit quod omnia sequitur secundum predicationem esse genus uel differentiam, peccauit, quoniam plura sunt que predicantur de omnibus, quorum nullum est genus, unde dicit, [Rursum si quod omnia sequitur, genus uel differentiam dixit,] peccauit, et quod peccauerat, exponit, et dicit, [Plura enim sunt que omnia sequuntur, ut ens et uiuus,] res, bonum, et aliquid, et eorum sunt, que omnia sequuntur, et persequi omnia intelligit, ut primo Priorum patet, predicari de omnibus, ibi enim predicatum consequens, subiectum uero antecedens intelligit. Deinde declarat ens et unum non esse genera, licet predicentur de omnibus, et dicit, [Si igitur ens genus assignauerimus, manifestum quoniam omnium erit genus, siquidem predicatur de eis] omnibus, tunc procedit ad destructionem consequentis, et dicit, [De nullo enim genus nisi de specie predicatur] quando, uidelicet predicatur uniuoce. [quare et unum species erit entis,] predicatur enim ens de uno: unum enim est ens. tunc destruit hoc consequens, et dicit, [accidit igitur] si unum est species entis, [de omnibus de quibus genus predicatur, et speciem predicari, quoniam ens et unum de omnibus simpliciter predicantur,] quorum alterum species, alterum genus est. tunc destruit hoc ultimum consequens, et dicit, [Oportet autem de paucioribus speciem predicari,] quare unum non erit entis species, et ita nec ens erit genus omnium, cum monstrasset genus non esse id, quod omnia sequitur, monstrat quod nec differentia sit, que omnia sequitur, et dicit, [Si autem quod omnia sequitur, differentiam dixit, perspicuum quoniam uel de equalibus, uel de pluribus differentia quam genus dicitur,] que ambo absurda sunt. [Nam si et genus] cuius est differentia, [omnia sequitur, de equalibus] differentia dicitur ueluti si ens genus, unum uero differentiam entis aliquis diceret, [Sin uero non omnia sequatur genus] cuius est differentia, [de pluribus differentia dicitur quam ipsum genus,] cuius est differentia. sic peccat, qui entis differentiam opinabile tradit, nam opinabile in plus est quam ens, siquidem opinabile est, et non ens.

Ετι εἰ ἐν ὑποκειμένῳ τῷ εἶδει τὸ ἀποδοθεὲν γένος λέγεται, καὶ ἄπειρὸν τὸ λευκὸν ὑπὸ τῷ χιόνος, ὥστε δὴ ἄπειρὸν ὄντι οὐκ εἶναι γένος καὶ ὑποκειμένου γὰρ τὸ εἶδος μόνον τὸ γένος λέγεται.

LOCVS LXIX.

81 Insuper si in subiecta specie est, quod assignatum genus dicitur, ut album in niue. Quare manifestum, quoniam non erit genus. De subiecta enim specie solum genus dicitur.

Hic est locus sexagesimus nonus qui accipitur ab esse in, et a dici de. Nam cum genera de subiectis speciebus dicantur, et non sint in subiecto, manifestum, si aliquis genus alicuius dabit, in quo ut in subiecto est, quo-

niam destruemus ipsum utentes hoc loco, esse enim in subiecto, destruit genus, accommodatur enim potius accidenti, cui proprium est esse in subiecto. unde dicit, [Insuper si in subiecta specie est, quod assignatum genus dicitur] subaudi, destruemus esse genus. [ut] si posuerimus [album] esse [in niue,] destruemus album esse genus, propterea concludit, [quare manifestum quoniam] album [non erit genus] scilicet niuis. deinde tangit maximam ex qua locus habet suam probabilitatem, et dicit, [de subiecta enim specie solum genus dicitur.] et non est in subiecta specie. dici enim de altero, generi proprium est: esse in altero, accidenti. sic monstratur nigrum non esse genus picis, nec scientia aut uirtus, genus anime.

Σκοπεῖν δὲ ἔτι ἐν μὴ σαφῶν μὲρ τὸ γένος εἶδαι. καὶ τὸ ἀπειρὸν γὰρ τῶν εἰδῶν σαφῶς μόνον τὸ γένος καταγορεύεται.

LOCVS LXX.

82 Considerandum autem, & si non uniuoce sit genus speciei. De omnibus enim speciebus uniuoce genus predicatur.

Hic est locus septuagesimus qui sumitur a modo predicandi uniuoce, et equiuoce, et locus preceptus clarus est, dicit enim, [Considerandum autem et si non uniuoce sit genus speciei] sed equiuocum. nam si sic, destruenus genus. deinde ponit maximam in qua firmatur locus, et dicit, [de omnibus enim speciebus uniuoce genus predicatur.] Sic monstratur nec unum, nec ens, esse genus decem predicamentorum, quoniam tam ens quam unum equiuoce dicitur de decem predicamentis. Alexander tamen asserit hunc locum esse positum in his, que sunt subiecta passionum et accidentium. et erit secundum eius expositionem locus talis, si aliquod subiectum ut genus de eo assignatur quod est in subiecto, si non est uniuocum, non erit genus. sic monstratur manus non esse genus castus, nam castus non est manus, sed in manu, sicuti in subiecto. Est enim castus genus clauae, quo Daretum et Entellum pugna se legimus. Virgil libro quinto Aeneidos. Sin crudo sidit pugnam committere castu. Sic etiam monstratur aerem uel materiam non esse genus qualitatis. Est enim qualitas in his, ut in subiectis. est autem hic potentia tactus superius ibi [quandoque autem peccant, et passionem in genere eius quod passum est ponentes.] Hac tamen Alexandri expositio, licet sit uera, tamen non facile uerbis Aristotelis accommodatur.

Ετι ὅταν ὄντος τῷ γένει τῷ εἶδει ἐξουσία, τὸ βέλτιον τῶν ἐξουσιῶν εἰς τὸ χεῖρον γένος περὶ συμπίπτει γὰρ τὸ λοιπὸν ἐν τῷ λοιπῷ εἶναι. ἐπειδὴ τὰ ἐξουσία ἐν τοῖς ἐξουσιῶν γένεισιν, ὥστε τὸ βέλτιον ἐν τῷ χεῖρον εἶναι. δοκεῖ δὲ τὸ βέλτιον εἶναι τὸ γένος βέλτιον εἶναι.

LOCVS SEPTVAGESI= MVS PRIMVS

83 Ad haec si generi, & speciei con-

trarium est, quando quod melius contrarioum est, in peiori genere ponit. Accidet enim reliquum in reliquo esse: siquidem contraria in contrariis generibus sunt. Quare quod deterius est, in meliori erit. At uidetur melioris, & genus melius esse.

Hic est locus septuagesimus primus, qui sumitur a contrariis, comparatione habita duorum ad duo, qui talis est, si tam genus quam species contrarium habuerit, fueritque eorum contrarium alterum melius, alterum deterius, si deterius contrarium ponitur species melioris contrarii: melius uero, peioris, que dantur ut eorum genera, non sunt genera. unde dicit, [Ad haec si generi contrarium est, et speciei] similiter contrarium est, [quando quod melius contrarium est, ponit in peiori] contrario, ut in [genere.] subaudi, interuimur problema, quia quod datum est ut genus, non est genus. et quod intrinsecum sit problema, argumentatur ducendo ad impossibile, et dicit, [accidit enim reliquum] scilicet deterius contrarium [in reliquo esse] scilicet in meliori esse, ut in genere, [siquidem contraria in contrariis generibus sunt.] Quare contrario-rum assignatorum, [quod deterius est, in meliori erit,] et e conuerso, quod melius, in deteriori, tunc destruit consequens, et ponit maximam, et dicit, [at uidetur melioris] scilicet contrarii, [et genus melius esse.] est enim haec maxima, duorum contrariorum, quorum alterum melius, alterum peius est, si generi alterius contrarium ponitur, semper quod melius in meliori, et quod peius in peiori, ut in genere ponitur. Quae enim sub uirtute sunt, ut meliora sunt, que sunt sub uitio. Si igitur aliquis inuistiam uirtutem dixerit, hic dicit iustitiam uitium: et si segnitia est eligibilis, operari fugibile est. et si uoluptas malum, dolor bonum erit, que cum sint absurda genera intrinsecunda sunt.

καὶ ἐν τῷ αὐτῷ δμοίως πρὸς ἀμφὸς ἔχοντες, εἰς τὸ χεῖρον, καὶ μὴ εἰς τὸ βέλτιον γένος τῶν κινησῶν. διορ τῶν ψυχῶν ὅτι κίνησις, ἢ κινῶν μόνον, ὁμοίως γὰρ ἢ αὐτῆ σατμῆ καὶ κινητικῆ δοκεῖ εἶναι. ὥστ' εἰ βέλτιον ἢ εἰς αἴσις, εἰς τὸ το εἶδος τὸ γένος εἶναι.

LOCVS SEPTVAGESI= MVS SEC VNDVS.

84 Et si eodem similiter ad utraq; se habente: in peiore, & non in meliore genere ponit, ut animam quod quidem agitationem, aut agitatum. Nam pari modo eadem statura, & agitatuua esse uidetur. Quare si melius statio, in hoc oportet genere ponere.

Hic est locus septuagesimus secundus qui sumitur a comparatione eiusdem speciei ad duo contraria, qui talis est, si data species similiter se haberet ad duo genera,

quorum alterum melius, alterum peius est, si sub peiore genere ordinetur, genus male assignatur, unde dicit, [Et si eodem] hoc est, et si eadem species [similiter ad utraque] contraria [se habent,] quorum alterum melius, alterum melius est, ita ut uideatur sub utroque ut in genere, pari ratione ponenda, si [in peiore, et non in meliore genere ponit,] male assignat genus. rationabilis enim ipsam in meliore magis quam in peiore ponere oportet, ut quonia medicinalem facultatem uidemus morbum et sanitatem posse facere, non morbi, sed sanitatis effectiuam dicimus. In meliore enim (quando fieri potest) unum quodque est. unde sicuti natura eligi de possibilibus quod melius est, ita ars, quando eadem species esse potest sub duobus generibus, quorum alterum melius, alterum peius est, reponere debet eam sub meliore genere. Et intelligendum est, quando ex apparenti pari ratione, una species potest esse sub contrariis generibus: quoniam reuera nulla species eadem potest esse sub contrariis generibus: oppositorum enim generum species et differentia, opposita sunt. Aut intelligendum hypoteticæ, si contingat eandem speciem sub contrariis generibus poni. deinde exemplum affert, et dicit, [ut] si [animam] aliquis dixerit [quod quidem agitationem] id est ipsam agitationem unde enim Græce, ostensuum signum est, ut apud Socraticos Ly. unde dicit, ut si animam aliquis dixerit [agitationem, aut agitatum] supple cryat. [Nam] ut inquit, [pari modo eadem statura et agitatuua esse uidetur.] anima enim similiter se habet ad motum et ad statum. Est enim ipsa amborum causa in animali. nam ut animalia mouentur per animam, sic et per animam quiescunt. tunc dat conclusionem, et dicit, [quare si melius statio, in genere hoc oportet] animam [ponere.] est autem statio melior motu. Motus enim si est in quibus est statio, ob stationem est. est enim statio finis motus. in corporibus enim corruptilibus in quibus motus et statio sunt, semper statio est finis motus: in æternis uero, in quibus non est statio, motus melior est. simili ratione finis addiscere est addiscere, in quo est stare. Si igitur haec ita se habent, non recte fecerunt, qui animam in motu uel agitatione ut in genere posuerunt, melius posuissent in statione, ut in genere. Quod uero ad uerba attendit, dixit [agitationem, aut agitatum,] nam aliqui animam posuerunt esse agitationem per se. Aliqui uero dixerunt animam esse numerum per seipsum agitatum. Verum quouis modo dicatur, non recte ponitur, ut Aristoteles demonstrauit.

Ετι ἐν τῷ μάλλον ἢ ἧσσον, ἀνασκαφῶν τῶν εἶδων, εἰ δὲ γένος δέχεται τὸ μάλλον, εἰ δὲ εἶδος μὴ δέχεται, μὴτ' αὐτὸ μῆτε δὲ κατ' ἐκεῖνο λεγόμενον διορ εἰ ἢ ἀρετὴ δέχεται τὸ μάλλον, καὶ ἢ δὲ κλοισσῶν καὶ δὲ ἰκκαῶν. λέγεται γὰρ δὲ ἰκκαῶν τὸ μάλλον ἢ τῶν εἰδῶν, εἰ δὲ δὲ μετ' ἀποδοθεῖν γένος δέχεται τὸ μάλλον, εἰ δὲ εἶδος μὴ δέχεται μὴτ' αὐτὸ μῆτε δὲ κατ' ἐκεῖνο λεγόμενον, οὐκ εἶναι εἰς ἀποδοθεῖν γένος.

LOCVS LXXIII.

85 Præterea ex magis & minus: destruenti, quidem, si genus suscipit ma-





ter alicuius datæ speciei, alteri est genus, & alteri erit genus eiusdem speciei. Similiter autem & si quod minus uidetur esse genus, est datæ speciei genus, & quod magis uidetur illius genus, erit illius genus [ut si continentia magis potestas quam uirtus genus uidetur esse, uidetur enim continens secundum aliquam potestatem resistere concupiscentiis uirtus autem genus,] est continentia, igitur & potestas. Quod uero uirtus sit genus, patet, quoniam continentia est habitus laudabilis. Quod uero hic locus sit utilis ex parte specierum, demōstrat, & dicit, eadem autem & de specie conuenit dici, nam si similiter hoc & hoc uidetur [est propositi speciei, si alterum] est species propositi generis, & si reliquum. ] erit species propositi generis, [ & si quod minus uidetur species propositi generis, est species illius, & quod magis uidetur propositi generis species, erit species. ] ut si minus uidetur esse in uirtute ut in genere, ut in genere, igitur & constantia. eadē enim ratio est, siue i generibus siue in speciebus simile accipitur. Quod uero modo utiles sint ad construendum loci prædicti, perspicuum.

H Εἰς τὸς δὲ κατὰ τὰς ἀποδείξεις ἀποδείξεις ἐπισημαίνονται. ἐν καὶ τῷ ἀποδείξει δὲ γένος, ἐπὶ τῷ τὶ δὲ κατὰ τὸς ἀποδείξεις, μὴ ὄντος ἐν τῷ ἀποδείξει ἐπισημαίνονται. ἀλλὰ τὸ κλειδίον καὶ διαφορῶν, διὰ τὸν γὰρ οὗ γένος ἐστὶν. ἐν δὲ τῷ ἀποδείξει ἐπισημαίνονται, σκοπεῖν ἐν τῷ κατὰ τὸς ἀποδείξει τῷ γένος ἐπὶ τῷ τὶ δὲ κατὰ τὸς ἀποδείξει. ἀλλὰ γὰρ συμπεριλαμβάνεται καὶ τὸ κλειδίον ἀποδείξει διαφορῶν κατὰ τὸς ἀποδείξεις, καὶ γένος ὁμοιογενῶν.

LOCVS LXXV.

90 Insuper ad construendum, perspicuum si de quibus assignatum est genus, in eo quod quid est prædicatur: non vna existente assignata specie, sed & pluribus & differentiibus: nam manifestum quoniam erit genus. Si autem in assignato species est, considerandum & si de aliis speciebus genus in eo quod quid est prædicatur. Accidet enim rursus de pluribus & differentiibus idem prædicari.

Hic est locus septus gestinus quintus, qui sumitur à comparatione generis ad plures species, quo ad prædicari in quid, ex parte generis, & est constructiuus. aut potest dici Aristotelem ponere duo loca constructiua, quæ ambo sumuntur ab eo quod est prædicari in quid, uerū in primo supponit genus de pluribus & differentiibus specie prædicari, & querit si in eo quod quid est prædicatur. In secundo uero supponit genus prædicari in quid de data specie, & querit, utrum prædicetur & de aliis pluribus. De primo dicit [insuper ad construendum, perspicuum si de quibus assignatum est genus, in eo quod quid est prædicatur, non una existente specie assignata,

sed & pluribus & differentiibus] hoc est, modo supponatur non unam esse speciem, sed plures, & differentes. [nam manifestum] si ita fuerit, [quoniam] datū genus [erit] genus, ut si animal, de homine & equo. Et [ut Alexander inquit] hoc idem utile est & ad destructionē. si enim non esset in eo quod quid est prædicatum, non esset genus. deinde tangit secundum locum, in quo supponit datū genus prædicari de ipsa data specie in eo quod quid est, & querit si etiam de aliis differentiibus specie similiter prædicatur, ut si animal datum sit hominis genus, considerandum si de equo & aliis similiter prædicatur, quoniam si sic, datum genus erit genus, & dicit, [si autē in assignato] genere, species est, hoc est, si autem supponitur datum genus esse datæ speciei genus, [considerandum] & si de aliis speciebus genus in eo quod quid est prædicatur, nam si supple sic prædicatur de aliis, ut de illa, erit genus, quod datur ut genus. Cuius rationem assignat, & dicit, [Accidet enim rursus de pluribus, & differentiibus idem] genus [prædicari.] Quare erit genus, est aut hoc idem utile ad destruendum, quoniam si non de aliis in eo quod quid est, prædicatur, non erit genus quod datur ut genus, non enim prædicabitur de pluribus differentiibus specie.

Εἰς τὸς δὲ δοκῶν τισὶ καὶ τὸ διαφορῶν ἐπὶ τῷ τὶ δὲ κατὰ τὸς ἀποδείξεις κατὰ τὸς ἀποδείξεις, ἡ διαφορῶν τῷ γένος ἀποδείξει διαφορῶν, ἡ διαφορῶν τῷ γένος ἀποδείξει. καὶ τὸ διαφορῶν, ἡ διαφορῶν τῷ γένος ἀποδείξει. καὶ τὸ διαφορῶν, ἡ διαφορῶν τῷ γένος ἀποδείξει.

91 Quoniam autem uidetur quibusdam & differentia in eo quod quid est de speciebus prædicari, separandum est genus à differentia utenti iis, quæ dicentur elementis. Primo quidem, quoniam genus de pluribus quam differentia dicitur.

Cum dixisset in 1. libro differentia & problema de differentia oportere cum genere ordinari, quoniam eadem loca sunt utilia ad problema de differentia, quæ sunt utilia ad problema de genere. ideo docet nunc se parare genus à differentia, & primo ostendit causam quare debet ponere loca, quibus sciemus separare genus à differentia, & dicit, [Quoniam autē uidetur quibusdam] auctoribus, [ & differentia in eo quod quid est de speciebus prædicari, ] & de pluribus differentiibus specie, maxime differentia quæ constituit genus, ut ipsum sensitiuum. Videtur dico in eo quod quid est de speciebus prædicari, primo quia est prædicatum uniuocum ut genus, secundo quoniam ponitur in definitione speciei, quia ita quibusdam uidetur, [separandum est genus à differentia utenti iis quæ dicentur elementis,] hoc est, locis, quæ sunt tria, quorum primum accipit ab eo quod est de pluribus prædicari, & dicit, ut est [primo quidem] locus [quoniam genus de pluribus quam differentia dicitur.] Est autem uerus hic locus de differentia diuisiua. Est enim differentia diuisiua ut pars generis.

A Εἰς τὸς δὲ κατὰ τὸς ἀποδείξεις ἀποδείξεις ἐπισημαίνονται. ἐν καὶ τῷ ἀποδείξει δὲ γένος, ἐπὶ τῷ τὶ δὲ κατὰ τὸς ἀποδείξεις, μὴ ὄντος ἐν τῷ ἀποδείξει ἐπισημαίνονται. ἀλλὰ τὸ κλειδίον καὶ διαφορῶν, διὰ τὸν γὰρ οὗ γένος ἐστὶν. ἐν δὲ τῷ ἀποδείξει ἐπισημαίνονται, σκοπεῖν ἐν τῷ κατὰ τὸς ἀποδείξει τῷ γένος ἐπὶ τῷ τὶ δὲ κατὰ τὸς ἀποδείξει. ἀλλὰ γὰρ συμπεριλαμβάνεται καὶ τὸ κλειδίον ἀποδείξει διαφορῶν κατὰ τὸς ἀποδείξεις, καὶ γένος ὁμοιογενῶν.

92 Deinde quoniam secundum ipsius quid est assignationem, magis conuenit genus quam differentiam dicere. Qui enim animal dicit hominem, magis indicat quid est homo, quam qui gressibile.

Hic secundus locus, quo separamus genus à differentia sumitur à modo significandi quid est. nam licet differentia uideatur in eo quod quid est de specie prædicari, si enim definitio in eo quod quid est prædicatur, cū differentia in definitione speciei ponatur, etiam in eo quod quid est prædicatur, tamen magis genus congruit interroganti de specie quid est, dare quam differentiam, unde dicit, [Deinde licet differentia uideatur de specie in eo quod quid est prædicari, quoniam] tamen [secundū] ipsius quid est assignationem magis conuenit [interroganti] de specie quid est [genus quam differentiam dicere, qui enim] interrogatus quid est homo, [dicit hominem] esse [animal, magis indicat quid est homo] sic respondendo, [quam qui gressibile] dicit. & hic locus intelligitur tam de differentia diuisiua generis, quam constitutiua generis.

καὶ τὸς δὲ κατὰ τὸς ἀποδείξεις ἀποδείξεις ἐπισημαίνονται. ἐν καὶ τῷ ἀποδείξει δὲ γένος, ἐπὶ τῷ τὶ δὲ κατὰ τὸς ἀποδείξεις, μὴ ὄντος ἐν τῷ ἀποδείξει ἐπισημαίνονται. ἀλλὰ τὸ κλειδίον καὶ διαφορῶν, διὰ τὸν γὰρ οὗ γένος ἐστὶν. ἐν δὲ τῷ ἀποδείξει ἐπισημαίνονται, σκοπεῖν ἐν τῷ κατὰ τὸς ἀποδείξει τῷ γένος ἐπὶ τῷ τὶ δὲ κατὰ τὸς ἀποδείξει. ἀλλὰ γὰρ συμπεριλαμβάνεται καὶ τὸ κλειδίον ἀποδείξει διαφορῶν κατὰ τὸς ἀποδείξεις, καὶ γένος ὁμοιογενῶν.

93 Et quoniam differentia quidē qualitātē generis semper significat, genus autem differentia, non. Qui enim dicit gressibile, quale quid dicit animal. Qui uero animal dicit, nō dicit quale quid gressibile. Differentia igitur à genere sic separanda.

Hic est locus tertius, qui sumitur à modo dicendi quale. nam differentia qualitatem generis, cuius est differentia diuisiua, dicit. Est enim qualitas animalis rationale, genus autem non dicit quale differentia, nullius enim differentiarum, quibus diuiditur qualitas, est animal. unde dicit, [Et quoniam differentia quidem qualitatem generis semper significat, genus autem differentia, non] significat qualitatem. [Qui enim dicit gressibile] ut hominem esse gressibilem, [dicit animal quale quid,] dicit quid, dicendo animal, dicit quale, dicendo gressibile. [qui uero] hominem [dicit animal, non dicit quale quid gressibile.] tunc epilogat, & dicit, [Differentia igitur à genere sic separanda.] dixit differentiam esse generis qualitatem, quia dicit formam speciei qualificando genus. qui enim dicit animal rationale formam, hominis completissimam dicit, circumloquendo eam per hoc totum animal rationale

le. aut dicendum genus comparari ad differentias, quibus diuiditur, ut potentia ad actum, modo actus est essentialis qualitas siue potentie, potentia autem non est qualitas sui actus.

Εἰς τὸς δὲ κατὰ τὸς ἀποδείξεις ἀποδείξεις ἐπισημαίνονται. ἐν καὶ τῷ ἀποδείξει δὲ γένος, ἐπὶ τῷ τὶ δὲ κατὰ τὸς ἀποδείξεις, μὴ ὄντος ἐν τῷ ἀποδείξει ἐπισημαίνονται. ἀλλὰ τὸ κλειδίον καὶ διαφορῶν, διὰ τὸν γὰρ οὗ γένος ἐστὶν. ἐν δὲ τῷ ἀποδείξει ἐπισημαίνονται, σκοπεῖν ἐν τῷ κατὰ τὸς ἀποδείξει τῷ γένος ἐπὶ τῷ τὶ δὲ κατὰ τὸς ἀποδείξει. ἀλλὰ γὰρ συμπεριλαμβάνεται καὶ τὸ κλειδίον ἀποδείξει διαφορῶν κατὰ τὸς ἀποδείξεις, καὶ γένος ὁμοιογενῶν.

LOCVS LXXVI.

94 Quoniam autem uidetur musicum, qua musicum est, sciens esse, & musica scientia quædam est: & si ambulans, qua ambulat, mouetur, ambulatio motus quidam est. Considerandum, in quo genere uult quippiam construere, dictum modū. Ut si scientiam quod quidem fidem, si sciens, quatenus scit, fidit. Manifestum enim quoniam scientia fides quædam erit. Eodem autem modo & in aliis huiusmodi.

Hic est locus LXXVI, per quē docet construere genus, & sumitur à coniugatis, uel à denotatiuis, à denotatiuis enim ad principalia, locus est probabilis ad terminandum problema affirmatiuum de genere. Et procedit suspensiuē, primo procedendo per inductionem, secundo ibi, [Considerandum] terminat suspensionē, & assignat locū per uirtutē inductionis, & dicit, [Quoniam autem uidetur musicum qua musicum est, sciens esse, &] ex hoc sequitur quoniam [musica scientia quædam est, &] quoniam subaudi [si ambulans, qua ambulans mouetur,] sequitur quoniam [ambulatio quidā motus est,] & sequitur ex denominatiuis semper idem in principaliibus, cum ex inductione hoc pateat, [considerandum dictum modum] ex denominatiuis ad principalia [in quo genere] aliquis [uult quippiam construere,] per hunc enim modū poterit construere illius genus, [ut si] uult [scientiam quod quidem fidem] construere hoc, ut si uoluerit probare fidem esse genus scientie, considerandum subaudi, [si sciens quatenus scit, fidit, manifestū enim] si ita fuerit, [quoniam scientia fides quædam erit, eodem autem modo in aliis huiusmodi.] argumentandum. nam si delectans in quantum delectans in bono est, uoluptas bonum erit. Et si quod audit in quantum audit, sentit, & auditus erit sensus. Ad dicit autem Aristoteles ipsum [in quantum] quoniam non sequitur, dulce esse album, ergo dulcedo est albedo, nisi dicatur dulce esse album quo est dulce. modo hoc non est uerum, & ideo nec dulcedo erit albedo. Quod uero ad uerba attinet, animaduersione dignū, in codicibus græcis nostris uerbum est, cum dicitur [ & musica

Scientia quaedam est, et verbum est cum dicitur, [mo- tus quidam est] in antiquis graecis codicibus legi...

Εἰ δὲ ἐπιπέδον ἔστι τὸ μὴ ἔχειν ἄλλο ἢ τὸ ἐπιπέδον...

LOCVS LXXVII.

95 Insuper quoniam quod sequitur aliquid semper, & non conuertitur, difficile est separare ab eo quod est genus, si hoc quidem illud sequitur omne, illud vero hoc non omne: vt tranquillitatem quies, & numerum diuisibile, e conuerso autem non.

Hic est ultimus locus ad construendum genus, qui non est necessarius, sed probabilis, nec est utilis uniuersaliter ad construendum uerum genus, sed ad construendum a liquo ad predicatum, quod consequitur ad aliquod subiectum, ut genus. Cum enim genus sequatur speciem scilicet consequentiam, et non conuerso, ut si quidem homo, est animal, non autem si animal est homo, oportet, ut inquit, in quibus talis ordo est, ut alterum sequatur alterum, et non conuerso, accipere alterum quidem, ut speciem, alterum uero ut genus.

cato, non quod sit uerum, et proprium genus [cuius] ut inquit, alterum non se extendit in omnibus in quibus se extendit predicatum consequens, ab ipso respondente obsequendum, utque obediendum ipsi opponenti qui proposuit respondenti tale sequens esse genus, nam licet non sit proprie et uere genus, concedendum est opponenti ut saltem habeatur pro genere, ut proposuit.

Εὐστάσιος δὲ τὸν τοῦ οὐρανοῦ μὴ ἔχειν ἄλλο ἢ τὸ ἐπιπέδον...

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ ΤΩΝ ΤΟΠΙΚΩΝ.

INSTANTIA.

96 Instantia autem huius, quonia non ens sequitur omne quod fit (Nā quod fit non est) & non conuertitur. (Nou enim omne quod non est, fit) attamen non est genus non ens eius, quod fit. Simpliciter enim non sunt entis species. De genere igitur (quem admodum dictum est) transeundum.

Quia dixit locum esse probabilem, et non uniuersaliter uerum, dat instantiam, et non solum, ut demonstrat locum esse probabilem, et non in omnibus uerum, ut Alexander exposuit, et dicit, Instantia autem huius loci est, per quam patet eum non esse uniuersalem, quonia non ens sequitur omne quod fit, nam quod fit, non est, et non conuertitur, non enim omne quod non est, fit, ut tragelaphus enim non est, quod tamen non fit. Quare licet non ens sequatur omne quod fit, e conuerso tamen nequaquam sequitur, deinde declarat non ens non esse genus eius quod fit, et dicit, Attamen non est genus non ens eius, quod fit, licet sequatur ad oē quod fit, et quod non ens non sit eius quod fit, genus, declarat, et dicit, Simpliciter enim, et omnino non sunt non entis species, non entis enim possibile est species aliquas esse. De nullo enim non ens in eo quod quid est predicatur, et hac ratione nec priuationis sunt aliquae species. Praeterea genus existentiam et formam dicit, non ens autem sine existentia est, non igitur non ens genus entis esse potest. Oportet enim genus in quadam existentia consistere, et si non placet haec Aristotelis instantia, sunt et aliae: nam album omnem cygnum sequitur, et omnem nigrum, et album non est genus nigrum, nec cygni. Praeterea autem proposita fuerunt problemata de genere problematibus de proprio: et quae sunt de proprio, istae sunt de definitione. Quoniam quibus locis monstramus, quoniam hoc huius genus est, eisdem monstramus, quoniam genus datum in definitione genus est definitionis, et per destructiuam rursum monstrantis, quoniam datum genus non est genus, monstrabimus, quoniam nec definitionis est genus.

ARISTOTE

ΛΟΥΣ ΤΟΠΙΚΩΝ ΡΕΜΠΤΟΝ.




Οπερ δὲ τὸ ἴδιον ἢ οὐκ ἴδιον ἔστι δὲ ἐπιπέδον...

Aristotelis Top-

PICORVM LIBER QVINTVS,

cum eiusdem Augustini Niphi

Medicis commentariis.



TRVM autē proprium an non proprium est, quod dictum est, per haec considerandum.

Assignatur autem proprium, aut per se, & semper, aut ad aliud, & aliquando. Per se quidem, ut hominis, animal mansuetum natura. Ad aliud autem, ut animae ad corpus, quonia illa imperare nata, hoc autem parere. Semper autem, ut dei, animal immortalis. Aliquando uero, ut alicuius hominis ambulare in gymnasio.



VM assignasset nobis in libro quarto loca topica, quibus possibile est ad problemata de genere argumentari constructiue et destructiue, transit in praesenti libro quinto ad problemata de proprio, et tradit quomodo oportet ad haec argumentari: accipit autem primo quot modis dicitur proprium, quoniam quadrupliciter, et quid unumquodque, et quae ad inuicem horum differentia. Conuenienter autem proposita fuerunt problemata de genere problematibus de proprio: et quae sunt de proprio, istae sunt de definitione. Quoniam quibus locis monstramus, quoniam hoc huius genus est, eisdem monstramus, quoniam genus datum in definitione genus est definitionis, et per destructiuam rursum monstrantis, quoniam datum genus non est genus, monstrabimus, quoniam nec definitionis est genus.

Recte ergo problemata de genere preposuit problema tibus de definitione. Proposuit uero loca problematum de genere istis locis, quae sunt problematum de proprio, quoniam problemata de genere substantialia sunt, problema ta uero de proprio, super substantialia. Sunt autem substantialia priora non substantialibus. Preposuit etiam problemata de proprio istis problematibus, quae sunt de definitione, quoniam loca problematum de proprio, utilia sunt locis problematum de definitione, quibus enim locis monstramus quoniam hoc non est huic proprium, per eadem monstrabimus, quoniam nec definitio est hoc illius, uerbi causa, monstramus, quoniam non est proprium huius, si datum proprium fuerit subiecto cuius datur immanifestus, ut si datum proprium igni sit esse anima simile, cum subiectum scilicet ignis manifestus sit quam proprium, datum proprium non erit proprium. Aut monstrabimus non esse proprium, si equiuocam uocem habet, ut si proprie anima moueri quis dixerit. Cum enim motus uox sit equiuoca, motus non erit anima proprium. Aut si non conuertitur quod datur proprium cum subiecto, ut si datur bipes proprium hominis. Cum enim non conuertitur, non est hominis proprium. per haec eadem monstrabimus de finitionem datam non esse definitionem. Nam si definitio dato non esset data definitio notior, non erit illius definitio. Similiter si non conuertitur cum definitio, in super si equiuocam habuerit uocem, non erit definitio dati definitio. oportet enim definitionem notiorē esse, et conuertere, et uniuocā esse cum definitio, ueluti ipsum proprium. Recte igitur loca problematum de proprio locis problematum de definitione preposuit, Aristoteles. igitur praemittit prooemium, et dicit, Vtrum autem proprium an non proprium est, quod dictum est, et predicatur de subiecto per haec scilicet loca in hoc quinto libro discutenda considerandum, uel prooemium huiusmodi continetur cum epilogo sic, de genere igitur quemadmodum dictum est, hoc est per loca et considerationes assignatas, transeundum, utrum autem, genus quod dictum est, sit proprium an non proprium, est per haec, loca quae dicuntur considerandum. Hoc est prooemium, deinde prosequendo distinguit proprium, et dicit, Assignatur autem proprium quadrupliciter, aut per se, aut semper, aut ad aliud, et aut aliquando, proprium per se est, quod maxime proprium dicitur, ut Porphyrius libro de quinque uocibus dicit, hoc est, quod soli, et omni, et semper inest. Ipse tamen exponit, et dicit, per se quidem, ut hominis, animal mansuetum natura, mansuetum enim natura omni homini, soli homini, et semper homini inest. dixit, natura, quoniam animal esse mansuetum, competit etiam brutis, non tamen eis natura competit, sed assuetudine, et educatione. Insuper licet aibus quibusdam natura competeret, esse mansuetum, non tamen omnibus, hominibus autem omnibus. deinde definit proprium ad aliud, et dicit, ad aliud autem, ut anima ad corpus, ut esse imperatum, quoniam illa imperare nata, hoc autem parere. Simili modo corpori proprium est ad alterum, uidelicet obedire, esse enim aptum obedire ad animam est. Simili modo hominis proprium est bipes, ad quadrupes enim dicitur bipes, deinde exponit proprium quod dicitur semper, et dicit, semper autem, ut dei animal immortale, hoc enim semper deo inest, non soli autem, quo

nam et angeli, et anime sunt immortales. deinde exponit proprium aliquando, et dicitur, [aliquando uero, ut alicuius hominis ambulare in gymnasio.] hoc enim dicitur dum deambulatur per gymnasium, non enim semper per gymnasium deambulatur. Ex his sequitur quod in plus est semper, quam per se. nam quod est proprium per se, omni, soli, et semper inest: quod autem alicui inest semper, non semper inest omni, et soli. Similiter proprio ad aliud, quod est quandoque, in plus est. Quod enim est ad aliud proprium, aut in omnibus, et semper, aut in nullis est: quod autem quandoque, potest esse in omnibus, et potest esse semper, et potest esse quandoque. Insuper proprium semper, in plus est proprio ad aliud, quoniam quod semper, potest esse ad aliud, et non ad aliud. Item per se proprium differt a proprio ad aliud, quoniam proprium per se, omnibus competit, ad aliud uero, potest esse non omnibus existens. Hec de diuisione, ex qua patet quare drifariam dici proprium, quoniam aut per se, aut ad aliud, aut semper, aut aliquando.

Εσι δε το προς ετροπον ιδιον ἀνηιδόμενον, η δλο προβληματα, η τέτρατα. εαργη τδ πλ απο δδ, το δ άρνήσκη ταυτο τω το. Δλο μόνου προβληματα γινονται. κα δά πδ δ. άνδρωσιν προς ιπατον ιδιον. δδ εδ Δίπρω, κα γη δδ δ άνδρωσιν ού Δίπρω δδδ, εωχασοίν τις άμ. Ο δδ δ ιπατο Δίπρω, άμφοτέρως άρ νονίτο δ ιδιον. εαμ δε έκατέρω έκάπερον άνηιδώ, ηδύ έκατέρω άνηιδών, τέτρατα προβληματα έσα. κα δά πδ δ άνδρωσιν ιδιον προς ιωσων, δδ το μωδ Δίπρω, τδ δε τε βράπω δδδ. ηδύ γαυδ δδ άνδρωσιν ού Δίπρω δδδ, ηδύ δδ τε τράσων πεφικερ εωχασεμ. ηδύ Διόδ δ ιωσων Δίπρω ηδύ Διότι ού τε τράσων διόν τε εωχασεμ. δ τωσ δδ δάω Δεχδ έντοσ, άναρθετα το προβληματα.

2 Sunt autem proprii, quod ad alterum assignatum est, aut duo problemata, aut quatuor. Si enī de hoc quidem assignatum quippiam fuerit, de illo uero negatum id ipsum, duo duntaxat problemata fiunt, quę admodum hominis ad equum proprium est, quoniam bipes est. Nam & quoniam homo non bipes est, argumentabitur quispiam, & quoniā equus bipes. Vtrinque utique remouetur proprium. Sin uero de utroque utrinque assignatum fuerit, & de utroque negatum, quatuor problemata erūt: ut hominis proprium ad equum, quoniam ille quidem bipes, hic autem quadrupes est. nā & quoniam homo nō bipes est, & quo-

nam esse quadrupes natus est, arguētari est: & quoniam equus bipes, & quoniam non quadrupes, possibile est argumentari. Quolibet igitur modo ostēto, interimitur quod propositum est.

Antequam exponat diuisionem, quam assignauit de proprio, pręmittit quandam peculiaritatem, quam habet propriū quod dicitur ad alterum inter cetera propria: et est hęc peculiaritas, quoniam de proprio ad alterum interdum duo, interdum quatuor dispuantur problemata et hoc proponit, et dicit. [Sunt autem proprii, quod ad alterum assignatum est, aut duo problemata, aut quatuor] scilicet in disputationibus contingentia. et exponit quando duo, et quā quatuor: et primo exponit quādo duo, et dicit, [si enim] sit subaudi unum quippiam proprium ad alterum, quod [de hoc quidem] subiecto scilicet hominē fuerit assignatum, hoc est, datum et concessum, ut bipes de hominē assignatum et concessum, et affirmatum a respondente [de illo uero,] ut de equo ab eodem respondente [id ipsum] proprium, quod est bipes, [negatum, duo duntaxat problemata fiunt, quę admodum] sit hominē ad equum proprium est, quoniam bipes est] cum de hominē affirmetur, et de equo negetur, duo problemata fiunt. [nam] alterum est contra affirmationem de hominē, [et quoniam homo non bipes est, argumentabitur quispiam,] et sic erit unum problema. Contra uero negationem de equo argumentabitur quispiam [et quoniam equus bipes] et erit alterum problema. Et quia ita est [utrinque] hoc est, tam in primo, quā in secundo problemate remouetur proprium. [ab hominē enim in primo remouetur bipes, quod est hominē propriū, ab equo autem in secundo remouetur non bipes, quod etiam est equo proprium. Propriū enim equo est, non esse bipes, quare, quando unum est proprium, duo sunt problemata, deinde declarat quando sunt quatuor problemata, et dicit,] si uero] fuerint duo propria duorum subiectorum, [et de utroque utrinque assignatum] ac affirmatum [fuerit] ut de hominē quod sit bipes, de equo uero quod sit quadrupes, [et de utroque negatū,] quoniam de hominē quod nō sit quadrupes, de equo autē quod non sit bipes [quatuor problemata erūt. et] ponit exemplum, et dicit, [ut hominē proprium ad equum, quoniam ille] scilicet homo [quidem bipes, hic autem] scilicet equus [quadrupes est, nam argumentari est] de hominē, contra affirmationem quidem, [et quoniam homo non bipes est] contra negationem uero, [et quoniam natus est esse quadrupes,] et sic duo erūt problemata ex parte hominē: ex parte uero equi duo etiam. [et quoniam equus bipes] contra negationem, contra affirmationem uero [et quoniā non quadrupes possibile est argumentari.] quare ex parte equi etiam erunt duo, et ita omnia erūt quatuor. Ostēdit qualia hęc problemata sint, et dicit. Quo libet igitur modo] horum quatuor [ostēso, interimitur quod propositum est] si enim argumentatur, quoniam homo non bipes est, interimitur hominē proprium, quod est esse bipes, et si argumentatur, quoniam homo est

quadrupes, etiā interimitur hominē proprium, quod nō esse quadrupedem. Simili modo si de equo argumentatur, quoniam equus non est quadrupes, interimitur equi proprium, quod est esse quadrupedem. Et si argumentatur, equus est bipes, destruitur etiā equi proprium, quod est non esse bipedem. Quare in his quatuor problematibus semper interimitur proprium. Hęc de peculiaritate proprii ad alterum dicta satis. Verū non est hic peculiaritas sine dubitatione: uidetur enim cōuenire proprio per se, nam ut patet, quoniam propriū per se est, quod omni conuenit, et a quolibet alio separatur. Quare de eo duo possunt esse problemata, alterum si non conuenit omni, alterū autem, si non separatur a quolibet alio. utroque enim modo destruitur, quare de proprio per se duo problemata esse possunt. Cur igitur de proprio ad alterū dicit magis esse duo problemata quā de proprio per se? Præterea Arist. asserit de proprio ad alterū quatuor posse fieri problemata, quod nō uidetur uerū, quia propriū ad alterū aut affirmatur, aut negatur. Sed affirmatio et negatio plura problemata facere nō possunt, quā duo. Igitur de proprio ad alterum non quatuor quæri possunt problemata. Sed delectur prima dubitatio ex eo, quia de proprio ad alterum, sua denominatione, uique sui nominis, explicatur de illo posse esse duo problemata. est enī propriū ad alterū, quod in sua denominatione conuenit uni, et alteri: ad quod dicitur, non conuenit. de proprio uero per se licet quæri possunt duo illa problemata ut argumentum cogit, non tamen explicantur ex ui denominationis proprii per se. ideo dicit ea magis, de proprio ad alterum, quam de proprio per se. Delectur etiam secunda. nam affirmatio et negatio si accipiuntur respectu eiusdem, sic faciunt duo problemata. Si autem accipiuntur respectu diuersorū, ut in textu expositum est, sic faciunt quatuor problemata.

Εσι δε δ μ κα δ άυτο ιδιον, δ προς άσωντα άνηιδόμενα, ηδύ τωσ τωσ χωρζεα. κα δά πδ άνδρωσιν το προς δνωρον κα δ τωσέμωσ Δεκτι κόμ.

3 Est autem per se quidem proprium, quod ad omnia assignatur, & ab omni separatur. Quemadmodum hominis, animal mortale disciplinæ susceptium.

Cū assignasset proprii diuisionem, nunc definit mēbra illius, et primo definit proprium per se, quod est proprie proprium, et dicit, Est autem per se quidem proprium, quod ad omnia assignatur, hoc est, quod competit omnibus particularibus quę subiecto continentur, ut quod competit omnibus particularibus hominibus, qui sub hominē continentur. [et ab omni separatur,] hoc est, et separatur subiectum, ut hominē, ab omnibus aliis quę non sunt subiectum, ut hominē ab omnibus animalibus, quę non sunt homo, et ponit exemplum et dicit, quemadmodum hominē proprium est, [animal mortale disciplinæ susceptium.] Hoc enim competit omnibus particularibus hominibus, et separatur a homi-

nem ab omnibus animalibus quę non sunt homo, ergo est proprie proprium. Sed occurreret, quoniam omnia animalia quę audium habent, sunt disciplina susceptiua, ut in libro de animalibus dictum est, quare exemplum non ualeat. Dicendum animalia quę audium habent esse susceptiua discipline, non quidem discursiua rationis, sed quadam assuefactione. Aristoteles intelligit primo modo illud enim pro exemplo satis est.

το δ δ προς ετροπον, δ μη άπο πωτος, ελλδ άπο άνω τωσ τωσ Διορζεα. κα δά πδ άρπησ προς εωσέμωσ. οδ δ μωδ εμ τωσ τωσ. δ δ εμ λο γιστικόσ μόνω ηδύ τοίς έχουσί λογιστικόσ πέφυκα κε γηεδδ.

4 Ad aliud autem, quo non ab omni, sed ab aliquo statuto determinat. Ut virtutis ad disciplinam. Quoniam illa quidem in pluribus, hęc autem in rationali solo, & in habentibus rationem, nata est fieri.

Nunc definit proprium ad aliud, et dicit, Ad aliud autem proprium est, quod non ab omni alio, [sed ab aliquo statuto] ac determinato [determinat] hoc est separatur. Quod enim non separatur speciem cuius est proprium, ab omnibus aliis quę non sunt ipsa species, sed ab aliquibus statutis ac determinatis, hoc proprium est ad aliud, ut bipes, separatur enim hominē ab omnibus quadrupedibus, non tamen ab omnibus aliis animalibus, quia non ab auiibus. Aristoteles tamen assignat exemplū obscurum, et dicit, [ut uirtutis ad disciplinā,] subaudi proprium esse in pluribus, [quoniam illa quidem] scilicet uirtus [in pluribus] est, [hęc autem in rationali solo, et in habentibus rationem nata est fieri.] Hoc exemplum exponitur uno modo, quoniam uirtutum quędam in irascibili, quędam in concupiscibili, et quędam in rationali est, quare proprium uirtutis esse in pluribus, disciplina autem omnis in rationali, aut potius in parte contemplatrice, cum sit uirtus intellectiua, ergo esse in pluribus propriū est ad alterum. Alexander uero melius exponit, asserit enim uirtutē esse in pluribus, quoniam in passibili et rationali, disciplinam autem in solo rationali. Virtus enim non in aliquibus determinatis dicitur, sed in artificialibus et naturalibus, imō in omnibus passibilibus et rationalibus. hominis enim uirtus est operari secundum intellectum, equi autē bene currere, domus uero bene nos tueri a pluuiis et caloribus. At disciplina in statutis et determinatis uidetur, ut uidelicet in solis rationalibus, hoc est, hominibus, et sic secundum Alexandri expositionem, accepit uirtutem pro uirtute naturali, quę est ultimus terminus secundum optimum actum: cuiusque speciei. Disciplinam uero pro scientia quę speculatur uerum. Dicit etiam Alexander Aristotelem non accepisse uirtutem et disciplinam ut propria hominē, uel alicuius animalis, sed solum ea accepit ad demonstrandum quę uidentur inesse determinatis, quę uero non. Nam uirtus exemplum est eorum quę non sunt determinatis. Inest enim pluribus, quoniam pa-





**G** monstraverimus hominum non canescere, destruemus. tunc cōcludit ipsum nō esse logicum, & dicit, [nō igitur sunt orationes] hoc est argumentationes, [ad ipsum plures.] & ita non erit logicum proprium. Sēper enim proprium, multas observationes dat observanti, & respici-  
**H** enti ad omnia tempora. Oportet enim respicere si sede-  
 re non inest nunc Socrati, aut non inest, aut non inest: si enim non inest, uel inest, & non inest, uel inest, & nō inest uel inest, sedere non est proprium Socrati. Quia uero ad proprium quandoque solum ad presens tempus inspicimus, non plures sunt argumentationes. Solum enim inspicimus si Socrates nunc sedet, si enim nunc sedet, erit eius proprium: si autem non sedet nunc, non erit utiq; proprium. In preterito enim & futuro quandoque non consideramus, sed ad ipsum nunc. Ad hoc enim tempus in quo inest ei, dicitur quandoque proprium. cum declarasset quæ propria sunt logica, & quæ non nunc exponit quid est problema logicum, & dicit, [Logicum uero problema hoc est, ad quod orationes] hoc est argumentationes, sicut utique, & crebræ sicut numero multæ, & bonæ. hoc est, qualitate efficaces. Exposuit autē problema logicum obiter, quoniam exposuit proprium logicum, & ut intelligatur problema logicum, solum fieri de propriis per se, & semper, & ad alterum non autem de proprio quandoque. Deinde eligit propria, de quibus loca in hoc libro uult ponere, & dicit, [Ad alterum igitur proprium dictum, ex illis quæ sunt de accidente locis, inspicendum est.] dixit enim libro primo accidentia sæpe numero propria fieri ad aliquid, & propterea de propriis ad alterum, oportet argumentationes accipere ex locis, quæ dicta sunt de accidente. nam [si huic quidem accidit, ut si album accidit ety gnis, illi uero non accidit, sicutet coruo, propriū ad alterum cōstruet. Vel si album accidit corporibus, non quidem omnibus, sed huic quidem sic, illi uero non, proprium erit ad alterum. Simili modo, si nigrum animalibus inest, non autem omnibus, sed quibusdam accidit, quibusdam autem non accidit, etiam erit proprium ad alterum. recte ergo inquit] [Ad alterum igitur proprium dictum, ex illis locis quæ sunt de accidente, inspicendum est si huic quidem accidit, illi uero non] accidit. nam accidentia in quantum quibusdam accidunt, & quibusdam non accidunt, propria sunt ad alterum. [De illis autem] propriis quæ per se, & quæ semper, per hæc loca quæ dicemus in hoc libro cōsiderandum. [De proprio autem quandoque, non assignat hic loca, aut quia eadem loca, quæ sunt de problematibus accidentis sunt utilia ad problemata de proprio quandoque, uel quia proprium quandoque non est logicum, nec problemata de proprio quādoque sunt logica, ideo de eo non sunt dicenda loca.

**Γ**εδοτην μὲν ἐὶ κελῶς ἀποδ' ἰδοται δ' ἰδιον, ἢ μὴ κελῶς τ' δὲ κελῶς ἢ μὴ κελῶς, ὅτιν ἐν δὲ, ἐὶ μὴ δια γνωριμωτέρων ἢ γνωριμωτέρων κελῶς τὰ δ' ἰδιον. ἀνασκῶζοντα μὲν, ἐὶ μὴ δια γνωριμωτέρων. κατασκευάζοντα δὲ ἐὶ δια γνωριμωτέρων. τὸ δὲ μὴ δια γνωριμωτέρων, ἐὶ δ' μὲν, ἐὶ ὅλας ἀγνωστότερον δὲ δ' ἰδιον ὁ ἀπ' ἰδ' ὅσ' τ' ἐστὶν, ὅδ' ἰδιον ἐρκερ. οὐ γὰρ ἔσα κελῶς καὶ μὲνον δ' ἰδιον. γνοσῶς γ' ἔνα δ' ἰδιον πρὶ

**μ**ὲν τὸ γὰρ καὶ δ' ἀνρ' ἐνκερ, καὶ δ' ἰδιον, καὶ δ' τ' ἐς ὅρι μ' ἐς τοὺς μὲν. Δια γνωριμωτέρων οὐ γ' ἐστὶν. ὅτ' αὐτὸς γ' ἐσα κατανοεῖ ἰκανῶς μάλλον ἐσ' ὁ δὲ ἰς πρὸς ἰδιον ἐνα δ' δ' μὲν ὁ ἄλλοτ' ἄλλοτ' ἰδιον, ὅτ' ἀγνωστότερος κελῶς τ' ἐστὶν τ' ἰδιον μὲν ἂν λον γ' ἰδιον τ' ὅτι πρὶ ἢ ψυχ' ὅτι ἐν ἐν κα λῶς καὶ μὲνον ἰδιον τ' ἀποδ' ἰδοται τ' ἰδιον.

LOCVS I.

**9** Primum quidem si bene assignatum est proprium an nō bene. Eius autem quod est bene, aut non bene, est unum quidem, si non per notiora, aut per notiora positum est proprium. Destruenti quidem, si nō per notiora: construenti uero, si per notiora. Eius autem quod non per notiora, est hoc quidem, si omnino ignotius positum est proprium, quod assignauit, illo cui proprium dixit. Non enim erit bene positum proprium. Siquidem propter notitiam proprium facimus, discendi enim causa & proprium & definitiones facimus. Per notiora igitur accipiendū. Sic enim magis erit sufficienter cognoscere, utputa, qui pōit ignis proprium esse simillimum animæ, ignotiore quam ignis sit, utitur anima. Magis enim scimus quid est ignis, quām quid anima. Non igitur erit bene positum proprium ignis, si millimum animæ.

**H**is præmissis, nunc accedit ad ponenda loca, & primo præmittit particulare proœmium, postquam posuit uniuersale proœmium, secūdo ibi. [Eius autem quod non per notiora,] exequitur de intentione particulari, quam posuit in proœmio. De prima uero parte dicit, cum considerandum sit de iis propriis, quæ per se, & semper sunt propria, [Primum] considerandum si bene assignatum est proprium, an non bene. [hec est intentio, deinde magis specificando intentionem, dicit.] [Eius autem quod est bene aut non bene, est unum quidem] sicut elementum, siue locus qui accipitur a notioritate, uel (ut ita dicemus) ignotioritate, [si] uidelicet [non per notiora, aut per notiora positum est proprium, destruenti quidem, si nō per notiora: construenti uero, si per notiora.] hoc est proœmium, in quo intentio particularis posita est, tum in uniuersali, tum in speciali. Deinde prosequitur, & primo prosequitur locū destructiuū, & duo facit, quia primo prosequitur locū destructiuū, secūdo probat & per maxi

**A** man & per exemplum. ibi [siquidem propter notitiam] locum uero destructiuū, qui est per ignotiora, in duo diuidit. nam quando proprium est ignotius eo, cuius est proprium, dupliciter cōtingit (ut Alexander inquit) aut quia proprium penitus ignotius est eo, cuius est proprium, aut quia licet ambo sint nota, proprium tamen non est notius eo, cuius est proprium. Oportet enim non solum notius esse proprium re, cuius est proprium, sed quoniam huic inest, notius esse. Quia enim nescit hoc huic inesse, nec si huic soli inest, cognosceat. Oportet enim construentem per notiora utroque modo propii concessionem facere, eo quia proprium notius est ipsa re, & eius existentia. Si enim aliquid horum defecerit, manifesta erit eius assignatio: unde dicit. [Eius autem] elementum & loci, quod non per notiora] sumitur, dupliciter est. & exponit quomodo dupliciter, & primo assignat unum modum: & dicit, [Est hoc quidem si omnino ignotius positum est proprium quod assignauit, illo cuius proprium dixit, non enim erit bene propriū positum.] dico [omnino ignotius] ita ut res cuius est proprium, sit nota, & ipsum omnino ignotum. Accipit enim comparatiuum pro positiuo. De inde assignando causam probabilitatis loci, ponit maximam: & dicit. [Siquidem propter notitiam propriū facimus, discendi enim causa, & proprium, & definitiones facimus, per notiora igitur accipiendū, sic enim erit magis sufficienter cognoscere] cum scilicet proprium erit notius re, cuius est proprium. Deinde reprehendendo Democritum & Leucippum idem per exemplum exponit: & dicit. [utputa qui ponit ignis esse proprium simillimum animæ, ignotiore quām ignis sit, utitur anima.] Deinde declarat quod dixit, & inquit. [Magis enim sciuis quid est ignis,] cum sit nobis sensu figurat. [quām quid] sit anima, cum sensus nostros figurat. Tunc concludit exemplum, & dicit. [non igitur erit bene positū proprium ignis simillimum animæ.] cognosceat enim magis ignis naturam, quām animam. Sed occurres, quoniam non uidetur proprium debere subiecto esse notius, tum primo, quia proprium habet causam in subiecto, & at causa semper prior, & notior est suo effectui, tum etiam quia proprium definitur per suum subiectum, ut patet primo Posteriorum, & omnis definitio notior est definito, ut in textu patet. Licet de hac dubitatione fortasse postea sit differendum, tamen nunc dicendū hæc argumenta cōcludere subiectum esse notius proprio simpliciter, cum quo fiat, ut proprium sit subiecto notius, quo ad nos. Verum de hoc dicemus postea.

**τ**ὸ δὲ ἐὶ μὴ γνωριμωτέρου δὲ τὸ δ' ἐὶ δ' ὑπάρχον. δὲ γὰρ μὴ μόνον ἐνα γνωριμωτέρου τὸ πρῶτον καὶ ἕτερον, ἀλλὰ καὶ τὸ δ' ὑπάρχον γνωριμωτέρου ἐνα. ὅ μὴ ἐὶ τ' ὅτι ἐὶ δ' ὑπάρχον, οὐ δ' ἐὶ τ' ὅτι δ' ὑπάρχον μόνον γνωριμωτέρου. ὅτι δ' ἰδιον δ' ὅτι ἐπ' ὁ δ' ἐὶ πρὸς ἰδιον, δ' ἐὶ μὴ πρὸς τὸ ψυχ' ἢ πρὸς φέμερ ἐνα, ἀγνωστότερος κελῶς τ' ἀποδ' ἰδοται, ὅτ' ἐὶ μὴ τ' ὅτι δ' ὑπάρχον ψυχ' ὅτ' ἐὶ μὴ πρὸς τὸ ὑπάρχον, οὐ δ' ἐν ἐν κα λῶς καὶ μὲνον ἰδιον τ' ἀποδ' ἰδοται γνοσῶς γ' ἔνα δ' ἰδιον πρὶ

LOCVS II.

10 Aliud autem, si non notius est

hoc huic inesse. Oportet enim non solum notius esse re, sed huic inesse notius esse. Nam qui non scit si huic inest, neque si illi soli inest, cognosceat. Quare cum quoduis horum acciderit, obscurum fit proprium. Ut quia qui ponit ignis proprium, in quo primo anima nata est esse, ignotiore utitur quām sit ignis. Eo quia ignotius est, si in hoc est anima, & si in hoc primo est. Non erit itaque bene positū proprium ignis, in quo primo anima nata est esse.

**H**ic est secundus locus destructiuus, qui sumitur ab ignotioritate inherendi determinato subiecto. Si enim dubitatur proprium inherentiā habere in hoc determinato subiecto, datum proprium non erit bene assignatum inesse illi subiecto, ut si aliquis poneret ignis proprium esse hoc, scilicet in quo primo nata est esse anima. Dubitatur enim si in naturali calido est anima, quippe cum alii in spiritu, alii in corde, animam posuerunt. Quare nō bene se habet datum igni proprium, oportet enim non solum notius esse proprium subiecto, sed quoniam & nota, & non dubitatum inesse huic determinato subiecto. Quia enim non scit si risibile inest homini, nec sciet si omni, soli, & semper inest. proprie enim proprium sic inest ei, cuius est proprium, ubi attentione dignum in hoc loco supponendū esse tam subiectum quām proprium esse notius, ut dubitatur subiectum determinatum, cui inest propriū tunc erit male assignatū, uerbi causa, qui dicit proprium ignis esse in eo subiecto in quo est anima, habet de proprio & de subiecto quādam notitiā, scit enim subiectum esse idem ignis, & anima. Quia uero ignotius quid sit illud subiectum, utrum spiritus, an cor, proprium quod est esse in subiecto, in quo est anima, male assignatur de igne, quia non solum oportet propriū notius esse subiecto, sed non dubitari de eo propriū & determinatū subiectū. unde dicit. [Aliud autem] elementum & secundum est, [si hoc] propriū datum [nō notius est huic] subiecto determinato in esse, & Alexander, per nō notius exponit, dubitatum, ut sit sensus, alius locus est destructiuus si proprium fuerit dubitatum an huic determinato subiecto inesse. Est enim certum ignem inesse in eo subiecto, in quo est anima. Sed quia dubitatur utrum in spiritu, uel in corde, ideo esse in subiecto in quo est anima, non bene assignatur propriū ignis. Omne enim proprium habet subiectum, & determinatum subiectum, cui determinate est soli, & semper, & omni inest, & si sic exponitur, debemus eodem modo intelligere primum locum, & sic proprium erit male assignatū, uel cum proprium nō erit notius subiecto, hoc est, uel cum de proprio dubitatur subiectum cōiter sumptum, uel iuxta secundum locum, cum proprium non erit notius huic inesse, hoc est, uel cum de proprio dubitatur sum determinatum & præcistum subiectum. & si hoc modo intelligantur loca, cessat omnis questio, quæ sit ad inferioribus. Quare lege uerba hoc modo, [aliud autem]

G elementum [ si hoc ] scilicet proprium [ non notius ] hoc est non notium, sed dubitatum [ est huic ] scilicet subiecto determinato [ inesse ]. Nam si illius subiectum determinatum fuerit ignotum, male proprium erit assignatum. de inde pro huius loci confirmatione ponit maximam: et dicit. [ Oportet enim ] scilicet proprium [ non solum notius esse re. ] hoc est, non solum non esse dubitatum et obscurum, quod ad eius subiectum simpliciter, iuxta primum elementum [ sed huic ] determinato subiecto [ in esse notius esse. ] hoc est non dubitatum. et assignat rationem, et dicit. [ Nam qui non scit si huic ] determinato subiecto [ inesse, neque si illi soli ] et semper, et omnium [ inesse ] scit, uel cognoscet. ] Ecce quomodo Aristoteles exposuit notius pro non dubitato, et non notius pro dubitato: dicit enim. [ Nam qui non scit, ] et non dixit, nam quibus non est notius, [ si huic inesse ], tunc quasi epilogando utrumque locum: dicit, [ quare cum quoduis horum acciderit ], uel ut sit de proprio dubitatum subiectum simpliciter, uel dubitatum subiectum determinatum, [ obscurum ] et male assignatum [ est proprium. ] **H**ic enim scit animal subiectum esse eius quod est risibile, commune subiectum non ignorat illius proprii, scit enim risibile non inesse non animali, uerum non sufficit: ideo oportet scire risibile inesse homini determinate, et nulli alteri. Deinde reprehendit Democritum et Leucippum, qui dixerunt subiectum ignis esse illud, quod est animæ subiectum. et ut mihi uidetur, istius est ignis proprio, quoniam exemplorum non requiritur ueritas, sed declaratio: et dicit, [ Ut quia qui ponit ignis proprium ] subiectum et determinatum, dicens: do illud, esse in quo primo anima nata est esse, ignotiore subiecto [ mitur quam sit ignis, eo quia ignotius est, si in hoc est anima, et ] pro id est [ si in hoc primo est ] anima, hoc est, si in hoc determinato subiecto est anima. Est enim dubium utrum in spiritu, uel in corde, ideo concludit [ non erit itaque bene positum proprium ] scilicet determinatum subiectum [ ignis, in quo primo anima nata est esse. ] quoniam cum tale subiectum sit obscurum de anima, erit obscurum de igne. Quare duo sunt elementa, quibus destruitur proprium, primo si de proprio dubitatum fuerit subiectum simpliciter, secundum uero si de proprio fuerit dubitatum subiectum proprium ac determinatum. Quando igitur in primo loco dixit proprium debere esse notius subiecto, intellige de proprio non debere esse dubitatum subiectum simpliciter. Quando uero dixit in secundo loco proprium debere esse notius huic inesse, intelligas de proprio debere esse non dubitatum subiectum proprium. Nam quando subiectum simpliciter est dubium, uel subiectum determinatum dubium, proprium non est bene assignatum. hoc patet legendo hæc uerba Aristotelis, cessant omnes dubitationes, quæ fieri solent contra Aristotelem. Alexander etiam in prioribus commentariis etiam dixit de proprio non solum debere esse notum subiectum simpliciter et subiectum determinatum, sed ipsum proprium debere esse notius subiecto simpliciter, et subiecto determinato. nam per proprium intelligit proprium per circūlocutionem, quod ut mihi uidetur, est descriptio subiecti: modo descriptio datur per notiora descripto, seu definitio per notiora definitio.

κατασκευάζοντα δὲ, εἰ δ' αὖ γινωριμωτέρων καὶ ἐκείνων δ' ἰδίον. ἢ δὲ διὰ γινωριμωτέρων καὶ ἐκείνων τῶν ἰδίων. ἢ γὰρ κατασκευάζοντα τῶν ἰδίων τῶν καλῶς, οἱ μὲν ἔχουσι τὸ μόνον, οἱ δ' ἀπὸ τῶν ἀειζωνῶν ὅτι καλῶς, διὸν ἐπεὶ ὁ εἰσὼν ζῶον ἰδίον δ' αἰσθησὶν ἔχει, διὰ γινωριμωτέρων, ἢ γινωριμωτέρων ἀπὸ τῶν ἰδίων καὶ ἑκάτερον τῶν ἰδίων, εἰς ἂν καλῶς ἀπὸ τοῦ ἰδίου τῶν ζῶων, ὁ αἰσθησὶν ἔχει.

**II** Construenti autem, si per notiora positum est proprium, & si per notiora secundum utrumque modum. Erit enim bene secundum hoc positum proprium: nam constructiuorum locorum eius quod bene, alii quidem simpliciter monstrabunt quoniam bene, ut quia qui dixit animalis proprium sensum habere, per notiora & notius assignauit proprium secundum utrumque modum, erit utique bene assignatum secundum hoc animalis proprium sensum habere.

Ex eisdem locis contrario modo positus nunc docet construere proprium quo ad bonitatem, et dicit. [ Construenti autem ], subaudi considerandum, [ si per notiora positum est proprium ] hoc est, si notius et manifestius sit ipsum datum proprium eo subiecto cuius assignatur, et hoc per contrarium primi loci. [ et si per notiora secundum utrumque modum ], scilicet quo ad rem, et quo ad inesse, et hoc per contrarium secundum loci. Et ne tu credas per hæc duo loca esse proprium simpliciter bene assignatum, dicit. [ erit enim bene assignatum non simpliciter ] propositum proprium, [ sed ] secundum hoc hoc est, sed quo ad hoc, scilicet quo ad esse manifestum et clarum secundum rem, et secundum inherentiam, erit bene datum proprium: quo uero ad alios modos, fortasse non habet, ut si non conuertitur, si non soli inesse, si non omni, si non semper. ideo subdiuidit loca constructiuus: et dicit, [ nam constructiuorum locorum eius, quod bene ], bifaria sunt, [ alii quidem secundum hoc solū ], i. quod ad hoc solū constructiuus ipsum esse habet datum. secundum manifestum et notum esse proprium, et secundum manifestam esse eius inherentiam, secundum uero alios modos, ut secundum conuertit, et soli, et omni, et semper inesse fortasse non monstrant bene esse datum. Stat enim proprium esse bene datum secundum primas condiciones, non autem secundum alias omnes. [ Alii autem simpliciter ] et quo ad omnes condiciones, et modos secundum quos constructiuus proprium esse bene datum, monstrabunt. ] quoniam bene datum est proprium. Deinde ponit exemplum: et dicit. [ ut quia qui dixit animalis proprium sensum habere, per notiora ] quo ad esse [ et per notius secundum utrumque modum ]

A scilicet quo ad esse, et quo ad inherentiam, [ proprium assignauit. ] quia his duobus modis erit assignatum proprium. [ erit utique bene assignatum secundum hoc ], id est, quo ad has duas partes [ animalis proprium, sensum habere. ] simpliciter autem quo ad omnes fortasse poterit esse non bene assignatum: ueluti qui ponit proprium ignis id, in quo primo apta nata est esse anima, non bene dedit proprium quo ad hoc, id est, quo ad ambos modos. Nam anima inmanifestior est igitur, et etiam non est clara subsistentia eius. inmanifestum enim est, si anima primo est in calido, ut quidam putauerunt ex eo, quia anima apparet in calido, cum sine ipso non possit operari. frigidum enim quia est mortiferum et immobilitatem faciens, per ipsum non operatur. uel primo est in corde, quidam enim animam posuerunt in corde primo. ergo qui ponit ignem in eo in quo primo est apta esse anima, non bene quo ad ambos modos assignat proprium.

Επειτ' ἀνασκευάζοντα μὲν ἔτι τῶν ἀνομάτων τῶν ἰδίων ἢ δὲ διὰ γινωριμωτέρων καὶ ἐκείνων ἀειζωνῶν καὶ καλῶς καὶ μόνον ὁ ἰδίον. διὸν ἐπεὶ ὁ εἰσὼν ζῶον ἰδίον δ' αἰσθησὶν ἔχει, ἐν δὲ τῶν ἀειζωνῶν χριστῶν. οὗτε ἄρ' ἐν τοῦ ζῶου ἰδίου καλῶς καὶ μόνον, ὁ αἰσθησὶν ἔχει, ἀπὸ τῶν ἰδίων καὶ ἑκάτερον τῶν ἰδίων, εἰς ἂν καλῶς ἀπὸ τοῦ ἰδίου τῶν ζῶων, ὁ αἰσθησὶν ἔχει.

**B** τὸν ἰδίον καὶ τῶν ἀειζωνῶν καὶ καλῶς καὶ μόνον ὁ ἰδίον. διὸν ἐπεὶ ὁ εἰσὼν ζῶον ἰδίον δ' αἰσθησὶν ἔχει, ἐν δὲ τῶν ἀειζωνῶν χριστῶν. οὗτε ἄρ' ἐν τοῦ ζῶου ἰδίου καλῶς καὶ μόνον, ὁ αἰσθησὶν ἔχει, ἀπὸ τῶν ἰδίων καὶ ἑκάτερον τῶν ἰδίων, εἰς ἂν καλῶς ἀπὸ τοῦ ἰδίου τῶν ζῶων, ὁ αἰσθησὶν ἔχει.

LOCVS III.

**12.** Deinde destruenti quidem, si aliquid nominum quæ in proprio sunt assignata, multipliciter dicitur, uel etiam tota oratio plura significat. Non enim erit bene positum proprium, ut quoniam sentire multa significat, unum quidem sensum habere, alterum autem sensu uti, non erit animalis proprium bene positum, quod natum est sentire. Quapropter non utendum est, neque nomine, quod multipliciter dicitur, neque oratione proprium significate, quæ plura significet: quia quod multipliciter dicitur, obscurum facit quod dictum est, dubitante eo qui debet argumentari, quidnam dicit eorum, quæ multipliciter dicuntur: nam proprium, discendi gratia assignatur.

Hic est tertius locus, qui sumitur ab æquiuoco = D catione uel uniuocatione nominis uel orationis, quæ proprium significat, et multiplicat eum in duo, quia primo ponit locum destructiuum: secundo ibi. [ Construenti autem, ] ponit locum constructiuum. de prima parte, primo ponit locum, et dicit. [ Deinde destruenti quidem ] considerandum subaudi est, [ si aliquid quod nominum quæ in proprio sunt assignata, multipliciter dicitur, uel etiam tota oratio ] assignata proprio [ plura significat ], nam si primo uel secundo modo fuerit, [ non erit bene positum proprium. ] Proprium enim quandoque una uoce significatur, ut sentire, quod significat proprium animalis: quando quæ oratione, quæ pluribus nominibus constat: ideo dicit. [ Si aliquid nominum, quæ in proprio sunt assignata ] eorum subaudi ex quibus fit oratio, per quam circumloquimur proprium, [ uel etiam tota oratio ], per quam proprium circumloquimur, qualis est hæc oratio, discipline susceptiuum, qua proprium hominum circumloquimur, fuerit æquiuoca, proprium non bene assignatur. Tacuit autem uocem unam, quæ proprium significat, nam per exemplum patet proprium etiam non bene assignari, quando uox una ipsum significans fuerit æquiuoca. Quare si uox quæ proprium significat, uel si aliquid nominum ex iis, ex quibus hæc oratio constat, uel tota ipsa oratio proprium circumloquens erit æquiuoca, proprium non bene assignatur: deinde ponit exemplum, et dicit. [ Ut quoniam sentire multa significat, unum quidem sensum habere ] sicut potentia: [ alterum autem sensu uti ], quod est sensum habere actu, etenim dormiens uidetur sensum habere, sed potentia, non tamen actu; et quæ uigilat, habet sensum actu, [ non erit animalis proprium bene positum, quod natum est sentire ] id est sensum habere, tunc concludit, et dicit. [ Quapropter non utendum est neque nomine quod multipliciter dicitur ], proprium significante, [ neque oratione proprium significante, quæ plura significet: ] et non contentus exemplo probat rationibus, primam ponit, et dicit, [ quia quod multipliciter dicitur, obscurum facit ] proprium quod dictum est ] scilicet ipsum sensum habere: inmanifestum enim ad quod significatum accepit hoc, uidelicet sensum habere, utrum in potentia an in actu. [ dubitante eo, qui debet argumentari ] ad construendum proprium, [ quidnam est quod dicit ] nomen de numero [ eorum ], quæ multipliciter dicuntur: ] eo enim dubitante de significato nominis, non potest argumentari ad construendum proprium, quod subaudi contra rationem proprii sit [ nam ] inquit, [ proprium discendi gratia assignatur. ] Quod uero ad uerba attinet, dicit, [ si aliquid nominum, uel tota oratio ], quoniam non solum in uocibus simplicibus inuenitur multipliciter dici, sed in oratione, quod uocatur amphibologia: potest enim et per orationem proprium significari, ut per hæc, quæ est disciplina susceptiuum, oportet igitur, inquit, considerare si per æquiuocam uocem datum est proprium, aut per orationem amphibologiam, nam sic monstrabitur non bene datum esse proprium.

G Eν δε προς τους αναγκαιους ζειν, ελεγχου...

13 Insuper autem ad haec necessarium est redargutionem aliquam fieri iis, qui sic assignant proprium...

Hic adducit secundam rationem, quae talis est, si uox uel oratio proprium significans esset equiuoca...

κατασκευαζοντα δε, ει μη λεγομεν...

14 Construente autem, si non plura significat neque nominum quippiam...

piam, neque tota oratio. Erit enim secundum hoc bene positum proprium, ut quia neque corpus plura significat...

Cum assignasset locum destructiuium, qui sumitur ab equiuocatione uocis uel orationis quae proprium significat...

A Eπειτα ανασκευαζοντα δε, ει μεν λεγομεν...

LOCVS IIII.

15 Deinde destruenti quidem, si multipliciter dicitur illud, cuius proprium assignatur...

Hic est locus quartus, qui sumitur ab equiuocatione subiecti cuius assignatur proprium est...

nam eadem accidere necessarium est] his qui sic dicunt, quae accidit illis, qui dicunt ea quae i proximo loco dicta sunt...

κατασκευαζοντα δε, ει μη λεγομεν...

16 Construente uero, si non dicitur multipliciter hoc cuius proprium ponitur...

Hic est locus constructiuius, qui sumitur per oppositum, scilicet ab uniuocatione subiecti...

G primum, cuius exemplum assignat, et dicit. [ut quia homo simpliciter dicitur, erit bene positum secundum hoc hominis proprium, animal mansuetum natura,] quod est quoddam complexum, per quod circuloquimur proprium hominis. Hec de loco quarto.

Ἐπειὶ ἀνασκηδάζοντα μὲν, εἰς ὡλεονάνκας ἐρη-  
ται ὁ αὐτὸς ἐν τῷ ἰδίῳ, ὡς ἄλλοις γὰρ λαμβάνεται  
σι τῷ τοῦ προῦτος καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ, καθάπερ καὶ  
ἐν τῷ ὄρει, οὐκ ἔστι δὲ καλῶς κείμενον ἢ τῷ  
περιουσίῳ ἰδίῳ, τὰς ἀπὸ γὰρ ἡ ἀκούοντα ὁ πλο-  
νάκις λαχθέρ, ἀσφαρές οὐκ ἀναγκαίῳ ὅτι γινώσκῃ,  
καὶ πρὸς τὸ τοῦ ἀφ' ὧν ἔστι δὲ οὐκ ἔστι δὲ συμ-  
πῆλον δὲ ὡλεονάνκας ἐπέμ, ὁ αὐτὸς, ἢ ὁ ἰδίῳ  
πρὸς, καθ' ἑαυτὸν, ὅταν ὀνομάσῃ ὡλεονάνκας ὁ  
αὐτὸς, καθάπερ ἐν τῷ ἰδίῳ, ὡς οὐκ ἔστι δὲ ὡλεονάνκας  
λαμβάνει τῷ λόγῳ ἀπὸ τῷ ὀνομάσῃ, καθάπερ  
ἔστι δὲ τῷ ἰδίῳ, ὡς οὐκ ἔστι δὲ ὡλεονάνκας  
φύσιν φερομένην ἢ ὡλεονάνκας ἐπέμ, ὁ αὐτὸς, ἢ  
ἔστι δὲ μεταλαμβάνοντι τῷ ὡλεονάνκας τὸ οὐ  
σῶν τῶν ἰδίῳ, ἢ γὰρ καὶ ταῦτα ὅτι ὡλεονάνκας, καὶ  
οὐσία τοιαύτη, ἔστι γὰρ οὐκ ἔστι δὲ ὡλεονάνκας  
ἐρηκῶς, ὡς οὐκ ἔστι δὲ ὡλεονάνκας ἐπέμ, ὁ αὐτὸς,  
τῷ ἰδίῳ, καθάπερ ἀσκηδάζοντα ὅτι εἰς μὲν χεῖρα  
ὡλεονάνκας ὀνομάσῃ, ἔστι γὰρ ἢ τῷ ἰδίῳ  
καλῶς ἀποδεδόται ὀνομάσῃ, ἐν ἢ ἢ τῷ ἰδίῳ  
ἀνθρώπου ἰδίῳ, ὅταν ἐπισημῶς ἀνακῶν, οὐκ ἔστι  
ταῦτα ἢ τῷ ἰδίῳ, καθάπερ ἀσκηδάζοντα ὀνομάσῃ, ἐν ἢ ἢ τῷ ἰδίῳ  
καλῶς ἀποδεδόται ὀνομάσῃ, ἐν ἢ ἢ τῷ ἰδίῳ.

LOCVS V.

17 Deinde destruenti quidem, si frequenter dictum est idem in proprio, saepe enim latent hoc facientes & in propriis, quemadmodum & in terminis. Non erit autem bene positum quod hoc sustinet, proprium. Conturbat enim audientem, quod frequenter dicitur. Obscurum igitur necesse est fieri, & ad hæc, nugari videntur. Eueniet autem frequenter idem dicere duobus modis: vno quidem, quando nominauerit frequenter idem, vt si quis proprium assignet ignis, corpus tenuissimum corporum. Hic enim frequenter dixit corpus. Secundo autem si quis assumat orationes pro nominibus, vt si quis reddat terræ proprium, substantiam quæ maxime corporum secundum naturam fertur in inferiorem locum. Deinde assumat pro corporibus huiusmodi sub-

stantias. Vnum enim & idem est corpus, & huiusmodi substantia: erit ergo hoc modo substantia frequenter dicta. Quare neutrum erit bene positum proprium. Construeti vero, si nullo vitur frequenter nomine eodem. Erit enim secundum hoc bene assignatum proprium vt quia qui dixit hominis proprium animal disciplinæ susceptuum, non vltus est frequenter eodem nomine, erit vtique secundum hoc bene assignatum hominis proprium.

Hic est locus quintus, qui sumitur a repetitione multiplici, quæ fieri solet in circumlocutione proprii. proprium enim aliquando uno nomine appellatur, et in hoc proprium non cadit talis locus, non enim pluribus uocibus tale proprium circumloquimur, aliquando pluribus nominibus siue quadam oratione, proprium circumloquimur, et de huiusmodi proprio assignat talem locum, et dicit, quia primo docet destruentem, secundo ibi [Construeti enim uero] docet construere. De prima parte loci constructiuus est talis, si in circumlocutione alicuius proprii quod assignatur de aliqua specie, idem si frequenter dicitur, male assignatur proprium, circa hunc locum, sic procedit, quia primo ponit locum, et dicit, [Deinde destruenti quidem, si frequenter dictum est idem in proprio] hoc est, in circumlocutione proprii, subaudi tale proprium erit male assignatum, deinde assignat rationem, et dicit, [Sæpe enim latent hoc facientes et in propriis,] quando circumloquimur propria, [quemadmodum et in terminis] hoc est in definitionibus, ut enim definitio est obscura, in qua idem frequenter dicitur, ita in proprio circumlocutione proprium redditur obscurum, cum in illa idem frequenter dicitur. Sed non contentus hac breui ratione, diffusus hanc rationem explicat, et primo proponit quod uult probare, et dicit, [non erit autem bene positum proprium, quod hoc] id est, quod hanc multiplici- tatem sustinet, i. patitur, ut uerba græca sonant. deinde proposito eo quod intendit manifestare, statim repetit rationem tactam diffusus, et addit nouam rationem, et dicit, [Conturbat enim audientem, quod frequenter dicitur,] et quia nullus conturbatur ex auditu, nisi ex obscuritate, qua turbatus non percipit quæ audit, ideo concludit [obscurum igitur necesse est fieri] cum scilicet qui audit frequenter dicta, et non solum fit obscurus, qui audit frequenter dicta, sed et ad hæc, siue præter uel ultra hæc uidentur nugari] subaudi qui illa dicunt, dicit, uidentur nugari] et non dicit, nugantur, quia si nugarentur, non solum bonitatem, sed entitatem proprii interimerent, non nugantur autem uere, quia alterum ut alterius pars accipitur, at in nugatione idem et eodem modo repetitur, quod autem fit proprie nugari, alias dicemus: nunc uero nobis satis est dicere huiusmodi proprium non esse bene assignatum, tum propter obscurita-

A itum quia talis multiplicitas uidetur accedere ad nugationem. deinde obiter exponit, quot modis idem frequenter dicitur, et inquit, [Eueniet autem] siue contingit frequenter idem dicere duobus modis, uno quidem explicitè, [quando] explicitè [nominauerit frequenter idem,] cuius exemplum assignat dicens, [ut si quis proprium assignet ignis, corpus tenuissimum corporum. hic enim] in proprio assignatione [frequenter dixit corpus] dicens idem uoce, licet non dicat idem modo significandi eodem. Deinde dat secundum modum, et dicit, [Secundo autem,] implicite, quod cognoscitur subaudi [si aliquis assumat orationes] id est definitiones, siue descriptiones pro nominibus, ut si aliquis reddat terræ proprium, substantiam quæ maxime corporum secundum naturam fertur in inferiorem locum. [hic idem frequenter dicit implicite, quod cognoscitur] sic deinde pro corporibus, hoc est, loco corporum [huiusmodi substantias] id est corporæ substantias, [unum enim et idem est corpus, et huiusmodi substantia] id est, et corporea substantia, [erit ergo hoc modo substantia frequenter dicta.] nam sic circumloquimur dicendo proprium terræ esse substantiam, quæ maxime substantiarum corporearum secundum naturam fertur in inferiorem locum, ideo concludendo dicit, [quare neutrum] id est nec proprium, quod circumloquimur per multiplicem eiusdem repetitionem implicitam, nec proprium quod circumloquimur per multiplicem eiusdem repetitionem explicitam [erit bene positum proprium.] nam utroque modo redditur auditor obscurus, et utroque modo uidetur committi nugatio. deinde docet construere ab eodem loco præcepta uocis, et dicit, [Construeti uero] subaudi considerandum, [si nullo utitur frequenter nomine eodem] scilicet nec primo nec secundo modo, cuius rationem assignat, et dicit, [Erit enim secundum hoc] id est quo ad hoc, et non simpliciter quo ad omnia [bene assignatum proprium, ut quia qui dixit hominis proprium, animal disciplinæ susceptuum, non usus est frequenter eodem nomine,] nec primo nec secundo modo, [erit utique secundum hoc hominis proprium bene assignatum.] non tamen quo ad omnia, sed quod ad hoc solum, quo est non per frequenter dicta circumloqui non autem simpliciter quo ad omnia.

Ἐπειὶ ἀνασκηδάζοντα μὲν, εἰ τοῖς τὸν τι ἀπο-  
δέδωκεν ἐν τῷ ἰδίῳ, ὡς οὐκ ἔστι δὲ ὡλεονάνκας  
ἀχρεῖον γὰρ ἔστι δὲ μὴ χεῖρον ἀπὸ τινῶν, ὡς δὲ  
ἐν τοῖς ἰδίῳ λεγόμενον χεῖρον δὲ, καθάπερ  
καὶ τὰ ἐν τοῖς ὄρει, οὐκ ἔστι δὲ καλῶς κείμενον  
ἐν ἰδίῳ, διὸν ἔπει δὲ θεὸς ἐπισημῶς ἰδίῳ ὡλεονάνκας  
ἀμετάωσιον ὑπὸ λόγου ἐν ὄν, ἢ ἢ τῷ ἰδίῳ  
χεῖρον ἐν τῷ ἰδίῳ, ὡς οὐκ ἔστι δὲ ὡλεονάνκας  
οὐκ ἔστι δὲ καλῶς κείμενον ὡς τῆς ἐπισημῶς ἰδίῳ.  
κατασκηδάζοντα δὲ, εἰ μὴ δὲ κέχρηται κοι-  
νῶ, ἀλλ' ἀπὸ τῶν χεῖρον, ἔστι γὰρ καλῶς  
κείμενον ἢ τῷ ἰδίῳ, διὸν ἔπει ἔπει δὲ ὡλεονάνκας  
ἰδίῳ, ἢ χεῖρον, οὐκ ἔστι δὲ κέχρηται κοινῶ, ἐν  
ἢ κατὰ τοῦτο καλῶς κείμενον ὡλεονάνκας ἰδίῳ, ἢ  
ἢ χεῖρον.

LOCVS VI.

18 Deinde destruenti quidem, si ta-

le aliquod assignauit in proprio no- D  
men, quod omnibus inest. inutile enim erit, quod non separat ab aliquibus. Quod autem in propriis dicitur, separare oportet, quemadmodum & quæ in terminis. non igitur erit bene positum proprium, vt quia qui posuit scientiæ proprium opinionem indissolubilem a ratione vnum existens, tali aliquo usus est in proprio (vno inquam) quod in omnibus inest: non erit utique bene positum scientiæ proprium. Astruenti autem, si nullo usus est communi, sed quod ab aliquo separat, erit bene positum secundum hoc proprium. vt quia qui dixit animalis proprium animam habere, nullo usus est communi, erit secundum hoc bene positum proprium animalis, animam habere.

Sextus locus sumitur a communitate ac transcendentiâ nominum, quæ accipiuntur in circumlocutione proprii, et dicit, [Deinde destruenti quidem] considerandum, [si tale aliquod nomen assignauit in proprio, quod omnibus inest,] ut transcendens. nam si sic male est assignatum proprium, deinde probat esse male datum proprium per rationem, et dicit, [Inutile enim erit] quod ponitur in proprio, [quod non separat ab aliquibus, oportet autem] quod in propriis dicitur, separare, quemadmodum et quæ in terminis] hoc est, definitionibus dicuntur. Nam quemadmodum definitio oportet ut soli definito insit, ita oportet proprium soli subiecto inesse, cuius est proprium, et separare ipsum ab omnibus dissimilibus: ut si dixerit definiendo hominem, quod sit animal rationale mortale, per animal separauero hominem ab eis, quæ sunt aliorum prædicamentorum generumque, non autem a substantia. Per rationale uero, a brutis, quæ sunt animalia, sed non rationalia. Per mortale denique a diis, qui, ut Platonicè loquar, licet sint animalia rationalia, non tamen sunt mortalia. Simili modo proprium assignari debet. ideo concludendo dicit, [Non igitur erit bene positum proprium,] quando in eo nomina transcendentia, quæ sunt unum et ens, ponuntur. hoc exemplo monstrat, et dicit, [vt quia qui posuit scientiæ proprium opinionem indissolubilem a ratione unum existens, tali aliquo] scilicet nomine transcendenti [usus est in proprio, uno inquam] quod est transcendens, [quod omnibus inest, non erit utique bene positum scientiæ proprium.] Quod uero ad uerba exempli attinet, uerbum [unum existens] construi debet cum proximo, ut sit sensus, ut qui posuit scientiæ proprium unum existens, id est unam existentem opinionem indissolubilem a ratione, ita ut proprium scientiæ sit una



Opinio existens, indissolubilis a ratione. Nam licet unum existens sit generis neutrius, et opinio sit generis feminini, non refertur, quoniam in verbo unum existens, concipitur feminini generis, et dicitur [indissolubilis a ratione] quoniam opinio dialectica et scientia differunt, opinio enim dialectica quae distinguitur contra scientiam, potest dissolvi a ratione, at scientia haudquaquam. Opinio enim dialectica superfluit quo ad esse, ambo enim sunt propria, sed quo ad explicationem. Ergo intellectus loci est, fit ex probabilibus syllogismis, scientia vero ex demonstrativis. Quando vero opinio communiter sumitur, est generis scientiae, et opinionis dialecticae. Quando vero in specie accipitur pro dialectica opinione, differt a scientia, modo quo diximus. Quod vero unum in omnibus sit, declarat Alexander, quoniam aut genere dicuntur unum, ut bas, equus et homo: aut specie unum, ut Socrates et Plato: aut numero, ut unitas, et hoc aliquid individuum: aut contentia, ut totus mundus. Quare non bene quantum ad hoc, datum est proprium. Nam proprium gratia cognitionis rei accipitur, cuius est proprium, et oportet separare speciem cuius est proprium ab aliis speciebus, sicuti et definitio: at unum est ens cum se quantum ad omnia entia, non dividunt speciem ab aliquibus. Deinde docet ab eodem loco construere, et dicit, [Astruente autem, si nullo usus est communi, sed eo] quod ab aliquo separata, erit bene positum secundum hoc proprium, dicit quo ad hoc, quia non erit bene positum quod ad omnia alia, quae proprio competunt. Deinde exemplo declarat, et dicit, [ut quia, qui dixit animalis proprium, animam habere, nullo usus est communi, erit secundum hoc bene positum proprium animalis, animam habere,] corrigit autem Alexander errorem, qui contingit in verbis scriptis in textu, non enim ignoravit Aristoteles non esse proprium animalis animam habere, cum hoc sit commune animalibus et plantis. Propterea dicit, iacere in textu debere, animalis proprium sensuum esse, quoniam sensuum soli animali competit, vel sensum habere: nam sensum habere soli animali competit.

Επειὶ ἀνασκηδίζοντα μὴ εἰς πλείω ἰδίαι ἀποδιώσκει τὸ αὐτὸ. μὴ διορίζεται πλείω τῶν συνῶν γούρ καλῶς ἔσαι καὶ μόνον ὁ ἴδιος. καὶ ἀπὸ τῆς γούρ οὐ εἰς τοὺς ὄρους δεῖ παρὰ τὸν δηλοῦντα λόγον πλὴν οὐσίαν προσκεῖσθαι τὴν πλείω, οὐτως οὐ εἰς τοὺς ἰδίους παρὰ τὸν ποιοῦντα λόγον ἰδίωμ ἐν ἑνὲν οὐδὲν προσάποδοστέον. ἀχρεῖον γούρ γίνεσθαι ὅ τοιοῦτον. διορίζεται ὁ ἐπὶ τῶν ἰδίων περιεσώμα ὁ λεπτὸτατον καὶ κοφύτατον, πλείω ἀποδιώσκων ἰδία ἐκάτορον γούρ ἢ μόνον τὸ περιεσώμα ἀλλήθεν ἔστιν ἐν ἑνὲν καλῶς καί μενον ἰδίωμ περιεσώμα ὁ λεπτὸτατον καὶ κοφύτατον. κατασκηδίζοντα δὲ, εἰ μὴ πλείω τὸ αὐτὸ ἰδία ἀποδιώσκων, ἀλλ' ἐμῆσαι γούρ ἢ τὸ το καλῶς καί μενον ὁ ἴδιωμ, διορίζεται ὁ ἐπὶ τῶν ἰδίων, σῶμα ὁ εἰς ἑπὶ αὐτὰ ἀγαμένον, ἐν ἀποδιώσκων ἐπὶ ἰδίωμ ἀλλ' οὐ πλείω ἐν ἑνὲν τὸ το καλῶς καί μενον ὁ τὸ ἰδίωμ.

LOCVS VII.

19 Deinde destruenti quidem, si

plura propria assignat eiusdem, non determinans quoniam plura ponit. Non enim erit bene positum proprium. Nam quemadmodum nec in terminis oportet praeter eam, quae indicat substantiam, orationem adiungere quippiam plusculum: sic nec in propriis praeter eam, quae facit proprium, quod dictum est, orationem quicquam assignandum. Inutile enim fit eiusmodi, ut quia qui dixit proprium ignis tenuissimum & leuissimum, plura assignavit propria (vtrunq; enim de solo igne verum est dicere) non erit bene positum proprium ignis, corpus subtilissimum, & leuissimum, Astruente vero si non plura eiusdem propria assignavit, sed vnum, erit secundum hoc bene positum proprium. ut quia qui dixit humidi proprium, corpus quod in omnem figuram ducitur, vnum assignavit proprium, & non plura, erit secundum hoc bene positum huiusmodi proprium.

Hic est locus septimus, qui accipitur a pluralitate priorum, et dicit, [Deinde destruenti quidem] considerandum subaudi [si plura propria assignat eiusdem, non determinans] nec ostendens, quoniam plura ponit, quoniam si sic male ponit. Nemo enim dubitare debet plura propria posse esse eiusdem rei, ut dicitur primo Priorum, verum illa non sunt eiusdem rei aequae primo, nec subeunt rationem unam: quare intellige sic locum, [si plura propria assignat eiusdem rei, ac si ex illis fiat una oratio significans unum proprium, et non determinans quoniam plura,] peccat, [non enim erit bene positum proprium] quoniam alterum superfluit pro explicatione alterius, neutrum enim neutrum explicat, ideo si alterum ponitur, ut explicans alterum, superfluit: si vero dicat quod ignis proprium sit tenuissimum, et quod ignis proprium sit leuissimum, non peccat, quoniam sic praestendit illa esse plura, et non alterum ponit, ut explicatum alterius. Igitur non errat in quantum eiusdem rei ponit plura propria, modo ostendat illa esse plura, sed in quantum ponit ea in oratione una, et alterum, ut alterius explicatum. alterum enim pro explicatione alterius superfluit, cum sint diversa propria, veluti errat, qui ponit disciplinabile explicationem visibilem, sed qui visibile esse proprium hominis, et disciplinabile esse proprium hominis ponit, cum ut sic ponat ea, ut plura, non errat: ergo peccatum est ponere plura propria in una oratione significante unum, pro

primum, quando alterum ponitur, ut explicatum alterius, quoniam alterum superfluit pro explicatione alterius. Sunt enim diversa, hoc autem ostendit per simile in definitionibus, et dicit, [nam quemadmodum nec in terminis] hoc est definitionibus, [oportet praeter eam orationem, quae indicat substantiam, adiungere quippiam plusculum, sic nec in propriis praeter eam orationem quae facit] et explicat proprium, quod dictum est, quicquam assignandum. ] quod videlicet sit superfluum ad explicationem alterius, [ inutile enim fit huiusmodi, cum enim sit diversum secundum a primo, vel primum, vel secundum superfluit ad explicationem alterius. Non enim superfluit quo ad esse, ambo enim sunt propria, sed quo ad explicationem. Ergo intellectus loci est, si in una oratione ponantur duo propria diversa, ut explicantia alterum eorum, vel unum tertium proprium diversum ab illis, peccatum est. Deinde demonstrat hoc per exemplum, et dicit, [ ut quia qui dixit proprium ignis, tenuissimum et leuissimum, plura assignavit propria in una oratione, quorum alterum non explicat alterum, nec ambo explicant tertium proprium. ] utrumque enim de solo igne verum est dicere ] eorsum, et alterum non alterius explicativum, nec ambo tertii expostivum, [ non erit bene positum proprium ignis, corpus subtilissimum et leuissimum. ] haec nec explicat tertium proprium, nec alterum alteri, igitur oportet alterum superfluit. Patet igitur non esse peccatum ponere plura propria eiusdem, ut hominis visibile, disciplinabile et bipedem: sed plura propria ponere in una oratione, quae explicent unum tertium proprium aliud ab eis, vel quorum alterum explicet alterum, est peccatum, non quo ad esse sed quo ad explicationem. Hoc pacto peccat, quod dicitur aqua esse corpus humidum, in alieno loco bene visibile. nam dedit duo propria diversa: alterum, corpus humidum: alterum autem, in alieno loco bene visibile. A qua enim in proprio loco invisibilis est, in alieno videtur, ut in eo aetho, vel alio quodam. Hic enim peccat, quoniam alterum non ponitur ut explicatum alterius, nec ambo ut explicativa tertii, ergo alterum superfluit. Deinde ponit considerationem constructivam huic correspondentem, et dicit, [ Astruente vero ] subaudi considerandum [ si non plura ] scilicet in una oratione [ eiusdem propria assignavit, sed unum, ] vel una voce, vel una oratione, in quantum nihil superflui ponitur. nam si sic, [ erit proprium bene assignatum, quo ad hoc ] non tamen quo ad omnia alia, quae proprio competunt, [ ut quia qui dixit humidum proprium, corpus quod in omnem figuram ducitur, unum assignavit proprium, et non plura, ] est enim una oratio, qua circumloquimur unum proprium, in qua nihil superflui ponitur, [ erit secundum hoc bene positum huiusmodi proprium. ] Nam licet plura ponantur in oratione, omnia ponuntur ad explicationem alterius, et nihil superflui continent. Quod vero ad exemplum attinet, attentione dignum humidum esse corpus, quod figura continentis figuratur. nam si ponitur in aliquo rotundo, rotundi speciem accipit, et si in quadrangulo quadranguli formam sumit, et similiter si poneretur in aliquo alio cuiusvis figurae existente.

Επειὶ ἀνασκηδίζοντα μὴ, εἰ αὐτὰ προσκεῖσθαι οὐ τὸ ἴδιον ἀποδιώσκων, ἢ ἑπὶ αὐτοῦ τι

νί. οὐ γὰρ ἔσαι καλῶς καί μενον τὸ ἴδιον. τοῦ γὰρ μαθεῖν χεῖρον ἀποδιώσκον τὸ ἴδιον. αὐτὸ δὲ δύναται τῶν ὁμοίων ἀγνωσόν ἐστι. τὸ δὲ τι ἑπὶ αὐτῶν ἕστερον, οὐκ ἐστὶν ἐπὶ γναριμῶν τῶν. εἰ οὐ γινέται διὰ τῶν τῶν μάλιστα ἐπὶ μαθεῖν διὸν ἐπει δὲ ἐπιπῶν ζῶσιν ἴδιον, οὐσίαν ἢ ἐπὶ εἶδον ἀνθρώπων, τινὶ προσκεῖσθαι τὰ ἑπὶ τοῦ ζῶου, οὐκ ἐν εἰν καλῶς καί μενον τὸ ἴδιον. κατασκηδίζοντα ἢ, εἰ μίτε αὐτῶν μίτε ἑπὶ αὐτοῦ μηδὲν χεῖρον. ἔσαι ἢ τὸ τοῦ καλῶς καί μενον τὸ ἴδιον. διὸν ἐπει δὲ θείας ζῶσιν ἴδιον τὸ ἐν ἀνθρώπων καὶ σάμακος συγκαίμενον, οὐτε αὐτῶν, οὐτε ἑπὶ αὐτοῦ οὐδὲν κέχρηται, εἰν ἂν καλῶς καί μενον τὸ ἴδιον ἀποδιώσκον τὸ τοῦ ζῶου ἴδιον.

LOCVS VIII.

20 Deinde destruenti quidem, si eodem usus est, cuius proprium assignavit, aut aliquo eorum quae sunt, illic. Non enim erit bene positum proprium, nam discendi gratia assignatur proprium, idem autem eidem similiter ignotum est: id autem quod aliquid eorum est quae sunt eius, posterius est: non igitur est notius. Quare non fit, ut per haec quisquam magis quippiam discat: ut quia qui dixit animalis proprium, substantiam cuius species est homo, aliquo usus est eorum, quae sunt animalis, non erit bene positum proprium. Construente autem si neque eodem, neque eorum quae sunt ipsius, aliquo vitur. Erit enim bene secundum hoc proprium positum. Ut quia qui posuit animalis proprium, ex anima & corpore compositum esse, neque eodem neque eorum, quae sunt ipsius, aliquo vitur, erit utique bene secundum hoc assignatum animalis proprium.

Hic est locus octavus, qui sumitur a subiecto proprii, qui talis est, si subiectum cuius est proprium, vel aliqua pars subiectiva subiecti cuius est proprium, ponitur in assignato proprio, non bene assignatur proprium, ut si hominis proprium, animal rationale assignatur, ipsa subiectum accepit in proprio, et erit ipsum ignotum et questum similiter ut subiectum, at proprium non debet esse ignotum, nam gratia cognoscendi subiectum, acceptum est. Similiter et si accipitur aliquid eorum quae subiecti sunt ut proprium, etiam male datur, quoniam est posterius, hoc est post ipsum subiectum factum, et posteriora sunt

G ex primis accipiunt, non autem prima ex posterioribus  
 si igitur accipimus aliquid subiecti posterioris ut pro-  
 prium ipsius non erit notius sic proprium . non enim  
 fieret nobis subiectum notum per tale proprium . unde  
 dicit, [ Deinde destruenti quidem, ] subaudi consideran-  
 dum, [ si eodem ] scilicet subiecto [ usus est ] in proprii  
 assignatione, uel circumlocutione, [ cuius proprium assi-  
 gnauit, aut aliquo eorum quae sunt illius ] aut species,  
 aut partes subiectiuae, [ Enim ] quia si sic erit positum,  
 [ non erit bene positum proprium ] deinde declarat  
 quod dixit, et inquit, [ nam discendi gratia assignatur  
 proprium, ] ut . scilicet per ipsum innotescat subiectum  
 [ idem autem eidem ] comparatum [ similiter ] et equali-  
 ter [ ignotum est, ] nihil enim seipso notus est . quare subie-  
 ctum non potest poni in assignatione sui proprii, quod au-  
 tem nec species, uel pars subiectiuae subiecti, etiam decla-  
 rat, et dicit, [ id autem, quod aliquid eorum est, quae sunt  
 eius ] siue species, siue pars subiectiuae, [ posterior est . non  
 igitur est notius, ] posteriora enim per priora innotescunt.  
 [ Quare, ] ut concludit [ non fit ut per haec ] posteriora  
 [ magis discat quisquam quippiam ] siue subiecti siue prius.  
 Nō enim fiet nobis notū per tale propriū, exponit hoc, ex  
 emplo, et dicit, [ ut quia qui dixit animalis proprium,  
 substantiam, cuius species est homo, aliquo usus est eo-  
 rum quae sunt animalis, nō erit bene positum proprium ]  
 est enim pars subiectiuae animalis, homo, et posteriora ani-  
 mali natus, ideo per ipsum non fit nobis notium animal.  
 Deinde assignat locum constructiuum huic correspon-  
 dentem, et dicit, [ Construenti autem, ] subaudi conside-  
 randum [ si neque eodem ] scilicet subiecto, cuius est pro-  
 prium, [ neque eorum aliquo, quae sunt ipsius ] aut speci-  
 es, aut partes subiectiuae, [ utitur, erit enim ] si sic utatur  
 quispiam [ bene secundum hoc proprium positum ] non  
 autem simpliciter quo ad omnia quae proprio competunt,  
 [ ut quia qui posuit animalis proprium, ex anima et cor-  
 pore compositum esse, neque eodem ] scilicet subiecto,  
 [ neque eorum aliquo utitur quae sunt ipsius ] scilicet subie-  
 cti uel spēs, uel partes subiectiuae, [ erit utique bene secundū  
 hoc assignatum animalis proprium. ] non tamen quo ad  
 omnia, quae proprio competunt. Sed dubitatur, quoni-  
 am anima et corpus utrumque aliquod animalis est, quare  
 non erit bene datum proprium animalis, esse compositum  
 ex anima et corpore. Solutio hanc instantiam Alex-  
 ander. asserens quod quāuis sunt animalis partes cor-  
 pus et anima, non sunt tamen nata posteriora animalis, sed  
 uel simul, non enim est possibile intelligere animal non ita-  
 lico cōintellectis anima et corpore. Aut dici potest A-  
 ristotelem per ea quae aliquid eius, intellexisse aut quae  
 sunt species subiecti, aut quae sunt partes subiectiuae, mo-  
 do anima et corpus sunt partes essentielles. Amplius  
 potest queri et dubitari contra ea, quae dixit, quia licet  
 pars sit posterior toto, quo ad naturam, est prior quo ad  
 nos, ergo notior, et ita poterimus uti ea in assignatione  
 proprii. Dicendum nihil absurdū esse in assignatione  
 proprii uti aliquo, quod est posteriora causalitate: cum e-  
 nim proprium causalitate sit subiecto posteriora, etiam ea  
 quae in proprii assignatione ponuntur, erunt posteriora  
 causalitate. Sed absurdum est in assignatione proprii uti  
 eo, quod est posteriora predicatione, et factura, ut dixit  
 Alexand. nam proprium est predicatione aequale sub-

iecto, et non predicatione minus, et factura posteriora, et  
 sicut esset, si in assignatione proprii poneretur species  
 subiecti, quae est in predicatione et factura posterior.

Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς ἄλλου σικε  
 πῶλον ἐπὶ τῆς μὴ ποιοῦντων, ἢ ποιοῦντων γναρι-  
 μάτῳρον. Ανασκυδάζοντα ἴ, ἔτι τι προσέχρη-  
 ται ἢ ἀντικειμένῳ, ἢ ἄλλας ἄμα τῆ φύσει. ἢ ὑπέ-  
 ρα τῆ. οὐ γὰρ ἔσαι καλῶς κείμενον ἔ ἴδιον. ἔ  
 ἴ γὰρ ἀντικειμένῳ, ἄμα τῆ φύσει. ἔ ἴ ἄμα  
 τῆ φύσει καὶ ἔ ὑπερον, οὐ ποιεῖ γναριμάτῳρον.  
 διον ἐπει δ ἔπειτα ἀγαθῶ ἴδιον δ καμῶ μάλιστα ἀν-  
 τικεταί, [ ἔ] ἀντικειμένῳ προσέχρηταί τοῦ  
 ἀγαθοῦ. οὐκ ἀνείν τοῦ ἀγαθοῦ καλῶς ἀποδεδο-  
 μένον ἔ ἴδιον, κατασκυδάζοντα ἀεῖ, μὴ κενί πο-  
 σκέχρηται, μήτ ἀντικειμένῳ, μήτε ἄλλας ἄμα τῆ  
 φύσει. μήτ ὑπέρα, ἔσαι ἴ ἔ] τοῦ καλῶς ἀπο-  
 δεδομένου ἔ ἴδιον. διον ἐπει δ θεῖς ἐπιστήμης ἴδι-  
 ον ὑπόλη. ἴν τιῶ ποισοτάτῳ, οὐ κενί ποισκέχρη-  
 ται, οὐτε [ ἔ] ἀντικειμένῳ, οὐτε ἄλλας ἄμα τῆ φύ-  
 σει οὐδ ὑπέρα, ἔιν ἀν κατὰ τῶ καλῶς κείμενον  
 ἔ ἴ ἐπιστήμης ἴδιον.

LOCVS IX.

21 Eodem autem modo, & in aliis  
 considerandum est quae non faciunt,  
 vel faciunt notius, destruenti quidē,  
 si aliquo vsus est, aut opposito aut  
 omnino simul natura, aut posteriore  
 aliquo. Non enim erit bene positum  
 proprium. Nam oppositum simul  
 natura, quod autem simul natura, &  
 posterior, non efficit notius. Ut quia  
 qui dixit boni proprium, quod ma-  
 lo maxime opponitur, opposito est  
 vsus boni, non erit profecto bene as-  
 signatum boni proprium. Construe-  
 ti autem, si nullo vsus est, neque op-  
 posito, neque omnino simul natura,  
 neque posteriore. Erit enim secundū  
 hoc bene assignatum proprium. Ut  
 quia qui posuit disciplinae proprium,  
 opinionem maxime facientem fidē,  
 nullo vsus est neque opposito, neque  
 omnino simul natura, neque poste-  
 riore, erit secundum hoc bene positū  
 disciplinae proprium.

Hic est locus nonus, qui accipitur ab eo quod non fa-  
 cit subiectum notius, uel ab eo quod facit subiectum no-  
 tius, et primo proponit locum praecipuum, et dicit,  
 [ Eodem autem modo et in aliis considerandum est quae  
 non faciunt ] proprium notius suo subiecto [ uel quae fa-

A ciunt] proprium [ notius ] suo subiecto . nam quae non  
 faciunt proprium notius suo subiecto, accipienda sunt  
 in assignatione proprii ad destruentū ipsum proprium.  
 Quae uero faciunt proprium notius suo subiecto, accipi-  
 enda sunt in assignatione proprii ad construentū . Si  
 enim quae accipiuntur in proprii assignatione, faciunt pro-  
 prium notius re, cuius est proprium, bene datum est pro-  
 prium : si autem non faciunt proprium notius re, cuius  
 est proprium, non bene datum est proprium. Deinde de-  
 scendit ad loca praecipua, et primo ad eum, qui accipi-  
 tur ab opposito, uel ab eo quod est simul natura, uel po-  
 sterius, et dicit, [ destruenti quidem ] subaudi consideran-  
 dum, [ si aliquo usus est ] in assignatione proprii, [ aut op-  
 posito, aut omnino simul natura, aut posteriore aliquo.  
 non enim erit bene positum proprium ] si sic assignetur.  
 deinde dat rationem, et dicit, [ nam oppositum ] cum suo  
 opposito est [ simul natura, quod autem ] est [ simul na-  
 tura ] et [ etiam quod est ] posteriora, non efficit notius ] sci-  
 licet subiectum cum quo est simul natura, uel posteriora.  
 Deinde assignat exemplum, et dicit, [ ut quia qui dixit  
 boni proprium, quod malo maxime opponitur, opposito  
 boni est usus ] in assignatione proprii, quod bonum est su-  
 biectum, [ non erit profecto bene assignatum boni pro-  
 prium ] oportet enim ipsum accipere prius natu-  
 ra et notius in proprii assignatione. Simili ratione si  
 in proprii assignatione acciperetur id, quod subiecto po-  
 sterius est, male assignatur proprium: ut si aliquis dice-  
 ret hominis proprium, scientia susceptiuum, aut in sen-  
 etate canescere, male assignaret. haec enim posteriora  
 homine sunt, simul autem natura, nam solum opposita  
 sunt secundum oppositionem contrariorum, sed secundū  
 oppositionem relatiuorum. In oppositione uero contra-  
 dictoria et priuatiua, prius est unum, alterum uero po-  
 sterius : in contradictoria quidem affirmatio negatione,  
 in priuatiua autem habitus priuatione priores sunt. Sed  
 occurres, quoniam in his quae ad aliquid sunt, assignatio  
 definitionis et proprii fit per opposita: quoniam esse re-  
 latiuorum est ad aliud se habere, et tamen sunt simul  
 natura, quare nihil prohibet assignari proprium et de-  
 finitionem per ea quae sunt simul natura. Dicendum lo-  
 cum hunc non esse necessarium, sed probabilem, et solū  
 cum oportet attendere in his, quae se habent ut ea quae di-  
 ximus. Quod uero ad uerba attinet dixit, [ aut omnino  
 simul natura, ] quoniam qui in proprii assignatione uti-  
 tur eo quod est omnino simul natura cum re cuius est  
 proprium, male assignat proprium. Sunt autem omnino  
 simul natura, ea, quae sub eodem genere simul natura  
 contradiuidentur, ut differentiae, quae ex equo genus ip-  
 sum diuidunt. Deinde assignat locum constructiuum hu-  
 ic correspondentem, et dicit, [ construenti autem ] subau-  
 di considerandum, [ si nullo usus est ] in assignatione pro-  
 prii [ neque opposito, neque omnino simul natura, ne-  
 que posteriore, erit enim secundum hoc bene assignatum  
 proprium, ut quia qui posuit disciplinae proprium, opi-  
 nionem maxime facientem fidem, nullo usus est neque op-  
 posito, neque omnino simul natura, neque posteriore, e-  
 rit secundum hoc bene positum disciplinae proprium. ] Nō  
 tamen simpliciter quo ad omnia alia, quae proprio com-  
 petunt. Sed occurres contra haec, quoniam proprium  
 est posteriora subiecto, ergo non erit absurdum sumere in

proprii assignatione ea, quae sunt posteriora subiecto. D  
 Fortasse dicendum propria esse posteriora subiectis  
 causalitate, non autem factura et tempore, ut Alexan-  
 der dixit. Et sic non erit absurdum accipere in assigna-  
 tione proprii ea, quae sunt subiecto posteriora causalita-  
 te, modo non sint posteriora tempore et generatione.  
 Vel dicendum proprium esse posteriora subiecto causalita-  
 te, non autem predicatione, et eodem modo non erit  
 absurdum ea accipere in assignatione proprii, quae sunt  
 posteriora subiecto causalitate, modo non sint posteriora  
 predicatione.

Βωατ' ἀνασκυδάζοντα μὲν, ἔν δὲ ἀεὶ πᾶρα  
 τῶ μωρον, ἴδιον ἀποδ' ἔδωκεν, ἀλλὰ τὸ ποτὸ δ γίνε-  
 ται ποτὲ μὴ ἴδιον οὐ γὰρ ἔσαι καλῶς ἐρημιδιον  
 ἔ ἴδιον, οὐτε γὰρ ἐφ' ἔ καταλαμβάνομεν ὑπέρα  
 χον αὐτῶ, ἢ τούτου ἐφ' τὸ ὄνομα ἔ ἴ ἀνάγκης ἔ  
 ἀθεύεται, οὐτε ἐφ' ἔ καταλαμβάνεται μὴ ὑπέρα  
 χον, ἢ τούτου ἐφ' ἀνάγκης οὐ βηθεύεται τὸ ὄνομα.  
 ὡστ' οὐκ ἔν καλῶς κείμενον ἔ ἴδιον. Βτι δὲ  
 πρὸς τούτοις οὐ δ' ἔπε ἀποδ' ἔδωκε δ ἴδιον, ἔσαι  
 φωνερῶν ἐν πᾶρα, ἔπειτα τοιοῦτόν ἔστι, ὅρι ἀπο-  
 λε/παρ. οὐκ οὐ ἔσαι σαφές δ ἴδιον, ὅρι ἔπει δ θεῖς  
 ζῶν ἴδιον ἔ κενέδαι ποτὲ ἢ ἔσῶναι, τοιοῦτον ἀπο-  
 δ' ἔδωκε δ ἴδιον, δ γίνεταί ποτὲ μὴ ἴδιον, οὐκ ἔν  
 ἔν καλῶς κείμενον δ ἴδιον. κατασκυδάζοντα  
 δὲ εἰ ἔ ἐφ' ἀνάγκης ἀεὶ ἔν ἴδιον ἀποδ' ἔδωκεν.  
 ἔσαι γὰρ καλῶς κείμενον ἔ ἴδιον ἢ τὸ ποτὸ ἴδιον  
 ἔπει δ θεῖς ἀρεπῆς ἴδιον, ὅρι ἔχοντα ποτὲ ἄου  
 δ' ατορ, ἔ ἀεὶ πᾶρα τῶ μωρον ἴδιον ἀποδ' ἔδωκεν,  
 ἔν ἔν ἢ τὸ ποτὸ καλῶς ἀποδ' ἔδωκεν οὐ δ' ἔν  
 τῶ ἴδιον.

LOCVS X.

22 Deinde destruenti quidem, si  
 nō quod semper sequitur, proprium  
 assignauit, sed id, quod fit quando-  
 que non proprium, non enim erit be-  
 ne dictum proprium. Nam neque  
 in quo comprehendimus inesse ip-  
 sum, de hoc & nomen ex necessitate  
 verificatur, neque in quo comprehe-  
 ditur non inesse, de hoc ex necessita-  
 te non dicetur nomen. Quare non  
 erit bene positum proprium. Insuper  
 autem ad haec, neque quando quif-  
 quā assignauerit proprium, erit ma-  
 nifestum si inest, si quidem tale est, ut  
 quod ipsum relinquere possit. Non  
 igitur erit clarum esse proprium. Ut  
 quia qui posuit animalis proprium  
 moueri quandoque, & stare, tale assi-  
 gnauit proprium, quod est quando-  
 que non proprium, nequaquam erit  
 bene positum proprium. Astruenti

Uero, si quod ex necessitate semper est, proprium assignauit. Erit enim bene positum secundum hoc proprium. Ut quia qui posuit virtutis proprium quod habentem facit studiosum, quod semper sequitur, proprium assignauit, erit utique secundum hoc bene assignatum virtutis proprium.

Hic est locus decimus. qui sumitur a tempore. cum enim declarasset propria nec ex eis esse que sunt simul, nec ex eis que sunt posteriora, nunc loca tradit proprii bene assignati, uel non bene assignati, que sumuntur a tempore consequendi, et dicit, [Deinde destruenti quidem subaudi considerandi, [si non q. semper sequitur, proprium assignauit, sed id, quod fit quandoque non proprium, non enim erit bene dictum proprium] si assignatum fuerit proprium quod non semper sequitur rem, cuius est proprium, sed id, quod quandoque quidem inest, quandoque uero non inest. Huiusmodi enim accidens est, et non proprium, ut autem diceret quod aliquando non inest, loco huius dixit, [quod fit quandoque non proprium] nam tale, nec quando inest, proprium est. Non enim conuertitur cum eo, cuius datum est proprium. Deinde assignat rationes, quarum primam ponit, et dicit, [nam et neque nomen] rei, cuius datum est proprium, [ex necessitate uerificatur de hoc, in quo comprehendimus inesse ipsum] siquidem alius inest, [neque ex necessitate non dicitur nomen] rei [de hoc, in quo comprehenditur non inesse,] in a cui non inest, contingit inesse. At propria sunt, que cum predicantur de aliquo uere, etiam et nomen rei omnino predicatur de eodem, et in quibus non uere inest proprium, nec nomen rei inest cuius est proprium, et quidem iure, siquidem proprium soli ei inest, cuius est proprium. Deinde ponit secundam rationem, et dicit, [Insuper autem ad hoc, neque quando quisquam assignauerit proprium, erit manifestum si inest] tunc ei, cuius est datum [siquidem tale est, ut ipsum] cui assignatur, [relinquere possit] si enim tale fuerit proprium ut aliquando quidem inesse, aliquando uero non esse possit rei cuius est datum proprium, nec quando assignatur alicui, erit manifestum si tunc inest ei. absurdum enim est dicere proprium, quod aliquando non inest. Nam quod aliquando est proprium, non simpliciter est proprium, sed additione uerbi aliquando, ideo concludit, [non igitur erit clarum esse proprium.] deinde exponit quod dixerat per exemplum, et dicit, [ut quia qui posuit animalis proprium moueri quandoque, et stare, tale assignauit proprium, quod est quandoque non proprium,] sed accidens, quod aliquando inest, aliquando non inest, [nequaquam erit bene positum proprium.] non enim est manifestum atque notum proprium animalis, quod fit quandoque non proprium animalis. Iste autem locus, ut Alexander inquit, non solum demonstrat bene aut non bene accipi proprium, sed si proprium est, an non. Deinde ponit locum constructiui huius correspondentem, et dicit, [Astruenti uero] subaudi considerandum [si quod ex necessitate semper est] proprium, et non accidens, [proprium assignauit, erit enim bene po-

situm secundum hoc proprium] non simpliciter, potest enim inesse semper, et non solum, [ut quia qui posuit uirtutis proprium, quod habentem facit studiosum, quod semper sequitur proprium assignauit, erit utique secundum hoc bene assignatum uirtutis proprium.] non autem quo ad omnia. non enim si semper inest, soli inest, bipes enim homini semper inest, quia uero non soli homini inest, non est proprium hominis simpliciter, sed quo ad hoc, quod est semper inesse.

Επειτ' ανασυνδύζονται εἰ τὸ νῦν ἴδιον ἀποδιδόσθαι, καὶ διαρίσσειτο εἰς τὸ νῦν ἴδιον ἀποδιδόσθαι, οὐδ' ἔστι καλῶς κείμηνον τὸ ἴδιον. ὡρῶτον δὲ γὰρ τὸ παρὰ τὸ εἶδος γινόμενον ἑσώμ, διορισμὸς ὡρῶσθαι. εἰ δὲ δῶσει δ' ἄς ἐπιτοπολὸν πάντες τὸ ἀεὶ παρεμολοθοῦν, ἴδιον ἀποδιδόσθαι. Δεῦτερον δὲ, ἀδελφός ἐστι ὁ μὴ Διορισμὸς κείμηνος, εἰ τὸ νῦν ἴδιον ἐβούλετο δῆναί, οὐκοῦν δὸ τῆσιν ἐπιτοπολὸν ἐστὶν οὐκ ἔστιν, οἷον ἐπεὶ ὁ θέμεν τὸν τινὸς ἀνθρώπου ἴδιον τὸ καθεστῆσαι μετὰ τὸν ἀνθρώπου. τὸ νῦν ἴδιον ἔστιν, οὐκ ἔστιν εἰν καλῶς τὸ ἴδιον ἀποδιδόσθαι, ἐπεὶ καὶ Διορισμὸς εἶναι ὅτι νῦν κατασυνδύζονται εἰς τὸ νῦν ἴδιον ἀποδιδόσθαι, Διορισμὸς ἔστιν, ὅτι τὸ ἴδιον δὴν ἐστὶν ὁ ἐπιτοπος ἀνθρώπου ἴδιον τὸ περιτοπολὸν πῦν διασειλάμηνος ἔστιν κατὰ τὸ, καλῶς ἔμειν κείμηνον τὸ ἴδιον.

LOCVS XII.

23 Deinde destruenti quidem, si quod est nunc proprium assignans, non determinauerit quoniam nunc proprium assignat, non enim erit bene positum proprium. Primum quidem, quia quod præter consuetudinem fit omne, semper determinatio ne indiget. Solent autem ut plurimum omnes, quod semper sequitur, proprium assignare. Secundo autem, quia immanifestus est qui non determinauerit, si quod nunc est proprium uoluerit ponere. Non igitur danda est increpationis occasio. Ut quia qui posuit alicuius hominis proprium, sedere cum aliquo homine, quod nunc proprium est, posuit, non bene proprium assignabit, si non determinas dixerit, quoniam nunc. Construenti autem si nunc proprium assignans, determinando posuit, quoniam nunc proprium posuerit. Erit enim bene positum secundum hoc proprium.

Ut quia qui dixit cuiusdam hominis proprium ambulare nunc alicubi, distinguens posuit hoc, bene erit positum proprium.

Hic est locus undecimus, qui sumitur a diminutione, uel additione particule que significat ut nunc, et diuiditur in duo, quorum primus destructiuus talis est, si aliquis quod ut nunc proprium est assignans, non determinauerit per aliquid in circumlocutione positum, quoniam ut nunc, et non simpliciter proprium assignauit, non bene assignauit tale proprium. unde dicit, [Deinde destruenti quidem] subaudi considerandum, [si quod est ut nunc proprium assignans,] et non quod est semper, sicuti Socratem sedere non semper est proprium, sed nunc quando sedet, [non determinauerit, quoniam nunc proprium assignat.] id est non determinauerit in circumlocutione proprii per aliquam particulam uel dictionem in circumlocutione positam, [quoniam nunc proprium assignat, non enim] sic [erit bene positum proprium.] deinde per duas rationes locum demonstrat, prima est, quoniam si dictionem nunc non posuisset in circumlocutione proprii ut nunc, sed absolute protulisset proprium esse Socrati sedere, uideretur opinari, sedere semper proprium esse Socratis. nam assueuimus, cum absolute propria proferuntur, intelligere que semper insunt propria, hoc enim est potius proprii significatum. Si igitur dicens sedere proprium esse Socratis, non addiderit nunc quod sedet, oportet intelligere semper proprium. quare si sedere est proprium ut nunc, oportet addere in circumlocutione dictionem, ut nunc, ut manifestum faciat quale proprium assignauit, unde dicit, [primum quidem, quia omne quod præter consuetudinem fit, semper determinatione indiget,] qui intelligatur illud non esse accipiendum, ut consuetum est accipere. Si enim determinatione non limitatur, semper intelligitur in consuetu significato. [Solent autem, ut plurimum, omnes] cum absolute proprium proferunt, [proprium assignare, quod semper sequitur.] Quare nisi determinatione limitatur, cum dicitur sedere esse proprium Socratis, de eo proprio intelligitur quod semper proprium est. Secundam rationem ponit, et dicit, [Secundo autem, quia immanifestus est qui non determinauerit,] dicens sedere esse Socratis proprium [quod nunc est proprium uoluerit ponere,] an quod est proprium semper. Et ideo iste dedit occasionem ipsi opponenti increpandi respondentem, et ideo concludit, [non igitur danda est increpationis occasio,] qualis daretur opponenti, nisi addatur in circumlocutione proprii aliqua dicitio que contrahat proprium ad ipsum proprium, ut nunc. Tunc dat exemplum, et dicit, [ut quia qui posuit alicuius hominis proprium, sedere cum aliquo homine, quod nunc proprium est, posuit,] non addendo in circumlocutione dictionem nunc, sed simpliciter dicens sedere esse proprium alicuius hominis, [non bene proprium assignabit, si non determinans dixerit] in circumlocutione [quoniam nunc] est proprium. Deinde assignat locum constructiui, et dicit, [Construenti autem] subaudi considerandum [si nunc proprium assignans, determinando posuit, quoniam nunc proprium posuerit] sedere cum

aliquo homine, Socratis esse. [Erit enim bene positum secundum hoc] id est quo ad hoc tale [proprium, ut quia qui dixit cuiusdam hominis proprium ambulare nunc alicubi distinguens] et determinans [posuit hoc] id est hac dictionem nunc, [bene erit positum proprium.] non enim est dictum ambulare esse proprium hominis cuiusdam, sed esse proprium nunc hominis cuiusdam. Quare quod ad hoc, erit bene assignatum proprium.

Επειτ' ανασυνδύζονται εἰ τὸ ἴδιον ἀποδιδόσθαι, καὶ διαρίσσειτο εἰς τὸ ἴδιον ἀποδιδόσθαι, οὐδ' ἔστι καλῶς κείμηνον τὸ ἴδιον. ὡρῶτον δὲ γὰρ τὸ παρὰ τὸ εἶδος γινόμενον ἑσώμ, διορισμὸς ὡρῶσθαι. εἰ δὲ δῶσει δ' ἄς ἐπιτοπολὸν πάντες τὸ ἀεὶ παρεμολοθοῦν, ἴδιον ἀποδιδόσθαι. Δεῦτερον δὲ, ἀδελφός ἐστι ὁ μὴ Διορισμὸς κείμηνος, εἰ τὸ νῦν ἴδιον ἐβούλετο δῆναί, οὐκοῦν δὸ τῆσιν ἐπιτοπολὸν ἐστὶν οὐκ ἔστιν, οἷον ἐπεὶ ὁ θέμεν τὸν τινὸς ἀνθρώπου ἴδιον τὸ καθεστῆσαι μετὰ τὸν ἀνθρώπου. τὸ νῦν ἴδιον ἔστιν, οὐκ ἔστιν εἰν καλῶς τὸ ἴδιον ἀποδιδόσθαι, ἐπεὶ καὶ Διορισμὸς εἶναι ὅτι νῦν κατασυνδύζονται εἰς τὸ νῦν ἴδιον ἀποδιδόσθαι, Διορισμὸς ἔστιν, ὅτι τὸ ἴδιον δὴν ἐστὶν ὁ ἐπιτοπος ἀνθρώπου ἴδιον τὸ περιτοπολὸν πῦν διασειλάμηνος ἔστιν κατὰ τὸ, καλῶς ἔμειν κείμηνον τὸ ἴδιον. δὴν ἐστὶν ὁ ἐπιτοπος ἀνθρώπου ἴδιον τὸ περιτοπολὸν πῦν διασειλάμηνος ἔστιν κατὰ τὸ, καλῶς ἔμειν κείμηνον τὸ ἴδιον.

LOCVS XIII.

24 Deinde destruenti quidem, si tale assignauit proprium, quod manifestum non est aliter inesse quam sensu. Non enim erit bene positum proprium. Nam omne sensibile extra sensum factum, immanifestum fit. Latens enim est, si adhuc inest: eo quia sensu solū cognoscitur. Erit autem verum hoc in iis, quæ non ex necessitate semper consequuntur. Ut quia qui posuit Solis proprium, astrum, quod fertur super terram, luci diffusum, tali vsus est in proprio (super terram inquam ferri) quod sensu cognoscitur: non erit utique bene solis assignatum proprium. Immanifestum enim erit, cum occidet sol, si adhuc feratur super terram: eo quia nos tunc deseruimus sensum. Construenti uero si tale assignauit pro-





G genus rei, cuius est proprium assignatum, et dicitur. [Deinde destruenti quidem] considerandum subaudi quod quid est, scilicet genus subiecti, cuius datur proprium, [si non in quod quid est ponens] id est in genere subiecti, quod est quod quid est subiecti, [assignavit proprium,] in toto enim hoc textu per quod quid est, ut Alexander exposuit, intellexit, genus in quo ponitur subiectum proprium, nam si in descriptione proprii non ponitur genus subiecti cuius est proprium, male assignatur proprium, quod uidelicet circumlocutione dicitur proprium. secus est de proprio quod una uoce dicitur, ut risibile, non enim de hoc loquitur est, et dat rationem, et dicit, [oportet enim in propriis] que circumlocutione describuntur, [quemadmodum in terminis, primo assignari genus] scilicet subiecti cuius est proprium [deinde sic iam addere reliqua, et separare] subiectum, cuius est proprium, ab aliis, a quibus differt. Debemus enim in proprio ea accipere cum genere subiecti, que possunt separare subiectum ab omnibus aliis, tunc concludit locum, et dicit, [quare quod non hoc modo positum est proprium,] in quo uidelicet, non acceptum est subiecti genus, [non erit bene assignatum] et hoc exemplo demonstras, dicit, [ut quia qui dicitur animalis proprium, animam habere, non posuit animal] quod est genus proprii [in quod quid est animal] id est in genere animalis [non erit bene positum animalis proprium.] hic enim debuit dicere substantiam animam aptam nasci, deinde ponit locum constructiui, et dicit, [Constructiui uero] considerandum, [si quis in quod quid est] id est in genere [ponens eius, cuius proprium assignauit, reliqua] ut differetias [adiungit, erit enim secundum hoc bene assignatum proprium] quod exemplo demonstrat, et dicit, [ut quia qui posuit hominis proprium, animal discipline susceptibile, in quo quid est] id est in genere subiecti [ponens, assignauit proprium, erit secundum hoc bene positum proprium hominis.] non tamen simpliciter quo ad omnia. Denique epilogat, et dicit, [Vtrum igitur bene, an non bene assignatur proprium, per hanc, que dicta sunt, inspicendum.] in quibus perspicuum est, in iis locis Aristotelem locutum esse de proprio complexo, quod iuniores appellant proprium per circumlocutionem. Alii uero proprium de quo loquitur est Aristoteles, dicunt esse descriptionem subiecti, quia asserit tale proprium non esse bene assignatum, nisi ponatur genus, cuius est proprium, ut Alexander exponit, et reliqua, que separant subiectum ab aliis. Hoc autem complexum non est nisi de scriptio, qua describitur subiectum proprii. Est tamen uerum Aristotelem nonnulla loca tradidisse, que communia sunt proprio incomplexo, quod una uoce appellatur: et proprio complexo, quod complexu uocum explicatur, ut patet considerant loca.

Πρότερον δ' ἴδιον ὄντως εἰς ἐπιπέδον, ἢ ὀγκύδιον, ἢ πλάνη δ' ἄλλωθεν, δι' ἡμετέρας κατασκευάζοντες τὸ ἴδιον ὅτι καλῶς κείνη, τὸ ποῖο δ' αὐτοῖ ἐσονται τὸς τὸ ἴδιον ὄντως ποιούσιν, ὅτι ἐκείνοις οὐκ ἐπιπέδονται.

27 Vtrum uero proprium est omnino quod dictum est, an non proprium, ex his considerandum. Nam

simpliciter construentes proprium, quoniam bene positum est, loci iude erunt iis, qui proprium omnino faciunt. In illis igitur dicentur.

Constructiua loca quidem, quoniam proprium quo ad hoc bene assignatum est, iam dicta sunt, ut non accipere uoces equiuocas, conuerti assignatum proprium cum subiecto, assignari per notiora subiecto. simul autem cum his et destruentia loca sunt assignata, quibus deditur, quoniam propria data non sunt bene assignata quo ad hoc, ut si datur per equiuocas uoces. si non conuertuntur cum subiecto, si non assignantur per notiora subiecto, et alia omnia quibus probatum est esse aut non esse bene assignatum proprium, quo ad hoc. Nunc uero proponit dicere de locis, quibus destruitur aut conuertitur proprium quo ad esse proprium. Per hanc enim loca que dicitur est, patet utrum assignatum proprium sit uel non sit proprium, an non, et dicit, [Vtrum uero proprium est omnino, quod dictum est proprium, an non] est proprium, quod assignatum est proprium, [ex his] que statim subscribemus, [considerandum.] Sed occurres, quoniam de proprio triplex distinctio contingit: prima, utrum proprium sit bene assignatum quo ad hoc, an non: secunda, utrum proprium sit simpliciter bene assignatum, scilicet quo ad bene esse simpliciter, an non, tertia utrum assignatum proprium sit proprium quo ad esse proprium, an non sit proprium, et assignatum est proprium. Videtur igitur Aristoteles diminuus, quoniam cum egisset de bene esse proprii quo ad hoc, transit ad dicendum de esse proprii, nihil dicens de bonitate simpliciter ipsius proprii, ideo se excusando, atque respondendo dicit, [Nam simpliciter construentes proprium, quoniam bene positum est,] id est, quo ad bonitatem simpliciter dictam, [loci iude erunt iis, qui proprium omnino faciunt] id est, qui proprium quo ad esse omnino proprium construunt. Propterea concludit in illis igitur dicitur, [hoc est, in locis igitur dicendis monstrabitur bonitas proprii simpliciter dicta, ideo non oportet tractare de ea seorsum, tunc enim proprium alicuius assignatum est quoniam est proprium, quando assignatum est quoniam simpliciter bene et sine peccato assignatum est. Nam sicuti simpliciter bene demonstrare nihil plus est quam demonstrare, et similiter simpliciter bene considerare nihil plus est quam considerare, sic simpliciter bene assignatum proprium, nihil plus habet quam proprium, idcirco qui in simpliciter bono peccat, peccat etiam in re. In locis igitur dicendis de esse, proprii, simul dicitur de simpliciter dicta proprii bonitate. unius enim locus dabit utrumque.

Πρότερον δ' οὐκ ἀνεπιπέδοντα εἰς ἐπιπέδον εἶναι, ἢ ὀγκύδιον, ἢ πλάνη δ' ἄλλωθεν, δι' ἡμετέρας κατασκευάζοντες τὸ ἴδιον ὅτι καλῶς κείνη, τὸ ποῖο δ' αὐτοῖ ἐσονται τὸς τὸ ἴδιον ὄντως ποιούσιν, ὅτι ἐκείνοις οὐκ ἐπιπέδονται.

A γου κατασκευάζοντα εἰς ἐπιπέδον τὸς ἀλλοθενετα, καὶ ἡμετέρας κατασκευάζοντες τὸ ἴδιον ὅτι καλῶς κείνη, τὸ ποῖο δ' αὐτοῖ ἐσονται τὸς τὸ ἴδιον ὄντως ποιούσιν, ὅτι ἐκείνοις οὐκ ἐπιπέδονται.

LOCVS XV.

28 Primum ergo destruenti quidem inspicendum ad unumquodque eorum, cuius proprium assignauit. Vt si nulli inest, aut si non de hoc verificatur, aut si non est proprium cuiusque eorum, secundum illud cuius proprium assignauit. Non enim erit proprium, quod positum est esse proprium. Vt quia de geometra non verificatur indeceptibile esse ab oratione (nam decipitur geometra cum pseudographiam facit) non erit hoc scientis proprium non decipi ab oratione. Construenti autem, si de omni verificatur, & qua de hoc verificatur. Erit enim proprium, quod positum est esse proprium, ut quia animal discipline susceptiuium de omni hominis proprium animal discipline susceptiuium.

Hic est locus primus, et locus decimus quintus, aliter et aliter est enim primus locorum, quibus destruitur uel conuertitur proprium esse proprium. Est autem decimus quintus, in ordine ad cetera, que in precedentibus sunt enumerata. Aristoteles igitur primo assignat locum preceptiuium, secundo ibi, [ut si nulli inest,] assignat locum preceptiuium, de prima parte dicit, [Primum ergo destruenti quidem inspicendum ad unumquodque eorum,] subaudi que continentur sub eo subiecto, [cuius proprium assignauit,] hic est locus preceptiuium, respicere uidelicet ad ea que sub subiecto proprii continentur. Deinde tradit locum preceptiuium, qui talis est, si proprium assignatum nulli contento sub subiecto competit, cuius proprium assignatum est, aut si competit alicui, tamen non omnibus, quia alicui non: at si omnibus, non tamen per reduplicacionem subiecti, sub quo continentur, non erit proprium quod assignatum est proprium, unde dicit, [Vt si nulli] subaudi eorum [inest,] que sub subiecto continentur, cuius assignatum est proprium [aut si inest alicui eorum,] non de hoc verificatur, [non inest omnibus, quoniam non de aliquo verificatur,] [aut si] inest omnibus, [non est proprium cuiusque eorum] id est, non inest cullibet eorum [secundum illud] id est, per rationem atque reduplicacionem illius, [cuius proprium assignauit, non enim erit proprium esse quod positum est proprium,] sic enim

non competeret soli rei, cuius datum est proprium, horum autem solius primi exemplum affert (ut Alexander putat) ostendens per tale exemplum non esse proprium eius, cuius datum est proprium, si nulli eorum inest que sub eo continentur, et dicit [ut quia de geometra non verificatur indeceptibile esse ab oratione] id est ab aliqua falsa ratiocinatione et paralogismo nam decipitur geometra in pseudographando id est a falsis graphis qui quandoque demonstrat duas costas trianguli maiores una, quandoque autem unam maiorem reliquit. Quia igitur nulli geometre competit hoc, uidelicet non decipi a falsis graphis, [non erit hoc scientis proprium, non decipi ab oratione,] id est a falsis graphis, aut fortasse hoc exemplum non erit primi, sed secundi, dictum enim est si alicui contentorum competit, et non omnibus iis, que sub subiecto continentur, non erit proprium, quod assignatum est proprium, huius ponit exemplum, ut si aliquis assignaret proprium scientis, indeceptibile esse a falsa ratiocinatione, peccat, quoniam alicui contento sub sciente non competit indeceptibile esse a falsa ratiocinatione, ut geometra, nam decipi potest geometra a falsis graphis, ut dictum est, igitur indeceptibile esse ab oratione, non est proprium scientis, et hanc expositionem uidetur uerior. Exemplum uero tertium est, si aliquis assignauerit proprium hominis, gressibile, peccat, quoniam licet omni quidem homini inest, non tamen in eo quod sit homo, quoniam non soli homini competit, nam et alia animalia gressibilia sunt. Exemplum uero primum est, si aliquis dixerit proprium esse geometra indeceptibile esse ab oratione, peccat, quoniam indeceptibile esse ab oratione nulli geometre competit, ut perspicuum est, per ea que diximus. Quod uero ad uerba attinet, cum dicit, [aut si non de hoc verificatur,] intelligit, si non soli inest ipsi, sed etiam aliis speciebus. Continuit enim datum proprium alicuius, omni quidem inest illi speciei, cuius datum est, non tamen illi soli inest, ut de gressibili dictum est. Cum uero dicit, [secundum illud,] cuius proprium assignauit, intelligit si non est proprium per se, ut si aliquis dixerit proprium hominis esse substantiam animam sensitiuam, peccat, quoniam huiusmodi proprium non habet homo, ut homo, sed ut animal. Deinde ponit locum constructiuium, et dicit, [Constructiui autem] subaudi inspicendum, [si de omni verificatur] eorum, que sub subiecto continentur, [et qua de hoc, verificatur] id est in quantum est subiectum, quod est idem ei, quod est soli inest, [nam] si omnibus inest, et solis, [erit proprium,] quod positum est proprium, ut quia animal discipline susceptiuium, de omni homine verificatur, [omnis enim homo animal est discipline susceptiuium,] et qua homo erit hominis proprium, animal discipline susceptiuium,] Ex iis que Alexander dicit in Commentariis, colligitur reduplicacionem, quando cadit supra terminum qui subicitur in aliqua propositione, nihil aliud significare quam predicatum inesse soli subiecto. dicit enim Alexander in quantum cadens supra subiectum, esse æquale, id est æquiuolare ei, quod est soli inesse et conuerso, soli inesse, et quod est in quantum cadens supra subiectum. Unde quia æquiuolentia inest soli naso, ideo inest naso in quantum est nasus: et quia æquiuolentia inest naso in quantum est nasus, ideo soli naso inest. Non tamen sequitur, quia æquiuolentia inest naso in quantum est nasus, ut omni naso

G insit, sed solum quod insit naso, et nulli alteri a naso, quod equiualeat ei, quod est soli naso inesse. Verum de propositionibus reduplicatiuis diximus libro priorum, tunc uero satis sit monstrasse locum.

Εἰ δὲ ὁ τὸ πρῶτον ἐστὶ ἀνασκηδίζοντά μοι, εἰ μὴ καὶ δὴ τοῦνομα, καὶ ὁ λόγος ἀληθεύεται. καὶ εἰ μὴ καὶ δὴ ὁ λόγος, καὶ τὸ πῦνονμα κατασκευάζοντι δὲ, εἰ καὶ δὴ τοῦνομα, καὶ ὁ λόγος. Ἐὰν καὶ δὴ ὁ λόγος, καὶ τὸ πῦνονμα κατηγορεῖται.

LOCVS XVI.

29 Est autem locus hic destruenti quidem, si non de quo nomen, & oratio verificatur. Et si non de quo oratio, & nomen, verificatur. Construenti autem, si de quo nomen, & oratio: & si de quo oratio, & nomen prædicatur.

H Quidam, ut Hedenolphus, non locum, sed methodum, sine idoneitate prioris loci, hunc esse tradit. Nam cum dixisset proprium oportere inesse omnibus, quæ sub subiecto continentur per naturam subiecti, ostendit quando reperiri potest sic esse, nos uero appellamus locum decimum sextum de licentia, qui sumitur à conuersione subiecti cũ proprio, uel proprii cum subiecto. Vocat autem in præfenti loco, et etiam in sequenti, subiectum, nomen: proprium uero, orationem, nomen quidem est, homo: oratio uero, ut animal susceptiuum discipline, quæ est descriptio, et proprium per circumlocutionem dicitur, unde dicit, [Est autem hic locus] subaudi qui accipitur ab eo, quod est conuersum prædicari, [destruenti quidem, si non verificatur oratio] id est proprium, [de quo nomen] prædicatur, ueluti si aliquis assignauerit proprium hominis musicum esse, destruetur. nam de Socrate non verificatur musicum esse, cum fuerit Philosophus. de quo prædicatur homo [et] conuersio [si] et nomen non verificatur, de quo oratio] prædicatur. Vt si aliquis proprium hominis assignauerit substantiam animatam sensitiuam, oratio quidem, scilicet substantia animata sensitiua, verificatur de boue et equo. At homo de eis non prædicatur. Deinde assignat locum constructiuum, et dicit, [Constructi autem] locus est, [si de quo nomen] prædicatur, [et] oratio] prædicatur: et si de quo oratio, et nomen prædicatur, ut si aliquis assignauerit hominis proprium, scientie susceptiuum. Nam de Socrate, et homo prædicatur, et oratio verificatur, scilicet scientie susceptiuum, et conuersio.

Ἐπειτ' ἀνασκηδίζοντά μοι, εἰ μὴ καὶ οὐ ὁ λόγος, καὶ τὸ πῦνονμα ἀληθεύεται. καὶ εἰ μὴ καὶ οὐ τὸ πῦνονμα, καὶ ὁ λόγος ἀληθεύεται. οὐ γὰρ ἔσται ἰδίον, ὅ καὶ μὴ ἰδίον ἐστὶν. οἷον ἐπεὶ δὲ τὸ ζῶον ἐστὶν ἡμεῖς δὲ ἐκτικτὸν ἀληθεύεται. καὶ ἡμεῖς, ὅ δὲ ἀνθρώπων ὅ δὴ κατηγορεῖται, οὐκ ἔμειν τὸ ἀνθρώπων ἰδίον, ἔσται ὅτι ἐστὶν ἡμεῖς δὲ ἐκτικτὸν. κατασκευάζοντά δὲ, εἰ καὶ οὐ ὁ λόγος, καὶ τὸ πῦνονμα κατηγορεῖται. καὶ εἰ καὶ οὐ τὸ πῦνονμα, ὅ δὲ λόγος κατηγορεῖται. ἔσται γὰρ ἰδίον ὅ καὶ μὴ ἰδίον ἐστὶν. οἷον ἐπεὶ καὶ δὴ τὸ ζῶον, καὶ τὸ πῦνονμα ἀληθεύεται, ὅ καὶ οὐ ὁ λόγος.

ορ, πῶν τυχὴν ἔχει, ἐν ἑνὶ τῷ τυχὴν ἔχει τὸ ζῶον καὶ ἰδίον.

LOCVS XVII.

30 Deinde destruenti quidem, si non de quo oratio, & nomen verificatur, & si non de quo nomen, & oratio verificatur. Non enim erit proprium, quod positum est proprium. Vt quia animal quidem disciplinæ susceptiuum, verificatur de deo, homo autem non prædicatur, non erit hominis proprium, animal disciplinæ susceptiuum. Construenti autem si de quo oratio, & nomen prædicatur, & si de quo nomen, & oratio prædicatur. Erit enim proprium, quod positum est proprium, ut quia de quo animam habere, verificatur animal, & de quo animal, animam habere, erit animam habere animalis proprium.

In codicibus Alexandri, hæc uerba nec exposta inueniuntur. Nec inuria quidem, quoniam hic locus a præcedenti non uidetur diuersus. Sunt qui differentiam assignant ex eo, quia locus præcedens est sine exemplis nude traditus, locus uero præfens est assignatus per exempla, ut sit hic locus expostiuus prioris, quia in hoc prior laetius explicatur. Potest etiam dici præfentem locum a prior differre, quod hic locus incipiat a proprio, tendatque in nomen si redit in proprium. Prior uero e conuerso incipit a nomine, tenditque in proprium si redit in nomen, ut discurrenti patet in utroque tamen hæc est maxima, quod nomen ad orationem, et oratio ad nomen recurat, conuertaturque, unde dicit, [Deinde destruenti] hic [si] nomen non verificatur, de quo oratio] prædicatur, ut quia substantia animata sensitiua de boue et equo prædicatur, de quo homo non verificatur, ideo substantia animata sensitiua non est hominis proprium. Hæc est prima pars. deinde dat secundam, et dicit, [Et si oratio non verificatur, de quo nomen] prædicatur, destruitur problema. ut quia esse musicum de Socrate Philosopho non verificatur, homo uero de Socrate prædicatur, ideo esse musicum non erit hominis proprium. Aristoteles tamen exemplum Platonium affert primæ partis, et dicit, [Vt quia animal quidem disciplinæ susceptiuum verificatur de deo, homo autem non prædicatur] scilicet de deo, [non erit hominis proprium, animal disciplinæ susceptiuum.] Exemplum uero secundæ partis tacuit, quia clarum est. Deinde assignat locum constructiuum, et dicit, [Constructi autem] erit hic locus, [si] et nomen prædicatur, de quo oratio] prædicatur, [et] si et oratio prædicatur, de quo nomen] prædicatur, construitur problema. [Erit enim proprium, quod positum est proprium, ut quia verificatur animal, de quo animam habere] prædicatur, [et] con-

A conuerso [animam habere, de quo] prædicatur [animam, erit animam habere, animalis proprium.] De hoc exemplo superius dictum est. Non enim uerum est, Aristoteles tamen eo plura more Democriti, qui omne animatum esse esse animal, ut plantas, et cætera id genus. In hoc uero exemplo particulam que in quid prædicatur, suppressit, debuit enim dicere corpus animam habens, sed quia facile erat eam intelligere, bona fronte prætermisit, expetens suorum dictionum rectam intelligentiam potius, quam inanem contentionem. Accedit quod superius eam subintelligendam esse edocuerit, idco non refert, si nunc prætermisit.

Ἐπειτ' ἀνασκηδίζοντά μοι, εἰ ἢ ὑποκειμένου ἰδίον ἀποδέσσειαι τοῦ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ λεγομένου. οὐ γὰρ ἔσται ἰδίον ὅ καὶ μὴ ἰδίον ἐστὶν. οἷον ἐπεὶ ὁ ἀποδέσσειαι ἰδίον τοῦ λεπτομεροῦς ὁ σάματος, ὅτι ὅτι, ὅτι ὑποκειμένου ἀποδέσσειαι τῷ κατηγορουμένῳ ἰδίον, οὐκ ἔμειν ὅτι ὅτι, ὁ σάματ' τοῦ λεπτομεροῦς ἰδίον. Διὰ τοῦτο δ' οὐκ ἔσται ὅτι ὑποκειμένου τοῦ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ λεγομένου ἰδίον, διότι ὅτι ἀντὶ τῶν πλείων ἔσται καὶ ἀποδέσσειαι τῷ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ λεγομένου ἰδίον. Ἐπειτ' ἀνασκηδίζοντά μοι, εἰ ἢ ὑποκειμένου ἰδίον ἀποδέσσειαι τοῦ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ λεγομένου. οὐ γὰρ ἔσται ἰδίον ὅ καὶ μὴ ἰδίον ἐστὶν. οἷον ἐπεὶ ὁ ἀποδέσσειαι ἰδίον τοῦ λεπτομεροῦς ὁ σάματος, ὅτι ὅτι, ὅτι ὑποκειμένου ἀποδέσσειαι τῷ κατηγορουμένῳ ἰδίον, οὐκ ἔμειν ὅτι ὅτι, ὁ σάματ' τοῦ λεπτομεροῦς ἰδίον. Διὰ τοῦτο δ' οὐκ ἔσται ὅτι ὑποκειμένου τοῦ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ λεγομένου ἰδίον, διότι ὅτι ἀντὶ τῶν πλείων ἔσται καὶ ἀποδέσσειαι τῷ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ λεγομένου ἰδίον. Ἐπειτ' ἀνασκηδίζοντά μοι, εἰ ἢ ὑποκειμένου ἰδίον ἀποδέσσειαι τοῦ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ λεγομένου. οὐ γὰρ ἔσται ἰδίον ὅ καὶ μὴ ἰδίον ἐστὶν. οἷον ἐπεὶ ὁ ἀποδέσσειαι ἰδίον τοῦ λεπτομεροῦς ὁ σάματος, ὅτι ὅτι, ὅτι ὑποκειμένου ἀποδέσσειαι τῷ κατηγορουμένῳ ἰδίον, οὐκ ἔμειν ὅτι ὅτι, ὁ σάματ' τοῦ λεπτομεροῦς ἰδίον. Διὰ τοῦτο δ' οὐκ ἔσται ὅτι ὑποκειμένου τοῦ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ λεγομένου ἰδίον, διότι ὅτι ἀντὶ τῶν πλείων ἔσται καὶ ἀποδέσσειαι τῷ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ λεγομένου ἰδίον.

LOCVS XVIII.

31 Deinde destruenti quidem, si subiectum proprium assignauit eius, quod in subiecto esse dicitur. Non enim erit proprium, quod positum est esse proprium. Vt quia qui posuit proprium subtilissimi corporis ignem, subiectum assignauit prædicati proprium, non erit ignis corporis subtilissimi proprium. Propter hoc uero non erit subiectum eius quod in subiecto esse dicitur, proprium, quoniam idem esset plurium & differentium specie proprium. Eidem enim plura quædam discrepantia specie insunt, de solo dicta, quorum erit omnium proprium quod subiectum est, si quis hunc in modum ponat proprium.

cto est, assignauit proprium subiecti. Erit enim proprium, quod positum est non esse proprium, siquidem de solo prædicatur (ut dictum est) proprium, ut quia qui dixit terre proprium corpus grauissimum, specie subiecti assignauit proprium, quod de sola dicitur re, & ut proprium prædicatur, erit terre proprium recte positum.

Hic est locus decimus octauus, qui similitur à subiecto proprio, et dicit, [Deinde destruenti quidem] subaudi considerandum est subiectum proprium, [si subiectum proprium assignauit eius, quod in subiecto esse dicitur,] nam si sic, destruitur problema. [non enim erit proprium, quod positum est esse proprium.] Proprium enim oportet ut alteri insit, non autem ut alterum ipsi. Declarat exemplo et dicit, [Vt quia qui posuit proprium subtilissimi corporis ignem, subiectum] scilicet ignem [assignauit prædicati,] scilicet subtilissimi corporis [proprium,] est enim ignis sua per naturam subiectum, subtilissimum corpus prædicatum, [non erit ignis proprium corporis subtilissimi,] sed non contentus exemplo, idè ratione demonstrat, et dicit, [Propter hoc uero non erit subiectum eius quod in subiecto esse dicitur proprium, quoniam idem esset plurium et differentium specie proprium,] et deducit consequentiam et dicit, [Eidem enim,] scilicet subiecto [plura quædam discrepantia specie] propria [insunt de solo] tali subiecto [dicta,] et de nullo alio. Nam de igne non solum subtilissimum, sed leuissimum, et calidissimum dicuntur, quæ specie discrepantia de solo igne prædicantur, [quorum erit omnium proprium, quod subiectum est, si quis hunc in modum ponat proprium,] si enim aliquis dixerit, ignem esse proprium corporis subtilissimi, quare et non leuissimi et calidissimi, et omnium simpliciter eorum, quæ ipsi insunt hunc in modum, Quare erit plurium et differentium specie idè proprium, hoc autem absurdum est. Oportet enim differentium differentia esse propria. Deinde constructiuum locum assignat, et dicit, [Constructi uero] subaudi considerandum etiam est ad subiectum [si] non subiectum, sed [quod in subiecto est, assignauit proprium subiecti,] nam si sic, construetur problema, modo seruentur alie conditiones, quæ superioribus locis sunt comprehensæ. [Erit enim proprium quod positum est non esse proprium] ab aduersario, modo addantur alie conditiones, quas explicat, et dicit, [siquidem de solo] subiecto [prædicatur, ut dictum est, proprium,] et aptum est prædicari scilicet conuersum, sic enim erit proprium bene assignatum. Deinde exemplo ostendit quod dixit, et inquit, [Vt quia qui dixit terre proprium, corpus grauissimum, specie subiecti,] cuius est proprium, [assignauit proprium, quod de sola re dicitur,] scilicet terra [et ut proprium prædicatur,] scilicet conuersum, [erit terre proprium recte positum.]

Ἐπειτ' ἀνασκηδίζοντά μοι, εἰ ἢ μέγεθός πο δὲ δέσσειαι τὸ ἰδίον, οὐ γὰρ ἔσται ἰδίον ὅ καὶ μὴ ἰδίον ἐστὶν. οἷον ἐπεὶ τὸ μέγεθος ὑπάρχει, εἰς τὸ τι ἢ

Εἶναι οὐ βλάπτει. ἐπὶ δ' ἄρ' ἵτι μοι τοιοῦτον. Διαφορὰ τῆς κατὰ τὴν οὐρανοῦ λέγουσιν. διὸ εἴπερ δὲ τῆς ἀνθρώπων ἰδίον ἢ τῆς οὐρανοῦ, καὶ τῆς ἀνθρώπων ἰδίον ἢ τῆς οὐρανοῦ. καὶ τῆς ἀνθρώπων ἰδίον ἢ τῆς οὐρανοῦ. καὶ τῆς ἀνθρώπων ἰδίον ἢ τῆς οὐρανοῦ.

LOCVS XIX.

32 Deinde destruenti quidem, si secundum participationem assignauit proprium. Non enim erit proprium, quod positum est esse proprium. Nam quod secundum participationem inest, in quod quid erat esse concludit. Erit autem huiusmodi differentia quaedam de aliqua specie dicta. Ut quia qui dixit hominis proprium, gressibile bipes. Secundum participationem assignauit proprium, non erit utique proprium hominis gressibile bipes. Construenti autem, si non secundum participationem assignauit proprium, neque quod quid erat esse indicans conuersim praedicata re. Erit enim proprium, quod positum est esse proprium. Ut quia qui posuit animalis proprium, quod natum est sentire, neque secundum participationem assignauit proprium, neque quod quid erat esse indicans conuersim re praedicata, erit utique quod sentire natum est, animalis proprium.

Hic est locus decimus nonus, qui sumitur a participatione eius, quod assignatur ut proprium. Nam si aliquis assignabit alicuius proprium, cui inest secundum participationem, interimitur problema. nam tale differentia est quae subiecto essentialiter inest, quae ad essentiam atque definitionem, quae subiecti substantiam significat concludit. Quare non erit proprium quod sic assignatur, sed differentia substantialis, quae licet uni soli speciei inest, quia tamen facit ad essentiam rationem, non erit differentia proprium, unde dicitur. [Deinde destruenti quidem] subaudi considerandum ad participationem. [si assignauit proprium] alicuius speciei, quod ei inest [secundum participationem]

aut si in oratione, qua circumloquimur proprium, ponitur aliquid quod participatur a subiecto, ut differentia. nam si sic, interimendum est problema. [Non enim erit proprium, quod positum est esse proprium,] sed differentia. deinde probat quod dixerat, et dicit, [Nam quod secundum participationem inest] subiecto, siue speciei, [in quod quid erat esse concludit.] id est in definitionem, quae significat substantiam, et quod quid erat esse. Concludit dico modo, quo pars est utilis toti. [Erit autem huiusmodi] quae definitioni utile est, ut pars, [differentia quaedam de aliqua specie dicta] et non proprium, quare non debet proprium assignari, quod participatur a specie et subiecto. Postest autem syllogismus reduci ad artem prioriticam hoc pacto, omne participatum ut pars definitionis, est differentia, proprium per aduersarium participatur, ut pars definitionis, igitur proprium est differentia speciei, et non proprium. conclusio est falsa, et non propter figuram syllogismi, neque propter maiorem, igitur propter minorem. et sic minor est falsa, non igitur proprium participatur a specie, cuius assignatur proprium. De syllogismo primo tetigit minorem, deinde maiorem, caetera autem omisit nobis considerare. Deinde ponit exemplum, et dicit. [Ut quia qui dixit hominis proprium, gressibile bipes, secundum participationem assignauit proprium,] quoniam si significat substantiam hominis, [non erit utique hominis proprium, gressibile bipes,] sed differentia propria homini. deinde assignat locum constructiuum huic correspondenti, et dicit. [Construenti autem] considerandum subaudi, [si assignauit proprium,] quod inest speciei, [non secundum participationem,] neque quod quid erat esse indicans, [ut sit secundum uerbum expositio primi. idem enim est inesse secundum participationem, et quod quid erat esse indicare. Nam sic constructiuum problema, non seruetur alia conditio, quam explicat, et dicit [conuersim re] scilicet speciei [praedicata] de eo quod proprium assignatur. nam si aliquid detur ut proprium, et non participatur a specie, et species et proprium secundum praedicationem conuertuntur, problema constructiuum, [Erit enim proprium,] quod positum est esse proprium, [et] ponit exemplum, et dicit. [Ut quia qui posuit animalis proprium, quod natum est sentire, neque secundum participationem assignauit proprium, neque quod quid erat esse indicans,] ut sit secundum uerbum expositio primi. modo seruetur alia conditio dicta in aliis locis, qua exponit et dicit. [conuersim re] speciei de proprio praedicata, erit utique quod sentire natum est, animalis proprium. [quoniam ab animali non participatur, et animal conuertim de eo praedicatur. Sed occurreret, quoniam Aristoteles in locis superius assignatis uoluit in circumlocutione proprii esse ponendum genus eius, cuius assignatur proprium, sed genus participatur a specie, igitur nihil prohibet in circumlocutione proprii, poni aliquid quod participatur ab eo, cuius assignatur proprium. Dicendum Aristotelem hic loqui in illis, quae conuertuntur cum subiecto dati proprii. Quando enim aliquid est, quod conuertitur cum subiecto dati proprii, considerandum, si pertinet ad essentiam. Si enim pertinet ad essentiam, datum proprium non erit proprium. Erit enim differentia essentialis, quae non est proprium. At superius in loco decimo quarto loquitur in aliter, siue conuertatur, siue non. Si enim aliquid non conuertitur cum subiecto, ponitur in circumlocutione proprii ut genus, additis aliis pro differentia, recte assignatur proprii circumlocutio, et sic haec loca non aduersantur.

A locutionis proprii ut genus, additis aliis pro differentia, recte assignatur proprii circumlocutio, et sic haec loca non aduersantur.

Εἰ μὲν ἀνασκυδίζονται μὲν ἐπὶ μὴ γὰρ ἐχεται εἰ μὲν ἀνασκυδίζονται μὲν ἐπὶ μὴ γὰρ ἐχεται, ἢ δὲ ὄνομα. ὁ γὰρ ἐσται ἰδίον, ὃ κείμηνον ἔνοια ἰδίον, ἢ δουλέωτε, ἢ οὐκ αἰεὶ. δῖον ἐπὶ εὐδέχεται ἕως τῆς οὐρανοῦ, καὶ τῆς ἀνθρώπων ἰδίον, οὐκ αἰεὶ. δῖον ἐπὶ εὐδέχεται εἰ μὲν ἀνασκυδίζονται μὲν ἐπὶ μὴ γὰρ ἐχεται, ἢ δὲ ὄνομα. ὁ γὰρ ἐσται ἰδίον, ὃ κείμηνον ἔνοια ἰδίον, ἢ δουλέωτε, ἢ οὐκ αἰεὶ. κατὰ σκυδίζονται δὲ, εἰ ἂν μὲν ἀνασκυδίζονται ἐπὶ ἀνασκυδίζονται μὲν ἐπὶ μὴ γὰρ ἐχεται, ἢ δὲ ὄνομα. ὁ γὰρ ἐσται ἰδίον, ὃ κείμηνον ἔνοια ἰδίον, ἢ δουλέωτε, ἢ οὐκ αἰεὶ. κατὰ σκυδίζονται δὲ, εἰ ἂν μὲν ἀνασκυδίζονται ἐπὶ ἀνασκυδίζονται μὲν ἐπὶ μὴ γὰρ ἐχεται, ἢ δὲ ὄνομα. ὁ γὰρ ἐσται ἰδίον, ὃ κείμηνον ἔνοια ἰδίον, ἢ δουλέωτε, ἢ οὐκ αἰεὶ.

LOCVS XX.

33 Deinde destruenti quidem, si non contingit simul inesse proprium, sed vel posterius, vel prius quam nomen cuius est. Non enim erit proprium quod positum est esse proprium, aut nunquam, aut non semper. Ut quoniam contingit alicui prius fore, & posterius ambulare per forum, quam quod homo, non erit ambulare per forum hominis proprium, aut nunquam, aut non semper. Construenti autem, si simul ex necessitate semper inest, cum neque terminus, neque differentia sit. Erit enim proprium, quod positum est forsitan non esse proprium, ut quia animal disciplinae susceptiuum simul ex necessitate semper est, & id, quod est homo, cum neque differentia sit, nec terminus, erit disciplinae susceptiuum hominis proprium.

Is est locus uigesimus, qui sumitur ab eo quod est si nul. non enim est proprie proprium quod prius aut posterius est subiecto, sed quod simul est, et semper inest. Proprii enim nec definitio, nec differentia est, quae sunt priora natura subiecto, sed simul est cum re, cuius est proprium, et ei semper inest unde dicitur. [Deinde destruenti quidem] subaudi considerandum, [si non contingit simul inesse proprium] secundum tempus cum re cuius est proprium. [sed uel posterius, uel prius] scilicet tempore, uel consequentia [quam nomen, cuius est proprium, interimitur problema. [Non enim erit proprium quod positum est esse proprium,] dico non erit proprium quia [uel nunquam] erit proprium, [aut] si erit [non] erit proprium [semper]

LOCVS XXI.

per,] sed proprium quandoque. Est enim haec negationum D auxesis, quae est consuetudo in libris Aristotelis ac si simpliciter negatione dicamus, aut nunquam erit proprium, aut non semper. ponit exemplum eius datam proprium, quod est posterius tempore, cuius est datum proprium, et dicit. [Ut quoniam contingit alicui,] scilicet homini [prius fore, et posterius ambulare per forum quam] quod sit id [quod est homo.] quia igitur in hoc casu prius est homo, deinde ambulare per forum, [non erit ambulare per forum, hominis proprium,] dico non erit, quia [uel nunquam] erit hominis proprium, [aut] erit, sed [non semper] non enim statim cum homo est, ambulat per forum. Postest autem dari exemplum eius dati proprii, quod prius est re, cuius datum est proprium, ut Alexander fecit, ut si aliquis poneret hominis proprium esse animatum, quoniam animatum esse competet facti, qui est in utero nondum homo existens, ideo animatum esse non erit proprium hominis, est enim tempore prius homine. Deinde assignat locum constructiuum huic correspondenti, et dicit. [Construenti autem] subaudi considerandum, [si simul ex necessitate semper inest,] nam si sic, problema constructiuum, [cum neque terminus, nec differentia sit. erit enim proprium, quod positum est forsitan] ab aduersario [non esse proprium.] proprie enim proprium et soli debet inesse cuius est proprium, et semper. deinde exemplum affert, et dicit. [Ut quia animal disciplinae susceptiuum, simul ex necessitate semper est,] et id quod est homo: cum neque differentia sit, neque terminus, erit animal disciplinae susceptiuum, hominis proprium. Quod uero ad uerba attinet, Aristoteles addidit. [cum neque differentia sit neque terminus,] quoniam differentia et definitio, soli subiecto insunt, et semper, ueluti propria, quae tamen non sunt propria. ut sit sensus, si datum proprium, nec prius est nec posterius subiecto, sed simul cum hoc, et semper, et nec differentia est nec definitio, erit utique datum proprium, uere proprium. Possimum, si quis poneret, ut Alexander addit, non esse genus. Quare per haec constructur locus.

Επειτ' ἀνασκυδίζονται μὲν ἐπὶ μὴ γὰρ ἐχεται ἢ ταυτέστι μὴ ἐστὶν ἰδίον, οὐκ ἐστὶν ἰδίον ἢ κείμηνον ἔνοια ἰδίον. διὸν, ἐπεὶ οὐκ ἐστὶ δῖον τοῦ ἀνθρώπου, ἢ τοῦ ἀνθρώπου ἰδίον, οὐδ' ἀνασκυδίζονται μὲν ἐπὶ μὴ γὰρ ἐχεται, ἢ δὲ ὄνομα. ὁ γὰρ ἐσται ἰδίον, ὃ κείμηνον ἔνοια ἰδίον, ἢ δουλέωτε, ἢ οὐκ αἰεὶ. κατὰ σκυδίζονται δὲ, εἰ ἂν μὲν ἀνασκυδίζονται ἐπὶ ἀνασκυδίζονται μὲν ἐπὶ μὴ γὰρ ἐχεται, ἢ δὲ ὄνομα. ὁ γὰρ ἐσται ἰδίον, ὃ κείμηνον ἔνοια ἰδίον, ἢ δουλέωτε, ἢ οὐκ αἰεὶ.

34 Deinde destruenti quidem, si eorundem, qua eadem sunt, non est idem proprium. Non enim erit proprium, quod positum est esse proprium.

um. Vt quia non est proprium profecti, apparere quibusdam bonum, neque eligendi erit utiq; proprium, apparere quibusdam bonum. Idem enim est, profectum & eligendum. Construenti autem si eiusdem, quatenus idem est, idem est proprium. Erit enim proprium, quod positum est non esse proprium. Vt quoniam hominis, qua homo est, dicitur proprium tripartitam animam habere, & viri quatenus vir est: erit utiq; proprium hominis tripartitam animam habere. Vtilis autem locus hic & in accidere est. nam iisdem, in eo quod eadem sunt eadem oportet inesse, vel non inesse.

Hic est locus uigesimus primus, qui accipitur ab eisdem. dicitur enim eadem, aut genere, ut homo & equus: aut specie, ut Socrates & Plato: aut numero, ut profectum & eligendum, & ut homo & uir: aut secundum analogiam, ut octo & sexdecim. nam eadem proportione sunt octo ad quatuor, & sexdecim ad octo: uel ut decem predicamenta. est igitur maxima, si alicui generi assignetur aliquod proprium, necesse est ipsum eam speciem omnium esse, quae sub illo genere sunt. si autem speciei alicui, omnium individuorum, quae sunt sub eadem specie. Si alicui individuo, omnium eorum quae sunt numero eadem illi. Aristoteles tamen ponit locum, ut mihi uidetur, inspiciendo ad eadem, quae numero eadem sunt, & dicit. [Deinde destruenti quidem] considerandum [si eorumdem] scilicet numero, ea ratione qua eadem numero sunt, [non est idem proprium.] Si enim non est idem proprium, destruitur problema. [Nō enim erit proprium, quod positum est esse proprium.] intelligit autem per eadem, quae numero eadem sunt solo nomine discrepantia, ut tunica & uestis, homo & uir, femina & mulier, & affert exemplū, & dicit. [Vt quia non est proprium profectum, apparere quibusdam bonum.] Non enim apparet bonum non existens bonum, est profectum, [neque eligendi erit utique proprium apparere quibusdam bonum. idem enim est profectum, & eligendum] numero & re, sed solo nomine differunt. Non enim quod aliquibus bonum uidetur, eligibile est, sed quod suapte natura bonum est. Deinde assignat locum constructiuum huic correspondentē & dicit. [Construenti autē] considerandum, [si eiusdem.] scilicet re & numero, [quatenus idem est] re, & numero, [idem est proprium, erit enim proprium, quod positum est] ab aduersario [non esse proprium.] Deinde affert exemplum, & dicit. [Vt quoniam hominis qua homo est, dicitur proprium animam tripartitam habere, & uiri, quatenus uir est: erit utique proprium hominis tripartitam animam habere.] Dicitur autem hominis anima tripartita, quod tres appetendū uires habeat, irascibilem, concupiscibilem, & rationalem: aut quod tres gradus, uitalem, sensitivum, & intellectivum. Quod uero ad uerba attinet, uir, graece est ἄνθρωπος, latine est nomen synonymum homini, apud enim graecos ἄνθρωπος & ἄνθρωπος, synonyma sunt, ut apud nos uir & homo. licet uir apud graecos alio nomine ἀνὴρ dicatur, & ἄνθρωπος proprie pro mortali, & terrigena homine accipitur, placuit tamē mihi pro uiro transferre, quoniam exemplo melius conuenit, & quoniam uirum exemplo in iis, quae numero sunt eadem, & solo nomine differentia, ideo locus ab iis, quae numero eadem sunt, accipitur. Addit autem Aristoteles utilitatē huius loci, & dicit, [Vtilis autem & locus hic in accidentibus est.] cuius causam assignat, & dicit, [nam iisdem in eo quod eadem sunt, eadem] accidentia [oportet inesse uel non inesse.] quare si uni eorum inesse, & alteri, quod est idem numero illi oportet inesse, & si alteri non inesse, nec alteri inesse, quod ab eo solo nomine differt.

Επειτ' ἀνασκηθῶμεν τὰ ἐν τῷ αὐτῷ ἔδειξαι, μὴ τὰ αὐτῷ ἀεὶ εἶναι ἢ ἐν ἰδίῳ ἔστιν. οὐδὲ γὰρ τοῦ εἰρημένου ἔστι ἰδίον, & κείνου ἔστι ἰδίον. διὸν ἔπει τῶν αὐτῶν ἐστὶ τῷ εἶδει ἀνθρώπου καὶ ἵππου οὐκ ἀεὶ διὰ τοῦ ἴσου ἐστὶν ἰδίον, ἢ ἐξ ἰσότητος αὐτοῦ, οὐδ' ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου ἰδίον ἢ καὶ κείνου ἢ αὐτοῦ. τὰ αὐτῷ γὰρ ἐστὶ τῷ εἶδει ἢ κείνου καὶ ἐξ ἰσότητος αὐτοῦ ἢ ἕως ἐστὶν ἐξ ἰσότητος αὐτοῦ ἢ συμβεβηκότα. κατὰ οὐδὲν ἔστι δὲ, εἰ τῶν αὐτῶν τῷ εἶδει, τὰ αὐτῷ ἀεὶ τῷ εἶδει ἢ ἰδίον, ἔστι ἰδίον ἢ κείνου μὴ ἔστι ἰδίον. διὸν ἔπει ἀνθρώπου ἐστὶν ἰδίον ἢ ἔστιν ἀνθρώπου ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, ἢ ἔστιν ἀπὸ τοῦ κείνου ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, ἢ ἔστιν ἀπὸ τοῦ κείνου ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, ἢ ἔστιν ἀπὸ τοῦ κείνου ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, ἢ ἔστιν ἀπὸ τοῦ κείνου ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, ἢ ἔστιν ἀπὸ τοῦ κείνου ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. τὰ δὲ, ἀς γένους διαφορῶν τῶν ζώων.

LOCVS XXII.

35 Deinde destruenti quidem, si eorum quae sunt eadem specie, non idem semper specie proprium est. Neq; enim eius quod dictum est, erit proprium, quod positum est esse proprium. Vt quia idem est specie homo, & equus. Non semper autem equi est proprium stare a se: nec hominis erit proprium moueri a se. Idem enim est specie, moueri & stare a se, quatenus utriusque eorum, ut animal est, accidit. Construenti vero, si eorum, quae sunt eadem specie, idem semper specie sit proprium. Erit enim proprium, quod positum est non esse proprium, ut quia hominis est proprium esse gressibile bipes, & auis erit proprium esse volatile bipes.

A Vtrunque enim horum est idem specie, quatenus illa quidem sub eodem sunt genere species, cum sint sub animali, haec autem, ut generis differentiae animalis.

Hic est locus uigesimus secundus, qui accipitur ab eis, quae genere sunt eadem. Est autem locus hic (ut Alexander inquit) obscure traditus, & aliqua ex parte falsus, ut ipse dicit. ubi speciem pro genere accepit, ut in sine loco, quae hic assignat patet. unde aliqui dixerunt in sine praesentis textus Aristotelem addere se specie pro genere accepisse, dilucidationis gratia. Est igitur locus destruentis talis, quoniam eorumdem genere necesse est & propria eadem genere esse. (dico autem eadem genere, quae secundum se mutuo differunt, & in communiter genere conueniunt) si contradiuise speciei contradiuise proprium est, & contradiuise contradiuise proprium erit, quare si non illud, nec istud, unde dicit. [Deinde destruenti quidem] considerandum ea quae genere eadem sunt, specie uero mutuo differunt, nam si eorum quae sunt eadem specie [hoc est genere] non idem semper specie [id est genere] proprium est, [hoc est, si contradiuise speciei contradiuise proprium non est proprium, subaudi nec contradiuise proprium erit proprium contradiuise speciei, & hoc subscribit, & dicit. [Neque enim eius, quod dictum est] id est eius contradiuise speciei, [erit proprium, quod positum est esse proprium] id est erit proprium contradiuise proprium, ubi Aristoteles sub eodem genere supponit duas contradiuise species, uel plures, ut hominem & equum. & ait, si equi homini contradiuise non est proprium stare, neque hominis equo contradiuise erit proprium moueri, quod ipsi stare contradiuise, nam ut species sub eodem genere contradiuise eadem sunt, ita stare & moueri contradiuise eadem genere sunt, & hoc dicit, [Vt quia idem est specie] id est genere [homo, & equus] sunt enim species sub animali contradiuise, [non semper autem equi est proprium stare a se.] non enim stare a se est proprie proprium equi, [nec hominis erit proprium moueri a se.] Deinde exponit moueri & stare propria esse contradiuise sub animali, ut sunt homo & equus species contradiuise, & dicit, [idem enim est specie] id est genere [moueri & stare a se], sunt enim moueri & stare a se contradiuise praedicata de homine & equo, quae sunt species contradiuise sub animali, quatenus utriusque eorum] scilicet homini & equo [ut animal est,] utrunque eorum scilicet stare a se, & moueri a se [accidit.] equus enim, quatenus animal, stat a se, & homo, quatenus animal, mouetur a se. Nam sensitivum est principium motus & status. Quare si stare a se non est proprie proprium equi, nec moueri a se erit proprie proprium hominis. hoc patet Alexander exponit hunc locum, & (ut mihi uidetur) est optima expositio, non autem qualis Iuniorum declaratio, quae nullo pacto uerbis Aristotelis conuenit. Deinde ponit locum constructiuum, qui huic correspondet, & dicit, [Construenti uero] considerandum subaudi etiam ad eadem genere, [si eorum quae sunt eadem specie] hoc est genere, [idem semper specie] id est, genere [sit propria]

um,] hoc est contradiuise speciei contradiuise proprium, & contradiuise contradiuise. Nam si sic, erit problema construendum. [Erit enim proprium, quod positum est non esse proprium] ab aduersario, [ut quia hominis] speciei contradiuise auis [est proprium esse gressibile bipes] contradiuise uolatili bipedi, [et auis] speciei homini contradiuise [erit proprium esse uolatile bipes] contradiuise gressibili bipedi. Nam contradiuise rum specierum sub eodem genere contentarum, contradiuise debent esse propria sub eodem genere contenta, & quoniam accepit speciem pro genere, nunc dilucidationis gratia hoc exponit, & dicit, [Vtrunque enim horum] scilicet homo & auis, [est idem specie] sumendo subaudi speciem pro genere, [quatenus illa quidem] scilicet homo & auis [sunt species sub eodem genere, cum sint sub animali,] & sic sunt species contradiuise sub eodem genere. [haec autem] scilicet gressibile bipes, & uolatile bipes, [sunt ut differentia generis animalis,] hoc est propria contradiuise sub animali, quae (quia sunt contradiuise sub animali) uidentur ut differentiae animalis, licet non sint propriae differentiae. Quare speciem pro genere intelligendum est, & per species sub eodem genere contradiuise species, & per propria, quae sunt ut differentiae, contradiuise propria sub eodem genere. Nam maxima est, ut contradiuise rum specierum sub eodem genere contentarum, contradiuise sint propria sub eodem genere contenta.

ὁμοῦ δὲ τὸ αὐτῷ ἴσῳ ἔστιν, ὅταν ὁ μὲν ἔτρωσιν ἄλλοις ἐν τῷ ἐνὶ ἑαυτοῦ ἕνα ἄρρα, ἡ δὲ ἔτρωσιν ἄλλοις καὶ ἑαυτῶν ὁ μὲν ἔτρωσιν ἄλλοις καὶ ἑαυτῶν ὁ δὲ ἔτρωσιν ἄλλοις καὶ ἑαυτῶν.

INSTANTIA.

36 Hic autem locus falsus est, quādo alterum quidem eorum quae dicuntur, vni alicui soli speciei inest, alterum vero inest pluribus, quemadmodum gressibile quadrupes.

Hic affert contra locum instantiam, quia non uidetur locus hic in omnibus construendus. Nam quando unum quidem dictorum propriorum uni soli speciei inest, ut gressibile bipes soli homini: alterum uero ei contradiuise sum, pluribus, ut gressibile quadrupes, equo & boui, & ceteris id genus, locus non potest constitui. Nam licet gressibile bipes, & gressibile quadrupes sint propria contradiuise sub animali, & homo, & equus etiam species contradiuise sub animali, quia tamē gressibile bipes uni speciei, scilicet homini soli inest, gressibile uero quadrupes, pluribus, non sequitur gressibile quadrupes esse proprie proprium equo, ut gressibile bipes est proprie proprium homini, non igitur locus semper constituitur, unde dicit, [Hic autem locus falsus est] subaudi aliqua ex parte, quia non in omnibus est constituendus, quia non [quando alterum quidem eorum quae dicuntur] propria sub eodem genere contradiuise, [uni alicui soli speciei inest,] scilicet homini, ut gressibile bipes, hoc enim soli homini competit (auis enim est bipes, non autem gressibilis, sed uolatilis,) maxime si pygmaei non reperiuntur [alterum]



G uero inest pluribus,] quod est gresibile bipedi contradi uisum,] quem admodum gresibile quadrupes. ] quod inest equo, boui, & aliis. Nam quando alterum eorum uni spe ciei soli, alterum uero pluribus inest, locus non construi tur. quia non sequitur, gresibile bipes est proprie pro prium homini, igitur gresibile quadrupes proprie pro prium equo. Nam licet species sine sub eodem genere contradiuisa, & propria etiam, quia tamen alterum eo rum proprium pluribus inest quam alterum, locus non est construendus. Erit igitur locus utilis (ut Alexander inquit) quando alterum proprium sub eodem genere co tenentur non pluribus speciebus eiusdem generis inest, quam alterum.

Επει δὲ τὰν τῶν τῶν ἑτοροῦν ἡ ἀλλοῦς λέγεται, ἔστιν ὅτι σοφιστικῶς λαμβάνοντι, ἐνός ἀπὸ δὲ ἑνὸς καὶ μόνου ἑνός τῶν ἰδίων. ὁ γὰρ ὑπάρχον τῶν τῶν συμπερικείμεν ἔστιν ὅτι συμπερικείμεν ὑπάρχει, λαμβάνοντων μὲτα τῶν συμπερικείμεν. διὸν δὲ ὑπάρχον ἀνδρῶν καὶ λευκῶν ἀνδρῶν ὑπάρχει καὶ ἀνδρῶν καὶ λευκῶν ἀνδρῶν ὑπάρχει.

LOCVS XXIII.

37 Quoniam autem idem & diuersum multipliciter dicitur, labor est sophisticè assumenti vnus assignare & solius alicuius propriū. Nā quod inest alicui cui accidit aliquid, & acci denti inerit sumpto cum eo cui acci dit. Ut quod inest homini, & albo ho mini inerit, si fuerit albus homo, & quod albo homini inest, inerit & homini.

Hic locum obscurus est, ut diuersitas exponentium demonstrat, iuniores dicunt Aristotelem primo propo nere quod nullum proprium assignari possit solius subie cti, quin secundum sophisticas assignetur alterius (scilicet ac cidentis, quod ei accidit, & dicit, [Quoniam autem idē & diuersum multipliciter dicitur] nam & genere, & spe cie, & numero, & analogia, [labor est, hoc est, arduum ac difficile est,] sophisticè assumenti vnus assigna re proprium] scilicet subiecti [ & solius alicuius ] quia non potest assignari proprium subiecti, ita ut sit illius tan tum, & nullius alterius, & quod sit difficile assignari pro prium solius subiecti, quod nullius alterius est proprium, probat per locum sophisticum, quem assignat, cum dicit, [Nam quod inest alicui cui accidit aliquid, & acciden ti inerit sumpto cum eo cui accidit.] Est enim sophisticus locus, quod inest alicui subiecto absolute sumpto, inest ei dem sumpto cum suo accidente, & e conuerso. [ Ut quod inest homini, & albo homini inerit, si homo fuerit albus ] & si fuerit rubeus, inerit albo homini, [ & ] e conuerso, [ quod albo homini inest, erit & homini, ] hoc pacto ex posuerunt iuniores, acceperunt enim laborem pro diffi cili. Alexander uero asserit Aristotelem hic assignare primo locum sophisticum, postea instantiam. Locus autē

sophisticus secundum Alexandrum est talis, omne as signatum alicuius proprium solidi inest, cui assignatum est proprium, probatur. nam eadem & diuersa multipliciter dicitur & genere, & specie, & numero, & analogia. Et quae dicitur eadem numero, dupliciter dicitur, aut subie cto & ratione, ut tunica & uestis, sunt enim subiecto ead em ac ratione, sola uoce discrepantia aut subiecto, non autem ratione, ueluti ascensus & descensus. nā scala quae dem eadem sunt, est enim scala unum idemque subie ctum eorum, & ratione uero differunt, quoniam definitio ascensus altera est à definitione descensus. Cum igitur ita sit, omne assignatum alicui proprium soli ei uidetur in esse, quoniam si inest alteri, illud aliqua ratione uidetur idem ei, cuius assignatur proprium. quare uidetur illi so li inesse, cum non deitur alterum, quin sit aliqua ratione idem. Et tunc iuxta hanc expositionem, uerbum labor, pro officio legendum est, nam græcum uerbum ἔργον, est etiam latine tum opus, tum officium, tum manus. le ge igitur. [ Quoniam autem idem, & diuersum multipliciter dicitur ] scilicet genere, specie, numero, & analogia, [ la bor est, ] hoc est, munus est sophisticè assumenti ] id est, L sophisticè conueniens, [ vnus assignare proprium, & so lius alicuius, ] id est, & solius illius, quoniam nihil potest dari diuersum ab eo cuius assignatur proprium, quin aliqua ratione sit illi idem, quod exponis, & dicit. [ Nam quod inest alicui, cui accidit aliquid, & accidenti ] secun dum sophisticas [ inerit sumpto cum eo, cui accidit, ] ergo si inest proprium alicui, oportet ut soli illi inest, cum non deitur aliquid diuersum ab eo, secundum sophisticas. Aliter (ut mihi uidetur) Alexander exponit, & magis ad men tem Aristotelis, sumit enim laborem pro difficili, ut sit sen sus, quoniam idem & diuersum multifariam dicuntur, difficile uidetur assignare proprium, quod sit proprie propriū apud sophisticas. dico proprie propriū, ita ut soli illi inest, & nulli alteri, nam secundum sophisticas si propriū inest subiecto, inest accidenti, modo accidens est diuersum quid à subiecto, scilicet specie, uel ratione, ergo non potest assignari proprium subiecto soli, secundum hanc ergo ex positionem, primo proponit difficultatem, & locum so phisticum, postea ibi, [ Calumniabitur autem, ] ponit in stantias contra locum, unde dicit. [ Quoniam autem idem & diuersum multipliciter dicitur, labor est, ] id est difficile est [ sophisticè assumenti, ] id est ei, qui utitur loco sophistico, [ assignare alicuius vnus proprium & solius, ] id est, & dicere quod solius illius sit. deinde assignat rationem, & ponit locum sophisticum, & dicit. [ Nam quod inest alicui, cui accidit aliquid, & acciden ti inerit sumpto cum eo, cui accidit. ] Quare non potest assignari aliquod proprium alicui, quod sit soli illi com petens, & ita non potest assignari proprium alicui quod sit illius proprie proprium, quod dixerat de loco sophi stico, exemplo monstrat, & ex dictis patet. Ex iis patet quis sit locus sophisticus, ex quo difficile est assignare aliquod esse proprie proprium alicuius. Est enim lo cus sophisticus, quod inest alicui, inest omni ei quod accidit illi. Ex hoc sequitur nullum posse esse proprium alicui subiecto, quin inest ei, quod subiecto accidit.

Διαβάλλει δὲ ἀντὶς τὰ ἡλλὰ τῶν ἰδίων, & ὑπὸ κινῆσιν ἄλλο μὲν καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλο δὲ

A μετὰ τὸν συμπερικείμενον. διὸν ἄλλο μὲν ἀνδρῶν καὶ λευκῶν ἄλλο δὲ λευκῶν ἀνδρῶν. ἔτι δὲ ἑτοροῦν καὶ μόνου ἑνός τῶν ἰδίων. ἔστιν ὅτι συμπερικείμεν ὑπάρχει, καὶ λευκῶν ἀνδρῶν ὑπάρχει, καὶ λευκῶν ἀνδρῶν ὑπάρχει. διὸν ἔστιν ὅτι συμπερικείμεν ὑπάρχει, καὶ λευκῶν ἀνδρῶν ὑπάρχει, καὶ λευκῶν ἀνδρῶν ὑπάρχει.

INSTANTIAE.

38 Calumniabitur autem aliquis multa propria, subiectum aliud qui dem per se faciens, aliud autem cum accidente. Ut aliud quidem hominē esse dicens, aliud uero album homi nem. Insuper etiam diuersum faciēs habitum, & quod secundum habitū dicitur. Nam quod habitui inest, & ei quod secundum habitum dicitur, inerit. Et quod ei quod secundū habitum dicitur inest, & habitui inerit. Ut quoniam sciens secundum scientiam dicitur affici, non erit scientiæ proprium indissolubile à ratione, nam & sciens erit indissolubilis à ratione.

Quia sophisticè dicunt idem esse proprium subie cti & accidentis, ut hominis & hominis albi, ideo Aristo teles contra hunc sophisticum locum duas fert instan tias. Quarum prima talis est, si idem est proprium subie cti, & accidentis, ut hominis, & albi hominis, tunc diuer sorum erit idem proprium, hoc autem absurdum est, nā si diuersorū erit idē propriū, neutri eorū competeret so li, & sic neutrius erit proprie proprium. Consequentia uero deducitur, quoniam licet subiectum, & accidens sint idem subiecto numero, tamen differunt ratione & esse, & sic sunt diuersa. Quare si subiecti & accidentis idem fuerit proprium, diuersorum idem erit proprium, quod erat absurdum, unde dicit, [ Calumniabitur autem aliquis multa propria, ] si quod sophisticè dicunt, sit ue rum, uidelicet quod idem sit proprium subiecti, & acci dentis, quod ei accidit. calumniabitur inquam [ faciēs sub iectum quidem aliud per se ] sumptum, [ aliud autem cum accidente, ut aliud quidem hominem esse dicens, al iud uero album hominem, ] quare sequitur ad locum so phisticum idem proprium esse diuersorum, subiecti uel delicti & accidentis, quae sunt diuersa. hęc est prima in stantia. Deinde offert secundam instantiam & dicit. [ Insuper etiam ] contra id, quod sophisticè dicunt, uideli cēt quod idem proprium sit subiecti, & accidentis obit ciet [ faciens diuersum habitum, & ] id, [ quod secundum habitum dicitur, ] locurret ei quod sophisticè dicunt, per

hoc quod habitus & habens habitum sunt diuersa, & tamen habitus est accidens, & habens habitum subiectū habitus. Deinde exponit illud, in quo occurreret contra so phistam, & dicit, [ nam ] sequitur secundum sophisticas, quod id [ quod habitui inest, & ei quod secundum habita tum dicitur, inerit, & ] e conuerso [ quod ei, quod secun dum habitum dicitur, inest, & habitui inerit. ] Est enim habitus accidens, & habēs habitum est subiectum, ut sit instantia, si idem propriū est subiecti & accidentis quod subiecto accidit, tunc idem erit proprium habitus, & ha bentis habitum. Hoc autem absurdum est, quoniam ha bitus & habens habitum sunt diuersa, ut proposuit. & hoc esse absurdum exemplo monstrat, & dicit, [ ut quo nam sciens secundum scientiam dicitur affici, ] est enim subiectum scientiæ, & illius proprium per aduersarium est [ indissolubile à ratione, ] scientia uero afficit ipsam scientem, ut subiectum, & ita differt à sciente, cum igitur scientia differat à sciente, [ non erit scientiæ proprium is dissolubile à ratione, nam & sciens ] secundum aduersa rium [ erit indissolubile a ratione. ] ut sit ratio exēplaris, B sciens differt à scientia, & scientis proprium est [ indissua sibile a ratione, ] ergo non sciētia, alio qui diuersorum e rit idem proprium. Quod uero ad exemplum attinet, Socrates, & ueteres Academicis senserunt uirtutes esse sci entias quasdam, studiosos uero scientes, qui propter uirtu tes a re & a ratione sunt [ indissolubiles, ] ex quorum uer bis id inferitur scientis proprium esse [ indissolubile esse a ratione ], & cum scientia differat à sciente, non erit pro prium scientiæ [ indissolubile a ratione, ] alioquin diuerso rum idem erit proprium. Hęc mihi uidetur exposi tio, nam Alexander sic uidetur intelligere, licet cala mnum retinuerit.

κατακαθάρζοντα δὲ ἡντέρον ὡς οὐκ ἔστιν ἑτοροῦν ἀπὸ αὐτοῦ δὲ συμπερικείμενον δὲ συμπερικείμενον, μετὰ τὸν συμπερικείμενον λαμβάνοντων ἀλλὰ ἄλλο λέγεται, τῶν ἑτοροῦν ἑνὸς ἀπὸ δὲ ἑνὸς οὐ τῶν ἰδίων γὰρ ἔστιν ἀνδρῶν καὶ λευκῶν ἀνδρῶν καὶ λευκῶν ἀνδρῶν ὑπάρχει, καὶ λευκῶν ἀνδρῶν ὑπάρχει, καὶ λευκῶν ἀνδρῶν ὑπάρχει. διὸν ἔστιν ὅτι συμπερικείμεν ὑπάρχει, καὶ λευκῶν ἀνδρῶν ὑπάρχει, καὶ λευκῶν ἀνδρῶν ὑπάρχει.

DILVTIO INSTANTIARVM.

39 Construenti autem, dicendum quoniam non est diuersum simplici ter id cui accidit, & accidens cum eo cui accidit sumptum. Sed aliud dicitur, eo quod diuersum sit ipsis esse. Non enim est idem homini, & esse albo homini, & albo homini, & esse albo homini. Præterea autem considerā dum est ad casus, dicenti quoniā ne que sciens est indissolubile a ratiōe,

sed indiffusibilis a ratione, neq; scientia indiffusibile, sed indiffusibilis a ratione. Nam ei qui omnino in stat, omnino est aduersandum.

Nunc soluit instantias, et primo soluit eas simul: secundum uero ibi, [Præterea autem] dat quoddam documentum aduersus sophisticas, quam cautulam appellant, et fortasse dat solutionem ad secundam instantiam quo ad uerba. Respondet igitur ad primam et ad secundam simul quo ad rem, et tenet idem esse proprium subiecti, et accidentis sumpti cum subiecto, ut hominis, et hominis albi, et habentis et habitus cum habente sumpti. et cum opponatur, quod tunc diuersorum esset idem proprium. Respondet et dicit, [Construenti autem dicendum, quoniam non est diuersum simpliciter id cui accidit, id est subiectum, siue habens habitum, et accidentis sumptum cum eo] subiecto, [cui accidit,] uel habitus cum habente sumptus. Sunt enim idem in substantia (ut Alexander inquit) nam homo, et albus homo idem sunt substantia. [Sed aliud dicitur, eo quod diuersum sit ipsis esse,]

hoc est, sed differunt ratione, atque definitione, quod declarat et dicit. [Non enim est idem homini et esse homini,] nam homo substantia est, esse hominis ratio atque definitio hominis, que differunt, similiter differunt albus homo, et esse albo homini, nam et albo homini, et esse albo homini] diuersum est, ut definitio, et definitio. Quod si ita est, homo et homo albus etiam differunt ratione, nam (ut Alexander exponit) homo est animal rationale mortale scientia susceptiuum. Homo autem albus hæc habet et plus, quoniam est susceptiuus coloris, qui disgregat uisum, ut sit hominis albi hæc definitio, animal rationale mortale discipline susceptiuum, et coloris disgregantis uisum, que differunt, per que inuuit, quod eo modo, quo subiectum et accidentis cum subiecto sumptum sunt idem, idem habent proprium: eo uero modo quo sunt diuersa, diuersum habent proprium. Simili ratione dicendum de habitu, et habente habitum. Hæc est communis solutio ad utramque instantiam. deinde speciatim respondet ad secundam quo ad uerba, quia sophisticè opponenti est sophisticè respondendum, et hoc modo exponit Alexander, et placet. Propterea Aristoteles ad secundam dicit, quod nec eadem definitio est scientiæ, et scientiæ secundum casus, quoniam scientia est, que non potest aliter credi, scientiæ autem, qui non aliter credit, modo hæc definitiones differunt saltem secundum casus, unde dicit. [Præterea autem considerandum est ad casus] id est ad finales definitionum terminationes, [quoniam] si idem sit proprium scientiæ et scientiæ, [neque scientiæ est indiffusibile a ratione, sed indiffusibilis a ratione,] quia sic denominatur scientiæ, [neque scientiæ indiffusibile, sed indiffusibilis a ratione,] et sic non conueniunt in casibus, nam scientiæ est indiffusibile, scientiæ indiffusibilis, que uocum terminatione differunt. At si idem esset proprium, oporteret, ut et scientiæ et scientiæ sit indiffusibile, uel indiffusibilis a ratione, quod falsum est, nam scientiæ est indiffusibile, scientiæ indiffusibilis a ratione. In uerbis translationibus clare hæc uerba leguntur, sunt enim hæc, [quoniam neque scientiæ est indiffusibilis a ratione, sed indiffusibile a ratione]

neque scientia indiffusibile, sed indiffusibilis a ratione. et sic differunt scientiæ et scientiæ definitione, saltem quo ad casus. et hoc pacto uerba Aristotelis legit Alexander. Sed dices, hæc solutio est ad uerba, et ita sophistica, que non conuenit topicis. Respondet et dicit, non esse absurdum sophisticè opponenti respondere sophisticè, [nam ei qui omnino] id est, omni modo quo potest [instat,] ut sophisticè, qui re et uoce instat, [omnino] id est omni modo quo fieri potest, [est aduersandum,] et ad casibus, et ab omnibus modis, a quibus utique quis potuerit.

Επειδὴ ἀνασκηθεύοντα μὲν, ἐν δὲ φύσιν ὑπερέχοντος βαλομένου ἀποδοῦναι, τὸ τὸν ἄνθρωπον τὴν λείαν, ὡστε δὲ ἐν ὑπερέχοντος σημαίνου. Δὲ δὲ γὰρ ἐν κινεῖσιν δὲ κινεῖσιν ἐν αὐτοῖς ἴδιον, ὅτι ἐν αὐτοῖς δὲ ἐν αὐτοῖς ἀνθρώπου ἴδιον δὲ ἀνθρώπου, ἐξέλεται μὲν δὲ φύσιν ὑπερέχοντος ἀποδοῦναι σημαίνου δὲ τὴν λείαν τὸ ἐν ὑπερέχοντος, οὐκ ἔστι ἐν ἀνθρώπου ἴδιον δὲ ἀνθρώπου. οὐ γὰρ τὰς ἀνθρώπου δὲ ἀνθρώπου ἐξέλεται κατὰ ἀνασκηθεύοντα δὲ ἐξέλεται δὲ φύσιν ὑπερέχοντος ἴδιον ἀποδοῦναι, καὶ τὴν λείαν τὸν ἄνθρωπον σημαίνου. οὐ γὰρ κινεῖσιν ἐν αὐτοῖς ἴδιον, ὅτι ἐν αὐτοῖς δὲ ἀνθρώπου ἴδιον ἀποδοῦναι τὸ ἐξέλεται, σημαίνου τὸ φύσιν ὑπερέχοντος ἴδιον, οὐκ ἔστι κινεῖσιν ἴδιον τὸ τὸν, ὡς οὐκ ἔστι ἀνθρώπου ἴδιον, δὲ ἐξέλεται ἐπισημάνου ἀνθρώπου.

LOCVS XXIII.

40 Deinde destruenti quidem, si quod natura inest, volens assignare hoc modo ponit secundum locutionem, ut quod semper inest, significet. Videbitur enim moueri quod positum est, proprium esse. Vt quia qui dixit hominis proprium bipes, uult quidem quod natura inest, assignare, significat autem locutione quod semper inest, non erit hominis proprii bipes. Non enim omnis homo est duos pedes habens. Construenti autem, si uult quod natura inest, proprium assignare, et locutione hoc modo significat. Non enim mouebitur secundum hoc proprium, ut quia hominis proprium assignauit animal discipline susceptiuum, et uult, et dictione significat id, quod natura est proprium, non mouebitur secundum hoc, ut non sit hominis proprium, animal discipline susceptiuum.

Hic est locus uigesimalis quartus, qui sumitur ad correptionem

dentia sermone cum proprio natura alii, qui talis est, si aliquid assignat proprium quod natura aliter inest, per sermone non, qui non significat quoniam natura aliter inest, sed quoniam semper inest, sermo siue oratio, qui illud assignat, non erit proprium. Non enim est necesse quod natura aliter inest, semper inesse, unde dicit. [Deinde destruenti qui dem,] considerandum subaudi, [si quod natura inest, uolens assignare] pro proprio illius, cui natura inest, [hoc modo ponit secundum locutionem, ut quod semper inest, significet.] nam si sermo siue oratio, que proprium significat, significat semper proprium inesse, proprium uero non semper inest, sed natura, quod nec semper nec necessario inest, talis oratio, que significat proprium, non erit proprium. Quod probat, et inquit. [Videbitur enim moueri quod] natura inest animali, uel elemento, quodque [positum est] pro proprio, [esse proprium] quasi dicat, si ita est, tunc moueri quod natura aliter inest corpori naturali esset proprium, quod est absurdum. Nam moueri nulli inest semper, et ex necessitate, loquor de corporibus elementariis, nam celestibus et semper, et necessario inest. Exponit autem Alexander hic, que sunt, que natura inesse dicitur, et dicit ea inesse aliquibus natura, quorum subiecta, quibus sic dicuntur inesse, receptiuus sunt eorum, id est apti recipere, modo nec semper, nec ex necessitate actu insunt. hac ratione moueri non natura inest celo, quoniam licet celum aptum sit recipere motum, tamen celo motus inest, et semper, et ex necessitate, sic (ut inquit) natura inest homini scientia, quoniam homo aptus est eam recipere, et non semper, nec ex necessitate est scientia. Quare si quod natura inest alicui, ut proprium aliquis assignauerit cum ea dictione, uidelicet, que actu ei et semper et ex necessitate inesse significat, hoc est, non addito illi dictioni, siue orationi hoc, scilicet natura, aut alio quodam potente monstrare illud, cui inest susceptiuum esse rei illius, non bene assignauit proprium. et assignat exemplum, et dicit. [Vt quia qui dixit hominis proprium bipes, uult quidem quod natura inest,] pro proprio [assignare, significat autem] per hæc uerba [locutionem quod semper inest,] nam in ea oratione non ponitur uerbum natura, imo ponitur uerbum proprium, quod significat prædicatum semper et ex necessitate inesse, et non quoniam inest natura, ideo non erit hominis proprium bipes, non enim omnis homo, et semper, uel ex necessitate [est] duos pedes habens. Intellexit autem Aristoteles appellatio ne bipedis, etiam gressibile, quasi dicat, si aliquis dixerit simpliciter nihil addendo, proprium hominis esse gressibile bipes, cum uideatur accipere gressibile bipes, ut semper, et ex necessitate inexistens, peccauit, quoniam non sic se habet in natura. est enim aliquis homo non bipes. Similiter errat, qui dixit scire esse proprium hominis, dicit enim proprium esse, quod in natura non est sic. Est enim aliquis homo non sciens, deinde assignat locum constructiuum, et dicit, [Construenti autem] considerandum [si uult quod natura inest, proprium assignare, et locutione hoc modo significat, non enim mouebitur] id est tolletur [secundum hoc] per hæc orationem [proprium,] quæ igitur oratio significans proprium, correptionem det proprio in natura, bipes assignauit et assignat exemplum, et dicit, [Vt quia qui hominis proprium assignauit, animal discipline susceptiuum, et uult] animal discipline susceptiuum

esse proprium, [et dictione significat id, quod natura] id est proprium [hoc est, cum correspondentia in re,] non mouebitur [hoc est, non tolletur,] secundum hoc, ut non sit proprium hominis, imo significatur esse proprium hominis animal discipline susceptiuum] quare bene est assignata oratio que proprium significat. Quod uero ad uerba attinet, Aristoteles cum dixit, [non mouebitur secundum hoc, ut non sit proprium hominis animal discipline susceptiuum] auxesim negationum fecit. Superfluum enim secunda negatio, unde uerba sic leguntur, [non mouebitur secundum hoc ut sit proprium hominis,] et reliqua, quoniam ea oratio significat esse proprium hominis, quod in natura est proprium hominis. Insuper κινεῖσιν græcè, etiam remouebitur interpretatur, et tolletur. et tunc clara sunt uerba Aristotelis.

Εὐδὲ λέγεται ὡς κατὰ ἀλλοῦ πρῶτον ἢ ὡς πρῶτον αὐτὸ, ἐπεὶ ὅστις ἀποδοῦναι τὸν ποσειδῶνα δὲ ἴδιον, ἐὰν μὲν γὰρ τὸ κατὰ ἀλλοῦ ἴδιον ἀποδοῦναι, καὶ ἴδιον τὸ πρῶτον ἀλλοῦ ἐστίν, ἐὰν δὲ πρῶτον ἴδιον, καὶ τὸ κατὰ ἀλλοῦ κατηγορηθῆσεται. ὅτι ἐὰν μὲν τις ἐπισημάνου ἴδιον ἀποδοῦναι δὲ κινεῖσιν, καὶ ἴδιον τὸ πρῶτον ἀποδοῦναι δὲ κινεῖσιν, ἐὰν δὲ πρῶτον ἀποδοῦναι δὲ κινεῖσιν, καὶ τὸ πρῶτον ἀποδοῦναι δὲ κινεῖσιν, ὡστε οὐ κατὰ τὸν ἀλλοῦ, καὶ τὸ πρῶτον ἀποδοῦναι δὲ κινεῖσιν.

41 Insuper quæcunque dicuntur, ut secundum aliud aliquid primum, aut ut primum ipsum, labor est assignare talium proprium. Nam si eius proprium assignauit, quod est secundum aliud aliquid, et de primo verificabitur: si autem primi posuerit, et de eo prædicabitur quod est secundum aliud. Vt si quis assignet superficie proprium, coloratum esse, et de corpore verificabitur coloratum esse: si autem corporis, et de superficie prædicabitur, quare non de quo oratio, et nomen verificabitur.

Hic iuniores designant locum uigesimalis quintum destructiuum, qui accipitur ab ordine eorum quibus datum proprium inest, qui secundum eos talis est, si aliquo duo se hinc ut prius et posterius, et assignetur proprium prioris tantum, uel posterioris tantum, male assignatum est proprium. Quoniam si tale proprium assignatur de posteriore, uerum erit de priore: et si de priore, uerum erit de posteriore, ergo male assignatum proprium alterius tantum, male etiam assignatur de utroque, quoniam non de quo uerificaretur proprium, uerificaretur subiectum illius. et tunc isti per laborem, non difficultatem, sed impossibilitatem intelligunt, unde dicit Aristoteles. [Insuper quæcunque dicuntur, ut secundum aliud aliquid primum, aut ut primum ipsum,] id est in his que dicuntur secundum posterius et prius, [labor,] id

est impossibile [est assignare talium proprium] subaudi scilicet, sine additione aliquorum uerborum quibus patet quomodo proprium sit cuiusque eorum. Quod exponit, et dicit, [nam si eius proprium assignauit] scilicet sum tantum, [quod est secundum aliud aliquid], id est posterius, nullo uerbo addito in oratione proprium significante, quo exprimat modum, quo datum proprium est illius proprium, cuius datum est proprium, male assignatur, quoniam non solum de posteriore uerificatur, sed et de primo uerificabitur, et sic non erit posterioris solum proprium. [Si autem primi posuerit] proprium scilicet, etiam nullo uerbo in oratione proprium significante addito ad modificandum proprium, etiam male assignabitur, quoniam [de eo predicabitur, quod est secundum aliud], hoc est, de secundo, et sic non solum de primo, quare non solum erit proprium primi. Ad huius rei declarationem assignat exemplum, et dicit, [ut si quis assignet superficiem proprium coloratum esse], tantumquam primi, est enim superficies, cui primo competit coloratum esse, sed et de corpore uerificabitur coloratum esse, quod est posterius, nam corpori competit coloratum esse mediante superficie. [si autem corporis] proprium assignetur coloratum esse, [de superficie], que est prior [uerificabitur], quare non erit proprium solum corporis. Nec potest esse utriusque proprium, quia tunc non de quo uerificatur proprium, uerificaretur subiectum illius, proprium enim uerificaretur de corpore. est enim corpus coloratum, de quo non uerificatur superficies, non enim corpus est superficies. Insuper coloratum uerificatur de superficie, de qua non uerificatur corpus, non enim est superficies corpus, et propterea dixit, [quare] subaudi si datum proprium utriusque sit proprium corporis, et superficies, [non de quo aratio], id est proprium uerificabitur, et nomen, id est subiectum uerificaretur. Alexander uero non locum destructiuum, sed difficultatem destructiuum loci in talibus Aristotelem assignasse asserit, nam eorum quibus aliqua insunt, quedam sunt quibus illa primo insunt: quedam autem quibus non primo, sed secundum aliud insunt. Vult igitur Alexander in talibus sic se habentibus, difficile esse assignare proprium, nullis uerbis additis in oratione significante proprium. quoniam si proprium detur in eo quod primo est, etiam congruit ei quod non primo est, et e conuerso, si proprium detur ei quod posterius est, etiam congruit ei quod primo est. difficile est etiam assignare ipsum de utroque, alioquin non cui competit proprium, subiectum competeret. propterea Alexander concludit opus esse in oratione significante proprium, addere nonnulla uerba, quibus determinetur modus, quo proprium est proprium, ut per ea que dicenda sunt, monstrabitur. Et propterea Aristoteles dixit, [labor est assignare talium proprium], est enim labor illis precipue, qui particulas, quibus oportet exprimere proprium, non exprimunt, ut aut primum, aut natura, aut species, aut omnino, aut secundum aliud, aut ut aliquis habes aut ut participans, aut cetera id genus. Quia enim dicit superficiem quantitatem esse que primum colorata est, et corpus quod non primum sed subinde coloratum est, bene assignauit proprium.

Συμβολίκε δὲ τῆς φύσεως τὸν ἰδίωκα ὡς ἐπιτόκον· καὶ γίνεσθαι τινὰ ἀμαρτῖαν, ὅτι δὲ μὴ διουσιεῖσθαι τὸν ὄντα τὴν ὑπερτιμῆσθαι τὸ ἴδιον.

42 Accidit autem in quibusdam propriis plerumque fieri aliquod peccatum propter hoc quod non determinetur, quomodo, & quorum ponit quis proprium.

Hic aliqui designant locum uiginti quintum, sed non est ita, sed rectius (ut Alexander inquit) Aristoteles enumerat omnes modos, quibus accidit peccare in assignatione proprii, et primo premitit proxiimum, et dicit, [Accidit autem in quibusdam propriis plerumque fieri aliquod peccatum], quod peccatum exponit, et dicit [propter hoc quod non determinetur quo modo, et quorum ponit quis proprium], quasi dicat, quod peccatum, fit dupliciter, aut ex parte modi assignandi, aut ex parte subiecti, cuius assignatur [non determinetur] dico in oratione significante proprium, quo modo, [scilicet assignetur proprium] et quorum [scilicet subiectorum] ponit quis proprium. Hæc est intentio, et proxiimum eorum que uult dicere.

Ἀποῦτες γὰρ ἐπιχερῶσιν ἀπὸ τῶν ὀνομάτων τῶν ἰδίων, ἢ τὸ φύσιν ὑπερβολῶν, καὶ ἀπὸ τῶν ἀνδρωσῶν δὲ δὲ πρῶτον, ἢ δὲ ὑπερβολῶν καὶ ἀπὸ τῶν ἀνδρωσῶν ἑαυτῶν, τὸ τῆς ἀρετῆς ἀκατῆρας ἔχουσιν, ἢ ἑἴδῃ. καὶ ἀπὸ τῶν πρῶτον δὲ λεπτομερῶσιν, ἢ ἀπὸ τῶν κατὰ φύσιν ἑαυτῶν.

43 Omnes enim conantur assignare proprium, aut quod natura inest, ut hominis bipes: aut quod nunc in est, ut hominis alicuius quatuor digitos habere: aut spē, ut ignis subtilissimum: aut simpliciter, ut anima li uiuere.

Cum proposuisset proximum et intentionem, nunc exequitur, et primo assignat peccata quatuor, iuxta quatuor modos assignandi proprium, secundo ibi [aut secundum aliud] enumerat sex peccata ex parte subiectorum, quorum assignatur proprium, nam primi quatuor modi accipiuntur a conditionibus proprii. Secundi uero sex, accipiuntur a conditionibus subiecti. Pro prima igitur parte assignat omnes modos, quibus solent proprium assignare ex parte conditionum proprii, et dicit, [Omnes enim conantur assignare proprium alicuius subiecti] aut] secundum primum modum, [quod natura inest, ut hominis bipes] omne enim quod natura inest subiecto, solent dicere proprium secundum primum modum, et quoniam bipes natura inest homini, ideo bipes assignatur proprium hominis, deinde ponit secundum modum, et dicit [aut quod nunc inest siue inest natura, siue non secundum naturam], [ut hominis alicuius quatuor digitos habere], hoc enim pro tempore presentem inest, et quatuor inest pro tempore presentem, dicitur proprium ab eis, deinde ponit

A tertium modum, et dicit, [aut] quod inest subiecto [specie], id est non a ratione indiuidui, sed consequendo specie [ut ignis], proprium dicitur esse [subtilissimum], tenuissimum, et rarissimum. hoc enim non inest igni propter indiuiduum aliquod, quod sub igne continetur, sed propter speciem ignis. Deinde ponit quartum modum, et dicit, [aut] scilicet quarto modo dicunt proprium, quod simpliciter, id est uniuersaliter inest subiecto, [ut uiuere animalis] proprium dicunt, quia uniuersaliter omni animali competit, licet non solum, cum competat plantis. Hi sunt quatuor modi assignandi, qui accipiuntur a quatuor conditionibus proprii.

ἢ κατ' ἄλλο, κατὰ τὴν ψυχῆς τὸ φρόνιμον, ἢ ὡς δὲ πρῶτον, καὶ ἀπὸ τῶν λογιστικῶν τὸ φρόνιμον, ἢ ὡς δὲ ἔχουσιν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐπιστήμων, ἢ ἀμετάωσων ὑπὸ λόγου, οὐδὲν γὰρ ἔσθαι, ἢ τὸ ἔχουσιν τὴν ἀμετάωσων ὑπὸ λόγου, ἢ τὸ ἔχουσιν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐπιστήμων τὸ ἀμετάωσων ὑπὸ λόγου, ἢ τὸ ἔχουσιν τῆς ἀμετάωσων, καὶ ἀπὸ τῶν ἀμετάωσων, ἀλλὰ μετέχουσιν τὸ ἀμετάωσων, ἀλλὰ μετέχουσιν τὸ ἀμετάωσων, ἀλλὰ μετέχουσιν τὸ ἀμετάωσων, ἀλλὰ μετέχουσιν τὸ ἀμετάωσων.

44 Aut secundum aliud, ut animæ prudens: aut ut primum, quem admodum ratiocinatuui prudens: aut ut in eo, quod habet, ut scientis indissuasibile a ratione, nihil enim aliud quam habendo aliquid erit indissuasibile a ratione: aut in eo quod habetur, ut scientiæ indissuasibile a ratione: aut in eo quod participatur, ut animalis sentire. Sentit enim & aliud quid, ut homo, sed participans iam hoc sentit: aut in eo quod participat, ut alicuius animalis uiuere.

Cum assignasset tria propria ex parte modorum assignandi, qui accipiuntur ex conditionibus proprii, nunc assignat sex alia propria, que accipiuntur ex parte conditionum subiecti, et dicit, [aut] assignant proprium id quod competit subiecto non per se proprio, sed secundum aliud, [cui primo competit], [ut prudens] assignant proprium anime] hoc modo, non enim inest anime primo, sed ratione alterius, cui primo competit. Deinde exponit cui primo competit prudens, et dat secundum modum, et dicit, [aut] assignant proprium id quod competit subiecto [ut primum], et non a ratione alterius, [ut prudens] assignant proprium] ratiocinatuui] hoc modo, inest enim ratiocinatio primo, et ratione ratiocinatuui inest omnibus, quibus inest. Deinde assignat tertium modum, et dicit, [aut] proprium assignant id quod competit alicui [ut in eo quod habet], id est quia habet ipsum, [ut scientis], assignant proprium] indissuasibile a ratione, nihil enim aliud] subiectum] erit indissuasibile a ratione quam habendo, unde sicut corpus est disgregatum uisus habedo album, sic sciens est indissuasibile a ratione habendo sciē

tiam. Deinde assignat quartum modum, et dicit, [aut] in eo quod habetur] assignatur proprium alicuius, [ut indissuasibile a ratione] assignatur proprium] scientiæ,] que habetur a sciente, qui est a ratione indissuasibilis. Deinde assignat quintum modum, et dicit, [aut] assignat id proprium, quod competit alicui, [in eo quod] id cui competit] participatur, ut animalis] proprium assignat] sentire] hoc modo, quoniam omne quod sentit, sentit ut participans animal: et animal sentit, quatenus participatur ab eis, que continentur sub animali, et hoc dicit [sentit enim] et aliud quid] quod sub animali continetur, [ut homo, sed participans iam hoc,] scilicet animal] sentit.] homo enim sentit quo animal participat, et sentire competit animali, quo participatur ab homine, uel a ceteris que sub animali continentur. Deinde assignat sextum modum, et dicit, [aut] assignant proprium alicuius, quod competit ei, [in eo quod participat] aliud commune, [ut uiuere] assignant proprium] alicuius animalis], scilicet hominis uel equi, quatenus homo uel equus participat uel vegetantium, ratione cuius uiuit omne uiuens, quare decem sunt propria, quorum numerum et sufficientiam assignat Albertus, qui curam habet talium.

Μὴ προδοῦν μὲν οὐκ ἐστὶν τὸ φρόνιμον, ἀλλὰ ἀμαρτῖαν, ἀλλὰ οὐκ ἐστὶν τὸ φρόνιμον ὑπερβολῶν, καὶ ἀπὸ τῶν ἀνδρωσῶν ἑαυτῶν τὸ τῆς ἀρετῆς ἀκατῆρας ἔχουσιν, ἢ ἑἴδῃ.

LOCVS XXV.

45 Qui igitur non addit natura, peccat. eo quod contingit quod natura inest, non inesse illi, cui natura inest, ut hominis duos pedes habere.

Enumeratis propriis, nunc colligit decem peccata que contingunt in assignatione proprii, quorum primum in ordine locorum, est locus destructiuus uiginti quintus, qui talis est, si aliquis assignat proprium quod subiecto inest natura, et in oratione que significat proprium, non addit hanc determinationem quoniam inest natura, peccat, quoniam contingit quod natura inest, non inesse illi, cui natura inest, sed contingit inesse ei simpliciter, cum enim aliquis dicit bipes proprium esse hominis, si nihil addiderit, intelligitur esse proprium simpliciter, modo proprium simpliciter, est aliud ab eo proprio, quod competit naturali subiecto. Proprium enim simpliciter est quod competit omni, soli, et semper: et proprium naturale non competit semper, unde dicit, [Qui igitur] in proprio naturali] non addit] in oratione que illud significat] natura] hoc est, hanc determinationem natura, [peccat, eo quod contingit] proprium] quod natura inest] subiecto, cui assignatur proprium, [non inesse illi] subaudi natura, [cui natura inest], [sed simpliciter], [ut] si quis dicat] hominis] proprium esse] duos pedes habere,] non addens in oratione natura, peccat, quoniam intelligitur esse simpliciter proprium, et sic illud quod dixit proprium, non erit proprium per illum modum, quo dicitur proprium.

Μὴ Διόριστος δὲ τὸ εἶναι ὑπερῶς ἀπὸ ἰδίου, οὐδὲ οὐκ ἔσται τῶν ἰδίων, ὅτι οὐκ ἔστιν ἰδίον ἢ ὑπερῶς ἐκείνου. καὶ δὲ τῶν τῶν ἰδίων Διόριστος ἔστιν ἰδίον.

LOCVS XXVI

46 Qui vero non determinat quoniam nunc inest, quod inest nunc, asignat quoniam non erit tale, quale nunc inest id. vt quatuor digitos habere hominem.

Hic ponitur secundum peccatum, et est locus destructivus uigesimalis sextus, qui talis est, si aliquis assignat proprium ut nunc, et in oratione significante illud, nihil ponitur per quod intelligatur illud esse proprium ut nunc, peccat, quoniam quod est proprium ut nunc, intelligitur proprium simpliciter, et sic quod esset proprium ut nunc, non esset proprium ut nunc, sed simpliciter, et hoc dicit, [Qui uero non determinat in oratione significante proprium, quoniam proprium nunc inest, quod inest nunc, hic sic dicens, assignat quoniam non erit tale] proprium quale id nunc inest, sed intelligitur esse proprium simpliciter, et sic quod esset proprium ut nunc, non esset proprium ut nunc, sed proprium simpliciter, [ut quatuor digitos habere hominem] hoc est, si quis dixerit hominis proprium esse, habere quatuor digitos, non addens ut nunc, nam sic dicens, proprium ut nunc, non dicit esse proprium ut nunc, sed simpliciter.

Μὴ Διόριστος δὲ τὸ εἶναι ὑπερῶς ἀπὸ ἰδίου, οὐδὲ οὐκ ἔσται τῶν ἰδίων, ὅτι οὐκ ἔστιν ἰδίον ἢ ὑπερῶς ἐκείνου. καὶ δὲ τῶν τῶν ἰδίων Διόριστος ἔστιν ἰδίον.

LOCVS XXVII

47 Qui autem non indicat quoniam ut primum, aut ut secundum, aliud ponit: quoniam non de quo oratio, & nomen verificabitur. Vt coloratum esse siue superficie, siue corporis assignauerit proprium.

Hic est locus destructivus uigesimalis septimus, qui est peccatum contra septimum et octauum modum accipiendi proprium, non enim Aristoteles seruat ordinem locorum, qualem seruauit in modis accipiendi proprium, qui talis est, si aliquis assignauerit proprium, quod subiecto inest primo, uel secundo, et in oratione significante proprium nihil ponitur per quod intelligitur proprium inesse subiecto primo, uel secundo, hic peccat, quia quod est proprium primo uel secundo, intelligeretur proprium simpliciter aut aliter, si aliquis assignauerit proprium, quod subiecto inest primo uel secundo, et in oratione significante tale proprium nihil ponitur, per quod intelligitur proprium huiusmodi inesse subiecto primo, uel secundo, hic peccat, quoniam non de quo oratio predicaretur, id est, proprium diceretur, de quo uerificaretur nomen, id est, subiectum proprii, nam coloratum dicitur primo de corpore, uel de superficie, et tamen nec superficies de corpore, nec corpus de superficie dicitur. Simili ratione si coloratum diceretur secundum de corpore uel superficie, minime dicitur nomen de quo oratio dicitur, unde dicit, [Qui autem non indicat in oratione significante proprium] quoniam ponit aliud, id est, proprium ut primum aut ut secundum peccat subaudi, [quoniam] sic proferendo sine determinatione non de quo oratio, id est, proprium, [et nomen,] id est, subiectum uerificabitur, ut coloratum esse, siue superficie, siue corporis assignauerit proprium, non addendo primo uel secundo, de altero eorum predicabitur coloratum, quod est proprium, de quo non uerificabitur alterum eorum, uerificabitur enim de corpore, est enim corpus coloratum, de quo non uerificabitur superficies, non enim corpus est superficies.

Μὴ προσμνησθε δὲ τὸ εἶναι ὑπερῶς ἀπὸ ἰδίου, οὐδὲ οὐκ ἔσται τῶν ἰδίων, ὅτι οὐκ ἔστιν ἰδίον ἢ ὑπερῶς ἐκείνου. καὶ δὲ τῶν τῶν ἰδίων Διόριστος ἔστιν ἰδίον.

LOCVS XXVIII

48 Qui etiam non predicat quoniam aut in eo quod est habere, aut in eo quod est haberi, proprium assignauit: non enim erit proprium, quod assignatum est. Nam inerit, si in eo quod habetur, assignauit proprium, etiam habenti. Si autem habenti, & ei quod habetur, ut indissuasibile a ratione, scientiæ vel scientis positum proprium.

Hic est locus destructivus uigesimalis octauus, qui talis est, si aliquis assignauerit proprium eius quod habet, uel eius quod habetur, et in oratione significante tale proprium, nihil ponitur per quod intelligitur proprium esse eius quod habet, uel eius quod habetur, peccat, quoniam accidit proprium predicari de aliquo, de quo non predicabitur subiectum, unde dicit, [Qui autem non predicat in oratione significante proprium, quoniam assignauit proprium aut in eo quod est habere,] id est, eius quod habet, [aut in eo quod est haberi,] id est, aut eius quod habetur, peccat subaudi, [non enim erit proprium, quod assignatum est] esse proprium, quia non de quo proprium dicitur, et subiectum dicitur, cuius rationem exponit, et dicit, [nam inerit etiam habenti, si in eo quod habetur,] id est, si eius quod habetur, [assignauit proprium,] et ita proprium predicabitur de habente, de quo non predicabitur scientia, quæ habetur, [si autem] inerit [habenti,] inerit et ei, quod habetur, et ita predicabitur de eo quod habetur, de quo non predicabitur habens, cuius assignatur proprium, [ut] si [indissuasibile a ratione, scientiæ uel scientis positum est proprium,] si enim positum est proprium scientiæ, et nulla determinatio dicitur primo de corpore, uel de superficie, et tamen nec superficies de corpore, nec corpus de superficie dicitur. Simili ratione si coloratum diceretur secundum de corpore uel superficie, minime dicitur nomen de quo oratio dicitur, unde dicit, [Qui autem non indicat in oratione significante proprium] quoniam ponit aliud, id est, proprium ut primum aut ut secundum peccat subaudi, [quoniam] sic proferendo sine determinatione non de quo oratio, id est, proprium, [et nomen,] id est, subiectum uerificabitur, ut coloratum esse, siue superficie, siue corporis assignauerit proprium, non addendo primo uel secundo, de altero eorum predicabitur coloratum, quod est proprium, de quo non uerificabitur alterum eorum, uerificabitur enim de corpore, est enim corpus coloratum, de quo non uerificabitur superficies, non enim corpus est superficies.

Atque id significatur, predicabitur etiam de sciente, de quo non predicatur scientia simili modo, si ponitur proprium scientis, dicendum est.

Μὴ προσμνησθε δὲ τὸ εἶναι ὑπερῶς ἀπὸ ἰδίου, οὐδὲ οὐκ ἔσται τῶν ἰδίων, ὅτι οὐκ ἔστιν ἰδίον ἢ ὑπερῶς ἐκείνου. καὶ δὲ τῶν τῶν ἰδίων Διόριστος ἔστιν ἰδίον.

LOCVS XXIX

49 Qui etiam non præsignificat in eo quod participat aut participatur, nam & aliis quibusdam inerit proprium. Si enim in eo quidem quod participatur, assignauit, participanti bus inerit. Sin autem in eo quod participat, iis quæ participatur. Vt si alicuius animalis poluerit uiuere proprium.

Hic est locus destructivus uigesimalis nonus, qui talis est, si aliquis assignauerit proprium eius quod participat, aut eius quod participatur, et in oratione quæ proprium significat, nihil ponitur per quod tale proprium significatur, peccat, quoniam aliquibus competet proprium, quibus non competet subiectum, cuius datum est proprium, ut est deustum, unde dicit, [Qui etiam] subaudi assignat proprium alicuius in eo quod participat, aut participatur, aut in eo quod participatur ab aliis quibus inferioribus, et non præsignificat in oratione illud scilicet in eo quod participat, aut participatur, et non præsignificat in oratione quod sit proprium in eo quod participat aut participatur, peccat subaudi, [nam et aliis quibusdam inerit proprium,] quibus subaudi non inerit subiectum, quod exponit, et dicit, [si enim assignauit] proprium in eo quod participatur, participantibus inerit, quibus non inest ipsum participatum, [sui autem] assignauit proprium in eo quod participat, iis competit [quæ participatur] quibus fortasse non inest ipsum participans, uel si inest, non oportet inesse, [ut si alicuius animalis] aliquis [posuerit uiuere proprium,] tale proprium competit animali participato, cui non competit animal participans, cuius est datum proprium. Est autem animal participans homo uel equus, uel omne animal, quod sub animali continetur: animal uero participatum est animal in genere, quod participatur ab inferioribus animalibus. Hæc de loco uigesimali nono.

Μὴ Διόριστος δὲ τὸ εἶναι ὑπερῶς ἀπὸ ἰδίου, οὐδὲ οὐκ ἔσται τῶν ἰδίων, ὅτι οὐκ ἔστιν ἰδίον ἢ ὑπερῶς ἐκείνου. καὶ δὲ τῶν τῶν ἰδίων Διόριστος ἔστιν ἰδίον.

LOCVS XXX

50 Qui non diuidit etiam id, quod specie inest. Quoniam vni soli inerit eorum, quæ sub eo sunt, cuius proprium ponit. Nam quod est secundum superabundantiam, vni soli inest, ut ignis leuissimum.

ignis leuissimum.

Hic est locus destructivus trigesimalis, qui talis est, si aliquis assignauerit proprium alicuius, quod sequitur ad illud secundum speciem, et non ponit in oratione aliquid, per quod significetur tale proprium inesse secundum speciem, peccat, quoniam tale proprium intelligitur esse simpliciter proprium, et sic competit omnibus. Quia uero competit secundum speciem, non competit omnibus, quoniam quod secundum speciem competit, non competit omnibus contentis sub genere, sed uni soli, et sic erit proprium, et non proprium, proprium quidem, quia simpliciter dicit esse proprium, et omnibus inesse dicitur: non proprium uero, quia uni soli inest, cum inest ratione speciei, quæ sub genere una sola est, unde dicit, [Qui non diuidit etiam] in oratione, nec determinat [id quod specie inest] quod specie inest, peccat, [quoniam] cum speciei inest, quæ sub genere est, non omnibus, quæ sub genere sunt, inerit, sed uni soli inerit eorum, quæ sub eo] genere [sunt, cuius proprium ponit,] et sic quod assignauit proprium, non erit proprium. Quod autem tale proprium secundum speciem uni soli competit, probat, et dicit, [nam quod est secundum superabundantiam, uni soli inest,] sed subaudi, proprium quod inest secundum speciem, secundum superabundantiam est, [ut ignis leuissimum,] igitur [uni soli inest,] De ratione autem Aristoteles posuit maiorem, et exemplum per quod probatur minor, et sic patet, non esse proprium eo modo, quo est datum proprium.

Εἴναρ δὲ τὸ εἶναι ὑπερῶς ἀπὸ ἰδίου, οὐδὲ οὐκ ἔσται τῶν ἰδίων, ὅτι οὐκ ἔστιν ἰδίον ἢ ὑπερῶς ἐκείνου. καὶ δὲ τῶν τῶν ἰδίων Διόριστος ἔστιν ἰδίον.

Aliquoties autem & specie addens, peccat, nam oportebit unam speciem esse eorum quæ dicuntur, quando specie addiderit. Hoc autem in quibusdam non accidit, ut neque in igne. Non enim est una species ignis, diuersum est enim specie carbo, & flamma, & lux, cum vnum quodque horum sit ignis: propter hoc non oportet, quando specie additur, diuersam esse speciem eius quod dicitur: quoniam hic quidem magis, illis autem minus inerit quod dictum est



¶ proprium, vt in igne subtilissimum, Subtilior enim est lux carbone, & flāma. hoc autem non oportet fieri, quando non & nomen magis prædicatur, de quo oratio magis verificatur. Si autem non, non erit de quo oratio magis.

Hic remouet quandam dubitationem, dixit enim Aristot. quando assignatur alicui proprium, quod ei inest secundum speciem, esse addendum in oratione determinatione per quam significetur proprium inesse secundum speciem, alioquin peccaret. dubitat igitur utrum semper in proprio, quod inest secundum speciem, sit addenda talis determinatio, et respondet quod non, nisi solū cū proprium inest secundum speciem specialissimā. quoniam enim non inest secundum speciem specialissimā, sed secundum speciem subalternā, et additur illa determinatio, peccatur. unde dicit, Aliquoties autem et specie addens peccat, et exponit, quoniam et dicit, nam oportet unam speciem, scilicet specialissimā esse eorum, quæ dicuntur subiecta illius proprii, quoniam in oratione proprium significante specie addiderit, et non specie subalternā. deinde exponit, in quibus accidit peccatum hoc, et dicit, hoc autem scilicet ut sit specialissima in quibusdam non accidit, ut neque in igne qui uidetur species specialissima, et tamen non est species specialissima non enim est una species ignis, sed multæ sunt ipsius ignis species, diuersum enim est specie carbo, et flamma, et lux, cum subaudi tamen unumquodque horum sit ignis, et per lucem, non qualitatem, quæ est solis lux, sed substantiam intelligit. Carbo enim est assissimus, impurissimusque ignis est, lux uero ignis subtilissimus purissimusque, flamma autem carbonis lucisque media. Insuper carbo terrea lignea atque corpulenta materia incensa est. Lux uero splendens, ut etheri continens, attingitque ignis. Flamma autem, ut quæ uidetur ignis accensissimus ardens, deinde recolligit id quod dixerat, et inquit, propter hoc autem non oportet, in igne quædam specie additur diuersam esse speciem eius quod dicitur, quare si quis in eo proprio, quod datur in igne, adderetur secundum speciem esse proprium, peccaretur.

Deinde probat esse peccatum: primo, quia tunc proprium prædicatur de aliquibus secundum magis et minus, de quibus subiectum non prædicatur, unde dicit, quoniam his quidæ magis, illis autem minus inest proprium, scilicet quoniam staret proprium inesse aliquibus magis, aliquibus minus, quibus subaudi non inest subiectum secundum magis et minus, [vt in igne subtilissimum, subtilior enim est lux carbone, et flāma, et tamen lux non est magis ignis carbone et flāma, et sic proprium inest secundum magis aliquibus, quibus non inest secundum magis subiectum ipsum, cuius assignatur proprium. Deinde declarat quædam proprium potest prædicari secundum magis de his, quorum assignatur, et dicit, hoc autem, scilicet proprium inesse secundum magis non oportet fieri, quando non et nomen, id est subiectum magis prædicatur, de quo oratio magis uerificatur, quasi dicat, proprium non inesse secundum magis, nisi subiectum inest eis secundum

magis. Si autem non, scilicet subiectum dicitur secundum magis, non erit de quo oratio magis, id est, neque proprium dicitur de eo magis. In aliquibus scripturis legitur hæc uerba, et nomen magis, quæ in Alexandri scriptura (ut mihi uidetur) non leguntur. est igitur uis orationis, si proprium quod inest secundum speciem, determinetur in oratione hoc uerbo quod est secundum speciem peccaretur, quoniam staret illam speciem esse subalternam, et sic proprium posset competere secundum magis aliquibus, quibus non secundum magis inest subiectum, ut patet in exemplo ignis. Aut lege scio, propter hoc non oportet, quando specie additur, diuersam esse speciem eius, quod dicitur, quasi dicat, quando in oratione significante proprium, additur specie, propter hoc quod dicemus, non oportet diuersam, hoc est, subalternam esse speciem eius, quod dicitur, id est eius quod dicitur habere tale proprium, sed debet esse species specialissima. cuius rationem subscribit, et dicit, quoniam his quidæ magis, illis uero minus inest, quod dicitur est proprium, id est quoniam si esset species subalternā id, cuius assignatur proprium, fieri posset ut proprium assignatum inesset eis quæ sub tali specie sunt, aliis magis, aliis uero minus, ut in igne subtilissimum, subtilior enim est lux carbone et flamma. Deinde exponit quando proprium inest aliis magis, et aliis minus et quoniam non, et dicit, hoc autem non oportet fieri, semper, quia non quædam non et nomen magis prædicatur, de quo oratio magis uerificatur. Oportet enim nomen id est subiectum magis prædicari de quo proprium magis prædicatur: et de eo minus, de quo et proprium minus prædicatur, si autem non, scilicet subiectum prædicatur magis, de quo proprium magis prædicatur, et minus, de quo proprium minus non erit de quo oratio magis, et nomen magis prædicatur, quoniam proprium prædicabitur de aliquo magis, de quo subiectum minus prædicatur, ut subtilissimum de luce magis prædicatur, et de carbone minus. Ignis contra de carbone magis, de luce autem minus. Quare si species, cuius proprium assignatur, non est specialissima, possibile erit proprium prædicari de aliquibus magis, de quibus subiectum minus prædicabitur, quod est absurdum. Consequentia patet in exemplo assignato.

Et deinde per totum τὰυτὸ εἶναι συμπερασμα δ' ἰδιον τοῦ ἀπλῶς καὶ τοῦ μάλα ὄντος ὅτι τὸ ἀπλῶς τοῦ ὄντος καὶ ἀπὸ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔχει τὸ λεπτὸ μέρους, καὶ τὸ φανερόν, καὶ τὸ πύρρον, καὶ τὸ ἀπλῶς ἔχει τὸ τοῦ ἰδιον, λεπτὸ μέρους, τὸ γὰρ ὅτι τὸ φανερόν.

52 Insuper autem ad hæc idem esse accidit propriū, & eius quod simpliciter, & eius quod maxime in eo, quod est simpliciter tale. Vt in igne se habet subtilissimum. nā & lucis, & ignis simpliciter erit hoc ipsum proprium. Subtilissima enim est lux.

Hic ponitur secunda rō ad idem, quæ talis est, si species

A cuius datur proprium, sit subalternā, et non specialissima fieri posset ut idem propriū sit, et eius quod simpliciter, et eius quod maxime est in his quæ continentur sub specie subalternā. deducitur consequentia per exemplū, quoniam subtilissimū est proprium simpliciter, eius quod est simpliciter ignis. carbonis, et subtilissimum esset proprium lucis quæ maxime subtilissima est. Hoc autem relinquit pro absurdo, quoniam licet lux sit maxime subtilissima, tamen non est simpliciter ignis, sed carbo est simpliciter ignis, et ita subtilissimum erit proprium durū specierū diuersarū unde dicit, Insuper autem ad hæc, si species cuius datur proprium esset subalternā, idem esse accidit proprium, et eius quod simpliciter, scilicet recipit predicationem illius species et eius quod maxime, scilicet recipit predicationem talis species, dico hoc accidere in eo, id est in ea specie, quæ est simpliciter, id est cōter tale, subaudi si fuerit subalternā, quod exēplo monstrat, et dicit, ut in igne se habet subtilissimū, nam et lucis quæ est maxime subtilissima, et ignis simpliciter, id est eius quod est simpliciter ignis, scilicet carbonis, erit hoc ipsum proprium, subtilissima enim est lux. et carbo est simpliciter ignis, quare subtilissimum erit proprium durū specierum diuersarum, quia carbonis, et lucis. Consequentiam uero non deducit nisi in exemplo, in quo potius apparet destructio consequentis, quæ deductio consequentie potest tamen deduci, quoniam si subtilissimū est propriū ignis, erit proprium saltem secundarie omnium eorum quæ continentur sub igne, et sic erit proprium lucis, et carbonis, quæ continentur sub igne. destructio huius patet in exemplo, nā lux est subtilissima, carbo uero non, sed est simpliciter ignis, et hoc pacto intelligenda sunt Arist. uerba.

Αλλὰ μὲν αὐτὸ οὐτως ἀπὸ δὲ αὐτοῦ ὅτι τὸ ἀπλῶς καὶ τὸ μάλα ὄντος ὅτι τὸ ἀπλῶς τοῦ ὄντος καὶ ἀπὸ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔχει τὸ λεπτὸ μέρους, καὶ τὸ φανερόν, καὶ τὸ πύρρον, καὶ τὸ ἀπλῶς ἔχει τὸ τοῦ ἰδιον, λεπτὸ μέρους, τὸ γὰρ ὅτι τὸ φανερόν.

53 Cū igitur alius sic assignat proprium, argumētandū sic ei, aut non danda est hæc instantia, sed statim cū ponit propriū, determinādū est quo modo ponit proprium.

Ex his infert quoddam præceptum, quod est obseruandum in casu, et dicit, cū igitur alius, respondens sic assignat proprium, addēs uidelicet in ordine uerbum specie, non limitās ad specialissimam argumētādū sic ei, ut dicitur est, per duas quas diximus rationes aut non danda est hæc instantia, quæ ultimo data est, et loquitur in singulari de instantia, quoniam ambæ illæ instantie reducuntur ad unam, [sed statim cum ponit proprium, et non determinat, si proprium illud inest secundum speciem specialissimam, uel secundum subalternā, determinandum est, et interrogandū quo ponit propriū, an secundum speciem specialissimā, an secundum subalternā. Est autem faciēda hæc determinatio, quoniam querimus ueritatē, non autē quæ uerimus occultationē, et argumentationē contra respondētē, querimus enim aliquā ueritatē, quoniam sumus in doctrinalli disputatione: querimus autem occultationem et ueritatem, quando in dialēctica disputatione uersamus, aut in sophistica.

Ἐπειδὴ ἀνασκευάζονται μὲν ὅτι τὸ ἀπλῶς καὶ τὸ μάλα ὄντος ὅτι τὸ ἀπλῶς τοῦ ὄντος καὶ ἀπὸ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔχει τὸ λεπτὸ μέρους, καὶ τὸ φανερόν, καὶ τὸ πύρρον, καὶ τὸ ἀπλῶς ἔχει τὸ τοῦ ἰδιον, λεπτὸ μέρους, τὸ γὰρ ὅτι τὸ φανερόν.

τὸ δὲ αὐτὸ ἀπλῶς καὶ τὸ μάλα ὄντος ὅτι τὸ ἀπλῶς τοῦ ὄντος καὶ ἀπὸ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔχει τὸ λεπτὸ μέρους, καὶ τὸ φανερόν, καὶ τὸ πύρρον, καὶ τὸ ἀπλῶς ἔχει τὸ τοῦ ἰδιον, λεπτὸ μέρους, τὸ γὰρ ὅτι τὸ φανερόν.

LOCVS XXXI

54 Deinde destructi quidē, si idem eisdē propriū posuit. Nō enim erit propriū, quod positū est esse proprium, nā idē eisdē oē, quid est esse indicat. Quod autē quid est esse indicat, nō propriū, sed terminus est. Vt quia qui dixit honesti propriū decēs esse, idem eiusdem proprium assignauit, idem enim est honestum & decens nō utique erit decēs honesti proprium. Cōstruenti autē si nō idē quidem eisdē propriū assignauit, cū cōuertim prædicatū posuit. Erit enim propriū, quod positū est nō esse propriū, ut quia qui posuit aialis propriū id, quod substantia animata, nō idē quidem eiusdem proprium posuit, & cōuertim prædicatū assignauit, erit animalis propriū substantia animata.

Hic est locus trigésimus primus, qui accipitur ex cōparatione subiecti ad ipsum, et Aristoteles primo assignat locum destructiui, et dicit, [Deinde destruenti quidem, subaudi considerandum, si idem secundum esse se eiusdem, scilicet subiecti, [proprium assignauit,] erit enim sic destruentū problema, [Non enim erit proprium, quod positū est esse proprium,] et cum dixit [idem], intellexit idem secundum esse, qualiter sunt idem ea quæ sunt eadem definitione, et non intellexit idē secundum esse et nomen, quoniam tunc locus esset in synonymis, quem posuit superius. Deinde probat locum, et ex eius probatione patet eum intelligere idem secundum esse, unde dicit, nam idem [secundum esse] subaudi, [eisdem omnino, quid est esse,] et definitionem [indicat, quod autem quid est esse indicat, non proprium, sed terminus est,] ecce quod per idem eisdem intellexit secundum esse idem, hoc exemplo demonstrat, et dicit, [ut quia qui dixit honesti proprium, decens esse, idem] scilicet secundum esse eiusdem proprium assignauit idem enim [secundum esse] [est honestum et decens] quare cum idem sint secundum esse, non utique erit decens honesti proprium. Quod uero ad uerba attinet, decens et honestum eadē

Definitione sunt, differunt autem nomine, et ratione nomi- num. dicitur enim honestum, quo cauetur, ne quid inde- core, effeminare, libidinose, turpiter fiat, aut cogitetur.

Deces uero, ut Cicili de optimo dicendi ge. quod aptu est consentaneumq; tempori, ac persone. quare deces et honestum, secundum esse idem sunt, nominum uero ratio nibus differunt.

Deinde in similaribus considerandum est, destruenti quidem, si quod totius est propriu, no verificatur de parte: aut si quod partis est propriu, no dicitur de toto.

ἔστι δ' ἰδιότροπον αὐτῶν ἢ τὸ σὺμπασι. ἔστι γὰρ ἰδιότροπον καὶ κλειροσπον μὴ ἐνεῖν ἰδιότροπον, διὸν ἐπεὶ ἀλλή- δεύεται ἢ τὴν πάσσης γῆς δ' ἀναφύσσῃ ἢ φέρῃ

55 Deinde in similaribus considerandum est, destruenti quidem, si quod totius est propriu, no verificatur de parte: aut si quod partis est propriu, no dicitur de toto. No enim erit propriu, quod positu est esse proprium.

Hic est locus trigessimus secundus, qui sumitur ab inspectiōe totius et partis similarium, que græce homœomera dicuntur, et primo proponit locum præceptiuu,

A et dicit, [Deinde in similaribus considerandum est,] subaudi et destruenti, et constructi. Dicitur autem similaria græce homœomera quoru pars et totum sunt eiusdem nature, cuiusmodi sunt, motus, tempus, aqua, aer, et id genus. nam qualibet pars motus, est motus, et que libet pars temporis, est tempus. Deinde assignat locum præceptum inspiciendo ad totum, et inspiciendo ad partem.

B et dicit, [Deinde ex oppositis considerandum est, primum quidem ex contrariis, destruenti quidem, si contrarium non est contrarium proprium, neque utique contrarium erit contrarium proprium, ut quia contrarium est iniustitiae quidem iniustitia, optimum autem pessimum, non est autem iniustitiae proprium, optimum, non erit iniustitiae proprium, pessimum.

C et dicit, [Deinde ex oppositis considerandum est, primum quidem ex contrariis, destruenti quidem, si contrarium non est contrarium proprium, neque utique contrarium erit contrarium proprium, ut quia contrarium est iniustitiae quidem iniustitia, optimum autem pessimum, non est autem iniustitiae proprium, optimum, non erit iniustitiae proprium, pessimum.

enim proprium, quod positum est non esse proprium] cuius exemplum affert, et dicit, [ut quia verificatur de omni terra [partiali] deorsum ferri secundum naturam, est autem hoc proprium alicuius terre secundum terram]

Deinde ex oppositis considerandum est, primum quidem ex contrariis, destruenti quidem, si contrarium non est contrarium proprium, neque utique contrarium erit contrarium proprium, ut quia contrarium est iniustitiae quidem iniustitia, optimum autem pessimum, non est autem iniustitiae proprium, optimum, non erit iniustitiae proprium, pessimum.

LOCVS XXXIII.

56 Deinde ex oppositis considerandum est, primum quidem ex contrariis, destruenti quidem, si contrarium non est contrarium proprium, neque utique contrarium erit contrarium proprium, ut quia contrarium est iniustitiae quidem iniustitia, optimum autem pessimum, non est autem iniustitiae proprium, optimum, non erit iniustitiae proprium, pessimum.

Cum egisset de locis que sumuntur a similaribus, nunc agit de iis locis que accipiuntur ab oppositis, et primo ponit locu præceptiuu in generali, cum inquit, [Deinde ex oppositis considerandum est,] et per opposita intelligit tam opposita subiecta, quam opposita predicata, que subiectis assignatis insunt, quæ ratio fit, ut loca que ab oppositis sumuntur, comparatione duorum ad duo sitiantur, hoc est duorum predicatorum ad duo subiecta, quibus illa predicata cōpetunt.

G Incept autem à contrariis, quoniam contrariorum oppositio est ens absoluti ad ens absolutum. modo constat hæc opposita esse per prius nota cæteris oppositis, sicut absolutum ens est notius & ente priuatio, & negatio, & relatio, è quibus oriuntur aliæ oppositiones. unde dicitur, [destruente quidem] subaudi inspicendum est, [si contrarij] scilicet subiecti non est proprium contrarium. scilicet prædicatum, neque utique contrarij scilicet subiecti erit proprium contrarium. prædicatum uerbum utique] græce est γὰρ, latine etiam, enim, uerum. continuationis signum est, uerbi causa, ponat aliquis iniustitiæ proprium pestimum, ut posuit Anacharsis, destruetur hæc opinio per hunc locum, [ut quia contrarium est iustitiæ quidem iniustitiæ,] modo quo subiectum subiecto contrarium est, [optimo autem pestimum,] modo uidelicet quo prædicatum prædicato contrarium est, [non est autem iustitiæ proprium optimum] omnibus enim uirtutibus competit, [non erit iniustitiæ proprium, pestimum,] ut posuit Anacharsis: competit enim omnibus uitiis. est igitur locus, si duo subiecta sint contraria, quorum duo contraria sint prædicata, si contrarium prædicatum non est proprium contrarij subiecti, nec reliquum contrarium, quod assignabatur proprium, erit proprium. reliqui subiecti cuius proprium assignabatur uerbi causa, ut si duo subiecta sint nix & pix, contraria uero prædicata quæ illis insunt, sint album & nigrum, si nigrum non est proprium picis, nec album niuis proprium erit. Deinde ponit locum constructiuum, & dicit, [construente autem, si contrarij] scilicet subiecti [contrarium proprium est, & contrarij] scilicet subiecti [contrarium] scilicet prædicatum [proprium erit] & affert exemplum, cum inquit, [ut quia bono quidem] subiecto [contrarium est malum] scilicet subiectum, hoc est, quoniam bonum & malum sunt duo subiecta contraria, eligendo autem] quod est prædicatum competens bono, contrarium est fugiendum] quod est prædicatum competens malo. Sunt enim eligenda & fugienda duo prædicata, quorum alterum bono, alterum malo inest. [est autem boni] quod est alterum subiectum, [eligendum,] quod est alterum prædicatum, [proprium erit, mali] scilicet dati subiecti fugiendum proprium] quod erat propositum, & alterum prædicatum. Sed ponitur instantia, nam auaritia & prodigalitas sunt subiecta contraria, & eligendum & fugiendum prædicata contraria, sed auaritiæ est proprium fugiendum, igitur prodigalitati erit proprium eligendum. Soluitur primo, quia auaritiæ non est proprium fugiendum, sed prædicatum commune omnibus uitiis. deinde, licet fugiendum inest auaritiæ, eligendum tamen non inest prodigalitati. Quare non erit instantia secundum regulam. Oportet enim ut contraria prædicentur de subiectis.

Δεύτερον δὲ ἐν τῶν πρὸς ἀνασκυζοντα μὲν, εἰ δὲ πρὸς τὴν πρὸς μὴ ὄντων ἰδίων οὐ δὲ πρὸς τὴν πρὸς ἐσῶν ἰδίων διὸν ἐπεὶ λέγει τὴν ἀπλοῖαν μὲν πρὸς ἡμισυ. ὑπερὸν δὲ πρὸς ὑπερῶν μὲν οὐκ ἐστὶ δὲ ἀπλοῖαν δὲ ὑπερῶν ἰδίων, οὐκ ἔστι ἐν τῶν ἡμισυῶν δὲ ὑπερῶν ἰδίων. κατασκευάζοντα δὲ ἐν τῶν πρὸς δὲ πρὸς ὄντων ἰδίων, ὡς πρὸς πρὸς ἐσῶν ἰδίων, διὸν ἐπεὶ λέγειται μὲν δὲ ἀπλοῖαν πρὸς δὲ ἡμισυ, δὲ ἐν πρὸς ἀπλοῖαν τὰ δὲ

ἀπλοῖαν πρὸς ἐν τῶν πρὸς ἀπλοῖαν ἰδίων δὲ ὄντων πρὸς ἐν τῶν πρὸς ἡμισυ, ὡς πρὸς πρὸς ἀπλοῖαν.

LOCVS XXXIII.

57 Secundum autem ex iis, quæ ad aliquid sunt, destruenti quidē, si hoc quod ad aliquid est, eius quod est ad aliquid, non est proprium, neque utique hoc, quod ad aliquid est, eius quod ad aliquid est, erit proprium. ut quia dicitur duplum quidem ad dimidium, superans autem ad superatum, non est autem dupli proprium superans, non erit dimidii proprium superatum. Construente autē, si eius quod est ad aliquid, hoc quod est ad aliquid, est proprium, & eius quod est ad aliquid, id quod est ad aliquid, erit proprium. ut quia dicitur duplum quidem ad dimidium id esse, quod duo ad unum, est autem dupli proprium, ut duo ad unum, erit dimidii proprium, ut vnum ad duo.

Hic assignat locum trigessimumquartum, qui accipitur ex oppositis relative, & primo ponit locum præceptiuum, cum inquit, [Secundum autem] subaudi considerandum] ex iis,] est, scilicet oppositis, [quæ ad aliquid sunt,] hoc est ex iis, quæ relative opponuntur. Præcedit autem hic locus & cum, qui accipitur ex oppositis priuatiue, & cum, qui accipitur ex oppositis contradictorie, quoniam hæc oppositio est inter entia. Oppositio uero quæ secundum priuationem, & quæ secundum contradictionem est, non est inter entia, alterum enim oppositorum est non ens, quare locus hic inter notiora uertitur. & primo ponit locum destruetiuum, & dicit, [destruenti quidem, si hoc, quod ad aliquid est, eius, quod est ad aliquid, non est proprium, neque utique hoc, quod ad aliquid est, eius quod ad aliquid est, erit proprium,] hoc est, si duo relative duorum correlatiuorum, sic se habuerint, ut alterum alterius correlatiui non sit proprium, propositum quoque non erit propositi correlatiui proprium. Verbum autem [utique] aduerbium continuationis est, nam uerbum γὰρ etiam continuationis signum est apud grecos. per hunc locum tollitur opinio Pythagoricorum, qui excessum uel superatū dimidii propriū asserēbat, unde dicit, [ut quia dicitur duplum quidem ad dimidium,] ut in suum correlatiuum, [superans autem ad superatum] similiter ut in suum correlatiuum, [non est autem dupli proprium superans] est enim commune multis alijs, ut triplo, & quadruplo, cæterisque id genus, [non erit dimidii proprium superatū.] competit enim pluribus alijs. Deinde assignat locum con-

A striuatum, cum dicit, [construente autem,] considerandum subaudi, [si eius, quod est ad aliquid, hoc quod est ad aliquid, est proprium: & eius quod est ad aliquid, id quod est ad aliquid erit proprium.] Per hunc locum probatur proportionem unius ad duo esse proprium dimidii, ut dicit Euclides: unde dicitur quia dicitur duplum quidem ad dimidium id esse quod duo ad unum,] est enim proportio duorum ad unū dupli proportio ad dimidium, [est autem dupli proprium, ut duo ad unum] hoc est, proportio quæ est duorum ad unum, erit dimidii proprium ut unum ad duo, [hoc est,] proportio unius ad duo, quæ est subdupla, ut quinto geometria dicit Euclides. Quæ uero modo superans non sit proprium dupli, exponamus, quoniam si duplum sit in discretis & continujs, superans uero in discretis tantum, superans dupli proprium non erit, non enim conuertuntur. Præterea si superans sit in duplo, triplo, quadruplo, & in cæteris id genus, duplum uero non, superans non erit proprium dupli, cum sit in plus, quare nulla ratione superans esse potest dupli proprium. Sed occurrer, quoniam unum & duo non sunt correlatiua inter se, nec duplum, & dimidium, ergo exemplum non est ad propositum. Fortasse duo & unū correlatiua sunt inter se in ratione superantis & superati, & sic satis erit ad propositum ut proportio duorum ad unum sit proprium dupli, & unius ad duo, proprium dimidii.

LOCVS XXXV.

58 Tertium autem, destruenti quidem, si ipsius habitus, id quod secundum habitū dicitur, non est propriū, neque utique priuationis, id quod secundum priuationem dicitur, erit proprium. Et si priuationis, id, quod secundum priuationem dicitur, non est proprium, neque habitus ipsius, id, quod secundum habitum dicitur, erit proprium. Ut quia non dicitur, surditatis proprium insensibilitatē esse, etenim alius communis est, neque ipsius auditus erit proprium sen-

sum esse. Construente uero, si quod secundum habitum dicitur, est ipsius habitus proprium, & priuationis, id, quod secundum priuationem dicitur erit proprium, & si priuationis, id quod secundum priuationem dicitur, est proprium. & ipsius habitus id quod secundum habitum dicitur, erit proprium. Ut quia uisus est proprium uidere, secundum quod habemus uisum, erit cæcitatatis proprium non uidere, secundum quod non habemus uisum, nati habere.

Hic assignat locum trigessimumquintum, qui accipitur ex oppositis priuatiue, & primo quidem destruetiue hoc pacto, Postis duobus oppositis priuatiue ex una parte, ut subiectis, duobus autē alijs ex altera parte, ut prædicatis eorum subiectorum, si alterum prædicatum eius subiecti non sit proprium, cui inest atque assignatur proprium, neque alterum reliquum erit proprium. unde dicit, [Tertium autem] considerandum ex oppositis, [destrueti quidem] est, si ipsius habitus id, quod secundum habitū dicitur, hoc est, si ipsius habitus prædicatum non est proprium, neque utique priuationis, id quod secundum priuationem dicitur, erit proprium, hoc est, neque ipsius priuationis prædicatum erit proprium, [et] conuerso, [si priuationis id, quod secundum priuationem dicitur, non est proprium, neque ipsius habitus id, quod dicitur] prædicatum [secundum habitū, erit proprium.] per hunc locum refellitur positio Heracliti, qui dicebat sensum auditus esse proprium. [ut quia non dicitur surditatis proprium insensibilitatē esse, etenim insensibilitatis alius cōis est] sicut cæcitat, & cæteris id genus, neque ipsius auditus erit proprium sensum esse, [contra Heraclitum, & intelligas de iis prædicatis, quæ insunt datis subiectis, & inter se eō modo priuationis opponuntur, quo & subiecta. Deinde construente sic, Postis duobus oppositis priuatiue ex una parte ut subiectis, duobus autē alijs ex altera parte, ut prædicatis illorum, si alterum prædicatum eius subiecti sit proprium, cui assignatur proprium, alterum etiā alterius erit proprium cui assignatur est proprium, dicit, [Construeti uero,] considerandum] si quod secundum habitū dicitur, est ipsius habitus proprium, & priuationis, id quod secundum priuationem dicitur, erit proprium, & conuerso, [si priuationis id quod secundum priuationem dicitur, est proprium, ipsius habitus id, quod secundum habitum dicitur, erit proprium.] hoc pacto probatur non uidere esse proprium cæcitatatis, accipietur do non uidere pro cæcitate uisus cum aptitudine ad uidendum, [ut quia uisus proprium uidere, quatenus] nos qui uidemus [habemus uisum,] hoc est, uidendi potētiam, non enim est proprium ipsius uisus, quatenus nos qui uidemus habemus auditum, aut tactum, aut id genus, [erit cæcitatatis proprium non uidere, secundum quod non habemus uisum nati habere.] hoc est, erit cæcitatatis proprium ipsum non uidere, quatenus non uidere accipitur pro cæ-

Grentia uisus composita cum aptitudine ad habendum uisum. Lapis enim non uidet, non tamen est aptus habere, ideo non dicitur cecus. Quod uero ad considerationes attinet, annotatione dignum nonnullos sic intelligere has, primam quidem, si habitus non est proprium habitus, nec priuationis priuatio erit proprium. & e conuerso, si priuatio non est priuationis proprium, nec habitus ipsius habitus erit proprium, ut si surditas est priuatio auditus, & sensibilitas insensibilitatis, fiet ut si insensibilitas non sit proprium surditatis: nec habere sensum, proprium sensibilitatis, & e conuerso. Secundam uero, si habitus est proprii habitus, & priuatio priuationis erit proprium, & e conuerso, ut si habere uisum est proprium uisus, & non habere uisum proprium cecitatis. Verum hæc secunda expositio in primam redit, si rectè consideretur. Sed occurrer, quoniam omne proprium, subiectum cuius proprium est, notificat. Datur enim cognoscendi causa, sed priuatio nihil notificat, est enim non ens, ergo priuatio priuationis proprium esse non poterit, nec habitus etiam proprium esse poterit. Prætere id omne, de quo proprium assignatur, est ens in genere: at priuationis non est in genere ens, igitur priuationis nullum proprium assignari poterit. Dicendum priuationem ratione eius quod ponit, & est in genere, & notificat: formaliter autem, cum nihil ponat, nec notificat, nec est in genere.

*Ἐπειτα ἐκ τῶν καταφασάων καὶ τῶν ἀποφασάων, πρῶτον μὲν ἐξ ἀντιῶν τῶν καταγορευμάτων. ἐστὶ δὲ τὸ ὅτι οὐτὸν δὴ ἰσχυρισμῶν ἀνασκησάρον ἂν μόνον. οἷον ἐστὶ ἢ φάσις ἢ τὸ μὴ πλὴν φάσις λεγόμενον ἀντὶ τοῦ οὐκ ἔσται ἀντὶ τὸ ἀποφάσις. οὐδὲ τὸ μὴ πλὴν ἀποφάσις λεγόμενον ἴδιον. καὶ ἐν δὲ ἢ ἀποφάσις, ἢ τὸ μὴ πλὴν ἀποφάσις λεγόμενον ἴδιον ἀντὶ τὸ οὐκ ἔσται ἢ φάσις οὐδὲ τὸ μὴ πλὴν φάσις λεγόμενον ἴδιον. οἷον ἐπεί τὸ ἕως εἰς τὸ μὴ πλὴν φάσις, οὐκ ἔστι φάσις ἴδιον δὲ οὐκ ἔστι μὴ φάσις.*

LOCVS XXXVI.

59 Deinde ex affirmationibus & negationibus, primum quidè ex ipsis quæ prædicantur. Est autem locus hic utilis destruenti tantum. ut si affirmatio, uel quod secundum affirmationem dicitur, eius est proprium, non erit utiq; eius negatio neq; quod secundum negationem dicitur, proprium. Si autem sit negatio, aut quod secundum negationem dicitur proprium, eiusdem non erit affirmatio, neque quod secundum affirmationem dicitur, proprium, ut quia proprium animalis est animatum, non erit animalis proprium, non animatum.

Hic assignat locum trigessimum sextum, qui acci-

pitur ex oppositis contradictorie. Et hic tribus modis fieri potest, aut comparando duo prædicata, alterum secundum affirmationem, alterum secundum negationem, ad idem subiectum. Aut comparando duo prædicata ad duo subiecta, ad alterum quidem secundum affirmationem, ad alterum autem secundum negationem. aut comparando idem prædicatum ad duo subiecta, de quorum altero affirmatur, de altero autem negatur.

Primo modo erit locus trigessimus sextus tantum constructiuus, sic, si alicuius subiecti affirmatio sit proprium, negatio illi affirmationi contradictoria non erit proprium, & e conuerso. si negatio sit eius proprium, affirmatio non erit. unde inquit. [Deinde ex affirmationibus & negationibus,] hoc est ex oppositis contradictorie, [primum quidem ex ipsis quæ prædicantur.] hoc est, comparando duo prædicata ad idem subiectum, alterum secundum affirmationem, alterum secundum negationem. & tangit modum quo hic locus sit utilis, & dicit, [Est autem locus hic utilis destruenti tantum] non autem constructiui. & quod sit utilis destruenti, exemplo probauit, unde dicit. [ut si affirmatio, uel id] quod secundum affirmationem dicitur, eius subiecti, quod ponitur ab aduersario est proprium, non erit utique eius, [scilicet subiecti] [negatio, neque] id [quod secundum negationem dicitur, proprium. si autem sit negatio] [scilicet eius subiecti] proprium, aut quod secundum negationem dicitur, eiusdem subiecti, [non erit affirmatio, neque quod secundum affirmationem dicitur, proprium.] addit [aut quod secundum negationem dicitur, proprium.] quoniam tam negatio quam affirmatio potest accipi pro propositione affirmatiua uel negatiua, & pro prædicato quod affirmatur uel negatur. Ad significandum autem quod affirmatio, uel negatio hic accipiuntur pro prædicato, quod affirmatur uel negatur, addit [neque quod secundum affirmationem dicitur, ut sit hoc uerbum expositio prioris uerbi. Tunc assignat exemplum, & dicit, [ut quia proprium animalis est animatum, non erit animalis proprium, non animatum.] & e conuerso, si animalis proprium est irrationale, siue non rationale, non erit animalis proprium, rationale.

Sed occurrer ex eo, quia etiam constructiuus esse uideatur hic locus, per illam dignitatem, de quolibet uera est affirmatio aut negatio, & de nullo ambæ. Et dicendum argumentum militare, quando Aristoteles locutus esset de uera affirmatione, atque negatione. Sic enim de quolibet dicitur affirmatio, uel negatio, & de nullo ambæ. At Aristoteles loquitur de affirmatione & negatione termini finiti uel infiniti, modo perspicuum est, quantum negetur terminus infinitus, non tamen sequi affirmationem termini finiti. Non enim sequitur, si centaurus non est non iustus, ergo centaurus est iustus, nec e conuerso, si non est iustus, ergo est non iustus. Sic igitur perspicuum esse uilem destruentiuem in contradictoriis secundum prædicata, non autem secundum esse uel non esse, hoc est in contradictoriis secundum infinitationem, & non infinitationem, non autem secundum esse uel non esse. Sed adhuc uidetur instantia, sic animalis ut hominis proprium est risibile: & animalis, ut bouis proprium est non risibile, quia mugibile. & sic uidetur, & affirmatio, & negatio, propria alicuius subiecti.

A Soluitur instantia, quoniam in instantia uidetur falla cia figura dictionis, quoniam non eiusdem animalis affirmatio & negatio propria est, licet nomen sit idem. Quod uero ad exempla attinet, intelligas animatum non esse proprium animalis nisi secundum Platonem, quod sit per non ponat animatas. Ponuntur enim exempla non ut ita sint, sed ut sentiant qui discunt.

*Δευτέρω δὲ ἐκ τῶν καταγορευμάτων, ἢ μὴ καταγορευμάτων, ἀνασκησάροντα μὲν, ἐστὶ φάσις ἢ φάσις καὶ ἐστὶ ἴδιον. οὐδὲ ἢ ἀποφάσις ἢ ἀποφάσις καὶ ἐστὶ ἴδιον. ὁ δὲ ἢ ἀποφάσις ἢ ἀποφάσις καὶ ἐστὶ ἴδιον, οὐδὲ ἢ φάσις ἢ φάσις καὶ ἐστὶ ἴδιον. οἷον ἐπεί τὸ ἕως εἰς τὸ μὴ πλὴν φάσις, οὐκ ἔστι φάσις ἴδιον. καὶ ἐν δὲ ἢ ἀποφάσις, ἢ τὸ μὴ πλὴν φάσις λεγόμενον ἴδιον ἀντὶ τὸ οὐκ ἔσται ἢ φάσις οὐδὲ τὸ μὴ πλὴν φάσις λεγόμενον ἴδιον. οἷον ἐπεί τὸ ἕως εἰς τὸ μὴ πλὴν φάσις, οὐκ ἔστι φάσις ἴδιον. καὶ ἐν δὲ ἢ ἀποφάσις, ἢ τὸ μὴ πλὴν φάσις λεγόμενον ἴδιον ἀντὶ τὸ οὐκ ἔσται ἢ φάσις οὐδὲ τὸ μὴ πλὴν φάσις λεγόμενον ἴδιον.*

LOCVS XXXVII.

60 Secundum etiam ex prædicatis, uel etiã non prædicatis, & de quibus prædicatur, uel non prædicatur. destruenti quidem, si affirmationis affirmatio non est proprium, neque negatio negationis erit proprium. Et si negatio negationis non est proprium, neque affirmationis affirmatio erit proprium. Ut quia non est proprium hominis animal, neque non hominis proprium erit non animal. Si autem non hominis, non uidetur proprium non animal, neque hominis erit proprium animal. Constructiui autem, si affirmationis affirmatio erit proprium, & negatio negationis erit proprium. Si autem negationis negatio est proprium, & affirmatio affirmationis erit proprium. Ut quia non animalis est proprium non uiuere, erit animalis proprium uiuere. Et si animalis proprium uidetur uiuere, & non animalis proprium uidebitur non uiuere.

Hic est locus præceptiuus trigessimus septimus, qui accipiuntur a contradictoriis per comparationem duorum præ-

dicatorum ad duo subiecta, ad alterum quidem per affirmationem, ad alterum autem per negationem. & hoc proponit, & dicit. [Secundum etiam ex prædicatis, uel non prædicatis, & de quibus] [scilicet subiectis] [prædicatur] subaudi aliquid, [uel non prædicatur,] quasi dicat, quod secundo modo in contradictoriis per comparationem duorum prædicatorum ad duo subiecta potest accipi locus trigessimus septimus, qui accipitur ex oppositis & affirmatiuis, & destruentiuibus. & primo quomodo destruentiuibus, dicit. [Destruenti quidem,] considerandum est, [si affirmationis affirmatio non est proprium, neque negatio negationis erit proprium, & e conuerso etiam] [si negatio negationis non est proprium, neque affirmatio affirmationis erit proprium,] cuius exemplum affert, & dicit. [Ut quia non est proprium hominis animal, neque non hominis proprium erit non animal. Si autem non hominis non uidetur proprium non animal, neque hominis erit proprium animal.] sunt autem prædicata secundum contradictionem, animal, & non animal, subiecta uero hominis & non hominis. Quare si animal non est hominis proprium, nec non animal erit proprium non hominis. & e conuerso, si non animal non est proprium non hominis, nec animal hominis erit proprium. Deinde quomodo constructiui, & dicit, [Constructiui autem, si affirmationis affirmatio erit proprium, & negatio negationis est proprium,] & e conuerso, [si negationis negatio est proprium, & affirmatio affirmationis proprium erit.] & intelligit, ut diximus, per affirmationem, terminum finitè descriptum: & per negationem, terminum infinitè determinatum. Est autem terminus finitus, ut homo, & animal: infinitus autem, ut non homo, & non animal. Assignat exemplum, & dicit, [Ut quia non animalis est proprium non uiuere,] & hoc secundum Platonem, qui animal, & uiuum idem dicit. [erit animalis proprium uiuere, & e conuerso,] [si animalis proprium uidetur uiuere, & non animalis proprium uidebitur non uiuere.] Sed in his quæ Aristoteles dicit hic, uidetur sibi non constans, nam hic affert quod si affirmatio sit affirmationis proprium, negatio etiam sit negationis proprium, & ita uidetur quod sua consideratio uim habeat per consequentiam in ipso, quæ sit ex eadem parte ab opposito antecedentis ad oppositum consequentis. In secundo uero libro dixit quod in contradictoriis non tenet consequentia in ipso, sed consequentia e contrario, quæ sit ab opposito consequentis ad oppositum antecedentis, & sic uidetur sibi contrarius. Dicendum, quod hic loquitur in terminis conuertibilibus. affert enim si affirmatio sit proprium affirmationis, negatio etiam negationis erit proprium, modo proprium conuertitur cum eo, cuius est proprium. In secundo huius loquitur in terminis simpliciter, unde dici potest Aristotelem hic loqui gratia materie, secundo uero libro, loquatum esse gratia forme, uel magis uerbis Peripateticis utendo, in secundo libro locum intellexit per se, quod est dicere in terminis simpliciter: hic uero per accidens, quia in terminis conuertibilibus, in quibus accidit propter conuertibilitatem utilitas præsentis loci.

*Τρίτων δὲ ἐξ ἀντιῶν τῶν ὑποκειμένων ἀνασκησάροντα ἐστὶ ἐν τῷ ἀποφασάων ἴδιον, τῆς φάσεως ἐστὶν ἴδιον, οὐκ ἔσται ἢ ἀντὶ τῶν καὶ τῆς ἀποφάσεως ἐστὶν ἴδιον.*



Ἐἰδίων. εἰ δὲ τῆς ἀποφάσεως ἰδίων ἢ ἀποδοξῆν, οὐκ ἔσται τῆς φάσεως ἰδίων. διὸ ἐπὶ τοῦ ζώου ἰδίων ἢ ἔμψυχου, οὐκ ἔστιν ἐν τοῦ μὴ ζώου ἰδίων ἢ ἔμψυχου. κατὰ συνέστατον δὲ, εἰ τὸ ἀποδοξῆν, μὴ τῆς φάσεως ἰδίων, ἐν δὲ τῆς ἀποφάσεως. διὸ τὸ δ' ὅτι τὸ πᾶν ἐστὶν ἰδίων, φάσις δὲ ἀποφάσεως, καὶ ἀποφάσις φάσεως οὐκ ἔστιν ἰδίων. φάσις δὲ ἀποφάσεως οὐδ' ἄλλως ὑπάρχει, ἀποφάσις δὲ φάσεως ὑπάρχει, οὐχ ὡς ἰδίων ἀποφάσεως.

LOCVS XXXVIII.

61 Tertium autem ex ipsis subiectis destruenti quidem si quod assignatum est proprium, affirmationis est proprium, non erit & negationis proprium. Si autem negationis est proprium quod assignatum est, non erit affirmationis proprium, ut quia animalis proprium est animatum, non animalis proprium non erit animatum. Construenti vero, si assignatum proprium non est affirmationis proprium, erit negationis. At hic locus deficit. nam affirmatio negationis, & negatio affirmationis non est proprium. Quandoquidem affirmatio negationi omnino non inest. Negatio autem affirmationi inest quidem, at non ut proprium inest.

Locus trigessimus octavus accipitur ex consideratione qua fit unius comparatione ad duo subiecta contradictoria. hoc dicit. Tertium autem scilicet considerandum [ex ipsis subiectis] contradictorius, hoc est, comparatione unius predicati ad duo subiecta contradictoria. Et primo exponit quomodo destruenti, et dicit. [Destruenti quidem si quod assignatum est proprium, affirmationis] hoc est, subiecti affirmati ac finiti [est proprium]. Sequitur enim ut contradictionis, ut non est negationis sit proprium. Et converso, si negationis est proprium quod assignatum est, non erit affirmationis proprium. Duorum contradictorium non potest idem predicatum proprium esse, ut per exemplum patet, quia animalis proprium est animatum, ut Plato opinatur, animalium non erit proprium non animalis. Et converso, si animalium, per casum, sit proprium non animalis, non erit proprium animalis. Deinde declarat, quomodo destruenti considerandum sit, et dicit. [Construenti vero, si assignatum proprium non est affirmationis proprium, erit negationis] proprium. Deinde ostendit hunc locum non tenere universiter in omnibus, sed solum particulatim per accidens, atque gratia materiae. [At hic locus deficit] scilicet quia non tenet in omnibus, non enim sequitur,

sensitivum non est proprium hominis, igitur est proprium non hominis, nec sequitur, incontinens esse non est proprium sapientis, ergo est proprium non sapientis. Aristoteles tamen hunc locum non esse universiter utilem probat, cum dicit. [Nam affirmatio negationis, et negatio affirmationis non est proprium.] Quare si una affirmatio assignetur, ut proprium affirmationis, et non sit illius negationis. [Quandoquidem] ut inquit [affirmatio negationi omnino] hoc est, universiter, et omni [non inest]. Est enim quaedam affirmatio, quae ut proprium licet non inest affirmationi, non propterea inest negationi, ut sensitivum, quod homini inest, non enim sequitur sensitivum non est proprium hominis, igitur est proprium non hominis, licet inest quidam non homini, ut equo. Et si dicatur, quod negatio affirmationi inest, ergo et affirmatio negationi inest potest. Respondet, et inquit. [Negatio autem affirmationi inest quidem], etiam universiter. Omnis enim homo est non equus. [non tamen ut proprium inest.] quia non solum homini inest non equus. Quare construenti deficit hic locus, tum ob instantiam, tum propter rationem.

Ἐπειτα δ' ἐν τῷ ἀντιδιληκτικῷ ἀνοσιβητέοντα δὲ, εἰ τῶν ἀντιδιληκτικῶν μὴδὲ μὴδὲ τῶν λοιπῶν ἀντιδιληκτικῶν ἐστὶν ἰδίων, οὐδὲ δὲ τὸ κείνου ἐστὶν ἰδίων τοῦτου, οὐ κείνου ἰδίων, διὸ ἐπὶ ζώων αἰδνητῶν, οὐδὲ τῶν ἄλλων ζῴων ἐστὶν ἰδίων, οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ζῴωνον τῶν τοῦ ζῴου ἰδίων. κατὰ συνέστατον δὲ, εἰ τῶν λοιπῶν ἀντιδιληκτικῶν ὅτιδὲ ἐστὶν ἰδίων τοῦ ζῴου ἐκείνου τῶν ἀντιδιληκτικῶν, οὐκ ἔστιν ἰδίων ζῴου καὶ τοῦ λοιπῶν ἐστὶν ἰδίων, οὐ κείνου μὴ ἐστὶν ἰδίων, διὸ ἐπὶ φρονήσεως ἐστὶν ἰδίων καὶ ἀλόγου περὶ λογιστικῆς ἀρετῆς ἔσθαι, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν οὕτως ἐκείνης λαμβανομένης, ἐν δὲ σφαιροσύνῃς ἰδίων καὶ ἀλόγου περὶ σφαιροσύνῃς ἰδίων ἀρετῆς ἔσθαι.

LOCVS TRIGESIMVSNONVS

62 Deinde ex iis quae ex opposito diuiduntur, destruenti quidem, si eorum quae ex opposito diuiduntur, nullum vilius reliquorum ex opposito diuisorum est proprium, neque profecto quod positum est, erit proprium eius cuius positum est proprium. Ut quia animal sensibile nullius aliorum mortalium animalium est proprium, nec animal intelligibile erit dei proprium. Construenti autem, si ceterorum quae ex opposito diuiduntur, quoduis est proprium, talium quorumcunque eorum quae ex opposito diuiduntur, erit profecto

A reliquum eius proprium, cuius positum est non esse proprium. ut quia prudentiae est proprium per se natum esse rationalis virtutem esse, & aliarum virtutum sic vniuscuiusque sumptae, erit temperantiae proprium per se natum esse concupiscibilis virtutem esse.

Hic est locus preceptus trigessimusnonus, qui accipitur a disparatis propriis, et speciebus disparate species sub animali sine mortalia, et immortalia. Disparate autem propria sunt sensitivum, et intellectuum. Sensitivum quidem, quod inest omnibus animalibus mortalibus. Intellectuum autem, quod inest omnibus animalibus immortalibus. Tunc primo proponit locum preceptum, et dicit. [Deinde] subaudi considerandum est [ex iis] disparatis speciebus, et propriis, quae sub eodem genere

[ex opposito diuiduntur]. Est considerandum dico destruenti, et construenti. Deinde assignat locum preceptum destruentium primo, et dicit. [Destruenti quidem, si eorum] scilicet propriorum vel eorum differentiarum, [quae] sub genere [ex opposito diuiduntur, nullum vilius reliquorum] scilicet specierum [ex opposito] sub eodem genere [diuisorum, est proprium, neque profecto quod positum est] esse proprium, [erit proprium eius] scilicet speciei [cuius positum est proprium]. Et assignat exemplum, et dicit. [Ut quia animal sensibile,] quae est differentia diuisiva animalis [nullius aliorum mortalium animalium] quae sunt species ex opposito diuise ipsi deo immortalis, sub animali ipso contenta. [est proprium, nec animal intelligibile] quae est altera differentia diuisiva animalis ex opposito diuisa ipsi animali sensibili, [erit dei proprium,] qui est altera species sub animali diuisa ipsis mortalibus animalibus. Deinde exigit locum preceptum construentium, et dicit. [Construenti autem, si ceterorum] id est, si ceterarum differentiarum, [quae ex opposito diuiduntur, quoduis est proprium talium] scilicet specierum [quorumcunque eorum] scilicet specierum, [quae ex opposito diuiduntur, erit profecto reliquum] scilicet reliquae differentiae [proprium eius, cuius positum est non esse proprium] ab adversario. Et assignat exemplum, et dicit, [ut quia prudentiae,] quae est una species virtutis contra diuisa temperantiae ac fortitudinis, [est proprium, per se natum esse,] hoc est, per se idoneum, et aptitudinale [rationalis] potentiae [esse virtutem,] diuiduntur enim potentiae animae in rationalem, et concupiscibilem, et irascibilem: quemadmodum virtus diuiditur in temperantiam, et prudentiam, et fortitudinem. Si igitur prudentiae proprium idoneum, est esse virtutem rationalem partis, [et aliarum virtutum, sic vniuscuiusque sumptae, temperantiae] videlicet [erit proprium per se natum esse] hoc est, conueniens et idoneum [esse virtutem concupiscibilis] partis, et subaudi fortitudinis esse virtutem irascibilis partis. Diuiditur enim sub virtute rationale, concupiscibile, et irascibile, seu prudentia, temperantia, et fortitudo. Quare si proprium prudentiae est esse virtutem partis rationalis, proprium temperantiae erit esse virtutem partis co-

cupiscibilis, et proprium fortitudinis esse virtutem partis irascibilis. Quod uero ad exempla attinet, annotatione dignum animal diuidi in animalia mortalia, et immortalia, secundum Platonem, quem sequitur Porphyrius, cum dicit immortale autem separat nos a diis. secus uero est secundum Peripateticos. Verum exempla ponimus, ut sentiant qui discunt. Sed occurret secundo exemplo, nam corpus animatum diuiditur per sensibile, et uegetabile, et etiam per leonem, et equum, et cetera id genus. sed sensibile nullius eorum est proprium, quare nec uegetabile erit proprium plantae, quod falsum est, praeter ea argumentor etiam, sed uegetabile est proprium plantae, ergo sensibile erit proprium leonis, et cuiusque ceterorum, quod iterum est falsum, quare tam locus destructiuus, quam constructiuus habet instantiam. Et dicit, nam quod in utroque loco intelligi debet de iis diuisiuis, quae ex opposito diuiduntur genus proximum, modo corpus animatum non est genus proximum, quod diuiditur in hominem, leonem, et cetera id genus. Genus enim proximum quod in haec diuiditur, est animal, ideo cessant instantiae.

Ἐπειτα δ' ἐν τῷ ἀντιδιληκτικῷ ἀνοσιβητέοντα δὲ, εἰ τῶν ἀντιδιληκτικῶν μὴδὲ μὴδὲ τῶν λοιπῶν ἀντιδιληκτικῶν ἐστὶν ἰδίων, οὐδὲ δὲ τὸ κείνου ἐστὶν ἰδίων τοῦτου, οὐ κείνου ἰδίων, διὸ ἐπὶ ζώων αἰδνητῶν, οὐδὲ τῶν ἄλλων ζῴων ἐστὶν ἰδίων, οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ζῴωνον τῶν τοῦ ζῴου ἰδίων. κατὰ συνέστατον δὲ, εἰ τῶν λοιπῶν ἀντιδιληκτικῶν ὅτιδὲ ἐστὶν ἰδίων τοῦ ζῴου ἐκείνου τῶν ἀντιδιληκτικῶν, οὐκ ἔστιν ἰδίων ζῴου καὶ τοῦ λοιπῶν ἐστὶν ἰδίων, οὐ κείνου μὴ ἐστὶν ἰδίων, διὸ ἐπὶ φρονήσεως ἐστὶν ἰδίων καὶ ἀλόγου περὶ λογιστικῆς ἀρετῆς ἔσθαι, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν οὕτως ἐκείνης λαμβανομένης, ἐν δὲ σφαιροσύνῃς ἰδίων καὶ ἀλόγου περὶ σφαιροσύνῃς ἰδίων ἀρετῆς ἔσθαι.

LOCVS XL.

63 Deinde ex casibus, destruenti quidem, si casus casus non est proprium, neque profecto casus erit proprium casus. ut quia non est eius quod est iuste proprium id quod bene, neque iusti proprium erit bonum. Construenti autem, si casus casus est proprium, erit profecto & casus casus proprium. Ut quia hominis est proprium gressibile bipes, & homini erit proprium gressibili bipede dici.

Hic est locus preceptus quadragessimus, qui accipitur a casibus. Et primo proponit locum preceptum, et dicit. [Deinde] subaudi considerandum est [ex casibus] postea ponit loca precepta, et destruentium, et dicit. [Si casus,] quod est predicatum, [non est casus] scilicet subiecti, [proprium, neque profecto casus] correspondens predicato [erit proprium casus] correspondentis subiecto, ubi presupponit quatuor esse casus, duos ex una parte, ut iuste, et bene: et duos ex altera, qui primis duobus correspondent, ut iustum, et bonum, et uult, quod quando casus ex prima parte non est proprium casus, sic nec casus in secunda parte erit proprium casus. Et assignat exemplum, et dicit, [ut quia non est eius quod est iuste]



Cum alio subiecto, [eius ad quod eodem modo se habet] cum alio subiecto, [erit proprium.] & sic locus destru-

Επειτα ἀνακευάζονται μὲν, ἐν τῇ δὲ ἐνάτῃ λέγεται μόνον, καὶ δὲ τὸ κατὰ τὸ ἐνάτην λεγόμενον

LOCVS XLIII.

67 Deinde destruente quidem, si quod secundum esse dicitur, non est eius quod secundum esse dicitur, proprium.

Amnis est proprium esse mortalem, & eius quod est generari hominem, erit proprium generari mortalem: & eius, quod est corrumpi hominem, corrumpi mortalem. Eodem autem modo accipiendum est & ex generari, & corrumpi, & ad esse, & ad ipsa ex ipso fieri, quemadmodum & in destruente dictum est.

Hic est locus quadragesimus quartus, qui accipitur ab esse, & generationibus, & corruptionibus. posuit autem loca precepta, & non preceptivum, & primo quidem destructivum & dicit. [Deinde destructi quidem] sub-

ipse intelligat per ordinatum, & dicit. [Est autem per se ordinatum, proprium.] Quare considerandum est, si eius quod est secundum esse, proprium. [Nam & eius] subie-

Επειτα ἐπιλέξασθε ἑκάστην τὴν ἰδέαν τῶν καμνίσαντων ἀνακευάζονται μὲν, ἐν τῇ δὲ ἐνάτῃ μὴ ὑπάρχουσα, ἢ ἐν τῇ μὴ ὑπάρχουσα μὲν ὁ λέγεται τὸ πῶς, οὗ δὲ ἰδίου ἀπέ-

LOCVS XLV.

68 Deinde inspiciendum ad ideam positi, destruente quidem, si idea non inest, aut si non secundum hoc, secundum quod dicitur de illo cuius proprium assignatum est. Non enim erit proprium, quod positum est esse proprium, ut quoniam ipsi homini non inest immobilitas, qua homo est, sed qua idea, non erit hominis pro-

68 prium immobilitas. Construenti autem, si idea inest, & secundum hoc inest, qua dicitur de illo ipso, cuius positum est non esse proprium, erit enim proprium quod positum est non esse proprium. ut quoniam inest animali ex anima & corpore compositum esse, & qua animal est, ipsi inest id, erit proprium animalis ex corpore & anima compositum esse.

Iste est locus quadragesimus quintus preceptus, qui accipitur ab idea positus. et intelligit per positum, quod graece est καμψιον, illud subiectum, cui positum est inesse proprium. Proponit igitur locum preceptum, et dicit. [Deinde inspiciendum ad ideam positam] id est subiecti, cui est assignatum inesse proprium, et intelligit per ideam, ens abstractum, sicut est humanitas ipsa, quae graece εομερβο] αυτος εινωραω @ a Platonicis dicitur. Idea uero animalis αυτος εινωραω. apud enim Platonicos ipse homo, ipsum animal ideae sunt nomina, αυραω @, et εινωραω, id est homo, et animal, nomina sunt suppositoria, quae idea participam, αυτος enim id est ipsum, signum est demonstrationis ideae, sicut apud sorticolos uerbum ly, est signum ostensuum materialitatis. Deinde ponit loca precepta, et primo destructiuum, et dicit, [destruenti quidem, si idea non inest, aut] pro id est [si non secundum hoc, secundum quod dicitur de illo, cuius proprium assignatum est.] idea enim bifariam considerari potest, aut in se cum significatur nomine abstracto, secundum quem modum non dicitur de suppositis, nec est praedicatum de eis. Alio modo potest accipi, ut praedicatur de suppositis, et sic significatur nomine concreto. Vult igitur illud quod pro proprio est assignatum dicitur, non esse illius proprium si non competit ideae illius, quatenus idea illa praedicatur de eo, uerbi causa, si aliquid competit humanitati, non qua homo est, atque qua praedicatur de hominibus, non erit hominis proprium. [ut quoniam ipsi homini non inest immobilitas, qua homo est] scilicet qua est praedicatum de hominibus particularibus, sed qua idea, omnes enim ideae, ut significantur nomine abstracto, secundum Platonem in Parmenide sunt immobiles, nec solum ideae, sed deus et omnes substantiae separatae, ideo [non erit hominis] scilicet ut praedicatur de suppositis, [proprium immobilitas] graece est ημεμει, latine etiam quiete scere: uerum non pro quiete accipit, quae est motus priuatio, sed pro immobilitate, quae est motus negatio. Deinde assignat locum constructiuum, et dicit, [Construenti autem] subaudi considerandum est, [si idea inest] non quidem in se, [sed et secundum hoc inest, qua dicitur de illo ipso] scilicet positum, [cuius positum est non esse proprium, erit enim proprium] si sic inest, [quod positum est non esse proprium, ut quoniam inest ipsi animali ex anima et corpore compositum esse, et quod animal est] scilicet praedicatum de suppositis [ipsi inest id,] non autem, qua est animalitas, [erit proprium animalis, ex corpore et anima compositum esse.] assignat autem exemplum communius

(ut Alexander inquit) quam sit animal. plantae enim ex corpore et anima componuntur, uerum non conceditur a Platonicis, plantas componi ex anima et corpore.

Επειτα εκ του μαλλον ηδη ητοιμ, ητοιμ μου ανασκευαζοντα εις μαλλον, το μαλλον μη δεσμι ιδιοιου. ου δε γαρ η ητοιμ, το ητοιμ εσται ιδιοιου. ου δε ε ηνισα, το ηνισα. ου δε ε μαλασα, το μαλασα. ου δε ε αελαωε, το αελαωε. διον επει ουκ εστι μαλλον κεραιωδης του μαλλον σωματα @ ιδιοιου. ου δε ε ητοιμ κεραιωδης, σωματα @ υλαωε, κατασκευαζοντα εις ε, ε ε μαλλον τ ε μαλλον δεσμι ιδιοιου ηδη γαρ ε ητοιμ, τ ε ητοιμ εσται ιδιοιου. ηδη το ηνισα, το ηνισα. ηδη το μαλασα, το μαλασα. ηδη το αελαωε, τ ε αελαωε. διον επει τ ε μαλλον ζωντος, ε μαλλον αιδεσθαι εσται ιδιοιου, ηδη του ητοιμ ζωντος @, το ητοιμ αιδεσθαι εσται ιδιοιου. ηδη τ ε μαλασα ε το μαλασα. ηδη τ ε ηνισα, το ηνισα. @ του αελαωε, τ ε αελαωε.

LOCVS XLVI.

69 Deinde ex magis & minus primum quidem destruenti, si quod magis est, eius quod magis, non est proprium. Neque enim quod minus est eius, quod minus erit proprium: neque quod minime, eius quod minime: neque quod maxime, eius quod maxime: neque quod simpliciter, eius quod simpliciter. Ut quia non est magis colorari magis corporis proprium, neque minus colorari minus corporis proprium erit, neque colorari corporis omnino. Construenti autem, si quod magis est eius, quod magis est, est proprium. nam quod minus est eius, quod minus est, erit proprium: & quod minime eius, quod minime: & quod maxime eius, quod maxime: & quod simpliciter eius, quod simpliciter. Ut quia magis uiuentis magis sentire est proprium, & minus uiuentis minus sentire erit proprium. & eius quod maxime, id quod maxime: & eius quod minime, id quod minime: & eius quod simpliciter, id quoque quod simpliciter.

Nunc transit ad loca, que sumuntur a magis et minus, et potest collocari locus hic quadragesimus sextus, qui accipitur a magis et minus per comparationem unius

A ad unum, et primum quidem a magis est destructiuum, et constructiuum, et accepit primo locum preceptiuum, qui communis est omnibus, et dicit. [Deinde ex magis et minus] subaudi considerandum est. et primum erit per comparationem unius ad unum. et assignat locum destructiuum, et dicit, [Primum quidem destruenti] considerandum [si] proprium [quod magis est eius] subiecti [non erit proprium quod magis est. nam] si sic est idem proprium, [quod minus est, eius] scilicet subiecti [quod minus] est, non [erit proprium, neque] idem proprium [quod minime] est proprium, erit proprium [eius] subiecti, [quod minime est, neque] idem proprium [quod] est [maxime,] erit [eius] subiecti proprium, [quod] est [maxime, neque] idem proprium, quod est [simpliciter] erit [eius] subiecti proprium, [quod] est [simpliciter]. Et assignat exemplum, et dicit, [ut quia magis colorari non est proprium magis corporis, neque minus colorari minus corporis proprium erit, neque colorari] erit proprium [corporis omnino] ac simpliciter. Vbi patet factam esse comparationem unius ad unum. Deinde tangit locum constructiuum, et dicit, [Construenti autem, si quod magis est] id est, si proprium quod est magis [eius] subiecti [est proprium, quod est magis. nam] proprium [quod est minus,] eius subiecti, [quod est minus, erit proprium, et] proprium [quod minime] erit [eius] subiecti, [quod est minime,] proprium [et eius] subiecti [quod est maxime,] erit proprium [quod maxime, et] proprium [quod] est [simpliciter] eius] subiecti, [quod simpliciter]. Tunc dat exemplum, et dicit, [ut quia magis uiuentis magis sentire est proprium] et accepit uiuentis pro animali, ex optione Platonis, qui plantas non uiuere creditur [et minus uiuentis minus sentire erit proprium, et eius] scilicet uiuentis, [quod maxime] est uiuentis, [id] scilicet sentire [quod minime] est sentire, [et eius] scilicet uiuentis, quod [simpliciter] est uiuentis, [id quoque] scilicet sentire, [quod simpliciter] est sentire. Vbi patet primo tam locum destructiuum quam constructiuum esse sumptos a magis. patet etiam secundum factam esse comparationem unius ad unum.

Quod uero ad exemplum attinet, annotatione dignum Aristotelem usum esse exemplis communiter. In substantiis enim quae non recipiunt magis et minus, tractantur hanc rationem. Non enim exempla ponuntur, ut ita sint, sed ut sentiantur qui discunt. Potest autem rectius exemplum poni (ut Alexander inquit) in uoluptate et bono, nam si magis uoluptas non est magis bonum, nec minus uoluptas erit minus bonum, et de ceteris id genus suo ordine, et quidem destructiuum, et constructiuum, ut dictum est.

μαλλον απουδαλον ιδιον ειη. κατασκευαζοντα ε δει, ε ε αελαωε του αελαωε εσται ιδιον. ηδη γαρ ε μαλλον, του μαλλον και ε ητοιμ, του ητοιμ. και ε ηνισα, του ηνισα. και ε μαλασα, του μαλασα εσται ιδιον. διον επει του αυτος εσται ιδιον ε ανα φερεσθαι κατα φυσιν, και του μαλλον αυτος ειν αν ιδιον ε μαλλον ανα φερεσθαι η φυσιν τον αυτον η τροπον οικωπετον εστι και ωδη ηδη αλλων προς αελαωε ταυτα.

LOCVS QVADRAGESIMVS M V S S E P T I M V S.

70 Et ex eo autem quod simpliciter, ad eadem considerandum est. destruenti quidem, si quod simpliciter, eius quod simpliciter, non est proprium: neque enim eius quod magis est, eius quod magis: neque quod minus eius quod minus: neque quod minime, eius quod minime: neque quod maxime, eius quod maxime erit proprium. Ut quia non est hominis proprium studiosum, neque magis hominis magis studiosum erit proprium. Construenti autem, si quod simpliciter est eius, quod simpliciter est proprium. Nam & hoc, quod magis eius, quod magis: & quod minus eius, quod minus: & quod minime eius, quod minime: & quod maxime eius, quod maxime erit proprium. Ut quia est ignis proprium fursum ferri secundum naturam, & magis ignis, erit proprium magis fursum ferri secundum naturam. Eodem autem modo considerandum est & ex aliis ad omnia huiusmodi.

Iste est locus quadragesimus septimus, in quo docet terminare problema de proprio quasi conuertendo, ab eo quod est simpliciter ad ea quae sunt magis et minus. hoc facit (ut Alexander inquit) ut ostendat, ita se habere in comparatiuis, quem admodum in simplicibus. Conuertit enim locum, ut demonstraret comparatiua sequi ad simplicia. Demonstrauit enim primo simplicia sequi ad comparatiua, at nunc demonstrat comparatiua sequi ad simplicia. Primo igitur ponit locum preceptiuum, et dicit, [Et ex eo autem, quod simpliciter considerandum est] procedendo conuerso [ad eadem,] quae dicta sunt superius comparatiua. Deinde tangit locum destructiuum, et dicit



Cit. [destruēti quidem, si] proprium [quod] dicitur [simpliciter, eius] subiecti [non est proprium, quod] est [simpliciter: neque enim eius] tunc proprium est [quod magis, eius] scilicet subiecti, [quod magis,] et sic deinceps [neque quod minus, eius quod minus, neque quod maxime, eius quod maxime, neque quod minime, eius quod minime] erit proprium, ut quia non est hominis proprium studiosum, neque magis hominis magis studiosum erit proprium. Quod uero ad uerba attinet, studiosum, quod gratia est αὐτοῦ αἴου non pro uirtuoso [ut ita loquar] accipit, sic enim proprium erit hominis, sed pro diligenter operanti ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀξια, quod est aliquid diligenter facio. Hoc pacto studiosum non est hominis proprium, inest enim aliis compluribus. nam et apes, et formicae, et bombices, et id genus studiose dicuntur, quod diligenter, et quadam prudentia quasi mirabili munia sua peragant. Accommodatius autem exemplum assignari potest in uoluptate, et bono, quod uidelicet uoluptas et bonum magis et maxime suscipiant. Deinde tangit locum constructiuum, et dicit, [Construenti autem, si] propriū, [quod simpliciter est eius] uidelicet subiecti [quod simpliciter est proprium, nam] sic erit consequenter in ceteris comparatiuis scilicet [et hoc quod magis eius, quod magis, et quod minus eius, quod minus: et quod minime eius quod minime: et quod maxime eius, quod maxime erit proprium,] cuius exemplum assignat, et dicit, [ut quia est ignis propriū] subaudi simpliciter, [sursum ferri secundum naturam, et magis ignis erit magis proprium sursum ferri secundum naturam, eodem autem modo considerandum est et ex aliis ad omnia huiusmodi.] hoc est, sicut dico ex simpliciter ad magis, sic intelligenda est ex simpliciter ad minus, et minime, et ad maxime, quasi dicat, eodem autem modo consideranda est ex aliis scilicet exemplis ad omnia huiusmodi comparatiua, quae sequuntur ad ipsum simpliciter, per quae dedit intelligere comparatiua sequi ad simpliciter. Sed occurret, quoniam aer magis et minus est grauis, non tamen est simpliciter grauis: et terra magis et minus est leuis, quae non est simpliciter leuis. Dicendum locum Aristotelis esse probabilem in illis, in quibus proprium et subiectum suscipiunt magis et minus secundum ueram rationem, qua aliqua dicitur suscipere magis et minus, modo terra et aer leue et graue, non propria ratione suscipiunt magis et minus, sed equiuoca ratione. Nulla enim terra est magis terra altera terra, sed bene purior uel minus pura, maior uel minor. Similiter nullus aer est magis aer altero aere, sed bene purior, uel minus purus. eadem ratione nihil est magis uel minus graue, sed bene maius uel minus graue. Quare potest dare exemplum in uoluptate et bono, quae propria ratione suscipiunt magis ac minus. In talibus enim comparatiua sequuntur ad simplicia.

Διδόσθου δ' αἰσθητικῶν ἄλλοι, εἰς μᾶλλον τοῦ μᾶλλον μὴ εἶναι ἰδίον, οὐδὲ ἦν ἴσον τοῦ ἦν τὸν ἔσται ἰδίον. διὸν ἐπεὶ μᾶλλον εἶναι ἰδίον ἔστι αἰσθητικῶν, ἢ αἰσθητικῶν ἢ ἐπιστάσθαι οὐκ εἶναι δὲ ἔστι ἰδίον τὸ αἰσθητικῶν, οὐκ ἂν εἶναι αἰσθητικῶν ἰδίον ἢ ἐπιστάσθαι. κατὰ σκευάσθαι δ' εἰ ἢ ἴσον τοῦ ἦν τὸν εἶναι ἰδίον. καὶ ἦν τὸ μᾶλλον τοῦ μᾶλλον ἔσται ἰδίον, διὸν ἐπεὶ ἦν τὸν εἶναι ἰδίον.

Διον αἰσθητικῶν τὸ ἴδιον φέρεται, ἢ ἔστι τὸ ζῆν, ἢ δ' αἰσθητικῶν ἰδίον τὸ ἴδιον φέρεται, εἶναι δὲ ζῆν ἰδίον ἢ ζῆν.

LOCVS XLVIII.

71 Secundum autem destruēti quidem, si quod magis est, non est eius quod magis est, proprium. neque enim quod minus est, eius quod minus, erit proprium. ut quoniam magis est proprium animalis sentire, quam hominis scire, non est autem animalis proprium sentire, quare non erit hominis proprium scire. Construenti autem, si quod minus eius, quod minus, est proprium. nam & quod magis, eius quod magis, erit proprium, ut quia minus est hominis proprium, mansuetum natura quam animalis uiuere, est autem hominis proprium mansuetum natura, erit proprium animalis uiuere.

Hic est locus quadragesimus octauus, qui accipitur a magis et minus. est enim secundus locus in comparatione ad ea loca, quae sumuntur, a magis, et minus. et est quadragesimus octauus in comparatione ad ea loca, quae accipiuntur in uniuerso libro quinto, differt autem hic locus quadragesimus octauus a loco quadragesimo septimo, nam hic locus accipitur per comparationem duorum propriorum ad duo subiecta: locus uero quadragesimus septimus accipitur per comparationem unius proprii ad unum subiectum. Est igitur locus quadragesimus octauus, si duo propria comparantur ad duo subiecta secundum magis et minus, si quod magis uidetur esse propriū alicuius subiecti, non est eiusdem subiecti, nec quod minus uidetur esse proprium alterius subiecti, erit proprium illius subiecti, unde dicit, [Secundum autem,] subaudi considerandum est, [destruēti quidem, si] proprium, [quod magis est] proprium alicuius subiecti [non est eius] subiecti [proprium, quod magis est] id est, cuius magis est proprium, [neque enim] proprium [quod minus est, erit eius] subiecti [proprium, quod] id est, cuius, est [minus] proprium, et assignat exemplum, et dicit, [ut quia magis est proprium animalis sentire, quam hominis scire, non est autem animalis proprium sentire, quare non erit hominis proprium scire.] Ecce quomodo locus fit per comparationem duorum propriorum ad duo subiecta, comparatur enim sentire ad animal, et scire ad hominem. Sed occurret, quoniam Aristoteles postea asserit animalis proprium esse sentire: hic autem dicit animalis proprium non esse sentire. Dicendum huiusmodi exempla non pro ueritate posita esse, sed ex hypothesi, discendi causa. Veritas tamen est quot sentire sit animalis differentia, non proprium. Deinde assignat locum constructiuum, et dicit,

A [Construenti autem] subaudi considerandum est, [si] proprium [quod] alicuius subiecti est [minus eius] subiecti [quod est] id est, cuius est minus, est proprium, nam et proprium [quod magis eius] subiecti, [quod] id est, cuius [est magis, erit proprium] et assignat exemplum, et dicit, [ut quia minus est proprium hominis mansuetum natura, quam animalis uiuere, et autem hominis proprium mansuetum natura, erit proprium animalis uiuere,] per quae patent duae differentiae huius loci ad locum quadragesimum septimum, ut Alexander annotauit. Prima, quot in loco quadragesimo septimo comparatio erit unius ad unum, hic autem comparatio est duorum propriorum ad duo subiecta. Secunda, quot in loco quadragesimo septimo locus a magis, erat et destruēti, et constructiue. Hic autem locus a magis, destruēti, a minus autem, est constructiue. Quod uero ad exemplum attinet, scias exemplum huiusmodi non esse uerum, nec pro ueritate, sed ad discendum causa positum, non enim uiuere est animalis proprium, nisi secundum opinionem Platonis.

Τέταρτον δ' αἰσθητικῶν ἄλλοι, εἰ δὲ μᾶλλον εἶναι ἰδίον, μὴ εἶναι ἰδίον, οὐδὲ ἦν ἴσον εἶναι ἰδίον, ἔσται τούτῳ ἰδίον, εἰ δ' ἐκεῖνου εἶναι ἰδίον οὐκ ἔσται τούτῳ ἰδίον, διὸν ἐπεὶ τὸ κενὸν μᾶλλον ἢ ἐπιφανελέας τὸν σάματος εἶναι ἰδίον, οὐκ εἶναι ἢ ἐπιφανελέας ἰδίον, οὐκ ἂν εἶναι τοῦ σάματος ἰδίον, ἢ κενὸν ἀναδύσθαι, εἰ δὲ εἶναι ἢ ἐπιφανελέας ἰδίον οὐκ ἂν εἶναι τοῦ σάματος ἰδίον, κατὰ σκευάσθαι δὲ, ὁ πῦρ οὐκ ἔστι χηρόσιμος, ἀλλ' ἀνάσθαι γὰρ εἶναι ἢ αὐτὸ πᾶσι θάλασσιν ἰδίον εἶναι.

LOCVS XLIX.

72 Tertium uero, destruēti quidem, si cuius magis est proprium, non est, neque enim cuius est minus proprium, erit eius proprium. Si autem illius est proprium, non erit huius proprium, ut quia colorari magis superficiei quam corporis est proprium, non est autem superficiei proprium, non erit corporis proprium colorari, Si uero est superficiei proprium, non erit corporis proprium. Nam construenti hic locus non est utilis, impossibile enim est idem plurius proprium esse.

Hic locus est quadragesimus nonus in ordine ad numerum locorum totius libri, est tamen tertius eorum, qui sumuntur a magis et minus. et hic locus comparationē facit unius proprii ad duo subiecta, at primus faciebatur comparationem unius ad unum, et secundus duorum ad duo. Praeterea hic locus est tantum destruētius, quia si proprium cuius magis uidetur proprium, non est proprium, nec erit proprium eius, cuius minus uidetur pro-

prium. Locus enim a magis destruētius est, non autem destruētius, unde dicit, [tertiuero] considerandum est, [destruēti quidem, si cuius] subiecti proprium [magis est] id est, magis uidetur esse [acceptum enim ipsum est pro uidetur esse] [proprium non est: neque enim cuius est minus proprium, erit eius proprium.] Deinde ostendit quomodo constructiue non est utilis, et dicit, [si autem illius,] cuius magis uidetur esse proprium, [est proprium, non erit huius,] cuius minus uidetur esse proprium, [proprium.] Cuius exemplum assignat, et dicit, [ut quia colorari magis superficiei quam corporis est proprium,] id est uidetur esse proprium [non est autem superficiei proprium,] ideo [colorari non erit corporis proprium.] tunc per exemplum ostendit non esse huiusmodi locum utilem constructiue, et dicit, [si uero est superficiei proprium] subaudi ipsam colorari [non erit corporis proprium.] et assignat causam, et dicit, [nam constructiue hic locus non est utilis,] cuius rationem asserit et dicit, [impossibile enim est idem plurius proprium esse.] Verbum [nam] in graecis codicibus legitur de, hoc est, quidem, uerū Alexander legit in sua scriptura nam, quod mihi magis placet, quia Aristoteles hic uidetur assignare causam eius quod dixerat.

Τέταρτον δὲ αἰσθητικῶν ἄλλοι, εἰ δὲ μᾶλλον αὐτοῦ ἰδίον μὴ εἶναι ἰδίον, οὐδὲ γὰρ ἦν ἴσον αὐτοῦ ἰδίον, ἔσται ἰδίον, διὸν ἐπεὶ μᾶλλον εἶναι τοῦ ζῆν ἰδίον, ἢ αἰσθητικῶν ἢ κενὸν εἶναι δὲ τοῦ ζῆν ἢ αἰσθητικῶν ἰδίον, οὐκ ἂν εἶναι τὸ ζῆν ἢ αἰσθητικῶν ἰδίον, οὐκ ἂν εἶναι τὸ ζῆν ἢ κενὸν ἀναδύσθαι, εἰ δὲ εἶναι ἢ κενὸν αὐτοῦ ἰδίον εἶναι ἰδίον, καὶ ἦν ἢ μᾶλλον αὐτοῦ ἰδίον, ἔσται ἰδίον, διὸν ἐπεὶ ἦν τὸν εἶναι ἰδίον ἢ αἰσθητικῶν ἢ κενὸν ἀναδύσθαι ἢ ζῆν, εἶναι δὲ τοῦ ζῆν ἢ αἰσθητικῶν ἰδίον, εἶναι δὲ τοῦ ζῆν ἰδίον.

LOCVS L.

73 Quartum autem, destruēti quidem, si quod magis est, eius proprium, non est proprium, neque profecto quod minus est eius proprium, erit proprium. Ut quia magis propriū est animalis sensibile quam partibile, non est autem animalis sensibile proprium, quare non erit animalis partibile proprium. Construenti autē, si quod minus est eius proprium, est proprium. nam & quod magis est eius proprium, erit proprium, ut quia minus est animalis proprium sentire quam uiuere, est autē animalis proprium sentire, erit animalis proprium uiuere.

Hic locus in ordine ad loca totius libri est. quinquagesimus quartus autem per comparationem ad loca qua-

Sumuntur a magis, et minus. et accipitur a magis et minus per comparationem duorum propriorum ad unum subiectum, et destructiue, et constructiue.

LOCVS II.

74 Deinde ex his, quae similiter insunt, primum quidem destruenti, si quod similiter est proprium, non est proprium eius cuius similiter est proprium.

strueti vero, si quod similiter est proprium, eius est proprium, cuius est similiter proprium. nam & quod similiter est proprium, erit eius proprium, cuius similiter est proprium, vt quia similiter est proprium rationalis primum prudens, & concupiscibilis proprium primum temperans.

Cum assignasset loca ex his, quae insunt secundum magis et minus, struet ad ea quae insunt similiter, et sunt haec loca tria, de quibus in problematibus de accidentementionem fecit, quorum primum accipitur per comparationem duorum propriorum ad duo subiecta, et est constructiuis, et destructiuis.

LOCVS III.

75 Secundum autem, destruenti quidem, si quod similiter est proprium non est proprium eius, nam neque quod similiter est proprium, erit proprium eius. Vt quia similiter est proprium hominis videre & audire, non est autem hominis proprium videre, non vtique erit hominis proprium audire.

A rationalis potentie multa quasi propria assignantur, et potentia concupiscibili etiam, vt primum et principale proprium rationalis potentie est prudentia, et potentia concupiscibilis, temperantia.

Deinde dicitur quod quae destruenti sunt, si quod similiter est proprium, non est proprium eius, nam neque quod similiter est proprium, erit proprium eius, cuius similiter est proprium, vt quia similiter est proprium rationalis primum prudens, & concupiscibilis proprium primum temperans.

LOCVS III.

74 Deinde ex his, quae similiter insunt, primum quidem destruenti, si quod similiter est proprium, non est proprium eius, cuius similiter est proprium, vt quia similiter est proprium concupiscibilis concupiscere, & rationalis ratiocinari, non est autem proprium concupiscibilis concupiscere, non erit rationalis ratiocinari.

rum ad unum subiectum hoc pacto, si duo propria similiter comparantur ad unum subiectum, si alterum alterius non erit proprium, nec reliquum, reliquum erit proprium, et affert exemplum, et dicit, [ut quia similiter est proprium hominis videre et audire,] hoc est, quia videre et audire similiter insunt homini, non est autem hominis proprium videre, non utique erit hominis proprium audire.

LOCVS IIII.

n.iii

Hic est locus secundus eorum qui accipiuntur a simili, et quinquagesimus secundus, in ordine ad loca totius libri, qui accipitur per comparationem duorum propriorum ad unum subiectum, et est destructiuis, et constructiuis.



Ἐπειτ' ἀνασκηδάζοντα μὲν, ἐν ὑπερβολῇ τήθε κα δ' ἰδίον, οὐ γὰρ ἔσαι ἰδίον δ' κείμονον εἶναι ἰδίον, συμμειβόμενα γὰρ τοῖς οὐτως ἀποδιδέσθαι δ' ἰδίον, ἐν καὶ δὴ τὸν λόγον καὶ τὴν οὐσίαν ἀλλήλοισι, φθαρέντ' ὅ γὰρ τὸ πρῶτον ἔσαι, οὐδὲρ ἡπὸρ ἔσαι ὁ λόγος, τὸν γὰρ οὐτως τινὶ μάλα ὑπάρχει δέον, ἐν τῆς ἀποδοῖν τ' ὑπερβολῆς ἰδίον σῶμα δ' κουφότατον φθαρέντ' ὅ γὰρ τὸν ὑπερβολῆς, ἔσαι τὶ τὸν σῶμα τῶν, ὁ κουφότατον ἔσαι. ὡστ' οὐκ ἄρ' ἐν τῶν ὑπερβολῆς ἰδίον σῶμα δ' κουφότατον, κατασκηδάζοντα δέ, ἐν μὴ ὑπερβολῇ τήθε κα δ' ἰδίον, ἔσαι γὰρ ἡ τὸ τὸ καλῶς κείμονον δ' ἰδίον, δὲ ἔπειθ' ὁ δὲ ἀνθρώπου ἰδίον ζῶον ἡ μὲν φύσει, οὐχ ὑπερβολῇ ἀπέσῳκα δ' ἰδίον, ἐν ἡ τὸ τὸ καλῶς κείμονον δ' ἰδίον.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΤΕΜΠΤΟΥ Τῶν τοπικῶν.

LOCVS LV.

79 Deinde destruenti quidem, si per superabundantiam posuit proprium, nō enim erit proprium, quod positum est esse proprium. Accidit enim sic assignantibus proprium, nō de quo orationem, & nomen verificari, nam corrupta re, nihil minus erit oratio, eorum enim quæ sunt, alicui maxime inest, vt si quis assignet ignis proprium corpus leuissimum, corrupto enim igne, erit aliquod corporum, quod leuissimum erit. Quare non erit ignis proprium corpus leuissimum. Construenti autem, si nō per superabundantiam posuit proprium, erit enim secundum hoc bene positum proprium, vt quia qui posuit hominis proprium animal mansuetum natura, non per superabundantiam assignauit, proprium erit utique secundum hoc, & quantum spectat ad hanc conditionem [bene positum proprium.] Hæc sunt, quæ de locis proprii docuit Aristoteles, nam per hæc problema de proprio facile terminari potest.

Hic est locus quintus, qui accipitur ab excessu superlatiuo (quia ὑπερβολῇ græce, latine superabundantia, siue excessus superlatiuus dicitur) qui talis est, si proprium alicui assignatur per superabundantiam, hoc est per excessum superlatiuum, tale assignatum proprium non erit proprium. Subiecto enim cui assignatur, non existente, potest remanere proprium, & dicit, [De inde destruenti quidem.] subaudi considerandum est ad excessum superlatiuum, [si per superabundantiam posuit proprium, non enim] sic assignando [erit proprium, quod positum est esse proprium.] cuius causam exponit, & dicit, [accidit enim eis, qui sic assignant proprium, nō verificari & nomen] scilicet subiecti, [de quo] accidit uerificationem [orationem] id est proprium, intelligit enim per orationem, ipsum proprium: & per nomen, ipsum subiectum, cui assignatur. [nam corrupta re] hoc est subiecto, cui assignatum est proprium, [nihil minus erit oratio] scilicet proprium, quod assignatur. [eorum enim quæ sunt] hoc est, quæ remanent eo subiecto corrupto, cui assignatum est, [alicui maxime] hoc est, per superabundantiam [inest] & sic subiecto corrupto, remanebit proprium, non ergo erit proprium, cum sit conuertibile, & inseparabile à suo subiecto, & affert exemplum, & dicit, [ut si quis assignet ignis proprium, corpus leuissimum,] subaudi non bene assignauit, [corrupto enim igne, erit aliquod corpus, quod leuissimum erit] uidelicet aer. Inter corpora enim quæ remanent, aer erit leuissimus. [quare non erit proprium ignis corpus leuissimum.] & dicitur aer remanere leuissimus igne ipso corrupto, non quidem ut remaneat simpliciter leuis, non enim potest remanere leuissimus simpliciter, sed solum ad aquam, & ad terram. Sed remanet leuissimus secundum comparationem, quatenus remanet leuis, quo nihil est leuius, deinde tangit locū constructiuum, & dicit, [construenti autem] considerandum [si non per superabundantiam posuit proprium, erit enim secundum hoc] hoc est quo ad hanc conditionem [bene positum proprium.] Verum uero erit simpliciter proprium quo ad omnes conditiones, ex iis quæ superius diximus, perspicuum est. & affert exemplum, & dicit, [ut quia qui posuit hominis proprium, animal mansuetum natura, non per abundantiam assignauit, proprium erit utique secundum hoc,] & quantum spectat ad hanc conditionem [bene positum proprium.] Hæc sunt, quæ de locis proprii docuit Aristoteles, nam per hæc problema de proprio facile terminari potest.

FINIS QVINTI LIBRI.

ARISTOTE

ΛΟΥΣ ΤΟΠΙΚΩΝ ΕΚΤΟΝ.

Aristotelis Topicorum Liber Sextus,

cum eiusdem Augustini Niphi Medicis commentariis.

Τῆς δ' ἐπεὶ τὸς ὁρους πραγμάτων μέγιστην ἀντιθεσίν.

Εἰς autem negotii, quod est circa terminos, partes sunt quinque.



...m assignasset, ac docuisset terminare problemata quæ quærun de accidente, & de genere, & de proprio, nunc docet terminare problema, quod est de definitione: & primo præmittit proœmium, in quo tria facit. Primo enumerat modos, quibus interimitur definitio. Secundo, eligit de illis modis eos quos uult prosequi. Tertio, assignat modum procedendi. De prima parte dicit, [Eius autem negotii, quod est circa terminos] hoc est circa definitiones subaudi interimendas, [partes sunt quinque.] & per partes conditiones intelligit, quibus interimitur definitio, eis intentis, nec intelligit hic per conditiones, quibus interemptis definitio interimitur, omnes quibus definitio interimiri potest, quoniam longe plures quam quinque sunt. Sed intelligit partes at que conditiones præcipuas, quibus (ut Alexander inquit) argumentari possumus quæ assignata definitio non sit definitio aut non bene assignata.

2 Aut quia non est verum dicere de quo nomen, & orationem. Oportet enim hominis definitionem de omni homine verificari. Enumerat nunc partes illas quinque, quibus definitio assignata de aliquo, interimitur, & quia dixit eas esse quæque, nunc enumerat primam, & dicit, interimitur definitio de aliquo assignata [aut quia non est uerum dicere] subaudi [et orationem de quo] uerum est dicere prædicari [nomen,] quando enim oratio, i. definitio non prædicatur de quolibet contento sub specie, quæ intelligitur per nomen, tunc est prima pars, quæ interimitur definitio, cuius causam assignat, & dicit, [Oportet enim hominis definitionem de omni homine verificari.] & (ut Alexander inquit) tunc definitio non prædicatur de quolibet contento sub definito, cum non præcibus naturam defi-

3 Aut quia cum sit genus, non posuit in genere, vel non in proprio genere posuit. Oportet enim eum, qui definit, in genere ponentem differentias adiungere, nam maxime eorum quæ sunt in definitione, genus uideatur definiti substantiam significare.

4 Nunc assignat secundam partem earum, quibus definitio interimitur, & dicit, [aut quia cū sit genus] rei quæ definitur, speciem, quam definit, [non posuit in genere.] hoc est nō accepit genus in definitione, sub quo ponitur species, quæ definitur, & dicit, [aut quia cū sit genus,] quoniam non omne quod definitur, ponitur in genere, deus enim definitur ab Aristotele duodecimo libro Metaphysices, non tamen in eius definitione acceptum est genus, cum deus sit extra genus, propterea addit, eum sit genus, nam cum est genus, sub quo ponitur species, quæ definitur, & in definitione non ponitur tale genus, interimitur definitio. [uel] si posuit speciem in genere, & [nō in proprio genere posuit] sed uel in remoto, uel in analogo, etiam definitio interimitur, non enim acceptum est proprium genus, sed uel remotum, uel analogum, & propterea addit, [oportet enim eum qui definit, in genere ponentem] speciem ipsam quam definit [adiungere differentias,] quibus genus fiat proprium atque accommodatum speciei, alioquin definitio non esset assignata per propria, sed per quædam communia. Quod uero in definitione debeat accipi genus, cum uidelicet res quæ definitur sit in genere, Aristoteles probat, & dicit, [nam maxime eorum quæ sunt in definitione, genus uidetur definiti substantiam] atque essentiali [significare.] ergo cū species, quæ definitur, habuerit genus, oportebit in eius definitione accipi genus, alioquin prætermittetur id, quod uidetur speciei maxime substantiam significare. Iuniores nonnulli dixerunt, ideo genus maxime uideri si significare substantiam, quia indicat substantiam definiti, quæ est materia: differentia autem, substantiam definiti, quæ est forma, sed friuolum est hoc, nam forma est posterior substantia quam materia, propterea, ut ex his colligitur quæ Alexander dicit, ideo genus uidetur maxime substantiam speciei significare, quia secundum rem & modum significat essentiali rei, secundum rem quidem, quoniam est significans partem essentiali, secundum modum autem, quia prædicatur in eo quod quid est, at differentia li-

niti significat. Sed aliud quoddam, si enim animal rationale mortale definitio hominis est, debet & de omni homine prædicari, & intendit per id, de quo nomen prædicatur, id omne quod per nomen significatur, & per orationem intendit assignatam definitionem, quæ oratio quædam est. Hoc est igitur primum, quo interimitur definitio assignata.

Ἡ δ' ἀντιθεσίς γένους, οὐκ ἔδρακεν ἐπὶ γένους ἢ οὐκ εἰς δ' ὁμοῦ γένους ἔδρακεν. Δεῖ γὰρ τὸ ὄριον ζώου εἶναι δ' ἰδίον δέντα. τὰς διαφορὰς πρὸς σάπην, μάλα γὰρ τὸν ἐπὶ ὄρισμῳ, τὸ γὰρ ἰδίον δ' ἰδίον, ἐν τῶν ὄρισμῳ οὐσίαν σημαίνει.

3 Aut quia cum sit genus, non posuit in genere, vel non in proprio genere posuit. Oportet enim eum, qui definit, in genere ponentem differentias adiungere, nam maxime eorum quæ sunt in definitione, genus uideatur definiti substantiam significare.

Nunc assignat secundam partem earum, quibus definitio interimitur, & dicit, [aut quia cū sit genus] rei quæ definitur, speciem, quam definit, [non posuit in genere.] hoc est nō accepit genus in definitione, sub quo ponitur species, quæ definitur, & dicit, [aut quia cū sit genus,] quoniam non omne quod definitur, ponitur in genere, deus enim definitur ab Aristotele duodecimo libro Metaphysices, non tamen in eius definitione acceptum est genus, cum deus sit extra genus, propterea addit, eum sit genus, nam cum est genus, sub quo ponitur species, quæ definitur, & in definitione non ponitur tale genus, interimitur definitio. [uel] si posuit speciem in genere, & [nō in proprio genere posuit] sed uel in remoto, uel in analogo, etiam definitio interimitur, non enim acceptum est proprium genus, sed uel remotum, uel analogum, & propterea addit, [oportet enim eum qui definit, in genere ponentem] speciem ipsam quam definit [adiungere differentias,] quibus genus fiat proprium atque accommodatum speciei, alioquin definitio non esset assignata per propria, sed per quædam communia. Quod uero in definitione debeat accipi genus, cum uidelicet res quæ definitur sit in genere, Aristoteles probat, & dicit, [nam maxime eorum quæ sunt in definitione, genus uidetur definiti substantiam] atque essentiali [significare.] ergo cū species, quæ definitur, habuerit genus, oportebit in eius definitione accipi genus, alioquin prætermittetur id, quod uidetur speciei maxime substantiam significare. Iuniores nonnulli dixerunt, ideo genus maxime uideri si significare substantiam, quia indicat substantiam definiti, quæ est materia: differentia autem, substantiam definiti, quæ est forma, sed friuolum est hoc, nam forma est posterior substantia quam materia, propterea, ut ex his colligitur quæ Alexander dicit, ideo genus uidetur maxime substantiam speciei significare, quia secundum rem & modum significat essentiali rei, secundum rem quidem, quoniam est significans partem essentiali, secundum modum autem, quia prædicatur in eo quod quid est, at differentia li-



¶ cet secundum rem substantiam speciei significet, tamen predicatur per modum qualitatis, cum predicatur in qualitate. ergo genus maxime uidetur substantiam rei definitae significare. Præterea (ut Alexander inquit) primum genus, ideo substantiam monstrat, quia diuidit genus ab omnibus eis, quæ sunt alterius generis. est enim principium definitionis terminus. Differentie autem sunt similes extraneis, quæ sunt à latere, quæ con sanguinea sunt, uerum impossibile est speciem, quæ definitur, diuidere à con sanguineis, quæ extra naturam definiti sunt, nisi prius diuidatur à dissimilabilibus, quæ extra genus sunt, quod genus operatur, quare genus substantiam dicit.

ὅτι ἡ ὁ λόγος. Δὲ γὰρ ἡ ὁρισμὸς ἡ ὁρίσασθαι.

4 Aut quia non propria est definitio, oportet enim definitionem (quemadmodum & prius dictum est) propriam esse.

Hec est tertia pars earum, quibus interimitur definitio, unde dicit, [Aut quia] assignata definitio de specie, [non est propria, hoc est, conuertibilis cum specie. sicut si aliquis definiens hominem, diceret hominem esse animal pedestre bipes. hæc enim definitio non est propria hominis quoniam non conuertitur, oportet enim definitionem, quemadmodum & prius] scilicet libro quinto [dictum est, propriam esse,] hoc est conuertibilem cum re definita, quemadmodum & ipsum proprium.

καὶ ἀπὸ τῶν ὁρισμῶν ἡ ὁρισμὸς ἡ ὁρίσασθαι. καὶ ἡ ὁρίσασθαι ἡ ὁρίσασθαι. καὶ ἡ ὁρίσασθαι ἡ ὁρίσασθαι.

5 Aut si omnia quæ dicta sunt, faciens, non determinauit neque dixit quod quid erat esse ipsi definito.

I. Hic est quartus modus uel quarta pars earum, quibus definitio assignata interimitur, unde dicit, [Aut si omnia quæ dicta sunt faciens, non determinauit, neque dixit, quod quid erat esse ipsi definito.] Interimitur enim definitio, & si de quolibet predicetur de quo definitum: & si genus proprium & differentias addens, & conuertibilem cum definito assignans, non dixit quod quid erat esse, id est, non proprie assignauit definitionem, sed descriptionem. Quia enim definiens hominem dixit hominem esse animal recte ambulans, habens ungues largos, caluicium, uetris, omnia quidem obseruauit quæ diximus, non tamen definitionem fecit, sed descriptionem, accipiens accidentia, iccirco non manifestauit naturam definiti, nec quod quid erat esse illius.

λογοῦ δὲ τὰς τὰ ἐπισημασθῆναι, ἢ ὁρίσασθαι, καὶ ἡ ὁρίσασθαι.

6 Reliquum autem præter ea quæ dicta sunt, si definiuit quidem, sed tamen non bene definiuit.

Nunc ponit quintam partem earum, quibus interimitur definitio, & dicit, [Reliquum autem præter ea quæ dicta sunt, id est quintus modus interimitur præter hos quos diximus, est,] si definiuit quidem, hoc est si determinauit quod quid erat esse ipsi definito, [sed tamen non bene definiuit,] hoc est, sed tamen non bene determinauit ipsum quod quid erat esse rei quæ definitur, nam si non bene ipsum quod quid erat esse determinauit, interimitur definitio. Dicitur autem quod quid erat esse non bene determinatum (ut posterius dicit) quando definitio competit omni contento sub definito, & datur per proprium genus, & non per genus remotum, & est propria rei quæ definitur, & dicit quod quid erat esse definito, uerum tamen non datur per genus & differentias manifestiores definito. Sunt enim nonnullæ definitiones quæ quatuor primas partes habent, sed quoniam generaliter obscurum, atque confusum intellectum eius rei quæ definitur, dicuntur non bene assignatæ, dicitur etiam non bene assignatæ definitiones alio modo (ut posterius dicit) sed nunc satis. Alexander uero asserit tunc definitionem non esse bene assignatam, si non fuerit peculiaris rei, & si per peculiarem intelligit propriam, sic hæc quinta pars coincidet cum tertia parte. Sin autem per peculiarem, intelligit claram & manifestam, sic erit quintus modus interimitur. Interimitur enim definitio, si non fuerit peculiaris rei, hoc est, si non fuerit manifesta de re, uerum de his postea. & per has quinque partes, non partes integrales definitiones intelligit, sed modos, uel loca, quibus assignata definitio interimitur, ut per seriem uerborum perspicuum est. Dubitaret forte quispiam, quia primus modus uidetur coincidere cum tertio. est enim primus modus interimitur, cum assignata definitio non competit ulli contentio sub definito. Hoc autem dicere est quod non conuertitur cum definito, at hic fuit tertius modus interimitur, diximus enim tertio modo interimitur assignatam definitionem, cum non fuerit propria definitio: & per propriam omnes intellexerunt conuertibilem, & sic tertius modus cum primo coincidere uidetur.

Forasse primus & tertius modus non differunt quo ad rem ipsam, sed quo ad formam interimitur: nam alia uerborum forma traditur primus, & alia tertius interimitur modus. Quo uero ad rem ipsam, unus est modus interimitur, eo quia per utrosque assignata definitio interimitur, quia non conuertitur cum definito, aut melius dici potest, tertium modum differre à primo, quia primus est ex eo quia definitum se habet in plus, quam assignata definitio, quoniam competit aliquibus, quibus non competit definitio, tertius uero ex eo, quia definitio ipsa se habet in plus quam definitum, quoniam competit definitioni ipsa aliquibus, quibus non competit definitum. & sic differunt tales duo interimitur modi.

Εἰ μὴ δὲ μὴ ἀληθῆς καὶ δὴ τοῦτο μὲν ὁ λόγος. ἐκ τῶν ἡρώδης δὲ συμπερικῶς τὸ πῶς ἐπισημασθῆναι. καὶ γὰρ ἐκ τῶν ὁρισμῶν ἡ ὁρίσασθαι ἡ ὁρίσασθαι. καὶ ἡ ὁρίσασθαι ἡ ὁρίσασθαι. καὶ ἡ ὁρίσασθαι ἡ ὁρίσασθαι.

Α. λογοῦ δὲ τὰς τὰ ἐπισημασθῆναι, ἢ ὁρίσασθαι, καὶ ἡ ὁρίσασθαι.

7 Si igitur non verificatur de quo nomen, & oratio, ex iis quæ dicta sunt in accidente locis, considerandum, nam & illic utrum uerum uel non uerum, omnis consideratio fit. Quando enim quoniam inest accidens disputamus, quoniam uerum est dicimus. Quando aut quoniam non inest, quoniam non uerum. Sin uero non in proprio genere posuit, aut si non propria est assignata oratio, ex iis quæ sunt ad genus & proprium, dictis locis perspicendum. Reliquum uero si non definiuit, aut si non bene definiuit, aliquo modo aggrediendum dicere.

Cum enumerasset quinque partes, siue quinque modos interimitur definitiones, id est quinque peccata, quibus error committitur circa definitiones, nunc aggreditur secundam partem proœmii, in quo declarat quæ eorum sunt relinquenda tanquam declarata, & quæ pertractanda, & uult tria prima peccata ex locis, quæ de accidente, & de genere, & de proprio, esse exquirēda. ultima uero duo indigere locis propriis, quæ in presenti libro sexto pertractabit, unde dicit, [Si igitur non verificatur de quo nomen & oratio] quod fuit primum peccatum, id est si nullo modo inuit rei definitæ assignata definitio, ex iis locis considerandum quæ dicta sunt in accidente, nam per uerificari definitionem de eo de quo uerum est dicere definitum, intelligimus definitionem in esse rei quæ definitur, & hoc exponit, & dicit, [nam & illic, id est libro secundo, in quo egit loca de accidente, utrum uerum uel non uerum, omnis consideratio fit.] Quod iterum declarat, & dicit, [quando enim quoniam inest accidens, disputamus, quoniam] accidens inesse subiecto uerum est, dicimus: quando autem quoniam non inest] disputamus, dicimus [quoniam non uerum] est accidens inesse subiecto, ergo idem est uerificari definitionem de quo uerificatur nomen, & definitionem inesse rei quæ definitur. Similiter idem est definitionem non uerificari de quo nomen uerificatur, & definitionem non inesse rei, quæ definitur. Quare omnia loca quæ ualent ad inesse ualent ad primum eorum quæ dicta sunt, igitur pro prima parte non oportet ponere loca propria, quoniam satis explicata sunt secundo libro, ubi exposita sunt loca quibus declaratur aliquid inesse, uel non inesse alicui. Deinde declarat, quod nec pro secunda nec pro tertia parte oportet ponere loca propria, quoniam sufficiunt ea loca, quæ fuerunt tradita tertio libro de genere, & dicit, [Sin uero non in proprio genere posuit] id est, sin uero in definitione non sit acceptum proprium genus rei definitæ, aut si non propria] id est, non conuertibilis est

assignata oratio] hoc est definitio, [ex iis locis dictis ad genus] libro tertio [et] dictis ad proprium] libro quarto, [perspicendum.] nam per loca de genere, habetur genus proprium, quod debet poni in definitione: & per loca de proprio habetur quæ definitio est propria, & quæ non, ergo pro tribus primis partibus non oportet loca propria constituere. Deinde declarat quæ eorum uult pertractare, & de quibus uult propria loca constituere, & dicit, [Reliquum uero si non definiuit, aut si non bene definiuit, aliquo modo aggrediendum dicere.] De his enim duobus propria loca constituenda sunt in hoc libro sexto. Quia igitur prima pars fit per loca quæ sunt ad accidens, & secunda per loca quæ sunt ad genus, & tertia per loca quæ sunt ad proprium, restat ponere loca quarta & quinta partis. Sed uidetur Aristoteles mancus, quoniam adhuc de definitione queruntur quedam alia præter hæc. Queritur enim quæ sit natura definitionis, insuper utrum sint plura genera accipienda in definitione, una autem differentia, an e conuerso. Et tertio queritur quorum est definitio, utrum scilicet substantiæ, an & accidentium: ergo uidetur Aristoteles mancus, cum prætermittat quedam quæ de definitione queruntur. Ad hæc de definitione queritur, si definitio colligatur per demonstrationem, an per diuisionem & compositionem. Alexander responsum inuit, asserit enim tria prima quæ sita ad metaphysicum pertinent, non autem ad Topicum qui non agit nisi de prædicatis problematicis. Quartum uero ad secundum librum posteriorum, ubi agitur de medio demonstrationis. Quæ requæ sita propria huic libro sunt, si assignata definitio de aliquo est eius definitio, uel non est, & si assignata definitio est bene assignata, uel non bene. Hæc enim hic pertractabuntur, quoniam ad rationem prædicatorum problematicorum pertinent.

περὶ τὸ μὴ ὁρίσασθαι τὸ ὁρίσασθαι, καὶ ἡ ὁρίσασθαι. καὶ ἡ ὁρίσασθαι ἡ ὁρίσασθαι. καὶ ἡ ὁρίσασθαι ἡ ὁρίσασθαι.

8 Primum igitur inspiciendum, si non bene definiuit, Facilius est enim quodlibet fecisse quam bene fecisse. Manifestum igitur, quoniam peccatum circa hoc plusculum, eo quod laboriosius. Quare argumentatio facilior circa hoc, quam quæ circa illud fit.

Cum declarasset duo esse, de quibus propria loca oportet tradere, utrum definiuit, & utrum bene definiuit, nunc assignat ordinem procedendi circa hæc, quæ est tertia pars proœmii, & dicit, [Primum igitur inspiciendum, si non bene definiuit,] & secundo loco si definiuit, hic est ordo procedendi. Deinde assignat rationem ordinis, & dicit, [Facilius est enim quodlibet] id est quodlibet rem simpliciter fecisse, quam bene fecisse. [simpliciter enim facere facilius est quam bene facere. Et quæ facere sit facere.]



tingit eum increpare, ostendendo quod definitio assignata non modo non sit bona, sed quod nec definitio, tunc enim possibile erit demonstrare quod non sit definitio, eo quod non omnibus congruit, quæ nomen significat.

Sed dices, si definiens noverit multipliciter, utrum contingat eum increpare. Respondet et dicit, Contingit etiam et eum, scilicet opponentem qui dividit nomen rei quæ definitur, multipliciter existere nota quoties dicitur id, quod in definitione assignatum est, id est, quoties assignatur ipsa definitio de tali multipliciter dicto noto, syllogismum elenchum facere contra definitionem, quo probabit non modo non esse bonam, sed nec esse definitionem. Nam si secundum nullum modorum, id est, si secundum nullum significatorum, sufficiens dicitur est, hoc est, sufficienter assignata est definitio, manifestum quoniam non definiuit illo modo, et sic non modo non erit bona, verum etiam nec definitio, quare siue sit nota multipliciter, siue non, semper argumentum stabit, quod non sit definitio, oportet autem argumentationem facere hoc pacto, definitio canis, nec stelle competit, nec marino pisci, nec animali terrestri, ergo non modo non bene definiti, sed simpliciter non definiti.

Αλλος ει κη μεταφορα ειρικειν διορ ει τω ειωσι μλω, μεταποτωρ, η πλω γρη ωδινω, η τω σω φροσινω, συμφωνια, ωαρ δ εα φες δ κη μεταφορα λε γο μωορ, εφδ εχεται δε κη τω μεταφορα ειωδοντα, συκαφαντ ερ ως δε κυριως ειρικητα, ου γαρ εφασμοσε δ λεχδεις ερ φ. διορ ωωδ η σωφροσινω, ωασα γη συμφωνια εφ φθόγ γοις, ελ ει γειφ η συμφωνια εφδ σωφροσινω, εφδ δωο γνεσερ εσα ταυτορ, ου περιεχουσι αλληλα, ουτε γαρ η συμφωνια πλω αρετιω, εφδ η αρετη πλω συμφωνια περιεχε.

TERTIVS LOCVS OBSCVRITATIS.

13 Alius, si secundum metaphoram dixit, ut scientiam in deciduam, aut terram nutricem, aut temperantiam consonantiam, Nam omne obscurum, quod secundum metaphoram dicitur. Contingit autem & metaphoram loquentem calumniari, tanquam non proprie dicentem. Non enim congruet dicta definitio, ut in temperantia, omnis enim consonantia in sonis. Insuper si est genus consonantia temperantia, in duobus generibus erit idem non continentibus se inuicem. Neque enim consonantia virtutem, neque virtus continet consonantiam.

Hic est tertius locus obscuritatis, qui accipitur a metaphoram accepta in definitione, qui talis est, si aliquis in sua

definitione utatur aliquo nomine secundum metaphoram dicto, non bene definit, unde dicit Alius, si secundum metaphoram dixit, hoc est, tertius locus obscuritatis est, si accipit aliquod nomen, scilicet generis, uel speciei, in definitione, secundum metaphoram, hoc est, secundum translationem. Est autem metaphoram (ut Alexander inquit,) quando aliquod nomen de aliquo proprie dicitur, de altero autem non proprie, sed per quandam comparationem, ut ridere proprie dicitur de homine, qui os dilatat, traslatite uero ac improprie de prato, cum aperire folia incipit. Deinde affert exempla, et dicit, ut subaudi si dixit, scientiam in deciduam, aut terram nutricem, aut temperantiam consonantiam. Dicitur enim scientia in decidua, siue immutabilis, traslatite, nam proprie (ut Alexander inquit) in deciduum, et immutabile, de corporibus dicitur, quæ per uim non mutantur, per comparationem uero de scientia, quatenus quod semel scitur, non potest aliter se habere. Terra etiam dicitur traslatite alitrix, proprie enim alitrix dicitur mater, quæ filios alit, ac nutrit, traslatite terra, quatenus ex terra omnium uiuentium nutrimentum accipitur. Insuper temperantia traslatite dicitur consonantia, proprie autem consonantia dicitur de sonis proportionis rationem habentibus, quatenus uero in ipsa temperantia actiones sunt commensurate ratione, consonantia dicitur de temperantia. Ex his colligi solent tres definitiones, prima est scientia, quod sit qualitas in decidua. Secunda est terra, quod sit nutritrix omnium uiuentium, tertia est temperantia, quod sit consonantia appetitionum. Vbi patet in definitione traslatite scientia, nomen in decidua accipi loco differentie. In definitione terra, nomen nutritrix accipi loco generis, in definitione autem temperantia, nomen consonantia accipi loco generis. Quare ratio docet has definitiones non esse bene assignatas, quia omnes sunt obscuræ, et hoc probat, et dicit, Nam omne quod dicitur secundum metaphoram, est obscurum, quod enim secundum metaphoram dicitur, incertum est, quia nescitur qua similitudine transferatur. Secundo idem probat argumentum sumpto a calumnia, et dicit, Contingit autem & metaphoram loquentem calumniari, hoc est, redargui tanquam non proprie dicentem, hoc est, quia non proprie loquitur, non enim secundum uim nominum dicta definitio congruet, proprie ipsi definito, sed traslatite. Quod autem contingit redargui, aut falsum, aut obscurum est. Quare traslatite definitio obscura est, ut in ipsa temperantia, cui dicitur quod sit consonantia, non enim proprie temperantia est consonantia. Omnis enim consonantia in sonis, ut diximus. Tertio idem probat ex eo, quia si genus quod ponitur in definitione traslatite, esset uere genus, tunc eadem species esset in diuersis generibus non subalternatim positis, unde dicit, Insuper si consonantia est uere genus temperantia, idem hoc est, eadem species erit in duobus generibus non continentibus se inuicem, probatur, quoniam temperantia erit in uirtute, et in consonantia, quæ sunt duo genera diuersa, quoniam neque consonantia continet uirtutem, neque uirtus continet consonantiam, et sicut dico de consonantia, ita ipse intelligit de omni nomine, quod in definitionibus est traslatituum genus. Quod uero nec consonantia continet uirtutem, nec e conuerso uirtus consonan-

Atiam, declarat Alexander, quia uirtutis generalissimum est qualitas, consonantie uero ad aliquid.

Ελ ει μη κερυδινος δνομασι χρεται. διορ πλε τωρ δφροσκιωρ τωρ δφθαλμορ, η ε φαλαγγιορ, εφδ φδ ακες, η τωρ μωλορ, δεσο γνεες. ωαρ γαρ εσα φες ε μη ειωδός.

QUARTVS OBSCVRITATIS LOCVS.

14 Præterea si non positus nominibus utitur, ut Plato ciliumbre oculum, aut araneum putrimordax, aut medullam ofsigonium. Nam omne obscurum, quod insuetum est.

Hic est quartus locus obscuritatis, qui accipitur ab in consuetudine nominum, et dicit, Præterea, si non positus nominibus, quis definiens in definitionibus utitur, et per non posita nomina (ut quidam aiunt) non imposita, sed in nouata nomina intelligit, quo modo Plato in nouatis uocabulis a se, in definitionibus uti solebat. Alexander per non posita nomina, insueta intellexit, quibus poetae solent uti, et hoc pacto Aristoteles intelligit, licet ante expositiones in idem incidat. Deinde affert exempla, et dicit, ut Plato definiens oculum, dixit [oculum] esse [δφροσκιωρ], quod, si latinus permitteret sermo, diceretur ciliumbre, quod cilium umbram faciat in oculo, quasi dicat oculum esse cilio umbratum, et definiens φαλαγγιον, dixit phalangion esse φαλαγγια, hoc est, ut ita dixerim, putrimordax. Et per phalangion non intelligit puluerem corrosiuum, qui putredinem corrodit, ut Albertus ipse putauit, sed araneum, qui putridis rebus morsus infigit. Et definiens medullam, dixit medullam esse δεσο γνεες, hoc est, ut ita dixerim, ofsigonium, hoc est, ofsigium generatiuum. Quod uero non bene diffiniuntur hæc, probat Aristoteles, et dicit, Nam omne quod est insuetum, est obscurum, hoc est, omnis dictio insueta obscuritatem generat in definitionibus.

Ενω δ ουτε καδ δμωνιμια, ουτε κη μεταφορα, ουτε κριως ερωτη. διορ δ νομω μετρορ η εκωρ τωρ φησα δμοιωρ. εσα δε τα τωαυτα, χερα εφ μεταφορα, η γαρ μεταφορα, ωοιε τωρ γωοριμορ δ σμμανωμορ, δα πλω δμοιόηητα. πάντες γαρ οι μεταφροντες, κατὰ τινά δμοιότητα μεταφροσι. ε δε τωις τωρ, ου ωοιε γωοριμορ, ου γαρ η δμοιότης υπάρχη, καδ ηρ μέτρορ η εκωρ δ νομω δδρη, ουτε κυριως εωδτε λεγεσθαι. ωστε ει κη κυριως μετρορ η εκωρα τωρ νόμορ φησιν ειναι, φεδεται, εκωρ γαρ δδρη ου η γνεσις δα μιμείωση. τοπο δ ουχ υπάρχη εφ νόμορ. ει δε μη κυριως, δηλορ δα εσα φες ειρικη κη εσορ οποιουω τωρ κη μεταφοραρ λεγωωωρ.

15 Quædam autem neque secundum æquiuocationem, neque secundum metaphoram, neque proprie dicuntur, ut lex, mensura vel imago eo-

rum, quæ natura iusta sunt. Sunt autem huiusmodi deteriora metaphoram. Nam metaphoram facit quodam modo notum, quod assignatum est per similitudinem. Omnes enim metaphoram vtentes, secundum aliquam similitudinem ea vtuntur. At quod tale est, non facit notum. Nam neque similitudo est, secundum quam mensura vel imago lex est, neque proprie solet dici. Quapropter si proprie mensuram, vel imaginem legem dicit esse, mentitur. Imago enim id est, cuius generatio per imitationem est. Hoc autem non inest legi, si autem non proprie, manifestum quoniam obscure dixit, atque deterius quolibet eorum quæ secundum metaphoram dicuntur.

Quoniam insuetum bifariam dicitur, aut per insueta uocabula, et in nouata: aut per sueta et antiqua uocabula, sed per insuetum modum dicendi, qui dicit oculum esse ciliumbre, per in nouatum et insuetum uocabulum oculum definit. At qui dicit legem esse mensuram eorum, quæ natura iusta sunt, per assuetum uocabulum definit, nulla enim dictio est in definitione, quæ sit in nouata, et insueta, definit tamen per insuetum modum dicendi, ut patet. Aristoteles ergo nunc uult ostendere quod qui definit per uocabula assueta, per modum tamen insuetum, hic deterius ceteris definit. Et primo proponit nonnulla esse, quæ neque per æquiuocationem, neque per metaphoram, neque proprie dicuntur, sed insueta per modum dicendi, et dicit, Quædam autem sunt causæ obscuritatis in definiendo, quæ neque secundum æquiuocationem, neque secundum metaphoram, neque proprie dicuntur, neque subaudi insueta secundum uocabula, sed insueta secundum modum dicendi. Et exponit per exemplum, quæ sunt hæc insueta secundum modum dicendi, et dicit, ut lex, mensura uel imago eorum, quæ natura iusta sunt, hæc enim non sunt insueta propter uocabula, nam mensuralis imago, non sunt nomina ficta, in nouata, et insueta, sed quia non sunt in usu ad eum modum, quo intelligit ille qui legem definit, dicuntur insueta secundum modum dicendi. Deinde declarat hæc, quæ secundum modum dicendi in sueta sunt, esse deteriora atque ineptiora ad definiendum, quam sint ea, quæ sunt secundum metaphoram, et ita uidetur comparare insueta secundum modum dicendi ad ea, quæ dicuntur secundum metaphoram, et dicit, Sunt autem huiusmodi, scilicet quæ dicuntur in consuetum secundum modum dicendi, [deteriora] ad definiendum us, quæ dicuntur [metaphora]. Et hoc probat, et dicit, Nam metaphoram facit quodam modo notum, quod assignatum est, et definitum [per similitudinem], a qua derivatur metaphoram. [at quod tale est] id est, insuetum





G Cuius causam assignat, et dicit [Ablato enim illo] pro-  
prio et reliqua definitio propria est, et indicat substan-  
tiam. [Addidit autem] et indicat substantiam, quia non  
sufficit ut definitio sit propria. Sic enim omnis oratio que  
conuertitur cum aliquo, esset illius definitio, sed oportet  
ut conuertatur, et indicet substantiam rei. Tunc ponit  
exemplum, et dicit, [Ut in hominis oratione] que est  
animal rationale mortale, [scientie susceptuum] appositum  
quod est hominis proprium, superfluum est. [Etenim  
eo ablato, reliqua oratio propria est, et indicat sub-  
stantiam] hominis, ergo superfluum. Quod uero ad uer-  
ba attinet, cum Aristoteles dicit, [si est quidem proprium] per  
proprium Alex. intelligit proprium definitionis, quasi dicat,  
si in definitione alicuius additur proprium definitionis,  
non bene assignatur definitio. ego uero proprium intelli-  
go rei que definitur, et hoc demonstrat exemplum,  
quod accepit de hominis definitione, scientie enim susceptuum,  
est hominis proprium, et non definitionis hominis.

Α πλωσ δ' ἐπιτῆρ, ἀπαρ πρὸς ὅσον. οὐ ἀφορε-  
θεύτῃ, εἰς λοιπὸν διλογίᾳ ποιεῖ εἰς ὁμιλίαν. τοῦ  
οὐτῷ δὲ ἡμεῖς δ' οὐκ ἔστιν ἄλλο. εἰς ἀριθμὸν δ' αὐ-  
τὸς αὐτοῦ κινῆται. καὶ γὰρ τὸ αὐτὸ κινῶν. ἡμε-  
ρῶν. καὶ δὲ πρὸς πλάτων ὡς ἴσως. ἢ ἰδιῶν ἢ ἑξῆς.  
τὸ ἐρημιῶν. οὐ δὲ λαοὶ δὲ πῶν ὑστερᾷ ἀφορεθεύ-  
τῃ τῷ ἀριθμῷ. ποτέρως μὲν οὐκ ἔστι, καὶ  
λαοὶ δ' ἀσφαλιστά.

20 Simpliciter autem dicendo, om-  
ne superfluum, quo ablato reliquum  
manifestum facit id quod definitur.  
Talis autem est & animæ terminus,  
si est numerus ipse seipsum mouens.  
Etenim quod seipsum mouet, est a-  
nima, ceu Plato definit. an proprium  
quidem est, quod dicitur, non tamē  
indicat substantiam interempto nu-  
mero. Vtrouis igitur modo se habe-  
at, difficile est explicare.

Cum assignasset locum, qui accipitur ab additio-  
ne proprii, nunc ponit locum præceptum uniuersalem  
quo potest cognosci id, quod in definitionibus rerum est  
superfluum, et dicit, [Simpliciter autem,] hoc est, u-  
niuersaliter [dicendo, omne] illud in definitionibus  
est [superfluum, quo ablato, reliquum manifestum fa-  
cit.] sufficienter [id, quod definitur.] addidit ego suf-  
ficienter, quia sic intelligit Aristoteles, remoto enim ge-  
nere, differentia manifestat definitum, non tamen sola dif-  
ferentia est definitio, quia dempto genere, differentia  
non sufficienter manifestat definitum. Similiter dempta  
differentia, genus manifestat definitum, non tamen so-  
lum genus est definitio, quia non sufficienter manife-  
stat definitum. Quare omne illud erit superfluum in  
definitionibus, quo ablato, & reliquo sufficienter ma-  
nifestatur substantia definiti. Tunc ex hoc obiter de-  
clarat qualis est definitio animæ, que datur a philoso-  
phis antiquis, cum dicitur, anima est numerus seipsum

mouens, et dicit, [Talis autem est et anima termini = K  
nus] scilicet habens aliquid superfluum [si] anima est  
numerus ipse seipsum mouens. ] nam numerus super-  
flue accipitur in hac definitione, quod probat auctori-  
tate Platonis, et dicit, [Etenim quod seipsum mouet,  
est anima, ceu Plato definit] in Phædone. Plato enim  
in Phædone definiens animam dicit, anima est id, quod  
seipsum mouet, ubi non posuit numerum, et tamen ex-  
planauit substantiam animæ, ergo superfluum nume-  
rus in definitione animæ, quam tradiderunt veteres phi-  
losophi. Deinde defendendo definitionem animæ tra-  
ditam ab antiquis, et Xenocratem, cum oportet ad-  
dere numerum tanquam genus animæ. Quare licet  
definitio Platonis in Phædone, que non accipit nume-  
rum, sit propria animæ, non tamen indicat substantiam  
animæ, quia non accipit numerum, qui est genus ani-  
mæ, a quo manifestatur maxime substantia animæ. Et  
ita definitio Platonis in Phædone, non erit definitio, sed  
propriū, quia non manifestat substantiam rei, unde licet  
omnis definitio sit proprium, non tamen omne proprium  
est definitio, quare licet Platonis oratio, quam assignat de  
anima, sit proprium animæ, non tamen est definitio, quo-  
niam propter carentiam generis, non declarat substan-  
tiam animæ, tunc quasi se excusando ab ulteriori decla-  
ratione, dicit, [Vtrouis igitur modo se habeat] id est,  
quoniam uero modo se habeat, utrum uidelicet genus est  
animæ numerus an non, et utrum ablato numero, quod  
remanet, definitio est animæ, an proprium, [difficile est  
explicare,] nam quæstio hæc maioris considerationis,  
quam dialectices sunt. Quidam uerbū illud [utrouis igitur  
modo] intellexerunt, utrum residuum indicet substan-  
tiam animæ, uel non indicet, sed accidentarium sit, et u-  
trum numerus sit superfluum, an non, difficile est ut hu-  
iusmodi oratio explicet, et clarum faciat quid est ani-  
ma, et certe hæc expositio non uidetur ad propositum,  
cum non respondeat uerbis, nec eis que prius dixit. A-  
lii intellexerunt [utrouis igitur modo] utrum illud quod  
remanet dempto numero, sit proprium, uel definitio, dif-  
ficile est assignare: quia quæstio difficillima est utrum a-  
nima sit composita ex numeris, an non, et minime hæc ex-  
positio est cōsona uerbis, aut iis que superius dixit, ut cō-  
sideranti patet. Alii autem exposerunt, [utrouis igitur  
modo,] scilicet, utrum numerus dicat quid est esse ipsius  
animæ, an non, difficile est explanare. Alexander autem,  
cui credendum est, exponit, ut diximus, [utrouis igitur  
modo,] id est, quoniam igitur modo se habeat, utrum ge-  
nus est animæ numerus, an non: et utrū ablato numero,  
quod remanet, definitio est animæ, an proprium, difficile  
est explicare in hoc libro, cum sit altioris contemplatio-  
nis. Hæc enim expositio est cōsona uerbis (ut patet) ex  
iis que prius dixit.

A χρῆσιον ἀπὸ τῶν ἐπιτῆρ τῶν πρὸς τὸν πρὸς τὸν  
συμπερομ. ὅσον δὲ τὸ φλέγμα τῷ ὄρῳ, ἡ γὰρ  
πρὸς τὸν ἀπὸ τῶν φλέγων ἀπὸ τῶν φλέγων. ἐν γὰρ τῷ πρὸς τὸν  
οὐ πολλὰ ἀπὸ τῶν φλέγων ὅ ἀπὸ τῶν φλέγων  
νομ. ἡ γὰρ γὰρ τῶν φλέγων ἀπὸ τῶν φλέγων, ὅ  
λοιπὸν εἶ-  
σαι ἰσχυρῶς λόγῳ. οὐ γὰρ ἄλλο ἔστιν ἀπὸ τῶν  
φλέγων ἡ γὰρ τῶν φλέγων ἀπὸ τῶν φλέγων, ἢ  
οὐκ ἀπὸ τῶν φλέγων ἀπὸ τῶν φλέγων, ἀλλὰ  
τῶν φλέγων ἀπὸ τῶν φλέγων, ὅσον τῶν φλέγων  
τῶν φλέγων ἐκείνων μὲν γὰρ ἰσχυρῶς, οὐκ ἄλλο  
εἶναι ὅ λόγῳ, ἔπειτα μὴ τῶν φλέγων πρὸς τὸν ὄρῳ.

21 Vtredum autem in omnibus ta-  
libus ad id quod expedit, ut est phle-  
gmatis terminus, humidum primū  
a cibo, indigestum. Vnum enim pri-  
mum non multa, quare superfluum  
indigestum appositum. Etenim hoc  
ablato, reliqua erit propria definitio  
Nō enī cōtingit a cibo & hoc quid,  
& aliud quoddam primum esse. An  
non simpliciter a cibo phlegma, sed  
indigestorum primum. Quare addē-  
dum est indigestum. Nam illo qui-  
dem modo dicta, non vera erit de-  
finitio, siquidem non omnium pri-  
mum est.  
Alexander refert hæc uerba ad numerum, nam cum  
disputasset utrum numerus debeat poni in definitionibus  
animæ, nunc Aristoteles demonstrat quomodo numerus  
debet poni in definitionibus animæ, et dicit, [Vtredum au-  
tem in omnibus,] scilicet definitionibus animæ, [talibus] qua-  
lia sunt numerus, quasi dicat esse utendum numero in om-  
nibus definitionibus animæ, non simpliciter, sed [ad id,  
quod expedit,] hoc est, sed, ut nobis est utique. Est autem uti-  
le uti numero in definitionibus animæ, (ut Alexander in-  
quit) quatenus accipitur ut genus animæ. Quare uten-  
dum est numero in definitionibus animæ pro genere, reli-  
quum uero seipsum mouens pro differentia. Alii expo-  
nunt sic, utendum autem in omnibus, [scilicet definitio-  
nibus] talibus, [scilicet superfluis, non omni pacto, sed] ad  
id, quod expedit, [hoc est,] sed, ut sunt utilia. Nam licet su-  
perflua non debeant poni in definitionibus, tamen aliqui  
expedit uti illis, saltem loco generum, ut de numero dictū  
est, qui licet non proprie sit genus, tamen accipitur loco  
generis. Deinde assignat secundum exemplum priori ex-  
emplo simile, de quo etiam disputat, ut fecit in exemplo  
definitionis animæ, et primo ponit exemplum, deinde du-  
bitat de eo. Quæ autem ad primam partem, dicit, [ut est  
phlegmatis terminus] ac definitio, [humidum primum a  
cibo indigestum.] Videtur enim in hac definitione uerbū  
indigestum superfluum, quoniam inter omnia humida,  
phlegma solū uidetur primum ortum a cibo. Non enim  
pōt a cibo plura humida prima oriri, sed solū phlegma  
uidetur primum humidū, quod oritur a cibo. Si enim plu-  
ra prima humida possent oriri a cibo, recte poneretur

indigestum, quia poneretur ut contrahens ipsum humi-  
dum primum ad phlegma, quod est primum humidum  
non simpliciter, sed primum humidum indigestū. Sed quæ  
primum humidum nō est nisi unū, quod oritur a cibo, et  
illud est solum phlegma, ergo pro definitione phlegma-  
tis satis est dicere humidum primum, eo quia inter omnia  
humida solum phlegma est primum, unde dicit, [unum  
enim primum humidum, quod oritur a cibo, et illud est  
phlegma, non multa,] et cum non sint multa prima, ip-  
sum primum non erit quid commune contrahibile per ip-  
sum indigestum, quare superfluum indigestum appositum  
in definitione phlegmatis. Etenim hoc ablato, restat  
qua erit propria definitio, non enim contingit a cibo, et  
hoc quid, [scilicet phlegma,] et aliud quoddam primum  
esse, ita ut sint plura prima que a cibo oriuntur, et cū  
non sint plura prima, non erit ipsum primum commu-  
ne, at que contrahibile per ipsum indigestum. Quare o-  
tiose additur ipsum indigestum in definitione phlegma-  
tis. Deinde defendit supra dictam definitionem, quasi du-  
bitando de ea, et supponit a cibo uia indigestionis posse  
oriri plura indigesta, ut sanguis, qui fit ab indigestione,  
ciboque humefacto, ut melancholia, ueluti cum sit succus  
acetosus in stomacho: ut cholera etiam que etiam uia in-  
digestionis aliquando generatur, uerum omnium istorum  
humidorum, que uia indigestionis a cibo fiunt, phlegma  
est primum indigestum, nō ergo frustra ponitur in  
definitione phlegmatis indigestū, ponitur enī ut contrahēs  
humidū, quia licet phlegma nō sit primum humidū, eo quæ an-  
te phlegma possunt a cibo fieri et sanguis, et cholera  
et melancholia, tamen phlegma est humidū primum indi-  
gestū, hoc est, corū que fiunt a cibo uia indigestionis, et  
hoc dicit, [An non simpliciter a cibo phlegma] est sub-  
audi primum humidum, [sed indigestorum primum,] hoc  
est, sed est primum eorum, quæ a cibo generantur uia in-  
digestionis. [Quare addendum est indigestum] saltē  
ut contrahens ipsum humidum, sunt enim humida plura  
et digesta, et indigesta, addendum est etiam primum,  
ut contrahens ipsum indigestum ad phlegma, quod est  
primum indigestorum. [Nam illo quidem modo dicta]  
definitio phlegmatis sine ipso indigesto, [non uera erit  
definitio, siquidem] phlegma non est primum omnium  
humidorum, sed omnium eorum humidorum que a cibo fiunt  
uia indigestionis, quare primum erit additum, ut contrahēs  
ipsum indigestū: ipsum autem indigestum additur, ut con-  
trahens ipsum humidum, erit igitur definitio phlegma-  
tis, humidum eorum que uia indigestionis a cibo fiunt,  
primum. Tunc ad formam dubitationis, dicendum ipsum  
indigestum non frustra poni, quia additur, ut differentia  
contrahens humidum, cum humidum sit duplex digestū,  
et indigestum, phlegma autem est humidum indigestū,  
sed quia plura sunt humida, que fiunt a cibo uia indige-  
stionis, ideo recte dicitur phlegma esse humidum indige-  
stum primum, ubi ponitur humidū loco generis, quia per  
ipsum differt a membris solidis: ponitur autem indigestū  
loco differentie, ut per ipsum differat ab humoribus di-  
gestis, primum autem ponitur loco ultime differentie, ut  
per ipsum differat phlegma ab aliis humidis que uia in-  
digestionis generantur a cibo. Nam phlegma est indige-  
stum primum, cetera autem secundaria. Hæc de defini-  
tione phlegmatis.

Εἰ δὲ τὸ ἐπιπέδον ἴσος μὴ πᾶσι μὲν ὑπερβαίνει τὸς ὑποταυτὸν ἴσος... ἢ ὁ πᾶσι ἴσος ἔσται... ἢ ὁ πᾶσι ἴσος ἔσται... ἢ ὁ πᾶσι ἴσος ἔσται...

LOCVS III SVPERFLVITATIS.

22 Insuper si quippiam eorum quae sunt in oratione, non omnibus inest quae sunt sub eadem specie. Nam talis peius definit quae qui vbi sunt eo quod inest omnibus quae sunt. Illic enim si reliqua propria definitio est, & tota propria erit. Simpliciter enim ad proprium quolibet addito vero, tota oratio propria fit. At si aliquid eorum quae sunt in oratione, non omnibus inest quae sunt sub eadem specie, impossibile est totam orationem propriam esse. Non enim conuersim praedicabitur de re, ut animal gressibile bipes quadrilaterale. Non enim huiusmodi oratio conuersim praedicabitur de re, eo quod non omnibus inest, quae sub eadem specie sunt, quadrilaterale.

Hic est tertius locus, qui accipitur ab additione eius, quod est minus, quae definitum, et hic talis est, si assignatae alicuius rationi aliquid tale fuerit appositum, quod non omnibus inest, quae sub ea specie sunt cuius definitio assignatur, frustra ac superfluum tale erit: et quidem peius ea oratione quae aliquid appositum habet, quod omnibus inest, et dicitur, insuper si quippiam eorum quae sunt in oratione, non omnibus inest quae sunt sub eadem specie, cuius definitio assignatur, haec definitio subaudi non bene assignatur, nec probat haec definitionem non bene assignatam esse, quia statim patet ex his quae dixit. Dicitur enim superfluum in definitione id esse, quo ablato, reliqua oratio propria est definitio, et substantiam illius significat, et quia ablato hoc addito, quod est in minus quae definitum, reliqua oratio propria est, et substantiam definiti significat, ideo patet illud esse superfluum, probat ergo quod talis peius definit quae qui vbi sunt eo quod inest omnibus quae sunt, hoc est, qui in definitionibus accipi-

unt aliquod transcendens, quod inest omnibus, ut unum, et vel ens, aut id genus. Et quod peius definit, probat nam illa definitio, in qua additur transcendens, si sine transcendenti sumpta, et cum transcendenti, propria est definitio, et substantiam eius significat, quod sine transcendenti sit propria, perspicuum est quoniam est definitio, et omnis definitio est proprium quarto huius, quid est esse rei significans. Quod vero cum transcendenti sit propria, etiam patet, quoniam uniuersaliter si ad propriam alicuius definitionem adderetur aliquid, quod inest omnibus quae sub definito sunt, etiam tota oratio cum tali addito adhuc erit propria rei, et conuersim praedicabitur de re. Non enim alteri a definito conuenit talis oratio. Si autem adderetur aliquid, quod non omnibus inest definito, impossibile est totam orationem esse propriam, non enim conuersim praedicabitur de re, eo quod non omnibus inest eis quae sub eadem specie sunt, unde dicitur, illic enim, si definitio quae accipit transcendens, si reliqua oratio ablato ipso transcendenti propria definitio est, ut supponitur ex libro quarto, et tota, si accepta cum ipso transcendenti propria erit. Probatur hoc ex uniuersali quadam regula, et dicitur, simpliciter enim, i. uniuersaliter enim quolibet uero addito ad proprium, i. ad propriam definitionem tota oratio etiam cum illo uero accepta propria fit, ut erat prius, antequam tale uerum adderetur, et per uerum intelligit omne praedicatum additum definitioni propriae, quod uerificatur de omnibus contentis sub definito, siue sit transcendens, siue sit minus quae transcendens. Tunc redit ad definitionem propriam, in qua additur aliquod minus quae definitum, et dicitur, at si aliquid eorum, quae sunt in oratione subaudi additum ultra propriam orationem, non omnibus inest quae sunt sub eadem specie, impossibile est totam orationem propriam esse, scilicet cum illo composita, non enim oratio propria, cum illo composita conuersim praedicabitur de re, et assignat exemplum, et supponit animal gressibile bipes esse orationem propriam alicuius uidelicet animalis rebus, et si huic adderetur quadrilaterale, haec non erit propria, et dicitur, ut animal gressibile bipes quadrilaterale, animal enim gressibile bipes sine quadrilaterali propria est animal recte staturae, cum ipso aut quadrilaterali non erit propria, non enim huiusmodi oratio composita cum quadrilaterali conuersim praedicabitur de re, si de animal recte staturae, eo quod non omnibus inest ipsum quadrilaterale, quae sunt sub eadem specie, si sub animali recte staturae. Quod uero ad locum attinet, intelligendum, istud minus posse intelligi, accipi in definitione, aut ut pars illius, et sic non modo interimit bonitatem, sed esse definitionis, aut ut additum propriae definitioni, et sic iterum bonitatem, et non esse, quia est superfluum, eo quod illo remoto, definitio relinquitur propria, et sic intelligit Aristoteles, ut Alex. exponit. Est autem peius hoc addere quae transcendens, quia additione huius oratio redditur non propria definito: additione uero ipsius transcendens oratio redditur propria, sicuti ablatione illius remanet propria.

πάλημι ἐν ταυτῷ πλεονέκειν ἕρκεται. διὸν τὸν ἐπιπέδον, ὅστις ἐστὶν ἴσος ἐπὶ τῷ ἴσῳ. ἢ ὁ πᾶσι ἴσος ἔσται, ἢ ὁ πᾶσι ἴσος ἔσται, ἢ ὁ πᾶσι ἴσος ἔσται, ἢ ὁ πᾶσι ἴσος ἔσται...

Α τὸν ἴσος ἔσται. ἢ ὁ πᾶσι ἴσος ἔσται. ἢ ὁ πᾶσι ἴσος ἔσται. ἢ ὁ πᾶσι ἴσος ἔσται. ἢ ὁ πᾶσι ἴσος ἔσται...

QUARTVS SVPERFLVITATIS LOCVS.

23 Rursum si idem frequenter dicitur, ut qui concupiscentiam appetitum delectationis dixit, nam omnis concupiscentia delectationis est, quare & idem concupiscentiae appetitus delectationis erit. Fit igitur terminus concupiscentiae, appetitus delectationis (nihil enim differt concupiscentiam dicere, & appetitum delectationis) quare utrunque eorum delectationis erit. An hoc quidem nihil absurdum, nam & homo bipes est, quare idem homini bipes erit, est autem idem homini animal gressibile bipes, quare animal gressibile bipes, bipes est. Sed non propter hoc absurdum aliquid accidit, non enim de animali solum gressibili, bipes praedicatur, sic enim de eodem bis bipes praedicaretur, sed de animali gressibili bipede bipes dicitur, quare semel tantum bipes praedicatur. Similiter autem & in concupiscentia, non enim de appetitu id, quod est delectationis esse praedicatur, sed de toto, quare semel & hic praedicatio fit.

Hic est quartus locus, qui accipitur a repetitione eiusdem in definitione, qui talis est, qui definiendo idem sepe penumero ponit in definitione, hic non bene definit, quia peccat in superfluitate, cum accipiat aliquid in plus quam sit necessarium in definitione, et dicitur, Rursum si idem frequenter dicitur in definitione, subaudi non bene definit. Veluti qui definiendo uirtutem dixit, uirtus est habitus existens in medio excessus, atque defectus melior, hic non bene dixit, quia bis dixit melior, nam omne quod est melius, est et melius, quare superfluit melior. Similiter ex-

cessus et defectus superflui sunt, quoniam cum dixit melius, significauit quod nec excedat, nec deficiat. Aristoteles tamē offert exemplum, circa quod primo assignat ipsum, secundo autem enititur defendere exemplum, et tertio ponit aliud exemplum, ubi nulla est aestio. Quoniam ad primum, dicit, [ut qui] definiendo concupiscentiam [dixit concupiscentiam esse appetitum delectationis.] Hic enim non bene definit, quia bis dicit in hac definitione illi terminum delectationis in obliquo. Primo enim eum dicit in uerbo concupiscentia, deinde in ea oratione, quae definit quae est appetitus delectationis, unde dicitur, [nam omnis concupiscentia delectationis est.] In hoc enim differt amor, et concupiscentia, nam concupiscentia omnis, delectationis et uoluptatis est, amor autem etiam tristitiam esse potest. [quare et appetitus delectationis erit idem concupiscentia,] cum concupiscentia in sui ratione includat delectationem, et propterea concludit appetitum delectationis, esse definitionem concupiscentiae, et dicitur, [fit igitur terminus concupiscentiae,] tota haec oratio, [appetitus delectationis, nihil enim differt concupiscentiam dicere, aut appetitum delectationis, quare utrumque eorum delectationis erit.] sic bis ille terminus delectationis dicitur, semel in uerbo concupiscentiae, et semel in oratione quae definit concupiscentiam, et cum oratio et concupiscentia idem sunt, fit, ut eiusdem repetitio sit in eodem. Deinde Aristoteles disputando defendit definitionem concupiscentiae per simile in definitione hominis, et dicitur, an hoc quidem nihil absurdum, [potest enim in definitione (ut Alexand. inquit) idem bis accipi potentia, non autem actu. Potentia quidem in nomine quod definitur, actu uero in oratione qua definitur, cum enim dixerit homo est animal gressibile bipes potentia quidem bipes continetur in homine, qui definitur, actu uero in oratione definitur, quae est animal gressibile bipes. Insuper idem potest bis accipi in definitione, quando non ex eadem parte accipitur, ut in proposito bipes accipitur in homine qui definitur, et accipitur in oratione, quae est animal gressibile bipes, et sic non ex eadem parte, nam oratio est ex parte praedicati, homo ex parte subiecti, sed idem bis praedicari est absurdum in omni enim definitione idem bis accipitur, ut differentia ultima, semel quidem in definito, et semel in definitione tota accipitur, non tamen bis praedicatur, et hoc pacto Alexander exposuit, accepit enim dici pro accipi, uel significari. Sed melius dicamus non esse absurdum aliquid bis dici de eodem, sed aliquid bis praedicari, differt enim dici et praedicari, ut dicemus, unde dicitur, [nam et homo bipes est, quare idem homini bipes erit] per quae patet ipsam bipes dici de homine, [est autem idem homini, animal gressibile bipes,] definitio enim et definitum non differunt nisi penes implicitum, et explicitum penes actum, et potentiam. [quare] etiam [animal gressibile bipes est bipes,] et sic bipes dicitur de homine, et de eius definitione, quae est animal gressibile bipes. Sed dices, bipes dicitur de homine, et de animali gressibili bipede, quod est tota hominis definitio, ergo bipes praedicatur bis, quia semel de homine, et semel de tota eius definitione. Respondet, et concedit quod bipes dicitur de homine, et de eius tota definitione, et ita bis dicitur, non tamen est bis praedicari, quoniam nulla est differentia inter praedicari de homine, et praedicari de eius definitio-



G accepto in definitione, cum accipitur aliquod particulare quod sub illo continetur. Sed videtur locus hic in stantiam habere. nam si quis definiens auem, dixit auem esse animal uolabile habens pennis diuisas, bene definit, et tamen habere pennis diuisas sub uolabili continetur. Dicendum non esse idem aliquid particulare accipi sub uniuersali, et accipi sub uniuersaliter dicto (ut Alexander demonstrat) in definitionibus enim accipi potest particulare sub uniuersali, et non superflue accipitur, quoniam ut contrahens accipitur, non autem particulare sub uniuersaliter dicto, quia sub uniuersaliter dicto semper intelligitur particulare, et hoc pacto sonant exempla Aristotelis cum enim dicitur clementia expeditum, intellexit omnium, et sic superflue addere iustorum. Et cum dixit lex est imago eorum, que natura bona sunt, intellexit, omnium eorum, que natura bona sunt, et sic superflue addere iustorum. Similiter et dicitur medici na esse scientia sanorum, intelligitur omnium animalium, et sic superflue addere hominum. At in definitionibus potest uniuersale potest addi particulare, quoniam differentia ultima semper respectu generis particulare quipiam est, et sic est in definitione auis. in definitione enim auis genus est uolabile, differentia uero diuisas habens pennis. Deinde epilogat, et dicit, [utrum igitur bene an non bene definiuit, per hanc et huiusmodi, scilicet similia perspicendum.] Hactenus de bonitate definitionis.

Πότ' ὁρῶν δ' ἔριμ' ἢ ὄρῳσ' ὅ τ' ἢν ἔναι ἢ οὐχ, ἐκ τῶνδε. Πρῶτον μὲν, εἰ μὴ διὰ προτέρων καὶ γνωριμωτέρων πεποιήται ὁ ὁρισμὸς, ἐὰν τὸ γὰρ ὁ ὅρ' ἀποδίδωται τῶν γνωρίων χέρις δ' ἀεὶ ἔχῃ. γνωρίζου δ' οὐκ ἐκ τῶν τυχόντων, ἀλλ' ἐκ τῶν προτέρων ἢ γνωριμωτέρων, καὶ ἀπὸ τῶν ἀποδείξεων. οὕτω γὰρ πᾶσι δὲ διδασκαλία καὶ μάθησις ἔχει. φανερόν δ' αὖ ὅτι δὲ μὴ διὰ τῶν ὁριζόμενων οὐχ ὄρῳσαι. ἐὰν δὲ μὴ, ὡς λέγουσιν οἱ τῶν ὁρισμῶν, δὴ λόγῳ γὰρ ὅτι δὲ διὰ προτέρων καὶ γνωριμωτέρων, βέλτιον ὄρῳσαι. ὡς ἀμφότεροι ἀμείνων ὄροι, τὸ αὐτὸ τὸ δὲ τῶν ὁρισμῶν, ἐκαστὸν γὰρ τῶν ὄντων ἐπιπέσει δὲ ἔναι ὁ ὅρ' ὄρῳ. ὡς ἐκ τῶν ὄντων τῶν ὁρισμῶν, ταυτὸν ἔσται ὁ ὅρ' ὄρῳ μὲν δὲ ἐί- ναι, ὅτι καὶ ἐκαστὸν τῶν ὁρισμῶν δὴ λέγειται. ταῦτα δ' οὐ ταυτὰ ἔστιν, ἐπεὶ ἢ ἢ οἱ ὁρισμοὶ ἔτεροι. δὴ λόγῳ δ' αὖ οὐχ ὄρῳσαι δὲ μὴ διὰ προτέρων ἢ γνωριμωτέρων ὁρισμῶν.

PRIMVS LOCVS DE DEFINITIONIS.

26 Vtrum vero definiuit, & dixit quod quid erat esse, an non, ex hisce. Primum quidem, si non per priora & notiora cofecit definitionem. nam cum terminus assignetur eius cognoscendi gratia, quod dicitur. Cognoscimus autem non ex quibuslibet, sed ex prioribus & notioribus, quemadmodum in demonstrationibus (sic enim omnis doctrina & disciplina se habet.) manifestum igitur, quoniam qui non per huiusmodi definiuit, non definiuit. Si enim definiuit, plures erunt eiusdem definitiones. manifestum enim quoniam & qui per priora & notiora, melius definit. Quare utraque erunt definitiones eiusdem. Tale autem non videtur. Vnicuique enim eorum quæ sunt, vnum est esse, quod quidem est. Quare si plures erunt eiusdem definitiones, idem erit definito esse, quod quidem secundum utranque definitionem significatur. Hæc autem non eadem sunt, eo quia & definitiones diuersæ sunt: manifestum igitur quoniam non definiuit, qui non per priora atque notiora definiuit.

libet, sed ex prioribus & notioribus, quemadmodum in demonstrationibus (sic enim omnis doctrina, & disciplina se habet.) manifestum igitur, quoniam qui non per huiusmodi definiuit, non definiuit. Si enim definiuit, plures erunt eiusdem definitiones. manifestum enim quoniam & qui per priora & notiora, melius definit. Quare utraque erunt definitiones eiusdem. Tale autem non videtur. Vnicuique enim eorum quæ sunt, vnum est esse, quod quidem est. Quare si plures erunt eiusdem definitiones, idem erit definito esse, quod quidem secundum utranque definitionem significatur. Hæc autem non eadem sunt, eo quia & definitiones diuersæ sunt: manifestum igitur quoniam non definiuit, qui non per priora atque notiora definiuit.

Nunc transit ad loca definitionis, cum enim dixisset loca bonitatis, nunc vult dicere loca definitionis simpliciter, quibus uidelicet interimitur, uel construitur definitio: et primo præmittit intentionem, et dicit, [vtrum uero definiuit, et dixit quod quid erat esse an non] dixit quod quid erat esse, [ex hisce] que dicemus, perspicendum.

Quod uero ad uerba attinet, ea uerba et dixit quod quid erat esse, [expositiua] sunt, nam dicere, quod quid erat esse, est definire, nullus enim definit, qui non dicit quod quid erat esse, proposita intentione, transit ad loca, et primo assignat locum, qui accipitur ab ordine eorum que accipiuntur in definitione, et dicit, [primum quidem si non per priora, et notiora confecit definitionem.] Nam si ita fecit, non definiuit. Hoc autem probat primo ostensue, et dicit, [nam cum terminus assignetur eius cognoscendi gratia, quod dicitur, hoc est, quod propositum est definire, et legantur uerba suspensue usque ibi, [manifestum igitur et cognoscimus autem non ex quibuslibet] indifferenter, [sed] ex determinatis, hoc est, [ex prioribus et notioribus, quemadmodum dictum est in demonstrationibus.] in demonstrationibus enim conclusiones non cognoscuntur ex quibuslibet, sed ex prioribus, et notioribus, sic enim omnis doctrina et disciplina non solum demonstratiua, sed etiam definitiua [se habet.] Omnis enim doctrina et disciplina ex prioribus et notioribus fit. Ex his dat conclusionem, et dicit, [manifestum igitur, quoniam qui non per huiusmodi] priora, et notiora definiuit, non definiuit. [quemadmodum quæ conclusionem non per priora, et notiora demonstrauit, non demonstrauit, deinde idem probat ducendo ad impossibile, et dicit, [si enim] ille qui non per priora et notiora

A definiuit, [definiuit, plures erunt eiusdem definitiones] nam qui definiuit non per priora, et notiora, hic per aduersarium definiuit: et qui definiuit per priora, et notiora, secundum ueritatem etiam definiuit, quod probat, et dicit, [manifestum enim quoniam et qui per priora, et notiora] subaudi definiuit, [melius definiuit,] quam qui per posteriora, et ignotiora nec hoc probat, sed accipit tanquam per se notum, quod si melius definiuit, ergo definiuit, quare utraque erunt definitiones eiusdem, et quæ est data per posteriora et ignotiora, et quæ est assignata per priora et notiora. Tunc destruit consequens, et dicit, [tale autem non uidetur,] nec est uerum, quod probat ducendo ad absurdum, et dicit, [unicuique enim eorum quæ sunt,] et quorum quærimus definitiones, [unum est esse, quod quidem est] id est, quod quidem est essentia per definitionem significata, [quare,] ut concludit, [si plures erunt eiusdem definitiones, idem] et unum erit definito esse, quod quidem secundum utranque definitionem significatur, et sic illudmet esse, quod significat definitio data per priora et notiora, significabit definitio data per posteriora et ignotiora. Tunc destruit hoc consequens, et ostendit hæc duo esse, scilicet et significatum per definitionem datam per posteriora, et ignotiora, et significatum per definitionem datam per priora et notiora non esse unum et idem esse omnino, et dicit, [hæc autem] duo esse scilicet [non eadem sunt,] non enim sunt unum et idem esse, [eo quia et definitiones diuersæ sunt.] Quare si illa duo esse non sunt unum et idem esse omnino, non poterunt significari ab illis diuersis definitionibus. Tunc affert conclusionem principalem, et dicit, [manifestum igitur quoniam non definiuit, qui non per priora et notiora definiuit.] sed quid intelligat ipse per priora et notiora, postea dicemus.

Disputant recentiores si eiusdem rei esse possint plures definitiones, et probant quod sic, nam ita assignantur duæ definitiones, ut primo de anima constat, ubi etiam dicitur differenter definire physicum et logicum, quia physicus per materiam, logicum autem per formam. Ad hæc moralis per finem, metaphysicus per efficientem causam definit. Præterea libro de anima color definitur quod sit motuum uisus secundum actum lucidi, et in libro de sensu et sensu, quod sit extremitas perspicui in corpore terminato. Insuper definitio (ut secundo Posteriorum dicitur) et medium, et causa idem. Sed unius rei plures sunt causæ, igitur unius rei plures sunt definitiones. Aristoteles tamen intelligit non posse esse eiusdem rei plures definitiones secundum eandem rationem causæ, et secundum eandem rationem ordinis, uerum de his in metaphysica.

Τὸ δὲ ὅτι μὴ διὰ γνωριμωτέρων, εἰρηδοῦν ἐν ἑορῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐκαστῶν. ἢ γὰρ εἰ ἀπλῶς ἐξ ἀγνωστοῦ ὄραν, ἢ εἰ ἡμῶν ἀγνωστοτέρων ἐκδέχεται γὰρ ἀμφωτῶρας. ἀπλῶς δὲ γὰρ γνωριμωτέρων, ἢ ἐκαστῶν τοῦ ὑπέρου. διορ σιγμῶν, γράμμων, καὶ γραμμῶν, ἐπιπέδου, καὶ ἐπιπέδου, σφαιρῶν, καὶ ἀπλῶς μόνως ἀριθμῶν. πρῶτον δὲ καὶ ἀρχῆς πωτὸς ἀριθμῶν. ὁμοίως δὲ καὶ σιγμῶν συλλαβῶν, ἡμῶν δὲ ἀνάπληρ ἕως τε συλλαβῶν, καὶ ἀπλῶς γὰρ ἐκαστῶν ὑπὸ τῶν ἀριθμῶν ὡς πρῶτον.

τοῦ ἐπιπέδου δὲ ἀπλῶς, καὶ ἡμῶν ἢ γραμμῶν. γράμμῶν δὲ, σφαιρῶν καὶ ἀπλῶν. οἱ πολλοὶ γὰρ τὰ τοιαῦτα γνωρίζουσι, τὰ δὲ γὰρ τὸ τυχεύουσι. τὸ δὲ ἀριθμῶν καὶ πρῶτον ἀριθμῶν καὶ ἀπλῶν.

27 Igitur per non notiora quidem terminum dici, dupliciter est accipere. Aut enim si simpliciter ex ignotioribus, aut si nobis ignotioribus. Contingit enim utroque modo. Simpliciter enim notius est quidem, quod prius est posteriore, ut punctum linea, & linea superficie, & superficies corpore; quemadmodum & unitas numero. Prius enim & principium omnis numeri. Similiter autem, & elementum syllaba. Nobis autem e-conuerso quandoque accidit. nam corpus magis quam superficies sensum cadit, superficies autem magis quam linea, linea autem signo magis. Multi enim magis huiusmodi cognoscunt, nam illa quidem quomodolibet, hæc autem subtili ac fecundo intellectu comprehendere oportet.

Cum dixisset definitionem non esse, nisi sit assignata per priora et notiora, nunc exponit quid ipse intelligat per notius, et simul et hoc exponit quid intelligat per prius, et primo præmittit diuisionem, et dicit, [Igitur per non notiora quidem terminum] hoc est definitio nem [dici, dupliciter est accipere, aut enim si] [est] ex simpliciter ignotioribus, [sunt autem simpliciter ignota, que natura sunt ignota,] [aut si nobis ignotioribus. Contingit enim utroque modo] subaudi aliquid esse ignotius, et si mul, et seorsum. Simul quidem, si simpliciter, et nobis sit ignotius: seorsum autem, si nobis sit ignotius, natura uero notius. Deinde exponit hanc diuisionem, et quidem per membra contraria his que accepit, et dicit, [simpliciter enim notius est quidem, quod prius] secundum suam naturam [est posteriore,] et per exempla exponit, et dicit, [ut punctum linea, et linea superficie, et superficies corpore, quemadmodum et unitas numero] et assignando causam exemplorum, exponit quid intelligat per prius secundum sui naturam, et dicit, [prius enim] subaudi simpliciter secundum sui naturam est, et principium omnis numeri, similiter autem et elementum syllaba, et generatim omne principium suo principiato. Hoc enim est simpliciter prius secundum sui naturam. intelligit autem per elementum literam, que syllaba est elementum. Deinde exponit quid intelligat per notius nobis, et dicit, [nobis autem e-conuerso quandoque accidit.] accidit ea



Grim nobis interdum, ut principatum sit nobis notius. dico interdum, quia non semper in mathematicis enim idem est nobis, et simpliciter notius, (ut in libris auscultatoris satis dilucidatum est) ubi non principatum, sed principium est nobis, et simpliciter notius. et quod nobis eorum uerbo aliquando accidat, exponit, et dicit, [nam corpus magis quam superficies sub sensum cadit,] ergo corpus est nobis notius superficie ipsa, quae tamen erat simpliciter notior. [Superficies autem] eadem ratione [magis quam linea: linea autem] eadem de causa [signo magis] hoc est puncto, sub sensum cadit. et quod magis corpus quam superficies, et superficies quam linea, et linea quam punctum sub sensum cadat, probat per experientiam idiotarum, et dicit, [multi enim] hoc est idiota (ut exponit Alexander) [magis huiusmodi cognoscunt,] subaudi sua principia, [na illa quidem,] scilicet principia [quomodolibet] id est, et per intellectum, et per sensum, [haec autem] scilicet principia [subtili ac secundo intellectu comprehendere oportet.] et intelligit per subtilem intellectum, cum qui ex principis generationis est bene affectus, saltem per accidens, benigne instrumentorum, quae subserviunt plenam notitia effectus. Non enim in naturalibus intellectus potest uenire in notitiam principii, nisi prius noverit principium, a quo ut a resolutionis proficitur in notitiam principii. Quae ratio docet nobis notiora esse quae cuique principia magis cadunt sub sensum: notiora autem simpliciter esse principia, quae nobis innotescunt ex cognitione principiatuum.

Απλάς ἢ ἴσως βέλτιον, ὡς διὰ προτέρων τοῦ ἕξ ἑαυτοῦ πειράσθαι γὰρ εἴθε μὴ ἐπισημονικῶς ἔσοιτο τὸ τοιοῦτον ἐστὶν οὐ μὴν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀσύνωνον τὴν πρὸς τὴν γινώσκουσαν διὰ τὸν ποῦτα, ἀναγκαῖον ἵσθαι διὰ τῶν ἐκείνων γινώσκουσαν ποιῆσαι τὸν λόγον. εἰσὶ δὲ τῶν τοιοῦτων ἕξι μὲν, ὅ, τε τῆς σιγῆς, καὶ ὁ ἢ γινώσκουσαν καὶ ὁ τοῦ ἐπιπέδου. πάντες γὰρ διὰ τῶν ἕξ ἑαυτοῦ, τὰ προτέρω ἀναγκαῖον ἢ ἢ γὰρ γινώσκουσαν. ὡς τε δὲ σε- ἰρεῖς φασι πῶς εἶναι.

28 Simpliciter igitur melius per priora, posteriora tentare cognoscere. scientificum enim magis huiusmodi est. verum ad eos, qui impotentes sunt cognoscere per talia, necessarium forsitan per ea quae illis nota sunt, facere orationem. Sunt autem talium definitiones, quae & puncti, & lineae, & superficiei. Omnes enim per posteriora, priora indicant, nam illam quidem lineae, istam autem superficiei, hanc vero corporis fines dicunt esse.

Cum exposuisset membra diuisionis, nunc comparat definitionem assignatam per priora, definitioni assignatam

ta per posteriora, et dicit, [Simpliciter igitur melius] est [tentare cognoscere] id est, definire [per priora, posteriora,] quam e converso. Et quia hoc non semper fieri potest, idco dixit esse melius tentare quantum possumus, et assignat causam, et dicit, [scientificum enim magis huiusmodi,] scilicet tentare posteriora, per priora cognoscere, et disciplina est magis idoneum, ut patet in mathematica, quae per excellentiam dicitur disciplinabilis, propterea quia semper posteriora per priora demonstrat. Deinde exponit quando, et quibus hominibus hoc fieri non potest, et dicit, [uerum ad eos, qui impotentes sunt cognoscere per talia,] ut sunt idiotae qui imperiti sunt, et solum sensum sequuntur, [necessarium forsitan] est [facere orationem] definitionem, [per ea, quae illis nota sunt,] hoc est per posteriora, quae cadunt magis sub sensum. Deinde per exempla exponit definitiones, scilicet quae dantur per posteriora, et dicit, [Sunt autem talium definitiones] scilicet quae dantur per posteriora [et] illa quae est [puncti,] et illa, quae est [lineae, et] illa, quae est [superficiei, omnes enim] qui haec definiunt, [per posteriora priora indicant,] ac definiunt, cuius causam assignat, et dicit, [nam illam quidem] definitionem, quae est [lineae, istam autem] scilicet definitionem, quae est [superficiei, hanc uero] scilicet definitionem quae est [corporis, dicunt esse fines.] Et enim punctum finis lineae, linea autem finis superficiei, superficies uero finis corporis. Quare per posteriora assignantur, nam linea puncto, superficies lineae, corpus superficiei posterior est, et nobis notius. In his enim definitionibus saltem differente sunt posteriores definitio, genus autem utrum sit nobis notius, pro exemplorum necessitate non est disputandum.

Οὐ δὲ ἢ λαμβάνειν ὅτι ἕξι οὐπὸς ἐπισημονίας, οὐκ ἐπισημονικῶς τὴν ἕξι ἢ ἢ ἐπισημονίας ἀναγκαῖον μὴ τυγχάνει ταυτέρω, ἢ ἢ ἐπισημονίας τὸ ὅριον ὅριον καὶ ἀπλάς γινώσκουσαν ὅριον. εἰσὶ δὲ ἢ διὰ τὸν γένους καὶ τῶν διαφορῶν ὅριον ἢ καλῶς ἐπισημονίας. πάντες δὲ τῶν ἀπλάς γινώσκουσαν τῶν ὅριον, καὶ προτέρων τοῦ ἕξ ἑαυτοῦ. ὡς τε πρὸς τὸν πῶτα, τὸ ἕξι οὐπὸς, ἐστὶ δὲ καὶ γινώσκουσαν τῶν ἢ γὰρ ἕξι οὐπὸς γινώσκουσαν, ἀναγκαῖον καὶ τὸ γένος ἢ ἢ πῶν διαφορῶν γινώσκουσαν. ὁ γὰρ ἀναγκαῖον γινώσκουσαν, καὶ ἕξι οὐπὸς γινώσκουσαν. τοῦ δὲ γένους ἢ ἢ διαφορῶν γινώσκουσαν, οὐκ ἀναγκαῖον καὶ τὸ ἕξι οὐπὸς γινώσκουσαν. ὡς τε ἀναγκαῖον τῶν ἕξι οὐπὸς.

29 Non oportet autem latere. quoniam sic definiunt non contingit quod quid erat esse definito indicare, nisi contingat, idem & nobis notius esse, & simpliciter notius. siquidem oportet per genus & differentias definire eum, qui bene definit.

Hac autem simpliciter notiora, & priora sunt specie, interimit enim ge

anus & differentia speciem. Quare priora haec specie. Sunt autem & notiora. nam specie quidem nota, necesse est & genus & differentias cognosci. Qui enim hominem cognoscit, & animal, & gressibile cognoscit. At genere vel differentia nota, non necesse est & speciem cognosci. Quare ignotior species.

Cum assignasset locum et declarationem loci, nunc circa assignatam declarationem, ponit unum annotationem dignum in quo primo declarat qualis est definitio, quae datur idiotis, qui solum sensum sequuntur, et dicit, [Non oportet autem latere] immo oportet scire [quoniam sic definiunt,] scilicet per posteriora simpliciter et notiora sensibus, ut definiunt idiotae, non contingit quod quid erat esse] hoc est substantiam [definiti indicare,] deinde addit, quando definitio assignata per nobis notiora, indicat substantiam, et quod quid erat esse definiti, et dicit, [nisi contingat idem et nobis notius esse, et simpliciter notius.] quando enim illud quod accipitur in definitione, idem est nobis, et naturae notum, ut interdum contingit ea, quae sunt naturae prima, esse et nobis nota. tunc definitio significat quod quid erat esse, et substantiam definiti. Tertio exponit, et probat quod partes definitionis sunt simpliciter priores, et nobis notiores definitio, et hoc ut habemus, quae definitio significat substantiam, et quod quid erat esse definiti et dicit [siquidem oportet per genus et differentias definire eum, qui bene definit,] subaudi propria et essentiali definitione, quae significat quod quid erat esse, et substantiam definiti. [haec autem simpliciter notiora, et priora sunt specie,] quae definitur, et nobis nota etiam, ut Alexander subaudit. et quod genus et differentia sunt specie simpliciter priora, probat, et dicit, interimit enim genus et differentia speciem,] subaudi illis interemptis, et non e converso. dicitur enim in praedicationibus prius esse alterum altero, a quo non conuertitur essendi consequentia. Et cum a genere et differentibus non conuertantur essendi consequentia, ideo concludit, [quare haec] scilicet genus et differentia sunt simpliciter [priora specie,] quae definitur. Quod uero sit nobis notiora, declarat, et dicit [sunt autem et notiora, nam specie quidem nota] scilicet nobis, [necesse est et genus, et differentias cognosci.] quod exemplo manifestat, et dicit, [qui enim hominem cognoscit, et animal] quod est hominis genus, [et gressibile,] quod hominis differentia, [cognoscit: at genere uel differentia nota, non necesse est et speciem] id est hominem [cognosci.] et utitur nota distinctionis, quia genere et differentia simul notis, forsitan specie cognosci necesse est. [quare ignotior species] est partibus definitionis. Ex his colligitur primo qualis sit definitio, quae datur idiotis, quia ea quae datur per posteriora naturae, et nobis notiora. Secundo colligitur huiusmodi definitionem non significare quod quid erat esse, et substantiam definiti. Tertio habetur quod definitio significans substantiam et quod quid erat esse definiti, sit illa, quae datur per notiora nobis, et

priora naturae, quales definitiones sunt, quae constant ex genere et differentibus, ut in textu deduxit. dico in genere proprio, et differentibus propriis. nam quae constant ex aliquo loco generis, et aliquo loco differentiae, possunt esse definitiones assignatae per posteriora naturae, et nobis notiora. Possunt etiam non significare quod quid erat esse, et substantiam definiti, quoniam possunt esse datae per accidentia, quae aliquando accipiuntur loco differentiae, et generis. Ex his ulterius deducit Alexander et qui dem optime, eum qui definitionem facit ex iis, quae solum naturae nota sunt, et non nobis, naturae quidem bene facere, nobis uero non bene facere. Qui uero ex posterioribus naturae, nobis uero notioribus, ad eos qui ualde sunt ignari et idiotae, forsitan rationabiliter facere: ad scientiam uero et diligenter disciplinam, non bene. Sed de hoc satis dictum est in posterioribus. Siquis autem uult hunc textum resolueri ad artem prioristicam, hoc pacto resoluat, genus et differentia sunt simpliciter priores definito, et nobis notiores, ut in textu probatum est. partes ex quibus definitio constat, sunt genus et differentia, igitur partes ex quibus constat definitio sunt simpliciter priores, et nobis notiores. et hoc modo hic potest collocari prima ratio, per quam Aristoteles probat partes definitionis esse definitio simpliciter priores, et nobis notiores. et est ratio ostensiuam.

Ἐλπίς κατ' ἀλήθειαν ἕξι τοιοῦτους ὅριον μὲν φάσκουσιν εἶναι ἕξι ἐκ τῶν ἐκείνων γινώσκουσαν, πολλοὺς τοῦ αὐτοῦ συμβήσεται λέγειν ὅριον μὲν εἶναι. ἔτι γὰρ ἕξι ἕξι, καὶ ὅτι ταυτὰ πᾶσι τυγχάνει γινώσκουσαν ὅριον. ὡς τε πρὸς ἕξι οὐπὸς, ἕξι οὐπὸς ἕξι ὅριον μὲν ἀποδοτέος, εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν ἐκείνων γινώσκουσαν ἕξι οὐπὸς ποιῆσαι καὶ χεῖ.

30 Insuper illis (qui secundum ueritatem huiusmodi definitiones dicunt esse, quae sunt ex iis, quae uniuersae sunt nota) plures eiusdem accidit dicere definitiones esse. Siquidem alia aliis, & non omnibus eadem contingit notiora esse. Quare ad unum quoniam erit definitio assignanda. Siquidem ex iis, quae singulis quibusque sunt notiora, definitionem oportet facere.

Ccepit probare definitiones, quae sunt ex simpliciter posterioribus, nobis autem notioribus, non esse definitiones secundum rei ueritatem. et hoc probauit primo ratione ostensiuam, nunc secundo idem probat ratione ducente ad impossibile, et dicit, [Insuper illis] qui definitiones huiusmodi, quae sunt ex iis, quae uniuersae sunt nota, dicunt esse] definitiones proprias, et [secundum ueritatem] plures eiusdem accidit dicere definitiones esse] scilicet proprias, quae sunt definitiones secundum ueritatem. Addidit autem Aristoteles [secundum ueritatem,] quia plures esse eiusdem definitiones, quae nec sunt propriae, nec secun-

Et dum rei ueritatem, nihil prohibet. Possunt enim eiusdem plures descriptiones esse: una tamen propria, et secundum ueritatem definitio. deinde probat consequentiam, et dicit. [si quidem alia aliis, et non omnibus eadem contingit notiora esse.] Alia enim idiotis, et alia sapientibus sunt notiora: idiotis enim sensibilia, sapientibus intelligibilia sunt notiora. Tunc concludit conclusionem, et dicit, [quare ad unumquemque erit definitio assignanda, siquidem] (ut diximus) [ex his, quae singulis quibusque sunt notiora, definitionem oportet facere.] et sic contingit eiusdem plures esse definitiones, et tu intelligas proprias, et secundum ueritatem, quod est absurdum.

Εἰς τῶν ὡτοῖς ἄλλοτ' ἄλλα μάλομ γνάριμα. εἰ ἀρχῆς τῶν οὐρανῶν ἀνεῖσθετοῖς δὲ γινόμενοι, ἀνάπλιμ. Διὸ δὲ πρὸς τὸ ἀντὶ μὲν ἄνθρωπος ὁ ἀντὶς οὐρανῶν ἀποδοτέον, τοῖς δὲ πρὸς τῶν ἀκούων γναριματέρον τὸ οὐρανῶν φάσκουσιν ἀποδοτέον εἶναι.

**H** 31 Præterea eisdem alia, interdum alia magis nota, nam a principio quidem sensibilia, instructioribus autē factis, contra. Quare neque ad eundem semper eadē definitio assignanda est ab iis, qui per ea, quæ singulis quibusque sunt notiora, definitionem fatentur assignandam esse.

Hæc est tertia ratio etiam ducens ad impossibile, quæ talis est, si propria et uera definitio est, quæ assignatur ex iis, quæ sunt notiora cuique, tunc accidit assignare ad unum atque eundem hominem plures definitiones, proprias et ueras. deducitur consequentia, quia eidem homini pro diuersis temporibus diuersa sunt notiora, et dicit, [Præterea eisdem alia, interdum alia magis nota sunt.] quod exponit, et dicit, [nam a principio quidem sensibilia, instructioribus autē factis, contra.] Quidam exponunt [a principio] scilicet studio. quum enim aliquid incipiunt assequi scientiis atque disciplinis, eis notiora sunt sensibilia, cum omnis nostra scientia incipiat a sensibus. et per instructiores, intellexerunt postquam euaserunt sapientes, cum enim aliquis sapiens factus est, tunc circa intelligibilia uersatur. Aliqui exponunt a principio, hoc est dum est puer, nam pueris primo nota sunt sensibilia, et singularia, per instructiores, prouectiores intelligunt, postquam euaserunt uiri, nam uiris sunt notiora uniuersalia. Alexander cui est credendum, per a principio, intellexit homine existente puero, pueris enim notiora sunt sensibilia, cum solis sensibus utantur: intelligibilia uero ignotiora, per instructiores autem intelligit prouectos, postquam facti sunt sapientes adeo, ut possint resolvere, et componere. His enim sensibilia ignota uidentur esse, quod sint in continuo fluxu: intelligibilia autem notiora, sicuti stabilia et firma. Tunc ex iis infert conclusionem, et dicit, [quare neque ad eundem semper eadem definitio assignanda est ab iis, qui per ea, quæ singulis quibusque sunt notiora, definitionem fatentur assignandam esse.] et sic non solum ad diuersos, sed ad eundem

plures eiusdem ueris et proprias definitiones esse, quod est absurdum.

Διὸ δὲ οὐκ ὀφείλομεν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν γναριματέρον μόνων πρὸς τὸ ἀντὶς οὐρανῶν ἀποδοτέον εἶναι γινώσκοντες.

**M** 32 Manifestum igitur quoniam non definiendum est per ea, quæ huiusmodi sunt, sed simpliciter notiora. Solummodo enim sic una & eadem definitio semper fiet.

Ex iis quæ disputant, concludit quales esse debent uera ac propria definitiones, et dicit, [Manifestum igitur, quoniam non definiendum est uera et propria definitione [per ea quæ huiusmodi sunt] scilicet posteriora et notiora nobis, sed per simpliciter notiora.] et priora, cuius causam assignat, et dicit, [solummodo enim sic] data definitio per simpliciter priora, et notiora, [una et eadem definitio semper fiet.] et non plures eiusdem, nec ad diuersos homines, nec ad eundem. quemadmodum enim unicuique est esse simpliciter atque secundum naturam definitum, ita unica erit definitio, quando datur per simpliciter notiora, et priora.

Ἰσως δὲ καὶ ἀπὸ τῶν γνάριμω, οὐ τὸ πρὸς τῶν γνάριμω ἐστὶν ἀλλὰ τὸ πρὸς τῶν διακεκμημένων τῶν διάνοιων, καὶ ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ὑγιανόντων, τὸ πρὸς τῶν ἔχοντων σῶμα.

**N** 33 Fortasse autem & id, quod simpliciter notum est, non est id, quod omnibus notum est, sed quod bene dispositis intellectu: quemadmodum & simpliciter salubre iis, qui bene affectum habent corpus.

Alexander, ut mihi uidetur, satis bene exponit præsentem textum, uolens quod per hæc uerba soluat incitum questionem, quæ talis esse potest, dictum est notum natura esse, simpliciter notum, sed simpliciter notum est omnibus notum, ergo notum natura erit omnibus notum. Soluit negando minorem, et dicit, [Fortasse autem, et id, quod simpliciter notum est, non est id, quod omnibus notum est, sed quod est notum omnibus bene dispositis intellectu.] hoc est, scientibus, qui per disciplinas habent intellectum bene affectum. quod per exemplum declarat, et dicit, [quemadmodum et simpliciter salubre iis, qui bene affectum habent corpus,] et non ægrotum. Cibus enim dicitur simpliciter salubris, non qui omnibus est salubris, sed qui sanis corporibus est conseruatiuus sanitatis, similiter et aer, et cætera res non naturales, de quibus Galenus tertio Technæ. Ergo a pari simpliciter notum erit, quod omnibus est notum, qui bene affectum habent intellectum. Tales sunt sapientes, qui in disciplinis sunt bene exercitati, ut Aristoteles hic exposuit.

Δὲ τῶν οὐρανῶν πρὸς τῶν οὐρανῶν ἐξαρτῶν.

A χρῆσθαι δὲ διαλεγόμενους, πρὸς τὸ συμφέρον.

**O** 34 Oportet igitur unumquodque talium diligenter peruestigare, ut autem disputantes ad id, quod expedit.

Ex dictis quasi corollarie concludit unum documentum obseruandum a disputantibus, quod tale est, quando disputantes uersantur circa ea, quæ multipliciter dicuntur, qualia sunt ea, quæ diximus uidelicet notum, et prius. Est enim notum et prius multiplex, ut dictum est, oportet ita diligenter peruestigare diuidendo ipsa in sua significata. Postea uti significatis, ut expedit, unde dicit, [Oportet igitur unumquodque talium] multipliciter dictorum [diligenter peruestigare] diuidendo ea in sua significata. [uti autem disputantes] illis significatis, [ad id, quod expedit.] et sic fecit de notis, et prioribus, quæ multiplicia sunt, nam postquam hæc diuisit, dixit bene dispositis definiendum est per priora, et notiora simpliciter, non autem bene dispositis, per notiora quo ad nos.

μάστιξ δ' ὁμολογουμένων ἀναρῶν ἐν δέχεται τὸ οὐρανῶν, ἐκ μὴτ' ἐν τῶν ἀπὸ τῶν γναριματέρον, μήτε ἐν τῶν ἡμῶν τυχαῖων ἢ ἐν λόγον πεποιημένων. εἰς δὲ οὐρανῶν τῶν μὴ ἀπὸ τῶν γναριματέρον ἐστὶν, τὸ ἀπὸ τῶν ὑστέρων τῶν πρὸς τῶν ἀνοίων, καθ' ἀπὸ τῶν πρὸς τῶν ἐπιμύλων.

**U** 35 Maxime autem sine disensione interimere contingit definitionem, si neque ex simpliciter notioribus, neque ex iis quæ nobis, contingit de finitionem fieri. Vnus igitur locus eius, quod non per notiora, est ex eo, quia per posteriora priora indicant, ut prius diximus.

Cum assignasset locum, et ea quæ erant necessaria pro expositione loci assignati, nunc ponit locum, quo maxime, et concessit, et proprie contingit definitionem de finitionem, et dicit, [Maxime autem sine disensione] atque controuersia [interimere contingit definitionem, si neque ex simpliciter notioribus, neque ex iis quæ nobis] sunt notiora, [contingit definitionem fieri.] qui enim sic definit, sine controuersia non definit. Ut si quis definiens hominem, dicat, homo est animal uersus ἁποφροῦς, hoc est modo aquæ motum, aut mixtum et secundum fortunam latum, nam quod est modo aquæ motum, uel mixtum et secundum fortunam latum, nec nobis nec natura notum est. Sunt autem huiusmodi uoces tropicæ, et non proprie dicuntur. Si enim proprie dicerentur, essent nobis, aut natura nota, ut significantes rem, de qua dicuntur. Demum epilogat locum, et dicit, [unus igitur locus eius, quod non per notiora,] et primus est subaudi interemptus de finitionis [ex eo] uidelicet [quia per posteriora priora indicant,] in tantum enim per hunc locum interimuntur de finitio, in quantum qui definiunt, indicant priora per posteriora, [ut prius diximus.] hæc enim de primo loco.

Ἄλλως, εἰ τοῦ ἐν ἡρεμίᾳ καὶ τοῦ οὐρανῶν, Διὸ τῶν ἀκούων καὶ τοῦ ἐν κινήσει ἀποδοτέον ὁ λόγος ἡμῶν. πρὸς τῶν γναριματέρον τὸ μόνων καὶ τὸ ἀνεῖσθαι, τοῦ ἀκούων καὶ τοῦ ἐν κινήσει ὄντος.

SECUNDVS LOCVS DE DEFINITIONIS.

**Q** 36 Alius autem, si eius, quod est in quiete, & definitione indefinitum, & quod in motu est, assignata est oratio nobis. Prius enim est & notius, quod manens, & definitum eo, quod indefinitum est, & in motu.

Hic est secundus locus, per quem interimuntur definitio, qui sumitur ab indefinito, et notione eius quod definitum, qui talis est, si aliqua definitio assignatur de aliquo, quod est in quiete, per id, quod est in motu, aut de aliquo, quod est definitum, per id quod est indefinitum, interimenda est, unde dicit, [Alius autem] locus scilicet interimendi definitionem est, [si eius, quod est in quiete, et definitione] hoc est, et est definitum, [per indefinitum, et] per id, [quod in motu est, assignata est oratio nobis,] subaudi quæ assignata est definitio, non est definitio. et hoc probat, et dicit, [prius enim est, et notius, quod manens est, et definitum eo, quod indefinitum est, et in motu.] Huius loci exempla affert Alexander, ut qui ideam definiunt, dicunt ideam esse causam factorum ab ipsa, peccant, nam facta, quorum ipsa est causa, cum sensibilia sunt, in motu sunt, et indefinitum esse habent. At idea immobilis est, et definita, quare peccant, et qui dicunt scientiam esse ignorantie amissionem, etiam peccant contra hunc locum, quoniam ignorantia priuatio est cognitionis, et priuatio est non ens, et non ens est indefinitum: at scientia definita est, et semper eodem modo se habens, et sic definitum per indefinitum definiunt. Simili modo peccant, qui definiendo sanitatem, dicunt sanietatem esse morborum repulsionem, eadem ratione definiunt deum, peccant, cum dixerunt deum esse factorum opificem, nam deus quidem sempiternus, et stabilis, et immutabilis est: opera uero in fluxu, et motu sunt. Rursum qui dicunt scientiam esse habitum per disciplinam acquisitum, immobile per illud quod in motu est, definit, quippe cum disciplina motus quidam est, scientia uero immobilis. Insuper qui dicit ideam esse substantiam sine figura inextensibilem, definitum per indefinitum definire uidetur, et qui uirtutem mediū dicit esse excessus atque defectus, definitum per indefinitum etiam definit. Ex iis perspicuum non bene Albertum intellexisse hunc locum, quando per id, quod est in quiete intellexerit id, quod est in statu: et per id, quod est in definitione, id, quod est in perfectione. Imperfecta enim, ut dicit, quando ad perfectionem tendunt, indefinita, indeterminataque sunt. Cum autem suam perfectionem affecta sunt, definita sunt, ac determinata, et in quiete. Hæc enim expositio uerbis Aristotelis non conuenit, si Alexandri considerauimus expositionem, et propterea Alexander per quietem et definitionem, intelligit immobilitatem, et stabilitatem: per id uero quod in motu, et indefinitum, in-

G telligit omne mutabile, & uariabile. Quod ita Aristoteles intelligat, Alexandri exempla demonstrant, & ideo cessant omnes iuniorum caullis, quæstionesque.

Τὸν δὲ μὴ ἐκ προτέρων, τρεῖς εἰσὶ τρόποι. πρῶτον δὲ, εἰ δὲ τῶν ἀντικειμένων ὡς ἀντικειμένου ὄρισται. διὸν δὲ τὸν κακὸν ὡς ἀγαθόν. καὶ γὰρ τῆ φύσει τὰ ἀντικείμενα. ἐνίοις δὲ καὶ ἢ αὐτῆ ἐπισημῆ ἀμφοτέρωθεν ἀποκεί εἶναι. ὥστε οὐδὲ γναρμῶν δόρον, ὡς ἔτδρου τοῦ ἐτέρου.

TERTIVS LOCVS DE FINITIONIS.

37 Eius autem, quod est non ex prioribus, tres sunt modi. Primus quidem, si per opposita, oppositum definiuit: vt per malum, bonum. Simul enim natura opposita. Et nonnullis eadem disciplina contrariorum videtur esse. Quare non notius alterum altero.

Cum assignasset locum qui accipitur a negatione prioris, & notioris simul, hic accipit locum, qui accipitur a negatione prioris tantum. & primo dat intelligere locum, qui accipitur a negatione prioris generatim. deinde eum per species declarat. locus itaque generalis talis est, si assignetur aliqua definitio non ex simpliciter prioribus, intrinseca est. Deinde per species hunc locum distinguit, & dicit, [Eius autem, quod est] definire non ex prioribus, tres sunt modi. hoc est, species, per quæ inuit locum generalem, & diuisionem illius, in species, quas per ordinem prosequitur, & primo eum, qui sumitur a negatione prioris uia oppositi, & dicit, [primus quidem, si per opposita oppositum definiuit.] Sic enim intrinseca definitio, [ut si per malum, bonum] definiatur, dicendo bonum est priuatio mali. Tunc dat rationem, & dicit, [simul enim natura opposita,] & ita neutrum neutro prius est. deinde idem confirmat auctoritate aliquorum, & dicit, [et nonnullis eadem disciplina contrariorum uideatur esse.] quod pro tanto eis sic uidetur, pro quanto tantum contraria esse simul natura. [quare non notius alterum altero.] Dubitabis fortasse, quia Aristoteles decimo metaphysicorum libro docuit reducere omnia opposita ad habitum & priuationem, quatenus alterum extremum cuiuslibet oppositi se habet per modum habitus, & alterum per modum priuationis: sed priuatio non cognoscitur, nisi per habitum, & negatio, per affirmationem: ergo omne oppositum definiuitur per suum oppositum. & hæc dubitatio Alberti est, quam, ut mihi uidetur, obscure soluit. potest tamen dici, quod secus est loqui de oppositis secundum rationem dialecticam, quæ est uniuersalis: secus autem secundum rationem metaphysicam, quæ est secundum res. Primo enim modo omnia opposita sunt simul natura, & ideo recte dixit hic, cum loquutus sit ut dialecticus. Secundo modo habitus est priuatione prior, & affirmatio negatione, & sic omnis opposito reduciatur ad eam quæ est priuationis & habitus: & concedatur, ut sic, alterum per alterum definiiri posse. Molestas

uero quæstiones iuniorum, quibus disputant, utrum omnia opposita sunt simul natura, prætermitto, quia in Dilucidario metaphysicorum disputacionum satis diximus. Hic enim ea sola dicenda esse arbitramur, quæ facere uidentur ad uerborum Aristotelis dilucidacionem. Si quis uero plur a considerauerit, ea querat ab Adinolpno, qui de Aristotelis uerbis pauca, de quæstionibus uero multa scribit.

Δεῖ δὲ μὴ λαθάνειν ὅτι ἐνιαῖος ὡς οὐκ ἔστιν ὁρισσάμενος ἄλλως. διὸν δὲ διπλασίον, ἀνθὶ τοῦ ἡμίσεος. καὶ ὅσα κατὰ αὐτὰ πρότερον λέγεσθαι. ὡς ὅτι γὰρ τὸς τοιοῦτοις, τὰν ὡς εἶναι, τῶν πρότερον ὡς ἔχει. ὡς ἂν ἀδύνατον αὐτὸν ἑταίρου δάτερον γναρμῶν. διὸ τὸν αὐτὸν καὶ ἐν τῶν ἐτέρου λόγῳ συμπεριελήφθαι καὶ δεύτερον.

38 Oportet autem non latere quædam fortasse aliter definiiri non posse, vt duplum sine dimidio, & quæcunque per se ad aliquid dicuntur. Nam omnibus huiusmodi est idem esse ei, quod est ad aliquid quodam modo se habere. Quare non est possibile sine altero alterum cognoscere. quippe cum necessarium sit in alterius oratione coassumi & alterum.

Cum dixisset secundum rationem dialecticam, nullum oppositum definiiri posse per suum oppositum, excipit ab hoc loco relatiue oppositum, & definiiri non potest sine suo opposito. & primo ponit exceptionem & dicit, [Oportet autem non latere quædam fortasse aliter definiiri non posse, ut duplum sine dimidio.] Est enim duplum, quod continet dimidium, [et quæcunque per se ad aliquid dicuntur.] Omnia enim relatiue opposita mutuo definiuntur. deinde eius quod dixit, assignat causam, & dicit, [Nam omnibus huiusmodi] scilicet quæ per se ad aliquid dicuntur [esse idem est ei, quod est ad aliquid quodam modo se habere,] ut saltem in terminum. tunc dat conclusionem, & dicit, [Quare non est possibile sine altero alterum cognoscere,] & ita nec definiiri. & quia aliquid per alterum definiiri potest, aut tanquam per partem definitionis, quæ est genus, aut differetia, aut tanquam per terminum, modo quo accidens per substantiam definiuntur tanquam per terminum suæ habitudinis, exponit alterum relatiuorum per alterum definiiri, non tanquam per partem, sed tanquam per terminum suæ habitudinis, & dicit, [Quippe cum necessarium sit in alterius] relatiue oratione coassumi & alterum tanquam scilicet terminum suæ habitudinis, ut sit alterum relatiuum cum altero, & non per alterum intellectum. Quod uero ad uerba attinet, dixit [et quæcunque per se ad aliquid dicuntur.] quoniam (ut Alexander inquit) sunt quædam, quæ secundum proprium, & specificam rationem non sunt ad aliquid, sed secundum rationem generis, ut medicina, grammatica, geometria, & id genus hæc enim secundum pro-

A priam rationem non sunt ad aliquid, sed secundum rationem generis, quod est scientia, quæ refertur per se ad scibile, & huiusmodi non oportet definiiri per opposita, cum ipse secundum ipsas non sine ad aliquid. Quædam uero secundum specificam rationem sunt ad aliquid, sed per accidens, ut unitas, quæ refertur ad numerum quatenus ei accidit esse principium numeri, ut punctum, quatenus ei accidit esse finem lineæ, ut lineæ, quatenus accidit esse finem superficie. & hæc definiuntur per opposita, quoniam ad ea referuntur saltem per accidens. Quæ enim unitatem, definit dicit unitatē esse principium numeri, & qui definit punctum, dicit punctum esse finem lineæ. & de lineæ, & superficie similiter.

Γναρμῶν δὲ ὅταν δὲ τὰ τοιαῦτα πάντα. χρεῖσθαι δὲ αὐτοῖς, καὶ ἡδὲ τούτων ὡς ἐν ἀποκεί συμπεριελθῶν.

39 Ergo cognoscere quidem oportet huiusmodi omnia, uti autem eis in his, ut videbitur expedire.

Cum demonstrasset eorum, quæ per se ad aliquid dicuntur, non esse aliter uidelicet sine oppositis rationem assignare, concludit præceptum, & dicit, [Ergo cognoscere quidem oportet huiusmodi omnia,] scilicet relatiua, quæ sic se habent, ut diximus, [uti autem eis] supple in disputacionibus, [in his, ut uidebitur expedire,] & utile esse ad propositum. nam si destrueret uoluerimus definitiones eorum quæ sunt ad aliquid, diceremus quoniam non sunt definitiones ex prioribus & notioribus: sin autem eonstruere, diceremus quoniam impossibile est alter huiusmodi relatiue definiiri. Quare memorie mandandum est huiusmodi præceptum.

ΑΜΘ, εἰ αὐτὰ κέχρηται τῶν ὀριζομένων.

40 Alius, si eodem ei quod definiitur, vsus est.

Hic est secundus modus eius quod est non prius, qui accipitur ab eo non priore, quod est idem definitio, & dicit, [Alius] scilicet modus, & secundus eius, quod est non prius, est, [si] scilicet definiens [eodem ei, quod definiitur, vsus est.] ut si diceretur, mens est intellectus animæ. Idem enim per idem definiuntur, & quia nihil ipsum seipso prius est, aut posterius, ideo qui ita definit, peccat.

Λαθάνει δὲ ὅταν μὴ αὐτὰ τῶν ὀριζομένων ὀνόματι χρησθῆται. διὸν εἰ τὸν ἡλίον ὄρεον ἡμεροφάτος ἀριστοτο. ὁ γὰρ ἡμέρα χρεάμενος, καὶ ἡλίος χρεῖται.

41 Latet autem, cum nomine non utitur eodem ei, quod est definiti. Vt si solem, stellam in die apparentem definiirit: siquidem qui die utitur, & sole utitur.

Et quoniam peccatum huiusmodi aliquando clarum est, aliquando latens, exponit quando est latens, & dicit, [Latet autem, quum nomine non utitur eodem ei, quod est definiti.] Quando enim in definitione accipitur aliquid

idem definitio, sed sub alio nomine, tunc peccatum latet. D hoc per exemplum exponit, & dicit, [ut si solem stellam in die apparentem definiirit.] Hic enim peccat eo errore, uerū latenter, quia licet sub alio nomine, eodem tamen definito utitur. [siquidem qui die utitur, & sole utitur.] Quare utitur eodem definito, sed sub alio nomine, quoniam lucens uel apprens in die, idem est quod sol. Quare dixit solem esse stellam solem. Apprens enim in die idem est quod sol, igitur si sol est stella apprens, uel lucens in die, sol erit stella sol. Præterea appellatione dici, significatur sol, & ita aliquid accipietur in definitione idem sol, saltem in obliquo.

Δεῖ δὲ πρὸς τὸ φάραθιναι τὰ τοιοῦτα, μεταλαμβάνειν αὐτὸ τοῦ ὀνόματος τὸν λόγον. διὸν ὅτι ἡμέρα, ἡλίου φάραθινος ὡς ἐστὶ. ἡλίον δὲ ὅτι τὸν φάραθιν ἡλίου ὡς ἐστὶ εἰρηκός, τὸν ἡλίον εἰρηκεν. ὥστε κέχρηται τῶν ἡλίου ὁ τὴν ἡμέρα χρεῖσθαι ὀνόματος.

42 Oportet autē ad deprehendenda talia fumere pro nomine orationem ut quoniam dies est solis latio super terram. Nam tūc manifestum, quoniam qui solis lationem super terram dixit, solem dixit. Quare utitur solē, qui die utitur.

Et quoniam oportet pro bonitate artis & doctrine, ut huiusmodi uitium deprehendatur, alioquin ars esset insufficientis, docet nunc regulam deprehendendi huiusmodi uitium, & dicit, [Oportet autem ad deprehendenda talia] iusta latentia in definitione, ut fiant clara & aperta, [fumere pro nomine orationem] illius nominis, Diximus enim quod sol est stella lucens in die: ut igitur cognoscatur definitione in huiusmodi esse acceptū aliquid, quod est idem sol, accipiat definitione diei, [ut quoniam dies est solis latio super terram, nam tunc manifestum est, quoniam qui solis lationem super terram dixit, solem dixit,] saltē in obliquo. [Quare utitur sole, qui utitur die] in definitione solis. utitur dico sole in obliquo, hoc pacto, sol est stella lucens in latione solis. Insuper utitur sole implicite, qui utitur die: qui uero utitur loco diei eius definitione, utitur sole explicite. Sed occurret, quoniam omnis definitio est idem numero definitio, quare omnis definitio erit male, assignata. Præterea in omni definitione ponitur genus, sed (ut Boetius inquit) definitum est idē generis, ut particulare uniuersali. Intelligas igitur in definitionibus tunc peccatum esse, cum aliquid accipitur in definitione, quod non solum res, sed nomine est idem definitio, uel saltem synonymum. ut si diceremus quod homo est animal homo, tunc in definitione acciperetur aliquid idem definitio re, & nomine. Si autem diceremus quod mens sit intellectus animæ, tunc acciperetur in tali definitione aliquid, quod est synonymum menti. Quare licet definitio sit idem numero definitio, non tamen est ei nomine idem, uel synonyma. similiter, licet genus sit idem definitio, tamen genus non est idem nomine, uel synonymum definitio.

6 Πάλιν ει (ε)δ' ανδραγαθία & ανδραγαθία-  
νομος εστιν. διον περιττον, & μοναδι' μείζον, & ερ-  
λου. & μια γαρ τῆ φύσει, τα ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους  
ανδραγαθία. & δὲ περιττον καὶ ἄλλων ανδρα-  
γαθίῳ. & μὴ γαρ ἀριθμὸς Διφθορεαί.

43 Rursum, si eo quod diuerso diuiditur, definitur. Vt impar est, quod vnitatem maius est pari. Simul enim natura sunt, quæ sub eodem genere e diuerso diuiduntur. Impar autem & par, e diuerso diuiduntur. Nam ambo, numeri differentie sunt.

Tertium modum tradit Aristoteles nunc demonstrat  
tium eius, quod est non per priora definit, & dicit, [Rur-  
sum si quod e diuerso diuiditur eo definitur, quod e diuerso  
diuiditur.] Sic enim interimitur definitio. Et assignat  
exemplum, & dicit, [Vt impar est, quod unitatem maius est  
pari.] Deinde assignat causam loci, & exempli, & di-  
cit, [Simul enim natura sunt, quæ sub eodem genere e di-  
uerso diuiduntur.] Quod si sunt simul natura, neutrum  
neutro definitione prius est. Deinde verificando, exem-  
plum, dicit, [Impar autem & par e diuerso diuiduntur,  
nam ambo numeri differentie sunt.] quæ sub numero cõ-  
tinentur, saltem lateraliter. Quare neutrum neutro prius  
est definitione. Quod uero ad locum attinet, dices, cor-  
relatiua simul sunt natura, & tamẽ alterum definitur per  
alterum. Diximus superior alterum relatiuum definiri per  
alterum, non tanquam per partem definitiuam, sed tanquã  
per terminum sue habitudinis. Quod uero ad exem-  
plum attinet, non uidetur uerum semper, ut impar sit uni-  
tate maius pari, quoniam tria nõ sunt maiora quatuor uni-  
tate, sed pauciora. Propterea intelligas hoc de pari quod  
impar correspondet. Tribus enim duo correspondent,  
& ideo tria duobus maiora sunt.

1 Ομοίως δὲ καὶ εἰ Διφθ. ἢ ὑποκάτω τῶ ἐπὶ αὐ-  
νο εἰς αὐτὸν διον ἀρῶν ἀριθμῶν, τὸν δίχρα δια-  
εἰσεύωσιν, ἢ τὸ ἀραθὸν, ἔξιμ ἀρεπῆς, τὸ γὰρ δί-  
χρα, ἀπὸ τῆ δὴ εἰληπται ἀρῶν ἔνταρ. καὶ  
ἢ ἀρεπῆ, ἀραθὸν ἔξιμ, ὥστε ὑποκάτω ταῦτα  
εἰσεύωσιν. ἔξι δ' ἀνάγκη τῶ ἐπὶ ὑποκάτω  
χρῶμενον, καὶ αὐτῶ χρεῖσται. ὅ, τε γὰρ τῆ ἀρε-  
τῆ χρῶμεν, & χρεῖται ἐπὶ ἀραθῶ. ἐπειδὴ ἀρα-  
θὸν ἢ ἀρεπῆ ὁμοίως δὲ καὶ ὁ τῶ δίχρα χρῶμε-  
ν, τῶ ἀρῶν χρεῖται. ἐπειδὴ εἰς δὴο διηρησῶσαι  
σημαίνει & δίχρα. τὰ δὲ δὴο. ἀρῶν ἔξι. καὶ δὴο  
δὴο εἰπέμ, εἰς ἔξι τῶπος, & μὴ Διφθ. πορτοβῶν  
καὶ γνωριμωτέρων ποιήσασθαι τῶ λόγον. μέγθ  
δ' αὐτοῦ, τὸ εἰρημένα.

44 Similiter autem & si per infe-  
riora, superiora definiuit. Vt parem  
numerum, qui bipartite secatur: aut  
bonum, habitum virtutis. Nam & bi

partite sumptum est a duobus, quæ  
paria sunt: & virtus bonum quoddam  
est. Quare inferiora hæc quam illa  
sunt. Est autem necesse eum qui infe-  
rioribus utitur, & illis uti. Qui enim  
virtute utitur, & bono utitur, eo quod  
bonum quoddam virtus est. Simili-  
ter autem & qui bipartite utitur, &  
pari utitur, eo quod in duo secari si-  
gnificat bipartite secari. Duo autem  
paria sunt. Generatim igitur dicen-  
do vnus est locus, non per priora &  
notiora fecisse orationem. partes au-  
tem eius, quæ dictæ sunt.

Videtur quod hic sit quartus modus, & tamen propo-  
suit tres tantum. Quod uero hic sit quartus modus, perspi-  
cum est. non enim est ille, qui est ex oppositis: nec ille,  
qui est ex eisdem cum definitio: nec ille, qui est ex contra-  
diuisis sub uniuersali, quare uidetur quartus modus eorū,  
qui non per priora definiunt. unde dicit, [Similiter autẽ,  
& si per inferiora, superiora definiuit.] subaudi intermi-  
tuitur definitio. & assignat exempla, quorum primum est  
in mathematicis, & dicit, [Vt parem numerum] dicendo  
quod sit numerus, [qui bipartite secatur.] Secundum uero  
in morali philosophia, & dicit, [aut] dicendo [bonum]  
esse [habitum uirtutis], deinde uerificat exempla, & o-  
stendit quod eiusmodi exempla sunt definitiones assigna-  
te per inferiora. & dicit, [Nã & bipartite sumptum est  
a duobus, quæ paria sunt.] idẽ enim est bipartitum, quod  
in duo partitum. duo autem inferiora sunt ipso numero  
pari. Sub pari enim sunt & tripartitum, & quadripar-  
titum, & id genus. [Et uirtus bonum quoddam est.] Est  
enim uirtus boni species, sub bono enim est & disciplina, &  
diuitie, & genus, & id genus. [Quare hæc] scilicet bi-  
partite secatur, & uirtus [inferiora sunt quam illa] sci-  
licet bono, & pari numero, & sic uerificata sunt exem-  
pla. Deinde assignat rationem loci, & dicit, [Est autem  
necesse eum, qui inferioribus utitur, & illis] scilicet supe-  
rioribus [uti] & sic idem per seipsum definitur, probat  
hoc & dicit, [Qui enim uirtute utitur] in definitione bo-  
ni, ponendo pro nomine uirtutis, definitionẽ uirtutis [ &  
bono utitur] in definitione boni, eo quod uirtus est quod-  
dam bonum] scilicet anima: [Similiter, & qui bipartite  
utitur] in definitione paris numeri, ponendo loco nomi-  
nis definitionem, [ & pari utitur, eo quod bipartite seca-  
ri significat in duo secari, duo autem paria sunt.] Quare  
idem accipietur in definitione sui. Ex iis per spicuum (ut  
Alexander annotauit) hunc modum quartum ad secun-  
dum reduci. Erat enim secundus, quando aliquid defini-  
tur per seipsum. & hic quartus etiam est quando aliquid  
per seipsum definitur, ut Aristoteles probauit ponendo  
loco nominum definitiones, & hac ratione dixit tres esse  
modos. Deinde epilogat & dicit, [Generatim igitur di-  
cendo vnus est locus] qui uidelicet est, [non per priora  
& notiora fecisse orationem, partes autem eius] loci ge-

A neratim assignat tres sunt [quæ dictæ sunt] per ordinẽ,  
saltem reduciuntur, quoniam explicauit quatuor.

Δεῦτα δ' εἰ ἐν γένει τοῦ περὶ γένους ὄντος,  
μὴ κείτου ἐν γένει. ἐν ἀπασιν δὲ τὸ τοιοῦτον ἀ-  
μαρτυροῦν ἐστίν, ἐν δὲ οὐ πορτοβῶν τοῦ λόγου τῶ  
ἔξιμ. ὁ τοῦ σώματος ὄρισμός, & ἔχρον τρεῖς εἰς  
σῶσεως, ἢ εἰς τῶ ἀνθρώπου ὄρισμά, & ἐπιστάμε-  
νον ἀριθμῶν. οὐ γὰρ εἰρηπῶν ἔξιμ, τρεῖς ἔχει εἰς  
σῶσεως, ἢ τὸν ὄν, ἐπιστάται ἀριθμῶν. & δὲ γένος  
βῆλεται & ἔξιμ σημαίνει. καὶ πορτοβῶν ὑποτί. δε-  
τα τῶ ἐν ἐπὶ ὄρισμῶν λεγομένων.

LOCVS III.

45 Secundus autem, si in genere exi-  
stentis rei non ponitur in genere.  
Nam in omnibus tale peccatum est,  
in quibus non proponitur in oratio-  
ne ipsum quid est. Vt si corporis defi-  
nitio, est hoc quod est habere tres di-  
mensiones: aut si quis hominem de-  
finierit, quoniam scit numerare. Nõ  
enim dictum est ipsum quid existẽs,  
tres habet dimensiones: aut ipsum  
quid existens, scit numerare. Genus  
autem uult ipsum quid est significa-  
re, & primum supponitur eorū, quæ  
in definitione dicuntur.

Cum assignasset locum, quo demonstratur non defini-  
ri rem, quando nõ per priora, & notiora definitur, quar-  
tum locum nunc assignat, quo demonstratur non defini-  
ri rem, quæ genus habet, si non accipietur in definitione ge-  
nus ipsum, loquitur autem obscure (ut Alexander annota-  
uit) & dicit, [Secundus autem] locus, dico secundum in  
ordine ad communes locos, quartus uero est in ordine ad  
locos secundum speciem, [si in genere existentis rei,] &  
debut dicere, [si res, quæ scilicet definitur, est in genere,  
cum scilicet definitur] nõ ponitur in genere, nam in omni-  
bus] quæ definiuntur, & sunt in genere [tale peccatũ est,  
in quibus nõ proponitur in oratione] ipsum genus, quod  
est [ipsum quid est]. quasi dicit, est peccatum, quia omit-  
tuntur genus, quod est ipsum quid est. differentia enim qua-  
le quid est, & sic non cõstaret definitio ex ipso quid est.  
dixit autem, [si res quæ definitur est in genere, quoniam  
quædam sunt quæ definiuntur, quorum non est genus, ut  
genera alissima.] Deinde assignat exempla, & dicit, [Vt si  
corporis definitio est hoc, quod est habere tres dimen-  
siones, aut si quis hominem definiuerit,] dicens [quoniam scit  
numerare.] Solus enim homo inter animalia scit numerare  
re. [Non enim dictum est] genus [ipsum quid existens,]  
cum subaudi dixit in definitione corporis [tres habet di-  
mensiones, aut ipsum quid existens,] scilicet genus, cum  
subaudi dixit [scit numerare, genus aut uult ipsum quid  
est existẽs significare, & primum supponitur eorū quæ  
in definitione dicuntur.] differentia autem significat qua-  
le, & non est primum eorum, quæ in definitione supponit

tur. Oportet autem genus, quoniam significat quid est. D  
primum eorū supponere quæ in definitione sunt, per ge-  
nus enim naturam rei quæ definitur, præformamus per  
differentiam autem explicamus, & describimus. Primum  
enim oportet dicere quid est, & deinde quale quid est.  
Ex amobus enim est uniuersaliusque quod quid er at esse.  
Quod uero ad uerba attinet dixi [ & primum sup-  
ponitur,] quoniam non per demonstrationem accipit. Est  
autem suppositio contradiuisa definitioni: positio uero al-  
quid commune suppositioni, & definitioni, ut primo Po-  
steriorum dicitur.

Εἰτι εἰ πορτοβῶν λεγομένου τοῦ ὄρισμένου,  
μὴ πορτοβῶν ἀπέστανεν διον εἰ τῶ γενομένου-  
καὶ ἐπιστάμενον, τῶ γὰρ εἰς ὑποκαθῶν. πορτοβῶν  
δὲ ταῦ γὰρ, ὅτι καὶ τοῦ ἀναγνώσται. οὐδὲ γὰρ  
μᾶλλον τοῦ γὰρ εἰς ἢ τοῦ ἀναγνώσται ὁ ἀποδιδούς  
ἔστιν. ὥστ' οὐδ' ἐπὶ τῶ, ἀλλ' ὁ ἀμφὸ τοῦ  
εἰσῶν. ἐπειδὴ ἀπέστανεν οὐκ ἐνδέχεται τοῦ αὐτοῦ  
ὄρισμῶν εἶναι.

LOCVS V.

46 Insuper si cum dicatur ad plu-  
ra, id quod definitur, non ad omnia  
assignauit. Vt si grammatice scien-  
tiam scribendi quod profertur. Nam  
indiget & quoniam legendi. nihilo  
enim magis scribendi quam legendi  
assignat, qui definit. Quare non ali-  
us, sed qui utraque hæc dicit, eo quod  
plures non contingit eiusdem defi-  
nitiones esse.

Quoniam (ut Alexander inquit) eorum quæ ad ali-  
quid dicuntur, quædam ad unum, quædam ad plura di-  
cuntur, ad unum quidem, ut potentia effectiua, ut habitus,  
ut relatio, ut duplum: ad plura uero, ut scientia, & quo-  
niam grammatica eorum est, quæ ad plura dicuntur,  
ideo assignat tertium locum in ordine ad communes  
locos, quintum autem in ordine ad loca secundum speciem.  
& de grammatica exemplum affert, & dicit, [Insuper  
si cũ id, quod definitur, dicatur ad plura,] definiens] nõ  
ad omnia] ead, ad quæ dicitur, [assignauit.] subaudi defi-  
nitio interimitur, per quæ patet secundum Alexandrum,  
hunc locum non esse uerum, nisi in relatiuis quæ ad ali-  
quid dicitur, & assignat exemplum, & dicit, [ut si gra-  
maticen] quis definiens dixerit esse [scientiam scribendi  
quod profertur, nam indiget, & quoniam legendi] refer-  
tur enim grammatica ad ipsum scribere, & ad ipsum le-  
gere, & non magis ad unum eorum quam ad alie-  
rum. Ideo talis definitio interimitur. [Nihilo enim magis  
assignat qui definit, scribendi quam legendi] dicẽdo, quod  
nam grammatica æqualiter ad hæc refertur, propterea  
concludit, [Quare non alius,] scilicet defensor, [sed qui  
utraque hæc dicit] recte definit, [eo quod non contingit  
eiusdem] scilicet rei [plures definitiones esse.] Si enim  
grammatice ex æquo ad ipsum scribere, & ad ipsum le-  
gere refertur, & unum eorum accipietur in definitio-  
ne, posset grammatica bis defini, semel ponendo unum,



G & semel accipiendi alterum : et sic eiusdem essent plures definitiones, quod est falsum. non enim contingit eiusdem plures esse definitiones. Quod uero ad uerba attinet, uerbum legendi graece est ἀναγιγνώσκω, latine, tum legendi, tum loquendi, uel dicendi, grammatica enim utraque complectitur.

Εἰς ἑνὸν μὲν δὴ λέγουσιν ἄλλοθεν ἔχει, καθάπερ ἐρεῖται. ἑῷ ἑνὸν δὲ οὐ. διὸ ἐφ' ὅσα μὴ καθ' αὐτὸν ἴσως ἀμφω λέγεται. καθάπερ ἰατρικῆ τοῦ νόσου καὶ ὑγίαια ποιῆσαι. τοῦ μὲν γὰρ καὶ ἀντιὸν λέγεται. τοῦ δὲ κατὰ συμβεβηκός. ἀπολαῶς γὰρ ἀλλότριον πρὸς ἰατρικῆς, τὸ νόσου ποιῆσαι. ἀστ' οὐδὲν μᾶλλον ἔρριται, ὁ ἴσως ἀμφω ἀπολαῶς τοῦ ἰατρικῆ. ἀλλ' ἴσως καὶ χεῖρον. ἐπειδὴ καὶ ἴσως ἰατρικῆ ὁμοίως δὴ λέγουσιν ἑστὶ νόσου ποιῆσαι.

H 47 In quibusdam enim secundum veritatem, se habet ut dictum est, in quibusdam uero non. Ut in quibuscunque non per se dicitur ad utrunque. ut medicinalem scientiam sanitatem & aegritudinem efficiendi. Nam ad illam quidem per se dicitur, ad hanc autem per accidens. Simpliciter enim alienum a medicinali est, aegritudinem efficere. Quare nihil magis definiuit qui ad utrunque assignauit, quam qui ad alterum. Verum fortasse & deterius: eo quod & reliquorum quilibet potest aegritudinem efficere.

Exponit Aristoteles quid uelit intelligere, cum dicit. [Si ad plura dicatur,] et uult quod intelligatur per se, et secundum quod ipsum. si enim aliquid refertur ad plura per se, et secundum quod ipsum, hoc est, aequo primo. et cum definitur, ea omnia non accipiuntur, ad quae dicitur per se et aequo primo, interimitur definitio, unde dicit. [In quibusdam enim secundum ueritatem se habet, ut dictum est] scilicet quod refertur ad plura per se, atque aequo primo, hoc enim non est dictum, sed subintellectum, [in quibusdam autem non ut in quibuscunque] id, quod definitur, non dicitur per se ad utrumque ut si aliquis uoluerit definire [medicinalem] facultatem, dicat ea esse scientiam efficiendi sanitatem, et aegritudinem, sic enim eam non oportet definire, [nam ad illam quidem] scilicet sanitatem [per se dicitur: ad hanc autem] scilicet aegritudinem, [per accidens]. Quod autem medicinalis facultas non dicatur per se ad aegritudinem, probat, et dicit. [Simpliciter enim alienum a medicinali] scilicet facultate [est, aegritudinem efficere.] Et propterea concludit. [Quare nihil magis definiuit, qui ad utrumque] scilicet ad sanitatem, et aegritudinem [assignauit, quam qui ad alterum] tantum, scilicet ad sanitatem. [Verum fortasse et

deterius.] Non enim in substantia alicuius est illud, quod per accidens est. oportet autem substantiam definiti significare definitionem, quam non significat id quod per accidens est. Et ideo deterius esset addere in definitione id, quod est per accidens, est deterius etiam propter aliam causam, quia unusquisque esset medicus, [eo quod et reliquorum quilibet potest aegritudinem efficere] etiam bos, et equus, et omne nocens. Est igitur locus, si aliquid refertur ad plura per se, et aequo primo, et cum definitur, non accipiuntur ea omnia ad quae refertur, interimitur definitio.

Εἰ ἐμὴ ἰατρικῆ βέλτιον, ἀλλὰ ἰατρικῆ ἑσθιῶν ἀπέδωκε, καὶ ἰατρικῆ ὄντων ἰατρικῆ ἀλέγεται τὸ ὀρθότροπον. καὶ ἰατρικῆ καὶ ἀντιῶν, τοῦ βελτίου δὲ οὐκ ἔστιν.

48 Insuper si non ad melius, sed ad peius: cum sint plura, ad quae dicitur quod definitur. Nam omnis disciplina & potestas, optimi videtur esse.

Hoc quod Aristoteles dicit, potest esse locus per se, et post esse declaratio ulterior superioris loci, ut placet Alexandro, quasi dicat. insuper si aliquid ad plura refertur, et quidem per se, et aequo primo, quorum alterum est melius et alterum peius, si tale definitum definitur per peius, interimitur definitio, unde dicit. [Insuper si non ad melius, sed ad peius assignauit, cum sint plura, ad quae dicitur] per se, uidelicet et aequo primo, [quod definitur,] subaudi interimitur definitio. Nam licet disciplina et potestas sit boni et mali, [omnis] tamen [disciplina et potestas optimi uidetur esse,] et ideo per illud debet defini. Vtrum autem aliquid possit per se et aequo primo referrī ad plura, bona quaestio est. Fortasse enim fieri non potest. Bene tamen puto per se idem posse ad plura referrī, non tamen aequo primo, ut disciplina et potestas, quae boni et mali sunt, per se autem non nisi boni.

Ἡ δὲ μὴ καὶ τὰ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἰατρικῆ, καὶ ἰατρικῆ ὄντων ἰατρικῆ ἀλέγεται τὸ ὀρθότροπον. καὶ ἰατρικῆ καὶ ἀντιῶν, τοῦ βελτίου δὲ οὐκ ἔστιν.

I 49 Rursum si non positum est in proprio genere, quod dictum est, considerandum ex iis quae ad genera sunt, elementis, ut prius dictum est.

Hic est sextus locus, qui accipitur ab alieno atque extraneo genere. est enim quintus locus in ordine ad communes locos, qui assignati sunt in hac parte. et dicit. [Rursum si non positum est in proprio genere,] sed in genere extraneo atque alieno, [quod dictum est,] atque definitum, [considerandum ex iis elementis, quae sunt ad genera] hoc est, ad problema de generibus, scilicet in libro quarto. Non enim definiuit uirtutem, qui eius orationem assignauit substantiam in ratione distribuendi ius cuiusque. Quo uero modo cognoscere poterimus si datum genus proprium, uel extraneum est, remittit nos ad loca de generibus dicta. In illis enim de hoc agit.

A Quod uero ad uerba attinet, per elementa, loca intelligit, quoniam loca, elementa, et principia, et occasiones sunt, quibus ad problema argumentamur.

Εἰ ἐμὴ ἰατρικῆ βέλτιον, ἀλλὰ ἰατρικῆ ἑσθιῶν ἀπέδωκε, καὶ ἰατρικῆ ὄντων ἰατρικῆ ἀλέγεται τὸ ὀρθότροπον. καὶ ἰατρικῆ καὶ ἀντιῶν, τοῦ βελτίου δὲ οὐκ ἔστιν. Εἰ ἐμὴ ἰατρικῆ βέλτιον, ἀλλὰ ἰατρικῆ ἑσθιῶν ἀπέδωκε, καὶ ἰατρικῆ ὄντων ἰατρικῆ ἀλέγεται τὸ ὀρθότροπον. καὶ ἰατρικῆ καὶ ἀντιῶν, τοῦ βελτίου δὲ οὐκ ἔστιν.

B λέγουσιν.

LOCVS VII.

50 Præterea si transcendens dicit genera, ut qui iustitiam aequalitatis habitum effectuum, uel distributiuum æqui. nam transcendit qui sic definit uirtutem. Relinquens igitur iustitiæ genus, non dicit quod quid erat esse. Nam substantia unicuique cum genere est. Est autem hoc idem ei, quod est non in proximo genere ponere. Qui enim in proximo posuit, omnia superiora dixit, eo quod omnia superiora genera de inferioribus prædicantur. Quare aut in proximo genere ponendum, aut omnes differentias superiori generi addendum, per quas definitur proximum genus. Sic enim erit nihil prætermisum, sed pro nomine in oratione dictum erit inferius. Qui uero ipsum superius genus dicit, non dicit & inferius genus. Quoniam qui plantam dicit, non dicit arborem.

Hic est septimus locus, qui accipitur a genere transcendenti, et per genus transcendens ipse intelligit genus non proximum, ut postea ipse exponet, et dicit. [Præterea si transcendens dicit genera] subaudi interimitur definitio, et assignat exemplum, et dicit. [Ut qui] subaudi definiendo dicit [iustitiam] esse [habitum effectuum aequalitatis, aut] habitum [distributiuum æqui.] Vtroque enim modo non definit qui sic dicit, quia præter

misit uirtutem, quæ est proximum genus iustitiæ, et accepit habitum, qui est transcendens ac remotum genus. Et propterea ait, [Nam transcendit (qui sic definit) uirtutem.] et propterea concludit, [relinquens igitur iustitiæ genus.] scilicet proximum, [non dicit] ipse iustitiæ [quod quid erat esse] hoc est, essentiam et substantiam. [nam substantia unicuique cum genere,] scilicet proximo [est,] et non cum genere transcendenti. hoc est, substantia eius quod definitur, per genus proximum designatur, quod prædicatur in quid, non autem per genus remotum. Per genus enim remotum non solum substantia eius quod definitur, designatur, sed multorum aliorum communiter, quæ sub illo genere continentur. Deinde exponit, quid ipse uelit per genus transcendens, et dicit. [Est autem hoc,] scilicet in genere transcendenti ponere [idem est, quod est non in proximo genere ponere.] Quare transcendens genus et non proximum genus idem est, habitus enim est transcendens genus iustitiæ, et est etiam non proximum genus iustitiæ. Deinde ostendit secundum quod peccent, qui sic faciunt, et quo modo factum sit, et quo modo non, et dicit. [Qui enim] definitum [in proximo] scilicet genere [posuit, omnia superiora] scilicet genera [dixit, eo quod omnia superiora genera de inferioribus prædicantur,] et in inferioribus sunt, et sic non peccat. Peccat autem, cum definit per genus non proximum, ut dictum est, et dicemus, quoniam inferiora genera non sunt in superiore. tunc concludit quomodo genus in definitione sit ponendum, et dicit. [Quare aut in proximo genere] ipsum definitum est [ponendum, aut] si proximum genus fuerit ignotum, et ei nomen non sit inditum, [omnes differentias superiori generi,] quod remotum ac non proximum, uel transcendens dicitur, [addendum] semper uniuersaliori minus uniuersalem addendo, [per quas definitur proximum genus, sic enim nihil erit prætermisum, sed pro nomine] scilicet generis proximi, quod ignoratur, [in oratione dictum erit inferius genus,] quoniam definitio accipitur pro nomine, et hoc modo non peccat, qui definit. Deinde declarat, quo modo peccat, et dicit. [Qui uero ipsum superius genus dicit,] derelinquens uel genus proximum, uel loco proximi generis omittens omnes differentias, hic peccat, [quoniam non dicit et inferius genus,] cum in genere superiori non includatur inferius genus [quoniam qui plantam dicit, non dicit arborem.] est enim planta genus commune herbis, et arboribus, at arbor non nisi arboribus. Quare hic peccat.

Ἡ δὲ μὴ καὶ τὰ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἰατρικῆ, καὶ ἰατρικῆ ὄντων ἰατρικῆ ἀλέγεται τὸ ὀρθότροπον. καὶ ἰατρικῆ καὶ ἀντιῶν, τοῦ βελτίου δὲ οὐκ ἔστιν.

LOCVS VIII.

51 Rursum in differentiis similiter considerandum, & si differentias dicit generis.

Cum assignasset locum secundum, qui accipiebatur a generibus, hic aggregitur locum tertium in ordine ad locos uniuersales, qui tamen est locus octauus in ordine ad locos específicos in particulari, et accipitur a differentiis, et primo inspicit in differentiis simpliciter, et [Rursum in differentiis similiter considerandum] scilicet

G cumdo loco, [et si differentias dixit generis,] subaudi non dixit, quia si qui definit aliquid, accepit genus, et non differentiam illius generis, inuermenda est definitio.

Εἰ γὰρ μὴ τοῖς τοῦ πρῶτου ἰδέσθαι ἄριστοι ἀποφασίζουσιν, ἢ καὶ πᾶσι τῶν τοιοῦτων εἰρηκεν, ὁ μηδενὸς ἐνδέχεται διαφορὰ εἶναι. διὸν τὸ ζῶον ἢ πῦρ οὐσίαν, ἀήλον δὲ οὐχ ἄριστοι. οὐδὲ γὰρ διαφορὰ τὰ εἰρημένα.

LOCVS IX.

52 Si enim rei non specificis definit ut differentiis, aut si etiam omnino aliquid huiusmodi dixit, quod nullus contingit differentiam esse (vt animal, aut substantiam) manifestum quoniam non definiuit. Nullius enim differentiae quae dicta sunt.

Hic est locus nonus in ordine ad particularia, est tamen pars eius loci, quo inspicitur ad differentias. misceat autem primam partem cum secunda, et dicit. [Si enim rei non definiuit specificis differentiis,] sed transcendentibus, inuermenda est definitio. et haec est secunda pars, locus nonus. Deinde repetit primam partem, quae fuit locus octauus, et dicit. [Aut etiam si omnino aliquid huiusmodi dixit, quod nullus contingit differentiam esse, ut animal, uel substantiam,] nullum enim horum differentia est. animal enim genus est sub alternum. substantia autem generis alissimum. [manifestum quoniam non definiuit. nullus enim differentia] sunt animal et substantia, quae dicta sunt. Sed animal genus est sub alternum, substantia autem generis alissimum. Quare nec primo modo, nec secundo modo definiuit. qui enim definiendo accepit in definitione pro differentia aliquid, quod simpliciter nullus est differentia, non definiuit: et qui definiendo accepit aliquid, quod est differentia quidem alicuius, non tamen specifica, hic etiam non definiuit.

Ὁρᾶν δὲ καὶ ἐστὶν ἀντιδιηρημένον ὅτι εἰρημένῃ διαφορᾷ. εἰ μὴ ἐστὶν, ἀήλον ὅτι οὐκ ἐστὶν ἢ εἰρημένῃ τοῦ γένους διαφορᾷ. πᾶσι γὰρ γένος, τὰς ἀντιδιηρημένους διαφορᾷς ἀποφασίζουσι, καὶ ἀπό τὸ ζῶον, [ἔ] πῦρ καὶ [ἔ] πῦρ καὶ [ἔ] ἐνδέχεται, καὶ [ἔ] ἀήλου.

53 Videndum autem, & si est aliquid, quod e diuerso diuiditur dictae differentiae. Si enim non est, perspicuum quoniam non erit, quae dicta est generis differentia. Quippe cum omne genus iis, quae e diuerso diuiduntur, differentiis diuidatur. vt animal gressibili, & volatili, & aquatili, & bipede.

Cum tetragisset duos locos, qui accipiuntur a differen-

tis, nunc exponit eos, et primo exponit secundum qui erat nonus, uidelicet quando in definitione accipitur aliquid loco differentiae, quod non est differentia. et dicit. [Videndum autem] si quod pro differentia est acceptum, sit differentia, [et si est aliquid] sub genere assignato in definitione, quod e diuerso diuiditur dictae differentiae, scilicet quae cum genere in definitione accipitur, [si enim nihil est] contradiuissum e differentiae. [per spicuum quoniam non erit differentia generis] assignata, [quae] pro differentia dicta est. quippe cum omne genus iis, quae e diuerso diuiduntur, differentiis diuidatur, ut animal, [quod diuiditur] gressibili, et volatili, et aquatili, et bipede. [quod] quando igitur in definitione aliquid accipitur cum genere loco differentiae, quod tamen sub illo genere non habet aliquam differentiam e diuerso diuisam, tunc differentia assignata non est differentia. Omnis enim differentia est generis diuisa, et speciei constituta. Hoc pacto peccat, qui definiendo animam, dicit animam esse motum substantialem. Hic enim arguitur, quia non accepit in definitione differentiam, cum ipsum substantiale sub motu nulli e diuerso sit diuisum, et sic errauit.

Η ἐστὶν ἢ ἢ ἀντιδιηρημένῃ διαφορᾷ, μὴ ἀλήθειαν δὲ ἔχει τοῦ γένους, ἀήλον ὅτι οὐδὲν ἐστὶν ἢ ἐν τοῦ γένους διαφορᾷ. πᾶσι γὰρ αἱ ἀντιδιηρημέναι διαφορᾷ ἀλήθειαν ἔχουσι τοῦ οὐκ ἐστὶν γένους.

54 Aut si est quidem e diuerso diuisa differentia, non verificatur autem de genere. si enim non, perspicuum quoniam neutra erit generis differentia. Omnes enim quae e diuerso diuiduntur differentiae, verificantur de proprio genere.

Iterum secundo exponit, quomodo cognosci potest assignatam differentiam in definitione non esse differentiam, ut superius dixit, et ait. [Aut si est quidem e diuerso diuisa differentia, non verificatur autem de genere,] hoc enim pacto id, quod pro differentia est assignatum, non erit differentia, et propterea inquit. [Si enim non subaudi de genere verificatur,] [perspicuum quoniam neutra erit generis differentia] scilicet nec ipsa, nec quae e diuerso est diuisa. Cuius rationem reddit, et dicit. [Omnes enim quae e diuerso diuiduntur differentiae, verificantur de proprio genere,] quod e diuerso diuiduntur. Hoc exponit Alexander, et dicit, quoniam in ipso sunt, et predicantur simul acceptae. et tu intelligas sub distinctione. nam animal aut rationale, aut irrationale, aut aliter, ut inquit, verificatur. omnes differentias de genere dixit, quoniam de aliquo ipsius predicantur, ut rationale de hominibus, mugibile de bobus, et sic in ceteris id genus. Exemplum huius differentiae est, si quis hominem definiret quod sit animal contiguum, est enim aliquid quidem e diuerso diuisum ipsi contiguo, ut continuum, et consequenter ens, et id genus, neutrum autem eorum animalis differentia est.

A Ομοίως δὲ καὶ εἰ ἀληθεύεται ἢ, μὴ ποιεῖ δὲ προστιθεμένη ἔ] γένει εἰσάγει. ἀήλον γὰρ ὅτι οὐκ ἐστὶν ἐν ἑαυτῇ εἰσοποιοῦς διαφορᾷ τοῦ γένους. πᾶσι γὰρ εἰσοποιοῦς διαφορᾷ μὴ τοῦ γένους, εἰδος ποιεῖ, εἰ δ' ἑαυτῇ μὴ ἐστὶν διαφορᾷ, οὐδ' ἢ λέγει ἄλλο. ἐπειτα τοῦ ἀντιδιηρημένου,

55 Similiter autem & si verificatur quidem, & non facit apposita generi, speciem. Nam perspicuum, quoniam non erit haec specifica differentia generis. quippe cum omnis specifica differentia cum genere speciem faciat. Si autem haec non est differentia, nec quae dicta est, quia haec e diuerso diuiditur.

B Potest exponi uno modo, quod Aristoteles declarat primam partem, quae erat, quando in definitione accipitur pro differentia, id quod est differentia, non tamen est specifica, et dicit. [Similiter autem et si verificatur quidem] et subaudi est differentia. [et apposita generi non facit speciem] nam perspicuum, quoniam non erit haec specifica differentia generis. omnis enim specifica differentia cum genere speciem facit, et ut dixit inuermenda est definitio. hoc modo peccat, qui dixit definiendo hominem, quod sit animal habens nasum curuum. Curuum enim e diuerso diuiditur simo. Verum curuum cum animali ipso compositum speciem non facit, et propterea inuermenda est definitio. propterea subdit. [Si autem haec non est differentia,] scilicet specifica, [haec] scilicet simo quod curuo e diuerso diuiditur, [nec quae dicta est] scilicet curuum erit differentia specifica, [quia haec] scilicet curuum e diuerso diuiditur ipsi simo. Est enim regula, duarum differentiarum e diuerso sub eodem genere diuisarum, si altera earum non fuerit specifica, nec altera erit differentia specifica. Et sic patet haec duae partes loci, qui a differentis accipitur, quam expositionem non intellexerunt iuniores, ut considerari ea quae dicunt perspicuum est.

C Εὐδὲμ ἀποφασίζουσι διὰ τὸ γένος. καὶ ἀπό τὸ πῦρ γράμμη ἐπιζῶντες μῆκος ἀπλάτους εἶναι. οὐδὲμ δὲ ἄλλο σημαίνει, ἢ ὅτι οὐκ ἔχει πλάτος. συμβῆσε δὲ τὸ γένος μετέχου τοῦ εἰδους. πᾶσι γὰρ μῆκος, ἢ ἀπλάτους, ἢ πλάτους ἔχου ἐστὶν. ἐπειτα κατὰ πᾶσι, ἢ κατὰ φασιν, ἢ ἀπό φασιν ἀληθεύεται. ὅστε καὶ τὸ γένος πῦρ γράμμη μῆκος, μῆκος δὲ ἢ ἀπλάτους, πλάτους ἔχου ἐστὶν. μῆκος δὲ ἀπλάτους, εἰδους ἐστὶν λόγος. ὁμοίως δὲ καὶ μῆκος πλάτους ἔχου. πῦρ γὰρ ἀπλάτους καὶ πλάτους ἔχου, διαφορᾷ εἰσιν. ἐν δὲ πῦρ εἰδος φασιν καὶ τοῦ γένους, ὁ τοῦ εἰδους ἐστὶν λόγος, ὅστε πῦρ γένος ἐπιζῶντος ἂν ἐν τῷ εἰδους λόγος. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ διαφορᾷ. ἐπειδὴ ἢ ἐστὶν ἀριστοι εἰρημένῃ διαφορᾷ, ἐξ ἀνάγκης καταγορεύεται τοῦ γένους.

LOCVS XI.

56 Insuper si negatione diuidat genus, vt qui lineam definiunt esse longitudinem sine latitudine. Nihil enim aliud significat sine latitudine quam quoniam non habet latitudinem. Accidet igitur genus participare speciem. omnis enim longitudo, sine latitudine, aut latitudinem habens est, quia de quolibet vel affirmatio, vel negatio vera fit. Quare genus lineae (cum longitudo sit) siue latitudo, aut latitudinem habens erit. At longitudo sine latitudine, speciei est ratio. Similiter autem & longitudo latitudinem habens. Sine latitudine enim & latitudinem habens, differentiae sunt. Ex differentia autem & genere est speciei ratio. quare genus suscipiet speciei rationem. Similiter autem & differentiae, eo quod altera dictarum differentiarum ex necessitate predicatur de genere.

Hic est locus decimus in ordine locorum particularium, tertia uero pars earum quae accipiuntur a differentis, unde dicit, [Insuper si] definiens aliquam speciem, [negatione diuidat genus,] id est, si accipiat in definitione negationem, ut differentiam propositi generis, non definit, et assignat exemplum, et dicit. [Vt] non definiunt, [qui lineam definiunt esse longitudinem sine latitudine]. Deinde ostendit eos, qui sic lineam definiunt, non definiunt, ut ex probatione huius exempli accipiatur probatio loci. et accipit unam suppositionem pro syllogismo, et dicit. [Nihil enim aliud significat] cum in definitione lineae dicitur [sine latitudine, quam quoniam non habet latitudinem,] ut sit contradictio habere latitudinem, et non habere latitudinem. Hac suppositione concessa, syllogizat hoc pacto, omnis longitudo est habens latitudinem, uel non habens latitudinem, genus lineae est longitudo, ergo genus lineae est habens latitudinem, uel non habens latitudinem. ultra, longitudo sine latitudine est lineae ratio, longitudo sine latitudine predicatur de genere, ut syllogizatum est, igitur in tertia figura a lineae ratio predicatur de genere. horum syllogismorum primo ponit absurdum, quod est conclusio, et dicit. [Accidet igitur genus participare speciem] id est, recipere predicacionem rationis speciei, quod est absurdum. deinde deducit consequentiam per duos syllogismos, et dicit. [Omnis enim longitudo sine latitudine, aut latitudinem habens est,] probat, [quia de quolibet uel affirmatio, uel negatio uera fit. [Est autem suppositio quoniam habere latitudinem, et non habere latitudinem sine affirmatio uel

negatio, quare patet maior. Tunc simul accipit minorem, & conclusionem, & dicit, [Quare genus lineae, cum longitudo sit, sine latitudine, aut latitudinem habens erit,] quasi dicat, sed longitudo est genus lineae, igitur genus lineae sine latitudine, aut latitudinem habens erit. Hic est primus syllogismus, deinde accipit secundum, & supponit pro constanti, quod genus lineae, quod est longitudo, non habeat latitudinem. Non enim hoc aliter probat, sed pro uero supponit, & syllogizat, & dicit, [At longitudo sine latitudine speciei] scilicet lineae, [est ratio] secundum aduersarios. Addatur minor, sed longitudo sine latitudine predicatur de genere scilicet de longitudine, per syllogismum assignatum, & per suppositionem, igitur genus, scilicet longitudo suscipiet speciei, scilicet lineae rationem, & quia aliquis dicit definitionem lineae esse longitudinem latitudinem habentem, addit, [Similiter autem & longitudo latitudinem habens] predicatur de genere, si subaudi definitio lineae esset, longitudo habens latitudinem, cuius rationem affert, & dicit, [Sine latitudine enim & latitudinem habens, differentia sunt] eiusdem generis. Tunc ultra dicit, [ex differentia autem & genere est speciei ratio] & sic ratio lineae erit composita ex ipso sine latitudine, uel ex ipso habente latitudinem & ipsa longitudo. Ex his infert principalem conclusionem, & dicit, [Quare genus suscipiet speciei rationem,] quod est absurdum, quia tunc speciei esset predicatum de genere. Deinde dat secundum absurdum, si dicitur negationem esse differentiam in definitione, & dicit, [Similiter autem & differentia] subaudi genus rationem suscipiet, quasi dicat ad eos sic dicentes non solum sequitur genus suscipere rationem speciei, sed etiam differentia, qua diuiditur, & probat consequentiam, & dicit, [Eo quod altera dictarum differentiarum ex necessitate predicatur de genere,] cum altera sit affirmatio, altera negatio, & quaecumque earum predicatur de genere, habebitur absurdum, quod scilicet genus suscipiet rationem differentiae. Quare non solum speciei, sed differentia predicabitur de genere. Quare cum sine absurda, absurdum erit differentiam, qua accipitur in definitione lineae, esse negationem. Tunc ex probatione exempli huiusmodi, deducere potes rationem loci decimi.

Εἰ δ' ὁ εἰρημένῳ τόπος, χησίμῳ πρὸς τοὺς ἀδεμένους ἰδέας εἶναι. εἰ γὰρ μὴ ἐστὶν αὐτομήκος, πῶς κατηγορηθήσεται τῷ γένους, ὅτι πλάτος ἔχον ἐστὶν, ἢ ἀπλατές ἐστι. Δεῖ γὰρ τῷ πλάτος μήκος ἢ ἑτέρου αὐτῶν ἀληθεύειν, εἴπερ τῷ γένους ἀληθεύειν μέλλει. τοῦτο δ' οὐ συμβαίνει. ἐστὶ γὰρ ἀπλατὴ καὶ πλάτος ἔχοντα μήκος. ὥστε πρὸς ἐκείνους μόνους χησίσιμος ὁ τῶς, ὅσοι τὸ γένος ἐπιθεμῶ φασὶν εἶναι. τοῦτο δὲ ποιοῦσιν οἱ τὰς ἰδέας τιθέμενοι. αὐτομήκος γὰρ καὶ αὐτοζῶον γένος φασὶν εἶναι.

57 Est autem dictus locus utilis ad eos, qui ponunt ideas esse. Si enim non est ipsa longitudo, quodam modo predicabitur de genere: quoniam

latitudinem habet, aut sine latitudine est. Oportet enim de omni longitudine alterum eorum verificari, siquid de genere verificari oporteat. hoc autem non accidit. Sunt enim & sine latitudine, & latitudinem habentes longitudes. Quare ad illos solos utilis hic locus, quicumque genus unum numero dicunt esse. Hoc autem faciunt qui ideas ponunt: quoniam ipsam longitudinem, & ipsum animal, genus dicunt esse.

Cum accepisset locum, nunc ostendit eum non ualere in omnibus, immo (ut Alexander inquit) iste locus est simpliciter sophisticus, quoniam non est uerum contra diuersas differentias longitudinis, (quae sunt sine latitudine, & latitudinem habens) predicari de ipsa longitudine. Tunc enim predicarentur, si essent constitutivae longitudinis, & non diuisivae. Hoc autem patet ex eo quia rationale & irrationale differentia sunt contradiuisae, quia uero animalis sunt diuisivae, & non constitutivae, ideo de animali non predicantur, sed cum ipso animali de homine predicantur, & de ipsis irrationalibus animalibus. sic autem se habet in propositis differentiis, nam longitudo diuiditur per id, quod latitudinem habet, & non habet. Quare neutrum horum de longitudine predicabitur, sed utrumque horum cum longitudine, nam longitudo sine latitudine de linea, longitudo autem cum latitudine de superficie predicatur. Tunc ad formam respondet, quod tunc sunt contradiCTORIA habens latitudinem, & sine latitudine, cum accipiuntur respectu omnis longitudinis, nam tunc omnis longitudo habet latitudinem, uel non omnis longitudo habet latitudinem. Est enim regula dialecticorum, circa singulare contradiCTORIA fieri tam per negationem praepositam, quam postpositam.

Vtroque enim modo haec contradiCunt, Socrates est philosophus, & Socrates non est philosophus, & Socrates est philosophus. At in uniuersalibus non nisi per negationem praepositam, ut omnis homo est philosophus, & non omnis homo est philosophus. Quare & haec contradiCunt, omne animal est rationale, & non omne animal est rationale. At cum accipiuntur respectu longitudinis in uniuersali sine signo uniuersali, non contradiCunt, non enim haec contradiCunt, animal est rationale, animal non est rationale, cum non sit necesse alterum de animali uerificari, unde dicit, [Est autem dictus locus utilis ad eos] id est, contra eos, [qui ponunt ideas esse,] quod autem sit utilis contra eos, qui ponunt ideas, declarat, [nam si non est ipsa longitudo] id est, ideae longitudinum. uerbum enim ipsa, quod graece est αὐτὸ cum additur alicui termino, denotat apud Platonem ideam termini, cuius additur. Cui enim dicitur ipse homo, ideam hominis Plato intelligit: & cui dicitur ipsum animal, ideam animalis, cum igitur non fuerit ideae longitudinum, [quodam modo predicabitur de genere] scilicet utraque differentiarum ex opposito diuisi-

A scum, [quoniam] genus uniuersale [latitudinem] habet, aut sine latitudine est. & accipit, aut, pro &, quoniam longitudo habet latitudinem, & longitudo non habet latitudinem, ut animal est rationale, & animal non est rationale. Sunt enim duae indefinitae subcontrariae simul uerae. Quare negatis ideis, locus inutilis est, contra uero ideas ponentes locus est utilis. Tunc ad formam respondet, & dicit, [Oportet enim de omni longitudine alterum eorum uerificari, siquidem de genere] alteram differentiarum est diuerso diuisarum [uerificari oporteat,] quoniam omnis longitudo, uel non omnis longitudo habet latitudinem, [hoc autem non accidit] negantibus ideis, quoniam sine signo, omnis, uolum utrumque differentia de genere uerificari. [sunt enim longitudes] cum non sunt ideae, [et sine latitudine, & latitudinem habentes,] sicuti animal est rationale, & irrationale. [Quare ad illos] & contra illos [solos utilis hic locus, quicumque] genus unum numero dicunt esse, hoc autem faciunt, qui ideas ponunt, idea enim hominis est singulare quiddam, [nam ipsam longitudinem & ipsum animal] singulariter & idealiter [genus dicunt esse,] & sic contra hos locus utilis est, cōcessa enim ideae longitudinis, sequitur longitudo esse sine latitudine, aut latitudinem habere. Haec enim sunt circa singulare contradiCTORIA, & sic concessis ideis, sequitur de genere praedicari alteram differentiarum. Contra Peripateticos uero, locus non est necessarius, quia apud eos nihil prohibet utraque differentiam praedicari de genere, sine signo omnia, ut diximus superius.

Ἰσθὺς δ' ἐπὶ ἐνίῳ αἰεταχόῳ καὶ ἀποφάσει χησίμῳ τὸ ἐπιζόμενον, διὸν ὡς τῆς σερήσεως. τυφλῶν γὰρ ἐστὶ, τὸ μὴ ἔχον ὄψιν ὅτε τῶν φημεν ἔχειν.

58 Fortasse autem in quibusdam etiam necessarium est negatione uti definitentem, ut in priuationibus. Ceterum enim est, quod non habet visum, quando aptum est habere.

Quia dixerat in definitione non esse ponendam differentiam per negationem, posset propter hoc aliquis credere in definitione nullatenus poni posse negationem aliquo pacto, hoc igitur remouendo dicit, [Fortasse autem in quibusdam etiam necessarium est negatione uti definitentem, ut in priuationibus,] cum definiuntur, quod ostendit per exemplum, & dicit, [Caecum enim est, quod non habet visum quando aptum est habere,] Hedenalphius dicit hic in huiusmodi caeci definitione ponit negationem, non tamen sicuti differentiam, sed ut genus: quia differentia quae debet rem construere, non potest esse negatio. Alexander autem dicit priuationes conuenienter describi per negationes, quoniam in definitionibus talium non accipitur genus quoddam, in quibus enim genus acceptum est, absurdum est in his negatione uti. Praeterea negatio non significat aliquid esse, nec definit aliquid eorum quae sunt sub genere, negatio enim secundum se dicta, non magis de ente, quam de non ente uerificatur. Sed si priuatio definitur in concreto, semper subiectum cuius est, accipitur pro genere, ut animal in definitione caeci, & negatio

pro differentia. Est enim caecum, animal non habens visum, aptum tamen habere, & sic non recte dicit Hedenalphius. At si priuatio definitur in abstracto, sic Hedenalphius & Alexander recte dixerunt, asserentes negationem accipi in definitione inter dum loco generis, subiectum uero cuius est, loco differentiae.

Διὰ φέρεται δ' οὐδὲν ἀποφάσει Διελείν & γένηται, ἢ τοιαύτη καταφάσει, ἢ ἀπεφασιν αἰεταχόον αὐτὸν αἰεταχόον, διὸν εἰ μήκος πλάτος ἔχον ὄψιν. Ἰσθὺς γὰρ πλάτος ἔχοντα, & μὴ ἔχον πλάτος αὐτὸν αἰεταχόον. ἄλλο δ' οὐδὲν, ὥστε ἀποφάσει πλάτων διαφερέται & γένος.

39 Differt autem nihil negatione diuidere genus, aut huiusmodi affirmatione, quatenus negatione necesse est de diuerso diuidi, ut si longitudinem habentem latitudinem diffiniuit. Nam habenti latitudinem de diuerso diuiditur non habens latitudinem, neque aliud quicquam. Quare rursus negatione diuiditur genus.

Hic textus obscurus est, Hedenalphius ait, cum Aristoteles dixisset negatione non esse genus diuidendum, nec speciem constituendum, & posset quispiam putare affirmationem contra talem negationem de diuerso diuisam posse hoc facere, propterea remouendo hoc, asserit nec dictam affirmationem, nec negationem contra ipsam diuisam posse genus diuidere, uel speciem constituere. Si enim affirmatio posset, & negatio eadem ratione illud faceret, haec Hedenalphius, sed quid uelit dicere, nec ipse exponit, nec uero intelligere. Est enim expositio textu longe obscurior. Alexander autem asserit Aristotelem uelle declarare, quando genus diuidi potest negatione: & asserit tunc genus negatione diuidi posse, cum uidelicet diuiditur tali affirmatione, cum qua contra diuisa negatio intelligitur: sicuti quando dixerimus, longitudo diuiditur in habens latitudinem, & in non habens latitudinem: aut animal ad rationale, & ad irrationale. Quare cum affirmatio, qua genus diuiditur, talis fuerit, ut cum ea cointelligitur negatio de diuerso diuisa, tunc genus affirmatione, & negatione diuiditur, hoc autem non in omnibus uerum est, quoniam si aliquis dixerit, visum esse organum uisionis, non illico intelligitur cum hoc negatio contra diuisa, quoniam eam non habet. Sunt etiam alia plura talia. Ego uero dico Aristoteli, uelle exponere, quando genus negatione diuiditur, & dicit tunc genus negatione diuidi, cum non omnes differentiae, quibus diuiditur sunt perspicuae. Animal enim diuiditur per rationale, sed quoniam differentia huic opposita affirmatiua non habet nomen impositum, ideo per negationem accipitur, & ita animal diuiditur per rationale, & irrationale, non enim differentia de diuerso diuisa rationali perspicua est. Unde dicit, [differt autem nihil negatione diuidere genus, aut huiusmodi affirmatione, quatenus] carentia aliter

Grus differentie, [negatione necesse est e diverso diuidi] genus ipsum cum enim altera differentia non fuerit nominata, et negatione genus necesse est diuidi, sine qua affirmatio, quae est altera differentia, intelligi non potest. [ut si longitudinem] quod est genus, [definit] aliquis dicendo [longitudinem esse habentem latitudinem,] hanc definitio incompleta est, quia tamen [habenti latitudinem] e diverso diuiditur, non habens latitudinem, neque aliud quicquam est, cum quo diuidere genus possit [hac ratione fit, ut rursus negatione diuidatur genus] scilicet longitudo, et ita completa definitio erit, quod longitudo fit habens latitudinem, uel non habens latitudinem. Hec etiam est completa diuisio. Sic mihi uidetur esse intelligendus textus hic, uerum si aliter uobis uidebitur, exponatis, quoniam placebit.

Πάλιν εἰ τὸ εἶδος ὡς διαφορὰν ἀπέλακε, καὶ ἄρα οὐδὲν τὸν προσηλωτικὸν ὕβριν μετὰ χλδυσίας ὀριζόμενοι. ἢ γὰρ χλδυσίας ὕβρις ἴσως, ὥστ' οὐ διαφορὰ, ἀλλ' εἶδος ἢ χλδυσία.

LOCVS XI.

60 Rursum si speciem, ut differentiam assignauit, ut qui conuicium, in iuriam cum irrisione definierunt. nam irrisio iniuria quaedam est. Quare non differentia, sed species est irrisio.

Hic est locus undecimus, qui accipitur a comparatione differentie ad speciem, et dicit, [Rursum] intrinseca est definitio, [si] qui definit, in definitione [speciem, ut differentiam,] et loco differentie [assignauit,] afferit exemplum, et dicit, [ut qui conuicium,] siue opprobrium, [iniuriam cum irrisione definierunt,] hi non definierunt, [nam irrisio] non est differentia, sed [est quaedam iniuria,] hoc est, sed quaedam species iniurie, ut patet secundum Rhetoricum. [Quare non differentia, sed species est irrisio,] exempla uero, quae Alexander assignat hic, potius sequenti, quam presenti textui accommodanda sunt, ideo transeant.

Ἐὰν εἰ τὸ γένος ὡς διαφορὰν ἐξημεν, διὸν τὴν ἀρετὴν, ἔξω ἀγαθῶν, ἢ ἀποδαιλου, γένος γὰρ τὸ γένος, ὃ ἀρετῆς ἐστίν.

LOCVS XII.

61 Insuper si genus ut differentiam dixit, ut virtutem, habitum bonum, vel studiosum. bonum enim genus virtutis est.

Assignat nunc locum duodecimum, qui accipitur a comparatione differentie cum genere, et dicit, [Insuper] intrinseca est definitio, [si] genus, ut differentiam dixit, et assignat exemplum, [ut] non definit, qui dixit [uirtutem] esse habitum bonum, uel studiosum, cuius causam afferit, et dicit, [bonum enim genus uirtutis est,] et non differentia, ideo non definit qui illo modo uirtutem definit.

Hou genos tou agathou, alla diaphora, eipoi k aliqois, oti ouk endelchetai pan to en duoi gene-siu einai, mh periechousin allhla. oute gar tou agathou tou egou periechetai, ouh h egeis tou agathou. ou gar ptoia egeis, agathou. ou de pan agathou egeis. ast' ouk en ein genos amphoteron. ei dwo h egeis r' aretis genou. d' h' agathou ou genou, alla mallon diaphora. egei h egeis, u' esi simachne h areti. r' d' agathou ou u' esi. alla poiou. do nei de h diaphora poiouze simachne.

62 An non genus est bonum, sed differentia. Siquidem verum est, quod non contingat idem in duobus generibus esse non continentibus se in uicem (Nam neque bonum continet habitum, neque habitus bonum. Non enim omnis habitus est bonum, neque omne bonum est habitus) non erunt profecto genera ambo. Si igitur habitus genus est uirtutis, perspicuum, bonum non genus, sed magis differentiam esse. Præterea habitus quidem quid est uirtus significat, bonum autem, non quid est, sed quale quid est: uidetur autem differentia quale quid significare.

Cum assignasset locum et exemplum, corrigit se quod ad exemplum, et probat per duas rationes, quod bonum sit differentia in definitione assignata, primam autem assignat, et dicit, [An non genus est bonum, sed differentia,] et quod bonum sit differentia, probat primo, et dicit, [si quidem non uerum est,] et dignitate acceptum, [et non contingat idem in duobus generibus esse non continentibus se in uicem,] dico non continentibus, quoniam in duobus generibus subalternis idem esse potest, in diuersis autem nequaquam, quoniam diuersorum generum, et non subalternam positum, diuersa sunt differentia, et species. Tunc adde minorē, sed habitus et bonum non continent se, sed sunt diuersa genera non subalternam posita. et probat, et dicit, [nam neque bonum continet habitum, neque habitus] continet [bonum non enim omnis habitus est bonum, neque] e contrario [omne bonum est habitus] conclusio deberet esse, igitur idem non erit sub habitu et bono tanquam sub generibus. ut syllogismus sit, sub generibus non se in uicem continentibus non potest idem esse, habitus et bonum sunt non se in uicem continentes, igitur sub habitu et bono non potest idem esse. Adde de constructionem conclusionis, et dicit non erunt profecto genera ambo] quasi dicat, sed idem scilicet uirtus est sub ambo, igitur ambo non possunt esse genera. Tunc ultra oportet igitur alterū genus, alterum differentiam esse, [Si igitur,] ut inquit, [habitus genus est uirtutis, perspicuum, bonum non genus, sed magis differentiam esse,] et sic in ea

A definitione recte habitus pro genere, et bonum pro differentia acceptum est. Deinde assignat secundam rationem, et dicit, [Præterea habitus qui dem quid est uirtus significat: bonum autem non quid est, sed quale quid est, uidetur autem differentia quale quid significare.] igitur bonum est differentia uirtutis constitutum, et habitus genus. et sic exemplum non recte assignatum est. Præterea Alexander in superiore textu assignauit exempla, quibus uerificauit locum, primum est, si aliquis uocē definierit quod sit aer percussus, non enim definit, qui sic definit, nam genus uocis est percussio, et non differentia. Similiter qui definit similitudinem, quod sit nasus concavus, non definit, nam concavitas est genus similitudinis. Est enim concavitas in naso.

οὐκ ἔστι μὴ πῶντι, ἀλλὰ τὸδὲ σημαίνει ἢ ἀποδοδῆα διαφορὰ. διοκὲ γὰρ ποιοῦντι τὸ διαφορὰ δηλοῦν.

63 Videndum autem, & si non quale quid, sed ipsum quid, significat assignata differentia. Videtur enim omnis differentia quale quid significare.

Non recte Hedenolphus, et latinus Anonymus, et Albertus, hunc duodecimum locum dixerunt accipi per comparationem differentie ad individuum, nam tōdē ut Alexander exponit, non hoc aliquid, sed ipsum quid significat. Et propterea hunc locum Aristoteles accipit per comparationem ad modum prædicandi, et dicit, [uidendum autem, et si non quale quid, sed ipsum quid significat assignata differentia,] id est, si in eo quod quid est (ut Alexander exponit) prædicatur, nā si in eo quod quid est prædicatur, quod pro differentia accipiebatur in definitione, non erit differentia. et sic non definit, [uidetur enim omnis differentia quale quid,] et non ipsum quid, [significare] id est, uidetur enim omnis differentia prædicari in quale quid, et non in eo quod quid. Ideo non definit, qui dicit hominem esse animal humanum, nam humanitas in eo quod quid prædicatur de homine, et non in quale quid.

σκοπεῖν δὲ ἔστι μὴ σημαίνει ὡς ἀρετῆς τὸν ὀριζόμενον ἢ διαφορὰν. οὐδὲ μὴ γὰρ διαφορὰ τὸν μὴ σημαίνει ὡς ἀρετῆς τὸν ὀριζόμενον, ἀλλὰ τὸν ὀριζόμενον ὡς ἀρετῆς τὸν ὀριζόμενον, ὡς ἀρετῆς τὸν ὀριζόμενον.

LOCVS XIII.

64 Considerandum autem, & si secundum accidens inest definitio differentia, nam nulla differentia est eorum quæ secundum accidens insunt, sicuti neque genus. non enim contingit differentiam inesse alicui, & non inesse.

Assignat decimumtertium locum per comparationem

differentie ad accidens, et dicit, [Considerandum autem,] et si secundum accidens inest definitio differentia, quoniam si sic, intrinseca est definitio. Cuius rationem assignat, et dicit, [nam nulla differentia est eorum quæ secundum accidens insunt, sicuti neque genus] est eorum quæ secundum accidens insunt, et hoc probat, et dicit, non enim contingit differentiam inesse alicui, et non inesse, [sed solum inesse, et semper essentialiter prædicari de specie.] Dicit Alexander et quidem bene, hunc locum esse communem etiam aliis duobus, uidelicet generi et speciei, nam species et genus hoc aliquid significant. Præterea impossibile est aliquid accidens esse eorum aliquid, quæ in substantia insunt, quippe cum accidens possit inesse, et non inesse ei, cui accidit. Quod autem est in substantia alicuius, inseparabile est ab ipso. quare si aliquid definitur aliquam speciem, et acceperit in illius definitione aliquid accidens pro differentia, hic non definit, quia accepit aliquid pro eo quod est in substantia, quod non est in substantia.

Ἐπιτὴν κατηγορητικὴν τὸν γένους ἢ διαφορὰν, ἢ δ' εἶδος, ἢ τὸν κατηγορητικὸν τὸν εἶδος, οὐκ ἔστι μὴ ὡς ἴσως ὀριζόμενον. οὐδὲ γὰρ τὸν ὀριζόμενον ὡς ἀρετῆς τὸν ὀριζόμενον, ἀλλὰ τὸν ὀριζόμενον ὡς ἀρετῆς τὸν ὀριζόμενον, ὡς ἀρετῆς τὸν ὀριζόμενον.

LOCVS XIII.

65 Insuper si prædicatur de genere differentia, vel species vel aliquod inferiorum speciei, non erit definitio. Nullum enim eorum quæ dicta sunt, contingit de genere prædicari, eo quod genus de quâ plurimis omnium dicitur.

Assignat locum decimumquartum qui accipitur a genere per comparationem ad differentiam, et ad speciem, uel ad aliquid eorum quæ ponuntur sub specie secundum prædicationem, et dicit, [Insuper si prædicatur differentia de genere] quod ponitur in definitione [uel] prædicatur species, uel aliquod inferiorum speciei [scilicet eorum quæ sub specie sunt, de eo genere, definiens speciem per tale genus] non erit definitio, et assignat rationem, et dicit, [nullum enim eorum quæ dicta sunt, contingit de genere prædicari] sed magis e contrario eo quod genus de quâ plurimis omnium eorum quæ dicta sunt, [dicitur] est enim genus in plus quam differentia et quam speciem, et quam individuum. Sed occurres, quia sequitur homo est animal, ergo animal est homo, et sequitur, Socrates est animal, ergo animal est Socrates per conuersionem in terminis. quare species prædicatur de genere, et etiam individuum. Dicendum Aristotelem intellexisse genus prædicari de specie uniuersaliter, et non e conuerso, Quare licet animal sit homo, non tamen omne animal est homo sicuti omnis homo est animal. Similiter licet naturali prædicatione Socrates sit animal, non tamen naturali prædicatione animal est Socrates.

Πάλιν εἰ κατηγορητικὴ εἶναι διαφορὰν εἶδος, οὐ γὰρ ἔστι διαφορὰν, ἀλλὰ καὶ ὡς ἴσως.



Διαφορά δ' ἔστιν ἡ ἀνάγκη κατηγορηθεῖν. διὸν δ' ἔστιν ὅτι τὸ ἀνθρώπου καὶ τὸ βόου, καὶ τὸν ἄλλων περὶ τῶν ζώων οὐκ αὐτῆς οὔτε διαφορᾶς, τῆς καὶ τῆς εἰδὸς λεγομένης. εἰ γὰρ καὶ ἐκαστὸν τῶν διαφορῶν δ' ἔστιν κατηγορηθεῖται, πλὴν ἡ διαφορὰ τῆς εἰδὸς ἀπὸ κατηγορητοῦ. εἰ γὰρ διαφορὰ τῆς εἰδὸς κατηγορηθεῖται. Ἐν διαφορᾷ πᾶσαι, ἢ εἰδὸς, ἢ ἄτομα ἔσονται. ἢ τῆς ζωᾶς. ἢ κινήσεως γὰρ ἢ ἄτομον, ἢ εἰδὸς δὲ ἢ ἄτομον.

LOCVS XV.

66 Rursum si predicatur genus de differentia. Non enim de differentia, sed de quibus differentia, genus videtur predicari. ut animal de homine & boue, & de aliis gressibilibus animalibus, non autem de ea differentia quæ de specie dicitur. Si enim de vnaquaque differentiarum animal predicabitur, multa animalia de specie predicabuntur: quippe cum differentia de specie predicentur. Insuper differentia omnes aut species aut individua erunt, siquidem sunt animalia. nam vnumquodque animalium aut species, aut indiuiduum est.

Assignat decimumquintum locum, qui accipitur a genere per comparationem ad differentiam secundum predicationem. et dicit, Rursum si predicatur genus de differentia, quæ ponitur in definitione alicuius, subaudi interimitur definitio. et assignat rationem primo per exemplum, et dicit, Non enim de differentia predicatur genus, sed de quibus differentia videtur predicari, de his genus videtur predicari. [ut animal de homine, et boue, et de aliis gressibilibus animalibus, non autem de ea differentia quæ de specie dicitur.] non oportet igitur huiusmodi differentias tales esse in definitionibus, ut genus de ipsis predicetur. Sed de quibus differentia id est, de speciebus, ad quas generum diuisio fit, de his genera predicantur. unde cum genera non diuidantur in differentias, sed per differentias, sicuti in aliis quæ diuiduntur, diuidens non est diuisum, sic nec differentia erit genus. deinde hoc probat argumento ducente ad impossibile, et dicit, Si enim de vnaquaque differentiarum animal predicabitur, ut de pedestri, et bipede, et rationale, quoniam de quo predicatur animal in eo quod quid est, illud animal est, erit et pedestre animal et bipes animal, et rationale animal. Si igitur homo fuerit animal pedestre, bipes, rationale, de ipso homine pluries animal predicaretur, et multa animalia homo esset, quod absurdum est. Ideo dicit, si enim de vnaquaque differentiarum animal predicabitur, subaudi in eo quod quid est, multa animalia de specie predicabuntur, quia animal pedestre, bipes, et rationale, quorum vnum quodque est

animal in eo quod quid est, ut dicit. Deinde argumentatur, et dicit, Insuper si genus predicatur in eo quod quid est de differentia, differentia omnes, aut species, aut individua erunt, siquidem differentia animalis sunt animalia in eo quod quid est. de dicit consequentiam, et dicit, nam vnumquodque animalium aut species, aut indiuiduum est. quoniam omne quod sub genere est, aut species est, aut indiuiduum. ad hæc enim est generum diuisio, et in his esse generum est, immediate quidem in speciebus, mediate vero atque secundarie in indiuiduis. diximus genus non predicari de differentia in eo quod quid est, ut Alexander exposuit, quoniam bene predicatur de differentia in concreto. hæc enim vera est, rationale est animal, quoniam id quod est rationale, est animal, non autem rationalitas est animal. et propterea solet dici genus predicari de differentia, posse bifariam intelligi, aut pro differentia formaliter sumpta, et sic falsum est: aut pro differentia sumpta pro subiecto, vel supposito, et sic est vera. Alii dixerunt genus posse predicari de differentia denominatiue, non autem formaliter.

Ὁμοίως δὲ σημαίνει καὶ τὸ εἶδος, ἢ τῶν ὑποκείμενων τῶν εἰδῶν, ἢ διαφορᾶς κατηγορηθεῖται. Ἐπειδὴ γὰρ γὰρ, ἐπειδὴ ἡ ὡς πάλιν ἢ διαφορὰ ἢ εἶδος λέγεται. Ἐν συμβέσται τῶν διαφορῶν εἶδος εἶναι, ἢ τῆς κατηγορητοῦ ἢ αὐτῆς τῶν εἰδῶν. εἰ γὰρ κατηγορητοῦ ἢ ἀνθρώπου, ἢ λόγου ἢ διαφορὰ ἀνθρώπου ἔστι.

LOCVS XVI.

67 Similiter autem inspiciendum & si species aut inferiorum speciei aliquod de differentia predicatur. Impossibile enim, eo quod de pluribus differentia quam species dicitur. Præterea accidit differentiam speciem esse, siquidem predicabitur de ea aliqua specierum. Nam si de differentia predicatur homo, manifestum quoniam differentia est homo.

Assignat locum decimum sextum, qui accipitur per comparationem differentie ad speciem secundum predicationem. et dicit, Similiter autem inspiciendum, et si species, aut inferiorum speciei aliquod de differentia predicatur, dico de ea differentia quæ ponitur in sui definitione. nam si sic, interimenda est definitio, ut si diceretur, homo est animal sicuti Socrates, quia enim homo definitus de Socrate predicatur, qui in tali definitione ponitur ut differentia, ideo interimitur definitio. Deinde probat quod species non predicetur de differentia, et quidem per duas rationes, quarum primam dicit, Impossibile enim est, ut species predicetur de differentia, scilicet intermedia. Est enim differentia duplex, altera constitutiva et ultima, et hæc conuertitur cum specie: quædam diuisiva et intermedia, et hæc est in plus quam se

LOCVS XVIII.

A dicit, et de hac intelligitur prima ratio, cum dicit, eo quod de pluribus differentia quam species dicitur. sic prima ratio ualet de differentia intermedia. Secunda ratio vero ualet de omni differentia, cum dicit, Præterea subaudi si species predicatur de differentia, accidit differentiam speciem esse. Hæc enim dicitur, et Anonymus, et Albertus intellexerunt quod accidit ut species sit differentia, si uidelicet species de differentia predicaretur, sed uere errant, cum uerba textus sonant in contrarium. Quare dicamus, si species predicaretur de differentia, sequitur ut differentia sit species. hoc dicit, siquidem de ea differentia uidelicet quæ ponitur in definitione predicabitur aliqua specierum, accidit differentia esse speciem, ita ut differentia sit subiectum, et species predicatum. Probat consequentiam, et dicit, nam si de differentia predicatur homo, ut de bipede, manifestum quoniam differentia est homo. et sic bipes erit homo, et cum homo predicetur de bipede, non de ut indiuiduo, igitur, ut de specie hominis, omne enim quod de aliquo predicatur, de eo predicatur, aut ut de specie, aut ut de indiuiduo, quare bipes erit species hominis. et sic sequitur ut differentia sit species. Sed occurreret, nonne homo predicatur de rationali, quod est differentia? Dicerem quod non, ut de subiecto, uel dicerem quod non predicetur predicatione formali, sed quadam, ut ita loquar, predicatione materiali, quatenus predicatur de Socrate et Platone, de quibus predicatur rationale, ut de subiectis. sed magis e contrario rationale de homine, et ut de subiecto, et predicatione formali, ac per se.

πάλιν εἰ μὴ προτέρου ἢ διαφορὰ τῶν εἰδῶν, τὸ μὲν γὰρ γένους ὑπεροχῆ τῶν δὲ εἰδῶν προτέρου τῆς διαφορᾶς δὲ εἶναι.


LOCVS XVII.

68 Rursum si non prior est differentia specie. Nam genere quid posterior est: specie autem priorem differentiam esse oportet.

Assignat locum decimum septimum, qui accipitur per comparationem differentie ad genus, et ad speciem secundum prioritatem. et dicit, Rursum subaudi interimitur definitio, si differentia, quæ accipitur in ea, non est prior specie, et subaudi posterior genere. Cuius causam assignat, et dicit, nam differentia genere quidem posterior est, specie autem priorem differentiam esse oportet. Est quidem genere posterior, quia ipsum diuidit, est uero specie prior, quia eam constituit.

Σκοπεῖν δὲ καὶ ἐτέρου γένους ἢ ἰδιότητος διαφορὰ μὴ πρὸς ἑαυτὴν, μὴ δὲ πρὸς ἄλλο. οὐ δὲ οὐ γὰρ ἢ αὐτῆς διαφορὰ δὴ γένους εἶναι, μὴ περὶ ἑαυτὴν ἢ ἄλλο. εἰ δὲ μὴ, συμβέσται καὶ καὶ εἰ δὲ αὐτὸ, εἰ δὴ γένους εἶναι μὴ πρὸς ἑαυτὴν ἢ ἄλλο. ἐπειδὴ γὰρ ἐκαστὸν τῶν διαφορῶν δὲ οὐκ εἶναι γένους. καὶ δὲ τῶν διαφορῶν καὶ ἀπὸ τῶν διαφορῶν σὺν ἑαυτῇ. ὡς εἰ καὶ οὐ ἢ διαφορὰ καὶ ἢ γένους εἶναι τῶν διαφορῶν. ἀλλὰ οὐ δὴ εἶναι, εἰ δὴ οὐ γένους οὐ περὶ ἑαυτὴν ἢ ἄλλο.

69 Considerandum autem, & si alterius generis est dicta differentia, neque contenti, neque continentis. nam non videtur eadem differentia duorum generum esse non continentium se inuicem, si autem non, accidit & speciem eandem in duobus generibus esse non continentibus se inuicem. Infert enim vnaquæque differentiarum proprium genus, ut gressibile & bipes, animal coinferunt. quare si de quo differentia & generum utriusque, manifestum utique quoniam species in duobus erit generibus non continentibus se inuicem.



Assignat locum decimum octauum, qui accipitur per comparationem differentie ad plura genera, et dicit, Considerandum autem, et si alterius generis est dicta differentia, quæ accipitur in definitione, dico alterius generis [neque contenti, neque continentis] id est, quod nec continet illud, cuius accepta est differentia, nec continetur ab eo. nam si sic, interimenda est definitio. Ut si aliquis diceret hominem esse animal grammaticum, interimenda est definitio, quoniam grammaticum alterius generis ab animali, est enim de genere qualitatis. modo qualitas nec continet animal, nec continetur ab animali. Sed quoniam aliquis dicere posset differentiam esse duorum generum omnino diuersorum, ideo probat eandem differentiam non posse esse diuersorum generum, ratione uidelicet ducente ad impossibile, et dicit, nam non uidetur eadem differentia duorum generum esse non continentium se inuicem. genera non continentia inuicem sunt genera diuersa quæ non subalternam ponuntur. quod probat, et dicit, si autem non est ita, ut dixi, sed ita, ut differentia sit sub diuersis generibus abinueniens, ac non subalternis, accidit et speciem eandem in duobus generibus esse continentibus se inuicem. hoc est, abinueniens, ac diuersis. deinde deducit consequentiam, et dicit, infert enim vnaquæque differentiarum proprium genus, ut gressibile et bipes, quæ sunt due differentie animalis coinferunt animal. sequitur enim, est gressibile, ergo est animal, iterum, est bipes, ergo animal. Quare si de quo differentia, subaudi predicatur, et generum utriusque predicetur, ut si de homine predicetur grammaticum, de homine predicatur substantia, et quale, manifestum uti-



tionem subdit, cum inquit, [differentia enim magis uideatur seruari id, cuius est differentia,] subaudi conclusi- nem in secunda figura, ergo differentia non est affectus. secundo syllogizat, & dicit, [etiam simpliciter impossi- bile est unumquodque esse sine propria differentiâ.] pro- bat hoc exemplo, & dicit, [græssibili enim non existen- te, non erit homo.] Tunc addatur minor, sed unumquod- que potest esse sine suo affectu, igitur affectus non est dif- ferentia. deinde tertio syllogizat, & dicit, [etiam (ut sim- pliciter dicam) secundum quæcunque alteratur habens, nihil eorum est illius habentis differentia.] assignat cau- sam, & dicit, [omnia enim huiusmodi, cum magis sunt, detrahunt] (ut diximus,)] [et substantia.] Minorem po- nit ibi, [simpliciter enim,] & est, [simpliciter enim non alterantur secundum differentias.] Tunc dat conclusio- nem, & dicit, [quare si aliquam huiusmodi differentiâ quisquam assignauit, peccauit.] ut syllogismus sit, nulla differentia alterat habentem, omnis passio alterat habentem, igitur nulla passio est differentia. De syllogismo sic procedit, quia primo maiorem cum eius probatione, de- inde conclusionem, & ultimo minorem ponit.

καὶ ἐὶν αὐτῷ τῷ πρῶτῳ, μὴ πρὸς ἄλλο τὸν διὰ φροσῶν ἀπεδιδωκε τῷ γούρ πρῶτον, καὶ δευτέρου φασί πρῶτον, καὶ τρίτου καὶ τέταρτου, θεωρητικῆ γούρ καὶ πρακτικῆ καὶ ποιητικῆ λέγεται. ἕκαστον δὲ τῶν πρῶτων, πρῶτον σημαίνει, θεωρητικῆ γούρ, καὶ πρακτικῆ, καὶ ποιητικῆ τινος.

LOCVS XXI.

73 Et si alicuius eorum quæ sunt ad aliquid, non ad aliud differentiâ assignauit, nam eorum quæ sunt ad aliquid, & differentiæ sunt ad aliquid, ut & in scientia, contemplati- ua enim & actiua, & factiua dicitur: unumquodque autem horum ad ali- quid significat. Contemplatiua enim alicuius, & actiua alicuius, & factiua alicuius.

Assignat locum uigestimoprimum qui sumitur à dif- ferentia contracta ad circum genus, qui talis est, si gene- re positio in definitione dicto ad aliquid, differentia eius, non dicitur ad aliquid, interimenda est definitio. & di- cit, [Et si alicuius eorum, quæ sunt ad aliquid, non ad aliud differentiam assignauit,] subaudi interimenda est de- finitio. Hoc est, si generis assignati in definitione, quod est ad aliquid, differentia non fuerit ad aliquid interimen- da est definitio, assignat rationem, & dicit, [nam eorum] scilicet generum, quæ ponuntur in definitione, [quæ sunt ad aliquid, & differentiæ sunt ad aliquid.] hoc ex- plo demonstrat, & dicit, [ut ex in scientia,] quæ genus est, quod refertur ad seipsum: & differentia etiam, quibus diuiditur, sunt ad aliquid. [contemplatiua enim & actiua, & factiua dicitur] scientia. nam his differentiis scientia ipsa diuiditur, & hæc sunt ad aliquid, nam ut scien- tia est scibilis, sic contemplatiua contemplabilis, actiua agibilis, & factiua factibilis, & hoc ait, [unumquodque

autem horum] triplum, quibus scientia diuiditur, [ad aliqd significat. Contemplatiua enim alicuius,] scilicet contem- plabilis, [et actiua alicuius,] scilicet agibilis, [et factiua alicuius,] scilicet factibilis. Quare sicuti genus est ad quodammodo differentia sunt ad aliquid, igitur si genus, quod ponitur in definitione fuerit ad aliquid, & differentia eius non, interimenda est definitio.

σκοπεῖν δὲ καὶ εἰ μὴ πρὸς τὸ ἀπέφικεν ἕκαστον πρὸς τὸ ἀπεδιδωκεν ὁ φροσῶν. ἦν ἰσὺς μὲν δὲ πρὸς τὸ ἀπέφικεν ἕκαστον τῶν πρῶτων, μόνον δὲ τῶν φασί. πρὸς ἄλλο δὲ οὐδέποτε. ἦν ἰσὺς δὲ καὶ πρὸς ἄλλο. οὐδὲ τῶν πρῶτων τῶν ὁφθαλμῶν πρὸς τὸ ἀπέφικεν, τῶν δὲ σκελετῶν δὲ καὶ ἀρτρώσεων τῶν ἄλλων ὅπως ἕρποντες ὁφθαλμοὶ τῶν σκελετῶν ὁφθαλμῶν πρὸς τὸ ἀπέφικεν, ἢ μὲν τῶν κῆρ. οὐ γούρ πρὸς τῶν ἀπέφικεν, ὁφθαλμῶν δὲ τῶν πρῶτων ἀπέφικεν, ἢ εἰ τῶν χροσῶν τὸ φροσῶν, ἢ φροσῶν, καὶ ἢ πρὸς ἕκαστον οὐκ ἔστι πρῶτον.

LOCVS XXII.

74 Considerandum autem & si non ad quod natum est unumquod- que eorum, quæ sunt ad aliquid, assignauit definiens: nam in quibusdam ad quod natum est unumquodque eorum, quæ sunt ad aliquid, solū est uti, ad aliud autem nihil, in quibus- dam autem & ad aliquid aliud. Ut ui- su quidem ad videndum solum. Ste- leggidi autem, hoc est labro, si hauriat aliquis, attamen si aliquis defini- uit labrum, instrumentum ad hauri- endum, peccauit. Non enim ad hoc natum est, terminus autem huius, ad quod natum est, illud est, ad quod uti- que utitur eo prudēs, quatenus pru- dens, & disciplina, quæ circa unum- quodque propria est.

Assignat locum uigesimumsecundum, qui accipitur per relationem ad proprium terminum, ad quem refer- tur ipsum definitum, supponendo definitum esse de nume- ro eorum, quæ sunt ad aliquid, & dicit, [Considerandū autem ex si non ad quod natum est unumquodque eorum,] quæ sunt ad aliquid, assignauit definiens, [nam si quod definitur est ad aliquid, & non definitur per proprium terminum, ad quem est, interimenda est definitio, ut si ali- quod instrumentum ad aliquem finem natur aliter ordina- tum quis definiat, non per illum finem, ad quem natu- raliter ordinatur, interimenda est definitio. Et quia aliqs possēt credere propter hæc, nō posse esse aliquod instru- mentum, nisi ordinatum ad unum, dicit, [nam in quibus- dam quidem, ad quod natum est unum quod eorum, quæ sunt ad aliquid, solum est uti. In quibusdam autē] & ad illud, [et ad aliquid aliud.] Assignat exempla, & pri- mo primi instrumenti, & dicit, [ut uisu quidem ad uiden-

dum solum,] & auditu ad audiendum, nec ad aliquid aliud. [Steleggidi autem] quod factum est propter lotio- nes ad hauriendum, hoc est si aliquis] per ipsum [hauriat,] subaudi aquam, sic enim utitur eo ad aliquid aliud si nem ab eo propter quem est factum. Dicit tamen, licet Ste- leggidi uti quis possit ad alium finem ab eo, ad quem factum est, [attamen si aliquis definiat] Steleggida, hoc est labrum, [dicendo esse] instrumentum ad hauriendū, peccauit, non enim] Steleggides [ad hoc] opus perficien- dum [natum est,] ac factum ab opifice. Quare licet eo uti quis possit ad aliud opus, definire tamen non potest, nisi per illud opus, ad quod natum est principaliter. [Nō enim] ut inquit, [ad hoc] opus [natum est,] ad quod eo quis utitur, sed ad illud, quod dictum est. Steleggides, quid sit, non satis exploratum est, tamen apud grecos in- strumentum est ad lauandum, quod uulgares tinatio- lum dicunt, quod λάρυξ. Tullius labrum uocat, Celsus au- tē solū, Et quia possēt esse ambiguum, quidnam sit pro- prium opus, siue proprius finis, aut proprius terminus, ob quem instrumentum factum est, Aristoteles hoc expo- nit, & dicit, [terminus autē huius] siue finis, siue opus, pro- pter quem, uel quod, aliquod instrumentum factum est, [illud est, ad quod utitur eo prudens, quatenus prudens,] & ad quod utitur] eo] disciplina, quæ circa unumquod- que instrumentum faciendum ualet. Ut quoniam peria- tus, ac prudens in nauigando utitur remo ad nauigandū, & disciplina faciendi remas, eos fecit ad nauigandū, ideo definitio remi est, ut sit instrumentum ad nauigandū natum. nam licet uti quis possit remo ad uul- nerandum, non tamen per hoc est remus definiendus. di- cit autem] quatenus prudens] quia si prudens non utitur prudentia, quæ perficit instrumentum, potest ad aliud opus perficiendum eo abuti. Et licet hæc, quæ dixit A- ristoteles uideantur accommodata solum instrumentis, quæ facta sunt ad aliquod opus princip aliter perficien- dum, tamen de omnibus relatiuis intelligendum est, nam si relatiuum non definitur per proprium, & per se ter- minum, committitur peccatum, (ut superius dixit) con- tra definitionem. Alexander in hoc loco non uidetur se- riè constans, nam nunc locum uult esse postum de gene- ribus, quæ ponuntur in definitione, nunc de differentiis, nunc de ipsis rebus, quæ definiuntur, ut patet conside- ranti ea quæ scribit hic. Ego uero de ipsis rebus quæ definiuntur, locum intelligo, quando uidelicet sunt ad ali- quid aliud. Ideo pro dilucidatione, dicamus eorum quæ ad aliquid sunt, aliqua referri ad unum solum, ut est uisu, qui solum ad uidendum natus est, & ad nihil aliud. Quædam autem ad unum per se, & ad aliquid aliud, saltem per accidens, ceu Steleggides, quo non solum ad lauandum aliquis uti possēt, sed ad hauriendum aquam. Quædam autem referuntur per se ad plura, ut gram- matica, quæ propter genus suum, quod est scientia re- fertur ad duo, ut ad bene scribendum, & ad bene dicen- dum. Vult igitur Aristoteles in assignatione relatiuorum eorum meminisse definiēte, ad quæ proprie refertur defini- tū, siue unū siue plura sint, ad quæ proprie & per se di- citur, nam si definitum proprie ac per se refertur ad unum, per illud est definiendum, ut de uisu satis dictum est. Sin autem refertur proprie ac per se ad duo, ut de gram- maticā diximus, oportet illud definire per illa duo. Ideo

dicitur, grammatica est ars recte scribendi, recteque lo- quendi. At si definitum refertur ad unum proprie, ad al- terum autem improprie, sicuti medendi facultas ad sca- nandum proprie, ad egrotandum autem improprie, illi- us faciēda mentio est in definitione, ad quod proprie re- fertur. Contingit autem, (ut Aristoteles inquit) aliquib- us eorum, quæ sunt ad aliquid, ad quoddam aliud dici, ad quod non sunt nata, ut dixit in Steleggidi, & in his peccat ille, qui ipsa definitur per ea, ad quæ non sunt nata, licet possit eis uti ad quæ non sunt nata. Quare (ut Aristoteles inquit,) sicuti in aliis sententia sapientis circa unumquodque uti oportet, sic & in definitione proposi- torum dicit, idcirco definitio assignanda est per id, ad quod natum est, dicens in quo uteretur utique sapientis, propria scientia, quæ est circa unumquodque, ut si me- dicinale est inspicere, oportet sapientiores ac pruden- tiores medicos consultare, ac uidere quo modo hoc uis- sunt. Similiter si & geometricum, quo hoc modo acce- perit geometricæ.

εἰ μὴ τῶν πρῶτων ἀπέφικεν, ὅταν τυχερῶν πρὸς πολλῶν λεγόμενον διορίζουσα ἀρετῆν ἀνδρώων ἢ ψυχῆς, καὶ μὴ τῶν λογικῶν πρῶτον γούρ τῶν λογικῶν ἀρετῶν, ἢ φρόνησις, ἢ γούρ τῶν πρῶτων ἢ τυχρῶν καὶ ἀνδρώων φροσῶν λέγεται.

LOCVS XXIII.

75 Insuper si non primum assigna- uit, quando contingit ad plura dictū esse, ut prudentiam uirtutem homi- nis, aut animæ, & non rationalis, pri- mum enim rationalis uirtus, prudē- tia, nam secundum hoc, & anima & homo dicitur prudens.

Quoniam quedam eorum, quæ ad plures dicantur, non ad omnia dicuntur primo, sed ad aliqua quidem pri- mo: ad aliqua uero secundo, ideo assignat locum uige- simumtertium, qui accipitur per inspectionem ad termi- nos ad quos refertur, & dicit, [Insuper si non primum] eorum, ad quæ definitum refertur, [assignauit,] subaudi interimenda est definitio. Sunt enim quedam passio- nes, quæ referuntur ad plura subiecta, non tamen æque primo, propterea addit, [quando contingit] ipsum de- finitum [ad plura] correlatiua [dictum esse.] & assignat exemplum, & dicit, [ut prudentiam uirtutem homi- nis, aut animæ.] Prudentia enim passio uidetur esse quædam, quæ est hominis, & animæ, & partit quæ rationā- lis dicitur. quare interimitur prudentiæ definitio, cum ill- citur quod sit] uirtus hominis, aut animæ, & non] eius] partis, quæ est] rationalis, quia prudentia primum est uir- tus rationalis] partis] nam] secundum hoc] scilicet] secun- dum hanc rationalem partem] & animæ, & homo dicitur prudens. unde homo dicitur prudens propter ani- mam, anima uero propter rationalem partem, ergo rati- onalis pars primo est prudens. Similiter continētia uel temperantia primo uirtus est partis concupiscibilis, & fortitudo partis irascibilis, homo autem & anima tales sunt propter has.

Εἰ δὲ μὴ δυνάμει δέξιν ἢ ἐπιπέσει δὲ ὄριστο ἄλλο...
ἢ δὲ ἀδυναμία ἐστὶν αὐτοῦ ἢ ἄλλο...
ἢ δὲ ἀδυναμία ἐστὶν αὐτοῦ ἢ ἄλλο...

LOCVS XXXIII.

76 Præterea si eius non suscepti-
uum est, cuius dicitur definitus affe-
ctus, vel dispositio, vel quoduis ali-
ud, peccauit. Nam omnis dispositio
vel affectus in illo natus est fieri, cu-
ius est dispositio vel affectus, vt & sci-
entia in anima, dispositio existens a-
nimæ. Aliquando autē peccant in
talibus, veluti quicumque dicūt som-
num esse impotentiam sensus, & du-
bitationem contrariarum ratiocina-
tionum æqualitatem: & dolorē na-
turalium partium violentam separa-
tionem. Neque enim somnus fen-
sui inest, oporteret autē inesse, si fen-
sus impotentia est. Similiter autem
neque dubitatio contrariis ratiocina-
tionibus inest, neque dolor natura-
libus partibus. Dolebunt enim ina-
nimata, si dolor eis inerit. Talis autē

est, & sanitatis definitio, siquidē cō-
mensuratio calidorum, & frigidorū
est. Necessē est enim sana esse calida
& frigida. Illis enim cuiusque com-
mensuratio inest, quorum est com-
mensuratio. Quare sanitas inerit vti-
que ipsis. Item id, quod fit, in effe-
ctiuum, aut econuerso, accidit pone-
re sic definitibus. Non enim est
dolor separatio naturalium partium,
sed effectiuum doloris. Nec somnus
impotentia sensus, sed effectiuum al-
terum alterius. Aut enim propter im-
potentiā dormimus, aut propter som-
num impotentes sumus. Simpliciter
autem & dubitationis videbitur effe-
ctiuum esse, contrariarum ratiocina-
tionum æqualitas. Quando enim ad
vtraque ratiocinantibus nobis vidē-
tur omnia secundum vtrūque fieri,
dubitamus vtrum agamus.

Assignat locum uigesimumquartum, qui accipitur
per inspectionem subiecti, cuius est id, quod definitur, &
(ut mihi uidetur,) locus hic contrahitur solum ad omne,
quod recipitur in aliquo subiecto, quod Alexander de
monstrat, dicens, si non recepta est que definitur passio
sive affectus, aut dispositio, aut habitus, aut quoduis ali-
ud in illo subiecto, cuius est affectus, aut dispositio, aut
habitus, nam si sine tali subiecto definiunt, peccauit.
Quippe cum omnis passio, & omnis dispositio, & omnis
habitus in ea re aptus est fieri, cuius est dispositio, aut af-
fectus, aut habitus: & quoniam in ea re aptus est fieri,
per eam rem erit aptus definiiri, omne enim quod defini-
tur ea ratione definitur, quæ est, atque aptum est esse.
Est enim definitio, sermo explicatiuus quidditatis, & ef-
fectus, & hoc Aristoteles inquit, [Præterea si,] subaudi
illud, quod ponitur in definitione passionis, uel dispositi-
onis, uel habitus pro subiecto, [cuius non susceptiuum
est, cuius dicitur definitus affectus, uel dispositio, uel quod-
uis aliud,] scilicet habitus, [peccauit,] quasi dicat, si sub-
iectum assignatum in definitione passionis, uel dispositi-
onis, uel habitus, non fuerit susceptiuum eiusdem passio-
nis, uel dispositionis, uel habitus, interuenienda est definitio,
deinde assignat rationem, & dicit, [nam omnis dis-
positio, uel affectus, uel habitus] uel subaudi [bitus] in illo natus est fie-
ri, & per illud aptus definiiri, [cuius est dispositio, uel
affectus, uel habitus, deinde affert exemplum, ut si quis
definierit scientiam dispositionem animæ, bene defini-
uit, nam in anima est scientia dispositio, & hoc dicit, [ut
& scientia in anima,] subaudi [si quis definierit quod sit
dispositio existens animæ,] bene definiuit. Deinde dem-
onstrat per exempla, quo modo aliqui peccant contra

A hunc locum, & dicit, [Aliquando autem peccant in tali-
bus,] utputa, quod si assignatur passioni, aut habitui i de-
finitione, non est subiectum illius, & hoc monstrat quatu-
or exemplis, & dicit, [ueluti quicumque dicunt somnū
esse impotentiam sensus,] Et enim somnus passio est non-
quidem ipsius sensus, sed animalis in quo est sensus. Cuius
enim est impotentia somnus, eius utiq; passio est, sed quo-
niam somnus est impotentia animalis, ergo animalis est
passio. Deinde assignat secundum exemplum, & di-
cit, [et dubitationem contrariarum ratiocinationum æ-
qualitatem,] etenim dubitatio passio est hominis propter
æqualitatem contrariarum ratiocinationum. Deinde assi-
gnat tertium exemplum, & dicit, [et dolorem natura-
lium partium violentam separationem,] ut Galenus in-
quit, qui dolorem pro morbo uult esse uolentiam conti-
nui solutionem insensibilem. Errant enim isti sic dicentes,
nam dolor passio est animalis ob separationem partium
naturalium cum ui, & non est præcise naturalium par-
tium uolentia separatio, nam si ita esset, oporteret ina-
nimata scitari, & uolentiam separationem passio, dolere.
Deinde declarat hæc exempla, & ostendit quomodo in
terminandis sunt assignatæ definitiones, & dicit, [neq; enī
omnis sensui inest, oporteret autē inesse,] somnus [est fen-
sus impotentia] sed somnus passio est animalis. Sicut autē neq; dubi-
tatio contrariis ratiocinationibus inest, sed homini propter
æqualitatem contrariarum ratiocinationum. [neque dolor natu-
ralibus partibus,] causam assignat, & dicit, [dolebit
enim inanimata, si dolor eis inerit,] inanimata enim na-
turales partes habent, & possunt pati uolentiam separa-
tionem, ergo poterunt dolere. Deinde assignat quar-
tum exemplum, & dicit, [Talis autem est & sanitatis
definitio,] quales uidelicet sunt definitiones assignatæ,
[si quidem commenturatio calidorū & frigidorum est,]
necessē est enim sana esse calida & frigida, cuius cau-
sam assignat, & dicit, [illis enim cuiusque commensu-
ratio inest, quorum est commensuratio,] sed sanitas
est corporis animalis in commensuratione calidorum, &
frigidorum, & humidorum, & siccorum. In omnibus
igitur dictis definitionibus est peccatum, eo quod non est
recepta assignata passio, aut dispositio in subiectis di-
ctis. Deinde ostendit in talibus definitionibus esse pecca-
tum per rationem, & dicit, [item sic definitibus,]
ut dictum est, [accidit ponere id, quod fit,] id est, pas-
sionem, uel dispositionem, uel habitum, [i effectiuum,] hoc
est, in definitione sua causæ effectiue: [aut econuerso,]
scilicet causam effectiuam in definitione passionis, uel di-
spositionis uel habitus, qui ab ea causâ efficitur. quod
pro absurdo relinquit, tanquam alibi declaratum. &
quod hoc sequatur, ostendit primo de definitione doloris,
& dicit, [non enim est dolor separatio naturalium par-
tium,] cum ui, in prædicatione formali. [sed] subaudi se-
paratio partium est [effectiuum doloris,] si enim in
prædicatione formali dolor esset separatio naturalium
partium, uel econuario, tunc effectus esset sua cau-
sa effectrix. Quare separatio naturalium partium mag-
is est effectrix causa doloris. Deinde idem ostendit
de definitione somni, & dicit, [nec somnus est impoten-
tia sensus,] id est sentiendi, uel econuario in prædicatio-
ne formali, ut diximus, si enim sic esset, sensus dormiret,
[sed effectiuum alterum alterius,] cuius rationem expo-

nit, & dicit, [aut enim propter impotentiam] sentiendi D
[dormimus] & hoc passio impotentia sentiendi, esse effectrix
causa est somni. Cum enim sensitiuum organum fuerit la-
psum, ut non possit amplius sentire animal, tunc dormit.
Vnde uero in sensu accidit hæc lassitudo, in libro de
somo requiratur, [aut propter somnum impotentes su-
mus] sentire, & sic somnus causa est impotentia. Ani-
mali enim dormiente impotentia sentiendi in sensu fit. de-
inde idem ostendit de definitione dubitationis, & dicit, [si
militet autem & dubitationis uidebitur effectiuum esse
contrariarum ratiocinationum æqualitas,] Est enim du-
bitatio, passio discursus, (ut Alexander inquit,) propter
contrarietatem ratiocinationum facta, propterea dicit,
[quando enim ad utraq; ratiocinantibus,] scilicet
ad horatorias, & dehoratorias partem ratiocinan-
tibus, [nobis uidentur omnia secundum utrumque fieri,]
uel potest intelligi [ad utraq;], scilicet ad utramque
partem affirmatiuam, & negatiuam ratiocinantibus,
[dubitamus utrum agamus,] id est, quam partem sequa-
mur. Vel quâ partem agamus, hoc est affectiuus, ut pro-
posito, utrum anima sit immortalis an mortalis, si pro u-
traque parte sunt fortissime ratiocinationes, tunc na-
scitur in nobis dubitatio. quall uidelicet partium oportet
herere. Alexander igitur exposuit hunc locum in
speculabilibus. Neoterici uero in agibilibus, & utraq;
expositio uera est. uerba tamen Aristotelis in agibilibus
uidentur tendere, cum dicat [utrum agamus,] & non
utrum affectiuus.

Εἰ δὲ μὴ τὸς χρονοῦς ἀντὶ τὸ ἐπιπέσει, ἢ
ἢ δὲ ἀδυναμία ἐστὶν αὐτοῦ ἢ ἄλλο...
ἢ δὲ ἀδυναμία ἐστὶν αὐτοῦ ἢ ἄλλο...
ἢ δὲ ἀδυναμία ἐστὶν αὐτοῦ ἢ ἄλλο...

LOCVS XXXV.

77 Ad hæc, secundum tempora
omnia considerandum sicubi disso-
net. Vt si immortale animal defi-
nietur nunc incorruptibile esse. Nā
nunc incorruptibile animal, nunc
immortale erit. an in hoc quidem
non accidit? Anceps enim secundum
amphiboliam est nunc incorrupti-
bile esse. aut enim quoniam non
corrūpitur nunc, significat: aut quo



Quoniam non possibile corrumpi nunc: aut quoniam huiusmodi est nunc, ut nunquam possit corrumpi. Quando igitur dicimus quoniam incorruptibile nunc est animal, non hoc dicimus quoniam nunc tale est animal, sed ut nunquam possit corrumpi. Hoc autem immortali idem erat. Quare non accidit nunc idem immortale esse. Veruntamen sicubi accidit quod secundum definitionem quidem assignatum est inesse nunc, vel prius: quod vero secundum nomen non inest, non erit idem. Utendum ergo hoc loco, ut dictum est.

Assignat locum uigesimalum quintum per inspectionem ad consonantiam temporum, quibus definitio inest definito, qui talis est, si dissonet in tempore a definito, quod in definitione assignatum est, interimenda est definitio. Si enim definitum habet preparationem sempiternam, et immortalem, et secundum tria tempora currentem, est autem et definitio talis, bene assignatur: si autem dissonet, interimenda est. hoc pacto redargui potest qui sempiternum definit, quod sit semper futurum. Nam cum sempiternum, eternum sit secundum tria tempora: quod autem assignatur in definitione, secundum futurum solum, quare redarguendus est, qui sic definit. dissonat enim secundum tempus, quod in definitione assignatum. unde dicit. Ad hoc secundum tempora omnia considerandum, sicubi, id est, si in aliqua differentia temporis dissonet a definito, quod assignatum est in definitione. nam si sic, interimenda est definitio. Deinde affert exemplum, et dicit. Ut si immortale animal definerit, dicendo esse, id quod nunc incorruptibile est. Hic enim qui hoc pacto definit, peccat. nam nunc incorruptibile animal, nunc immortale erit. Dissonat autem in futuro, et preterito, non enim manifestum est, si post hoc corrumpatur, aut si prius corruptum sit, an non. Non ergo bene definitur animal simpliciter immortale, per nunc incorruptibile: cum simpliciter immortale semper sit immortale, et non pro tempore presenti tantum: at nunc incorruptibile, pro presenti duntaxat tempore est incorruptibile. Deinde Aristoteles gratia exercitii et doctrinae defendit exemplum, et dicit. An in hoc quidem, id est, in hac quidem definitione non accidit? subaudi ut quod assignatur in definitione, dissonet in tempore ab ipso definito: quoniam incorruptibile nunc, secundum quendam sensum potest intelligi pro eo, quod est secundum omnia tempora incorruptibile. Vel, ut exponit Alexander, An in hoc quidem, scilicet significato, uidelicet in nunc non accidit peccare in tali definitione, quia (ut diximus,) incorruptibile est amphibolum, et potest secundum quendam sensum intelligi pro eo, quod est secundum omnia tempora incorruptibile. Quod autem

ita sit, distinguit de nunc incorruptibili, et primo prout ponit intentum, et dicit. Anceps enim secundum amphiboliam, hoc est, secundum sensum multiplici tatem, [est nunc incorruptibile esse.] Amphibolia enim, idem est quod ambigua sensum multiplici tatem. proposita intentione, ostendit multiplici tatem. et dicit. Aut enim significat incorruptibile nunc, [quoniam non corrumpitur nunc, id est, quoniam non est corruptum usque ad nunc, corrumpetur tamen. hoc pacto aurum dicitur incorruptibile, quia a tempore suae generationis usque ad presens non est corruptum, corrumpetur tamen in futuro. et sic in prima significatione corruptibile dicitur actum, et non potentiam, ut sit corruptibile synonymum ipsi corrupto. Deinde ponit secundam significationem, et dicit. Aut subaudi significat, [quoniam non possibile corrumpi nunc.] hoc est, aut quoniam non potest nunc corrumpi, sunt enim quaedam adeo preparata ad esse, ut pro nunc corrumpi nequeant, sed in futurum corrumpi poterant, preparatione uidelicet, qua seruabatur, sublata.

Deinde assignat tertiam significationem, et dicit. Aut quoniam huiusmodi ac tale [est nunc, ut nunquam possit corrumpi.] hoc pacto celum est nunc incorruptibile, quoniam tali preparatione affectum, ut sit simpliciter incorruptibile, et pro presenti, et preterito, et futuro. Deinde ostendit quod sumendo nunc incorruptibile tertio modo, potest esse definitio animalis simpliciter immortalis, et dicit. Quando igitur dicimus quoniam incorruptibile nunc est animal, non hoc dicitur quoniam nunc tale est animal, sed secundo et primo modo dictum est. [sed ut nunquam possit corrumpi: hoc autem immortali] subaudi simpliciter id est, hoc est, hoc tertio modo sumendo nunc incorruptibile, est idem quod simpliciter immortale, quoniam simpliciter immortale tale est nunc, ut nunquam possit corrumpi, propterea concludit. Quare non accidit secundum hoc significatum [nunc] incorruptibile, nunc immortale esse, et ut [nunc], scilicet incorruptibile sit [idem] quod [immortale esse], subaudi simpliciter, sed distinguendum est nunc incorruptibile secundum tres sensus. Sic igitur nunc incorruptibile, nec secundum primum significatum, quod est usque nunc non esse corruptum: nec secundum secundum significatum, quod est in futurum non esse corruptibile, assignatur in definitione ipsius animalis simpliciter immortalis, sed bene secundum tertium, quod est esse tale, ut nunquam corrumpatur. Tunc assignat modum, quo modo non sunt idem, et dicit. Veruntamen sicubi, hoc est, si in aliquo definibili accidit quod secundum definitionem assignatum est inesse nunc, uel prius, non autem simpliciter, et semper secundum omnia tempora, [quod autem secundum nomen, id est, definitum autem, quod secundum nomen est] non inest, scilicet pro nunc tantum, uel pro preterito tantum, sed simpliciter secundum omnia tempora, [non est idem] scilicet definitum, et quod assignatur in definitione, sed dissonant quia definitum est simpliciter tale secundum omnia tempora, definitio autem tale secundum quoddam tempus. Quare in tali casu interimenda est definitio, quoniam definitio dissonat de

A finito secundum tempus. Alexander autem exponit hunc textum alio modo, sed quia eius expositio non placet, ea sub silentio praeterimus. Vltimo epilogat, et dicit. Utendum ergo hoc loco, quem admodum dictum est. hoc est, secundum tertium significatum.

Σκεπτόμενος δὲ καὶ ἐν τούτοις ἡ μὲν λέξις ἔχει τὸ ὄνομα, ἢ ἢ τὸ ἀποδοδέντα λόγῳ. διὸ ἐν τῷ δικαιώματι, δὴ ἀνάμεικτον τὸ ἴσον ἀπονομεύεται. Διὸ καὶ γὰρ μὲν λέξις ὁ προσαρξέμενος τὸ ἴσον διανομεύεται τὸ ἀνάμεικτον. ὡστε οὐκ ἐν τῷ δικαιώματι, δὴ ἀνάμεικτον τὸ ἴσον διανομεύεται. καὶ γὰρ διὰ τὸ ἐν τῷ δικαιώματι ὁ προσαρξέμενος τὸ ἴσον διανομεύεται.

VIGESIMVSSEXTVS LOCVS.

78 Inspiciendum autem & si secundum aliud quippiam magis dicitur quod definitur, quam secundum assignatam orationem. Ut iustitia potestas aequi distributiva est. Iustus enim magis est, qui eligit aequum distribuere, eo qui potest. Quare non erit iustitia potestas aequi distributiva. Nam & iustus esset maxime, qui posset aequum distribuere.

Assignat locum uigesimalum sextum, qui accipitur per comparationem assignatae definitionis, ad altera quae non est assignata, qui talis est, data aliqua definitione de aliquo definito, considerandum si secundum aliam quandam rationem potest propositum definitum dici magis manifestum, si enim esset magis ab aliqua alia ratione manifestum, non erit assignata ratio, eius definitio. quippe cum ratio, quae magis manifestat propositum definitum, ipsa est proprie ipsius definitio. unde dicit. [inspicendum autem] assignata aliqua definitione de aliqua re, [si secundum aliquid quippiam, id est, si secundum aliam quandam rationem, magis] scilicet manifestum dicitur quod definitur, quam secundum assignatam prius orationem, id est, definitionem. nam si sic, assignata definitio interimenda est. Deinde assignat exemplum, et dicit. [ut iustitia, potestas aequi distributiva est] hoc est, ut haec definitio potestas aequi distributiva, uidetur, et [est] talis, quod uidelicet minus competit iustitia, quam alia quaedam oratio: et minus iustitiam manifestat, quam alia quaedam oratio. ergo haec est interimenda. Quod autem sit alia quaedam oratio, quae magis manifestat iustitiam quam quae assignata est, declarat argumento sumpto a suo denominatiuo, et dicit. Iustus enim magis est qui eligit aequum distribuere, eo qui potest. et magis manifestatur per hoc quod eligit aequum distribuere, quam per hoc quod potest aequum distribuere. ergo et iustitia similiter magis manifestabitur per hoc quod sit electio distributiva aequi, quam per hoc, quod sit potestas distributiva aequi. propterea concludit. [quare non erit iustitia potestas aequi distributiva. nam et iustus esset ma-

xime, qui posset aequum distribuere,] quod est absurdum, quum iustus magis sit in eligendo, quam in posse. Quod ex aliis uirtutibus declarat Alexander. non enim qui potest, sed qui eligit ex habitu, est studiosus. Idem quod quae est in iudicio potest. Attentione dignum iustitiam bifariam dici, alteram quae bona publica dispensat, ac distribuit: alteram, quae commutat pro ratione iustitiae, ut quinto Ethicorum patet. Aristoteles hic de distributiva locutus est, et non de commutativa: est autem unaquaeque uirtus, quae iusta uolumus, et operamur, et quae cuique quod suum est, tribuimus.

Ἐπι τῷ δὲ μὲν ἡ ἀνάμεικτος λέξις ἔχει τὸ ἀποδοδέντα λόγῳ, ἢ ἢ τὸ ἀποδοδέντα μὴ δέχεται, ἢ ἀνάμεικτος. ὁ μὲν ἢ τὸ λόγῳ ἀποδοδέντα δέχεται, ὁ δὲ ἢ τὸ ἀνάμεικτος μὴ. Δὲ γὰρ ἀμφοτέρω δέχεται, ἢ μὴ δέχεται, ἐν τῷ τούτῳ ὅτι ἢ τὸ ἀποδοδέντα τῷ ἀνάμεικτο.

LOCVS XXVII.

79 Insuper, si res quidem suscipit magis, quod autem secundum orationem assignatur, non suscipit, aut contra, quod secundum orationem ei assignatur, suscipit, res autem non. Oportet enim aut utraque suscipere, aut neutrum, si quidem idem est rei, quod secundum orationem assignatur.

Assignat locum uigesimalum septimum, qui accipitur per comparationem definiti ad definitionem secundam magis et minus, qui talis est, si definito suscipit magis et minus; definitum autem non, aut reuocetur; interimenda est definitio, quia cum definitum et definitio sint idem, oportet utrumque intendi et remitti, aut neutrum, unde dicit. [insuper si res quidem] scilicet, definitum [suscipit magis,] uel minus, [quod autem secundum orationem assignatur,] hoc est, definitio non suscipit, aut contra, quod secundum orationem ei assignatur, suscipit, res autem non [suscipit,] subaudi interimenda est definitio. [oportet enim aut utraque suscipere, aut neutrum, si quidem idem est rei,] scilicet definitum, quod secundum orationem assignatur. Ideo definitio uoluptatis, quae est, ut sit dispositio optima animae, interimenda est. Quoniam definitum quidem recipit magis (est enim magis et minus uoluptas) at definitio, quae est dispositio animae optima, (quoniam habitus est) non recipit magis. Insuper interimenda est hominis definitio (quae est, animal album grammaticum,) quoniam definitum quidem, homo, non recipit magis (non enim est magis homo,) at album et grammaticum (quae ponuntur in definitione) recipiunt magis.

Ἐν τῷ δὲ λέγειται ἢ ἀμφοτέρω τῷ μὲν λέξι. μὴ ἀλλὰ δὲ τῷ ἐπί τῷ ἀποδοδέντα λαμβάνεται. διὸ οὐκ ἐν τῷ ἴσῳ ἐπινομεύεται συννομεύεται. ὁ γὰρ μὲν λέξις ἐπινομεύεται, ὁ δὲ μὲν λέξις ἐπινομεύεται, ὁ δὲ συννομεύεται. ὡς τὸ οὐκ ἀμφοτέρω τῷ μὲν λέξις ἐπινομεύεται, ἢ ἀμφοτέρω τῷ μὲν λέξις ἐπινομεύεται.

LOCVS XXVIII.



¶ Sic idē bono & non bono. Simil igitur Arist. accipit mi-  
norē, & cōclusionē, & dicit [ Si igitur aliquid est per ui-  
sum quidem delectabile, per auditum autem non ] delectabile,  
hęc est minor, dat conclusionē, & dicit, [ & bonum,  
& non bonum erit ] subaudi per uisum delectabile,  
& sic idem bonum, & nō bonum. Deinde uerificat per  
argumentum simile secundum exemplum, & dicit, [ Si-  
militer autem ostendemus, & quoniam idem & ens, &  
non ens est. ] si enim ens est quod possibile facere, uel ens  
est quod possibile pati, ita ut quodlibet eorum sit idē en-  
ti, modo quo definitio est idem definitio, & e contrario.  
Tunc possibile facere erit idem enti. Quare per locum  
ab oppositis non possibile facere non est ens, sed possibi-  
le pati est non possibile facere. Igitur possibile pati non  
est ens, sed possibile pati, est idem enti, modo quo definitio  
est idem definitio, ergo possibile pati non erit idē enti  
& idem enti etiam per opinionem.

¶ Εἰ μὴ γὰρ ἡ γενεὴ καὶ τὸ διαφορῶν, καὶ τὸ  
ἐκαστῶν ἀποκρίνω ἢ τὸ τοῦ ὁρισμοῦ ἀποδύ-  
η δὲ οὐδὲν λόγους ἀντι τῶν ὀνομάτων ποιοῦντα,  
σκοπεῖν ἔτι διαφορῶν.

LOCVS XXXII.

84 Deinde & generibus, & diffe-  
rentiis, & aliis omnibus, quæ in defi-  
nitione sunt assignata, eis, qui oratio-  
nes pro nominibus faciunt, confide-  
randum, si quicquam dissonet.

Assignat trigiesimum secundum locum, qui accipit  
tur per inspectionem definitionum nominum, quæ in de-  
finitionibus sumuntur, & dicit. Oportet pro nominibus  
quæ in definitionibus dicuntur, siue genera siue differen-  
tiæ sint hæc nomina, accipere definitiones, & aspicere  
si dissonent, nam si dissonant rei, quæ definiuntur, uel econ-  
uerso aliquid rei, quæ definiuntur, dissonat eis, interimenda  
est definitio. lege hoc pacto uerba. [ Deinde eis, qui ora-  
tiones pro nominibus faciunt, considerandum est, si quic-  
quam ] subaudi definiti [ dissonet, & generibus, & differē-  
tiis, & aliis omnibus, quæ in definitione sunt assignata, ]  
quasi dicat, oportet resolvere genera uel differentias, uel  
alia omnia, quæ sunt in definitione, ad suas definitiones,  
& uidere si aliquid est in re, quæ definiuntur, quod dissonat  
talibus generibus, uel differentiis, nam si sic, interimēda  
est definitio. uerbi causa, ut si dicatur, planta est ani-  
mal radicatum in terra, interimenda est definitio, quoni-  
am si pro nomine animalis, quod accipitur ut genus in  
definitione plantæ, accipitur definitio, uidelicet substā-  
tia animata sensibus, aliquid est in planta, quod tali o-  
rationi dissonat, ut carentia tactus, non enim planta  
sentit, si pungatur. Quare interimēda est talis plāte  
definitio, quatenus planta dissonat alicui, quod accipi-  
tur in definitione animalis, dixit [ & aliis omnibus, ] pro  
pter definitiones relatiuorum, in quibus accipiuntur ter-  
mini, ad quos referuntur, qui tamen nec genera sunt,  
nec differentie. similiter in definitionibus accidentium  
accipiuntur subiecta, quæ nec genera sunt eorum, nec  
differentie. quasi dicat, non solum ponere debemus pro  
nominibus generum, & differentiarum definitiones, sed

etiam eorum omnium, quæ in definitionibus ponuntur, &  
quæ nec sunt genera nec differentie.

¶ Εἰ μὴ δὲ ἡ πρὸς τὴν ὁρισμῶν, ἢ καὶ αὐτῶν, ἢ  
μὴ τὸ γένος, σκοπεῖν εἰ μὴ ἔρηται ἐν τῷ ὁρισ-  
μῷ, πρὸς ὃ λέγεται, ἢ αὐτὸ ἢ μὴ εἰ γένος, ὁ-  
ριεῖται ἐν τῷ ἐπισημῶν ὁρισμῶν ὡς ἀνάγκη ἀμείβει-  
ται, ἢ τῶν βέλτων ὁρισμῶν ἀλλοιωθῶν. καὶ τὸς  
γὰρ τὸ πρὸς τὴν ἰδιότητα πρὸς τὸ ἔσθαι ἢ τῶν  
τῶν ἢ ἐκάστων ἢ πρὸς τὴν ἰδιότητα, ὅτις τὸ πρὸς τὴν  
πῶς ἔχει. ἐὰν οὖν τῶν ἐπισημῶν εἴπωμεν ὑπό-  
ληψιν ἐπισημῶν. καὶ τῶν βέλτων ὁρισμῶν ἀνάγκη  
ομοίως δὲ καὶ ἐν τῶν γραμματικῶν ὁρισμῶν ἐπι-  
σημῶν γραμμάτων. ἐὰν γὰρ ἡ πρὸς ὃ αὐτὸ  
λέγεται, ἢ πρὸς ὃ ὅπου λέγεται ἐν τῷ ὁρισμῶν  
μὴ ἀποδύηται ὁδῶν.

TRIGESIMVS TERTIVS  
LOCVS.

85 Si autem sit ad aliquid quod  
definitur, aut per se, aut secundum  
genus, considerandum si non dictū  
est in definitione ad quid dicitur, aut  
secundum ipsum, aut secundum ge-  
nus. Ut si scientiam definiuit opinio-  
nem indiffusibilem: aut etiam vo-  
luntatem, appetitum sine tristitia.  
Omnis enim eius, quod est ad ali-  
quid, substantia ad alterum est, eo  
quod idem sit unicuique eorū, quæ  
sunt ad aliquid esse, quod quidē est  
ipsum ad aliquid quodā mō se ha-  
bere. Oportebat igitur scientiam di-  
cere opinionem scibilis, & volunta-  
tem appetitū boni. Similiter autē & si  
grammaticē definiuit scientiā: literarū  
oportebat enim aut ad quod ipsum  
dicitur, aut ad quod forte genus dici-  
tur, in definitione assignari.

Assignat locum in certo genere definibilium, uideli-  
cet in relatiuis per inspectionem uidelicet ad correlati-  
uum, ad quod relatiua referuntur, ubi considerantur re-  
latiuorum quedam esse per se, ut sunt scientia, sensus, du-  
plum, & cetera id genus, per se enim assignantur, scientia  
quidē ad scibile, sensus autē ad sensibile, & duplū ad di-  
midium, quedā uerō nō per se, sed secundū genus, ut geo-  
metria, grammatice, arithmetica, & id genus. hæc enim se-  
cundū se sum qualitates, & in prædicamentis qualitates, ut  
in prædicamentis mōstratum est: secundū genus uerō, in  
quo sunt, scientia uidelicet, sunt ad aliquid, unde dicit,  
[ Si autem sit ad aliquid quod definiuntur, aut per se, aut  
secundum genus, considerandum si non dictum est in  
definitione, ] id [ ad quod dicitur aut secundum ipsum ]  
id est, aut secundum se, [ aut secundum genus, ] nā si non  
sit dictum id ad quod dicitur, interimēda est definitio.

A Non enim talis definitio significabit substantiam definiti.  
Deinde affert exempla, & dicit, [ Ut si ] aliquis [ scientiā  
de finitū opinionē indiffusibilem, ] uel apprehensionem  
non aliter credibilem, interimēda est definitio. Nec enim  
ut per se ad aliquid definiuit scientiam, nec secundum ge-  
nus, id est, apprehensionem, uel opinionem, quam accipit  
in definitione. Si enim assignaretur apprehensio ad ap-  
prehensum, uel opinio ad opinabile, esset utique definitio  
bona. Deinde affert secundum exemplum, & dicit,  
[ Aut etiam uoluntatem appetitum sine tristitia, ] ut qui-  
dam dixerunt, qui crediderunt uoluntatem, quatenus est  
uoluntas, esse appetitum, uerum ut sic abstrahat à tristitia,  
& uoluptate, propterea dixerunt uoluntatem esse ap-  
petitum sine tristitia. Vel fortasse ideo dixerunt uolunta-  
tem esse appetitum sine dolore, ad differentiam appeti-  
tus sensitui, qui semper est cum tristitia. Cui enim cibum  
uel potum uel coitum appetit, tristitia afficitur, donec cō-  
sequatur ea: sola autem uoluntas, quæ est appetitus sequēs  
cognitionem intellectualem, est absque tristitia atque do-  
lore. Sed quoniam modo dicitur, interimēda est definitio.  
eo quia non assignauit id, ad quod dicitur res, id est, uo-  
luntas secundum se, nec ad quod dicitur genus uoluntatis.  
B Si enim quis diceret uoluntas est appetitus rei quam uo-  
luntas, aut appetitus appetibilis, bona erit definitio. Dein-  
de probat quod sit interimēda definitio, quando in ea nō  
ponitur id, ad quod dicitur, & dicit, [ Omnis enim substā-  
tia ] siue essentia [ eius, quod est ad aliquid, est ad alter-  
rū ] subaudi habiudo. [ eo quod idem esse sit unicuique  
eorum, quæ sunt ad aliquid, quod quidem ] esse uideli-  
cet [ est ipsum ad aliquid quodam modo se habere. ] &  
dicit [ ipsū ad aliquid quodā mō se habere, ] ut per uer-  
bum [ ipsum ] denotaret formale esse relatiuorum, quod  
formale nihil aliud est, quam ad aliquid quodam modo se  
habere. Hoc enim est ipsum esse formale, atque quiddita-  
tium relatiuorum. Et propterea concludit quo modo de-  
finitiones exemplificatæ essent assignandæ, si bene esse  
debeant, & dicit, [ Oportebat igitur dicere scientiā opi-  
nionem scibilis, ] nam scientia ad scibile refertur per se: ad  
opinabile autem, secundum genus, quod est opinio. Dein-  
de adaptat secundum exemplum, & dicit, [ & uolunta-  
tem appetitum boni. ] debuit autē dicere appetitū appe-  
tibilis, cum dixit appetitum boni. quoniam uniuersalius  
est appetibile quam bonum, siquidem omne bonum ap-  
petibile, non tamen omne appetibile bonum. Latronibus  
enim appetibile est latrocinari, non tamen est bonum, ni-  
si bonum sumeretur pro eo, quod est, uel apparet bonū.  
Deinde assignat tertium exemplum, & dicit, [ Similiter  
autem, & si grammaticē definiuit scientiam literarū, ]  
etiam interimēda est definitio. Cuius rationem affert, &  
dicit, [ Oportebat enim assignari in definitione, ] aut [ id  
[ ad quod ipsum ] id est, ipsa grammatica per se [ dicitur  
aut ] id [ ad quod forte genus, ] scilicet scientia [ dicitur ] ut  
delicet scibile. modo non est idem scibile, & literæ, ideo  
oportebat in tali definitione ponere scibilis, & non literæ-  
rum, hoc modo grammatica est scientia eius, quod est sci-  
bile in literis. Nec dicitur grammatica secundum se ad ali-  
quid, nec est ipsum esse hoc quod est literarum esse, idcir-  
co non oportebat in definitione dicere hoc, uidelicet li-  
terarum. Quia uero secundum genus est ad aliquid, ad  
quod genus grammaticæ dicitur, hoc oportebat assignari.

re. Genus igitur grammaticæ assignantem, scilicet scien-  
tiam, oportebat in illius definitione addere scibilis, oportebat  
enim aut dicere ad quod ipsa dicitur, aut ad quod  
genus dicitur. At grammatica nec ad aliquid est per se,  
nec literarum est scientia, sed ars legendi atque scriben-  
di, quare omnifariam interimēda est grammaticæ defi-  
nitio, uel quia grammatica non est scientia, uel quia si est  
scientia, nō est scientia literarū, sed scibilis circa literas.

¶ Η δὲ ἄνω πρὸς τὴν ἐπισημῶν, καὶ πρὸς τὸ τέλει  
ἀποδύηται. τέλει δὲ ἐν ἐκάστω βέλτων, ὅ  
δὲ ἔστι τὸ ἄλλο. βέλτων δὲ τὸ βέλτων, ὅ  
σχετόν. ὅπου τῶν ἐπισημῶν, ὅπου ἢ δὲ ἔσθαι, ἢ δὲ  
ἢ ἢ ὁδῶν. ταῦτα γὰρ καὶ ἔστι ἢ ἢ ὁδῶν  
μὴ δὲ α.

LOCVS XXXIII.

86 Aut si cum quippiam ad ali-  
quid dicitur, non assignauit ad fi-  
nem. Est autem finis in unoquoque,  
quod optimum est, aut cuius gratia  
alia sunt. Dicendum igitur aut opti-  
mum, aut ultimum, ut concupiscen-  
tiam non delectabilis, sed delectatio-  
nis. Nam propter hanc, & delecta-  
bile eligimus.

Hic considerat in specialibus relatiuis quibusdam,  
scilicet in his, quæ referuntur ad aliquid, ut in finem. &  
primo assignat locum trigiesimum quartum, qui accipit-  
tur ab aliquo, quod est finis. ubi considerandum aliquod  
definibile esse, quod ad duo dicitur, quorum alterum est  
finis, alterum medium in finem. tunc dicit, [ aut si quippi-  
am ad aliquid dicitur ] ut in finem subaudi, & ut in me-  
dium in finem, [ non assignauit ] definitionem illius [ ad fi-  
nem, ] sed ut in medium in finem, interimēda est definitio.  
Deinde exponit quid per finem intelligat, & di-  
cit, [ Est autem finis in unoquoque, quod optimum est, ]  
& tu intelligas est autem finis quod optimum est in uno-  
quoque, non quidem quod optimum est simpliciter, sed  
quod optimum est in unoquoque. Sanitas enim quæ fi-  
nis est, non est simpliciter optimum, sed optimum om-  
nium eorum, quæ a medico sunt operabilia. Similiter per-  
suasio est optimum non simpliciter, sed inter omnia, quæ  
sunt operabilia a rhetore. Et quia non semper finis est  
optimum simpliciter, ideo dicit, [ Aut cuius gratia alia  
sunt, ] si enim finis nō sit simpliciter optimum, satis est,  
ut sit id, gratia cuius alia sunt. In definitione [ igitur ]  
eius quod est ad aliquid, ut in finem, [ dicendum aut o-  
ptimum, aut ultimum, ] scilicet cuius gratia alia sunt.  
Nam si non finis cuius gratia in definitione ponitur, sed  
medium in finem, interimēda est definitio. Affert ex-  
emplum, [ ut concupiscentiam ] dicimus appetitum [ nō  
delectabilis, sed delectationis. nam propter hanc & de-  
lectabile ] quod est medium in finem, [ eligimus. ] Quare  
definitio concupiscentiæ, quæ est appetitus delectabi-  
lis, interimēda est, quia non datur per finem, sed per me-  
dium in finem.

Σκοπῶν δὲ ἢ ἐπιθυμίας ἢ ἡμιθυμίας ὅτι ἁπλοῦς ἢ ἀπλοῦς ἢ ἀπλοῦς ἢ ἀπλοῦς...

LOCVS XXXV.

87 Considerandum & si generatio vel actus est ad quod assignavit, nihil enim talem finis. Nam magis quod egisse, & generasse finis, quam fieri & agere.

Hic assignat locum trigessimum quintum, qui accipitur etiam ab aliquo quod non est finis, et accipitur ut finis qui talis est, si in definitione alicuius, quod est ad aliquid ut in finem, assignatur aliquid pro fine...

Ἡ ἀπλοῦς ἢ ἐπιθυμία, ἢ ἡμιθυμία, ἢ ἀπλοῦς ἢ ἀπλοῦς ἢ ἀπλοῦς...

Ἐπιθυμία, ἀπλοῦς ἢ ἡμιθυμία, ἢ ἀπλοῦς ἢ ἀπλοῦς ἢ ἀπλοῦς...

LOCVS XXXVI.

88 Rursum in quibusdam si non determinavit quanti, aut qualis, aut ubi, aut secundum alias differentias, ut ambitiosus, & quanti & qualis honoris appetens est.

Assignat locum trigessimum sextum, qui accipitur a defectu differentiarum, quibus res que definitur est ens.

A. sub qua inest ei cui assignatur, non definit, et peccat. unde dicitur, [Rursum in quibusdam] que ut sint uel ut infint, aliquibus indigent differentibus... B. ubi, aut secundum alias differentias... C. ubi, aut secundum alias differentias...

ἢ ἀπλοῦς ἢ ἀπλοῦς ἢ ἀπλοῦς ἢ ἀπλοῦς ἢ ἀπλοῦς...

LOCVS XXXVII.

89 Insuper in appetitibus, si non apponitur quod apparet, & in quot aliis congruit. Ut quoniam voluntas appetitus boni, concupiscentia autē appetitus delectationis, sed non apparentis boni, aut delectationis.

Locus iste trigessimus septimus, (ut Alexander inquit) non est omnibus communis, sed omnibus illis, in quibus appetitus ponitur in definitionibus, ut genus.



G quibusdam congruit. Dicimus enim sophisticum syllogismum esse illum, qui est ex apparentibus probabilibus.

Quare si in definitione sophisticis syllogismi non apponitur illa particula, apparet, modo quo congruit, interrimenda est definitio. affert exempla, & dicit, [ut] si aliquis definiendo dixerit, [quoniam uoluntas est appetitus boni, concupiscentia autem appetitus delectationis, sed non apparentis boni, aut delectationis,] ideo quolibet talis definitio interrimenda est. Oporteret enim dici uoluntate esse appetitum apparentis boni: & concupiscentiam appetitum apparentis delectationis, alioquin interrimenda esset definitio. deinde declarat illud esse addendum, & dicit, [Plerumque enim latet appetites quoniam] re uera, [bonum, aut] re uera [delectabile est] illud, quod appetunt. & propterea concludit, quare non necessarium bonum, uel delectabile esse, scilicet, in rei ueritate, quod appetitur [sed] satis esse [apparentis] bonum uel delectabile [solum,] tunc concludit, [Oportebat ergo sic] & assignationem facere. sic dico, ut dictum est, per additionem illius particulae apparentis, nam sic nihil deerit definitioni. Deinde redarguit Platonem, qui ideas rerum fatetur. & dicit, [Si autem] in definitione uoluntatis, & concupiscentie assignauit, quod dictum est, scilicet particulam illam, apparentis, [ducentium est eum qui ponit ideas esse] scilicet et Platonem [in ipsas species] scilicet boni apparentis, & delectationis apparentis, & sic erit necessarium ponere ideas apparentium, ita ut sit ipsum apparetis bonum, & ipsum apparetis delectabile, abstractum a bonis apparentibus, & ab apparentibus delectabilibus particulis. Deinde destruit consequens, & dicit, [Non enim est idea illius apparentis] quia non est dare ipsum bonum apparetis separatum, nec ipsum delectabile apparetis separatum. Deinde probat consequentiam, & dicit, [Nam ipsa species] quae est idea separata, [ad ipsam speciem,] & per ipsam speciem, quae est idea separata, [uidentur dici] ac definiuntur. ergo si datur idea boni, & idea delectabilis, oportet dare ideam apparetis, quoniam idea definiuntur per ideam. [ut ipsa concupiscentia] id est, ut ipsa idea concupiscentia uidentur esse [ipsius delectationis] id est, ipsius ideae delectationis [et ipsa uoluntas] id est, ipsa idea uoluntatis, [ipsius boni] id est, ipsius ideae boni, non enim idea definiuntur nisi per ideam. Tunc destruit tale consequens, & dicit, [Apparetis igitur boni non erit ipsa uoluntas,] quoniam idea boni apparentis est res separata a materia sensibili, & ita apparetis bonum separatum non erit apparetis bonum, quia apparetis non est nisi respectu sensuum, ergo si ita est, uoluntas [ipsa] quae separata est, non erit appetitus apparentis boni. [neque ipsa concupiscentia] id est, idea concupiscentia, erit appetitus [apparentis delectationis,] cuius rationem affert, & dicit, [Absurdum enim est esse ipsum apparetis bonum] id est, ipsam ideam apparetis boni, [uel] ipsum [delectabile,] scilicet in idea. Et sic absurdum erit esse ideam uoluntatis, quae dicitur ipsa uoluntas: & ipsam ideam concupiscentiam, quae est ipsa concupiscentia. Alioquin ipsa uoluntas non erit appetitus apparentis boni, nec ipsa concupiscentia appetitus apparentis delectabilis. Quod autem ad uerba attinet, uerbum ipsum uel ipsa, quod graece est εἰς, pro idea intelligit Plato, & Aristoteles, quoniam idea est tantum ipsa, et particularia non sunt tantum ip-

sa, quoniam sunt participatione ideae, quae est tantum ipsa. Et cum dicitur ipsum animal, idea animalis, & cum dicitur ipse homo, idea hominis intelligitur. quare ipsum apparetis, idea apparetis intelligitur: & ipsa uoluntas, etiam idea uoluntatis: & ipsa concupiscentia, idea concupiscentiae. Quod enim Peripatetici ideam hominis, uel alius aliter dicunt, Platonici ipsum hominem, uel ipsum aliquid uocant.

Ὅτι ἐὰν τις ἴπῳ ἢ πῶς ἔξεως ὁ ὀρισμὸς, οὐνοῦται ἐπὶ τοῦ ἔχοντος, ἐὰν δὲ τοῦ ἔχοντος, ἐπὶ τῷ ἔξεως, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὅτι τοιοῦτων ὀρισμῶν εἶναι ἢ ἡδὴν ὅτι δὲ ἀφελίμου, καὶ ὁ ἡδὴν ὀρισμῶν ἀφελίμου, καθόλου δὲ εἶπαι ἐν τοῖς τοιοῦτοις ὀρισμοῖς, τρέπον ἕνα παλαιῶν εἰς ὀρισμῶν, ἢ ὅτι ἐξ ὀρισμῶν ὀρίζεσθαι, ὁ γὰρ τὸν ἔπι τῶν ἡδὴν ὀρίζεσθαι, τρέπον ἕνα καὶ τὴν ἀγνοίαν ὀρίζεται, ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἔπι τῶν ἡδὴν καὶ ὁ ἀπεσιμῶν, καὶ τὸ ἐπὶ τῶν ἡδὴν καὶ ὁ ἀγνοίαν, τὸν γὰρ τῶν ἡδὴν νομῶν, τρέπον ἕνα καὶ τὰ λοιπὰ ἄλλα γίνονται. σκεπτόμενος ἔπι τῶν πάντων ἡδὴν τοιοῦτων μὴ εἶναι φωνῆς, στοιχείου χεῖρον τοῖς ἐν ἡδὴν ἕκαστον, καὶ τῶν συσσίχων.

LOCVS XXXVIII.

90 Præterea si sit quidem habitus definitio, considerandum in habente, si quidem habentis, in habitu. Similiter autem & cæteris talibus. Ut si delectatio est iuuatio, & delectabile inuabile. vniuersaliter autem dicendo in huiusmodi definitionibus, quodammodo uno, plura accidit eum qui definit, definire. Nam qui scientiam definit, quodammodo & ignorantiam definiuit. Similiter autem & scium, & inscium, & scire, & ignorare. Primo enim dilucido facto, & reliqua quodammodo dilucida fiunt. Inspiciendum igitur in omnibus talibus ne quicquam dissonet ei, qui elementis utitur, ex contrariis, & coniugatis.

Hic locus potest resolui in duos, quorum alter est ex coniugatis, alter uero ex contrariis. primus talis est, si aliqua definitio assignatur alicui coniugatorum, transferatur ad alterum, quod est ei coniugatum secundum congruam dictionem, quae cuique congruit: & si in aliquo dissonat, interrimenda est assignata definitio. causa est, quoniam coniugata similiter se habent. Non enim differunt, nisi solo casu, secundum talis est, si aliqua definitio assignatur alicui contrariorum, transferatur ad alterum quod est ei contrarium, secundum congruas dictiones quae cuique congruunt. Et si in aliquo dissonat interrimenda est assignata

A diffinitio causa autem, quoniam contraria contrarie se habent, miscet autem haec loca, & incipit ab exemplo primi loci, & dicit, [Præterea si sit quidem habitus definitio, considerandum] talem definitionem [in habente,] quod est denominatum habitus. [Si quidem] illa definitio est [habentis, in habitu] subaudi oportet eam assignare secundum proprias dictiones, quae habitui congruunt. at si non fuerit habentis, interrimere eam oportet in habitu. [Si militi autem] intelligas tu [in cæteris talibus] coniugatis, & non solum in habitu, & habente, & assignat exemplum in terminis, & dicit, [ut si delectatio est iuuatio, & delectabile inuabile.] deinde amplificando hunc locum, tangit secundum, qui accipitur ex contrariis: & declarat quo modo assignata aliqua definitione de uno, possunt inferri plures definitiones de pluribus, & dicit, [uniuersaliter autem dicendo in huiusmodi] scilicet coniugatorum, & contrariorum definitionibus, [quodammodo uno] de finito, [plura accidit eum qui definit, definire.] quia de finito uno coniugatorum, accidit definire omnia ea, quae sunt illi coniugata, & definire contrarium illius, & omnium coniugatorum quae ei coniugantur. Quod exemplo demonstrat, & dicit, [nam qui scientiam definit, quodammodo] & ignorantiam [quae est scientie] contraria, [definiuit, similiter autem] definiuit quodammodo [et] scium, [quod est scientie] coniugatum, [et] inscium, [quod est coniugato] contrarium, [et] scire, [quod est alia] scientie coniugatum, [et] ignorare, [quod est] contrarium ipsi scire. Quod probat, & dicit, [Primo enim dilucido facto,] hoc est, ipsa scientia primo per definitionem patefacta, [et] reliqua, scilicet coniugata, & contraria, [quodammodo dilucida fiunt.] Tunc quasi epilogans inquit, [ei igitur, qui elementis ex contrariis] & coniugatis utitur elementis [id est] locis, [inspiciendum in omnibus talibus, ne quicquam dissonet.] nam si dissonat quicquam in definitione unius talium, interrimenda est definitio in omnibus. Quia enim coniugata definiunt, & contraria coniugatorum, & coniugata contrariorum, & coniugata coniugatorum definiunt: quoniam si contrarium in contrario est, & in contrario contrarium erit. Insuper si in uno coniugatorum erit, sic & in reliquis oportet esse, ut superius saepe dictum est.

C ETI ἔπι τῶν ἡδὴν τῶν στοιχείων, εἰ τῶν ὀρισμῶν ὁ ὀρισμὸς εἴς τὸ ἀποδίδοται, ἢ εἰς τὸ ὀρισμῶν ἐκείνου εἰς τὸ ἀποδίδοται. οἷον εἰ ἢ ὑπόληψις τῶν ὑποληπτόν, ἢ τῶν ὑπόληψις τῶν τὴν ὑποληπτόν, καὶ εἰ τὸ πολλὰ ἀποδίδοται τῶν πολλοσχημόν, ἢ τὸ πολλὰ ἀποδίδοται τῶν πολλοσχημόν, εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἀποδίδοται, δὴ ἄλλο ὄν ἡμᾶς περὶ ταῦτα.

LOCVS TRIGESIMVS NONVS.

91 Deinceps in iis quae ad aliquid sunt, considerandum si ad quod genus assignatur, & species ad illud quoddam assignatur. Ut si opinio ad opinabile, & quaedam opinio ad quoddam opinabile. Et si multiplex ad submultiplex, & quoddam multiplex, ad quoddam submultiplex. Si enim

non sic assignatur, manifestum quoniam peccatur.

Assignat locum trigesimalum nonum, qui accipitur per inspectionem ad genus in definitionibus relatiuorum. & dicit, [Deinceps in iis quae ad aliquid sunt, considerandum] si ad quod genus assignatur [genus] definitionis, [et] species, [quae] definitur, [assignatur ad illud] quoddam id est, ad speciem illius generis: quoniam si non, interrimenda est definitio. Affert exempla, & dicit, [ut si opinio,] quae est genus, quod ponitur in definitione fidei, refertur [ad opinabile,] & quaedam opinio [scilicet] fides, quae definitur, quae est species opinionis, [ad quoddam opinabile] id est, ad credibile, quod est species opinabilis, refertur. Si enim non, tunc interrimenda est definitio. [et] si multiplex, ad submultiplex, & quoddam multiplex, ad quoddam submultiplex. Si enim non sic assignatur, manifestum, quoniam peccatur. Si enim diceretur, fides est opinio scibilium, interrimenda est definitio: quoniam fides refertur ad credibilia, sicuti opinio ad opinabilia. quare si dicitur, fides est opinio eorum opinabilium, quae creduntur, non peccabitur in definitione, ueluti non peccatur, cum dicitur: opinio est habitus opinabilium. Est enim opinio genus fidei, & opinabile credibilis, utrum uero fides sit opinio, nunc non asserimus, sed pro exemplo sufficit sic esse dictum.

LOCVS XL.

92 Videndum autem, & si oppositi, opposita est definitio, ut si dimidii ea sit, quae opposita est ei, quae est dupliplex, nam si duplex est, quod in aequali superat dimidium: & dimidium, quod in aequali superatur.

Quoniam si non congrue cum iis, quae sunt ad genus, & ad speciem aliquis definiuerit, peccat, sic pro assignat locum quadragesimum, qui accipitur per inspectionem ad oppositam assignate rationis, si oppositi definiti fuerit definitio. nam si non, interrimenda est assignata definitio, & per opposita, nunc relatiua uocatur Alexander exponit, unde dicit, [videndum] autem & si oppositi opposita est definitio, [quia] si non, interrimenda est definitio: si uero sic, construenda. [ut] si dimidii ea sit, quae opposita est ei, quae est dupliplex, [quoniam] si est, construenda est definitio, [nam] si duplex est, quod in aequali superat dimidium, & dimidium [erit], [quod] in aequali superatur, [et] dupliplex. Si autem non est ita, interrimenda est definitio assignata.

Καὶ ἐπὶ τῶν ἑκατέρωθεν ὁ ὀρισμὸς, ὁ γὰρ ἑκατέρωθεν τοῦ ἑκατέρωθεν λόγου ἔσται, ἢ τὴν μίαν ἕνα τῶν ἑκατέρωθεν συμπαρόντων, οἷον εἰ ἀφελίμου ἢ ποιητικῶν ἀγαθῶν βλαβερῶν ἢ ποιητικῶν κακῶν, ἢ τὸ φθαρτικῶν ἀγαθῶν, θάττον γὰρ τῶν ἑκατέρωθεν

α καλον εναντιον ειναι... εφ' εφ' αρχης εθενεν. ει δ' ου...

LOCVS XII.

93 Et in contrariis similiter. nam contraria contrarii oratio erit secundum vnam quandam complexione...

Cum assignasset locum uniuersalem in omnibus oppositis... et per unam quandam, Alexander exponit...

stum, quoniam neutra erit earum (que posterius assignata sunt) contraria oratio...

Quod uero ad exempla attinet, non intelligas definitiones specierum contrarium esse contrarias...

Επει δ' ενια εναντιον σερισει... λεγονται διον η αισιος της σερισει...

LOCVS XLII.

94 Quoniam autem quedam contrariorum priuatione alterius dicitur, ut inaequalitas priuatio...

Iterum assignat locum in oppositis secundum priuationem et habitum, ut sit locus quadragesimus secundus...

A tum, quod secundum priuationem oppositum est, definitur per habitum, recte definitur: contra uero, non recte...

Ελ τ' ουτως δειζομενοι, δ' ανακαλιου αυτ' εφ' δεριζομενα...

95 Insuper sic definitentem necesse est eo, quod definitur, uti. Patet autem hoc, si accipiatur pro nomine...

Secunda conditio bonae definitionis est, ut definitum non ponatur in definitione sui. Tunc assignat secundum peccatum...

hoc] scilicet tale peccatum sequi, [si accipiatur pro nomine] inaequalitatis, atque priuationis eius [oratio]...

Sed dubitabit fortasse quispiam, quia non uidetur priuationem defini posse per habitum, cum habitus non sit essentialis...

Αμ δε μηδεταρον εναντιου εναντιου εναντιου εναντιου...

LOCVS XLIII.

96 Si autem neutrum contrariorum secundum priuationem dicatur, assignetur autem oratio similiter...

lo contrarium, malum autem nihil differat vel quod est bono contrarium, erit bonum contrarium contrario boni. Perspicuum igitur, quonia eodem vsus est.

Locus quadragesimus tertius est in contrariis, quorum neutrum est priuatio, sed utrumque habitus, si unum definiatur per alterum, interimenda est definitio. Si enim (contrarius sic dictus) alteri per alterum aliquis definirit, certe similiter et alterum per alterum assignabit. non enim est differentia ea, quae est in oppositis secundum habitum et priuationem, sed est simile bonum dicere contrarium mali, et malum contrarium boni. nam contrarius sic dictus, quorum alterum non est priuatio, ratio similiter assignatur. Quare hoc ita se habent, accidit id, quod dictum est in priuatiue oppositis, scilicet uti ipso definito in ipsa sui definitione. Si enim aliquis definiendo diceret bonum contrarium mali, transumpto malo ad propriam rationem, erit bonum contrarium contrario boni, et sic ipso definito vsus est. unde dicitur, [ si autem neutrum contrariorum secundum priuationem dicatur, ] sed utrumque secundum habitum, [ assignetur autem ] in his [ oratio similiter, ut assignata est in priuatiue oppositis ] ut uidelicet dicatur [ bonum contrarium malo, manifestum quoniam malum contrarium bono erit. ] Si itaque sic definiatur, interimenda est definitio. [ nam sic contrariorum similiter oratio assignanda est. ] et ita definitur bonum per malum, et malum per bonum, modo uidelicet quo oppositum secundum priuationem definitur per habitum. Tunc demonstrat hoc esse absurdum, et dicit, [ quare rursum eo quod definitur, accidit uti ] scilicet in sui ipsius definitione. [ Inest enim in mali oratione bonum, ] sicuti in boni oratione malum. [ Quod circa cum bonum sit malo contrarium, malum autem nihil differat ] subaudi ab eo, [ quod est uel bono contrarium, ] no enim differt definitum a sua definitione, et sic pro nomine definiti potest poni definitio, [ erit ] propter hoc definitiue [ bonum contrarium contrario boni, perspicuum igitur quoniam eodem ] scilicet definito [ usus est ] in sui definitione. nam bonum accipitur in definitione boni. Sed queres fortasse cur alteri contrariorum per alterum non definitur, sicuti priuatio per suum habitum. uidetur enim alterum per alterum esse definiendum, quippe cum contraria habeant idem subiectum, in quo uicissim sunt, ueluti ea quae priuatione opponuntur. quare alterum per alterum definiendum esse uidetur. Dicendum non esse eandem rationem de contrariis, et de priuatiue oppositis. nam oppositum secundum priuationem, essentiale esse habet ad habitum, ut superius probatum est. contrariorum autem nullum ad alterum habet essentiale esse. cum unumquodque propriam essentiam seorsum habeat.

Εἰ ἐν τῷ ἔργῳ λέγεται ἡ ἀποδιδοῦς, καὶ ἀποδιδωκεν οὐ ἐστὶν ἐργασίᾳ, οἷον τὸ ἐξέχει, ἢ τοῦ ἐκπύου, ἢ ὀπνοῦ ἐστὶν ἐργασίᾳ, καὶ εἰ μὴ ἐν τῷ ἔργῳ γίνεσθαι προσέθηκεν, ἢ ἀπλάως, ἢ ἐν τῷ ἔργῳ προσέθηκεν γίνεσθαι, οἷον τὸ ἄγνωστον εἰπέμεν ἐργασίᾳ, μὴ ἐπιστήμῃς ἐργασίᾳ εἴπαμεν, ἢ μὴ προσέ-

θηκεν ἐν τῷ ἔργῳ προσέθηκεν γίνεσθαι, ἢ προσέθηκεν, μὴ ἐν τῷ ἔργῳ προσέθηκεν ἀπλάως, οἷον τὸ ἄγνωστον εἰπέμεν ἐργασίᾳ, καὶ ἀπλάως, ἢ ἐν τῷ ἔργῳ προσέθηκεν γίνεσθαι, οἷον τὸ ἄγνωστον εἰπέμεν ἐργασίᾳ, καὶ τὸν ἔργον ἢ ἐργασίᾳ ἀποδοῦναι. καὶ τὸ ἐστὶν ἐργασίᾳ μένον.

LOCVS XLIIII.

97 Insuper si quod secundum priuationem dicitur, assignans non assignauit id, cuius est priuatio: vt habitum, aut contrarium, aut cuiuscunque est priuatio. Et si non in quo aptū est fieri addidit, vel simpliciter, vel in quo primo aptum est fieri. Vt si ignorantiam dicens priuationem, non scientiae priuationem dixerit: aut si non addiderit in quo apta est fieri: aut si addiderit non in quo primo assignauerit, vt quoniam non in rationali, sed in homine, vel in anima. Nam si quodlibet horum omiserit, peccauit. Similiter autem & si caecitatem non visus priuationem in oculo dixerit. Oportet enim bene assignantem quid est, & cuius est priuatio assignare, & quidnam est quod priuatum est.

Cum dixisset loca, quae accipiuntur ab oppositis secundum relationes, et ab oppositis tam contrariis, quam ab his quae dicuntur secundum priuationem, dixissetque in oppositis, quae dicuntur secundum priuationem, id quod secundum priuationem dicitur, oportere definiri per illud, quod dicitur secundum habitum, nunc dicit, [ Insuper si quod secundum priuationem dicitur, assignans non assignauit id, cuius est priuatio ] ut non assignauit [ habitum, aut contrarium, aut ] non assignauit id, [ cuiuscunque est priuatio, ] definitio subaudi interimenda est. Vocat autem id quod est oppositum priuationi, habitum, uel contrarium, uel id, cuius est priuatio, non quod haec sint diuersa, accipiuntur enim haec omnia pro habitu, sed ut habitum pluribus appellationibus demostret posse accipi. [ et si ] hoc quidem ponat, [ non id addidit, in quo aptum est fieri ] id est, non id addidit, scilicet subiectum in quo priuatio apta est fieri, [ uel simpliciter, uel in quo primo aptum est fieri, ] etiam definitio interimenda est. Dixit [ uel simpliciter, uel in quo primo ] priuatio [ apta est fieri ] quoniam priuatio habet duplex subiectum, scilicet commune et proprium. ignorantiae enim subiectum commune est anima uel homo, proprium uero subiectum est anima intellectiualis. Si ergo definitur priuatio, et non ponit-

ut subiectum commune, interimenda est definitio. et si ponitur commune subiectum, et non ponitur proprium subiectum, etiam interimenda est definitio. Ideo assignat exemplum, et dicit, [ ut si ignorantiam dicens priuationem, non scientiae priuationem dixerit, ] interimenda est ignorantiae definitio. [ aut si ] addiderit scientiae priuationem, et [ non addiderit ] subiectum commune, [ in quo ] priuatio [ apta est fieri, ] etiam definitio interimenda est. [ aut si addiderit ] scilicet subiectum commune, et [ non ] subiectum [ assignauerit, in quo primo ] ignorantia apta est fieri, etiam interimenda est definitio ignorantiae. [ ut quoniam non in rationali ] scilicet anima, quae est subiectum proprium ignorantiae, [ sed ] assignauerit [ in homine, uel in anima, ] quae est subiectum commune, interimenda est definitio. [ nam si quodlibet horum omiserit, peccauit ] in definienda ipsa ignorantia. Deinde assignat secundum exemplum, et dicit, [ similiter autem et si caecitatem, non visus priuationem in oculo dixerit, ] etiam peccauit in definienda caecitate, et causam assignat, et dicit, [ oportet enim bene assignantem quid est ignorantia, ] uel caecitas, uel quaevis priuatio, [ et assignare ] habitum, [ cuius est priuatio, et ] assignare subiectum, [ quidnam est, quod primo priuatum est. ]

Ὁρῶν δὲ καὶ εἰ μὴ λεγομένου ἔργου, ἐργασίᾳ, ἀποδοῦναι. οἷον καὶ ἡδὴ τὸ ἀγνωστον ἀποδοῦναι, ἢ τὸ ἀποδοῦναι τὸ ἄγνωστον λέγουσι. ἢ γὰρ μὴ ἐχομεν ἐπιστήμην οὐ δοῦναι ἀγνωστον, ἀλλὰ μέλλομεν εἰς τὴν παμπόνηρον, ἀπὸ οὗτε τὰ ἀπύχνα, οὗτε τὰ ποσειδάων φραμῆν ἀγνωστον. ἀστ' οὐ ἔργου ἐπιστήμῃς ἢ ἀγνωστον λέγεται.

LOCVS XLV.

98 Videndum autem, & si non secundum priuationem dictum, priuatione definiuit. vt in ignorantia uidebitur esse huiusmodi peccatum iis, qui secundum negationem ignorantiam dicunt. Nam quod non habet scientiam, non uidetur ignorare, sed magis quod deceptum est. Propter quod neque inanimata, neque pueros dicimus ignorare. Quare non secundum negationem scientiae, ignorantia dicitur.

Assignat locum quadragesimum quintum, et dicit. [ Videndum autem et si non secundum priuationem dicitur, priuatione definiuit, ] nam (ut Alexander inquit) qui definit non priuatiuum uel priuatiuum, peccat. ueluti qui definit puerum, uel parietem, qui non dicitur priuatione scientiae, id est, qui non dicitur ignorans, pro ignorante, peccauit. et hac ratione subdit, [ ut in ignorantia uidebitur esse huiusmodi peccatum iis, qui secundum negationem ignorantiae dicunt. ] id est, iis qui definiunt ignorantiam per negationem. Hi enim uidentur definire non

priuationem pro priuatiuo. Definiunt enim per negationem puerum pro ignorante, qui non est ignorans.

Quod uero ad uerba attinet, annotatione dignum in graecis codicibus reperiri uerbum μή, hoc est non, hoc pacto, [ qui non secundum negationem ignorantiam dicitur, ] quod tamen uerbum in scriptura, quam Alexander exponit, non legitur, nec etiam in translationibus ueteribus legitur. Et si legitur μή, non debet intelligi pro no, sed pro ne, uel an. nam μή apud graecos est signum interrogationis cum iungitur indicatio. sed utrumque fit, cum non priuatiuum pro priuatiuo definitur, peccatum committitur, uelut cum puer, uel paries pro ignorante per negationem definitur, qui re uera non est ignorans. Quod autem ita sit, probat, [ nam quod non habet scientiam, non uidetur ignorare, sed magis uidetur ignorare, ] quod deceptum est, ] hoc est, quod non scit, et putat se scire. Affert signum, et dicit, [ propter quod neque inanimata, neque pueros dicimus ignorare, ] quoniam neque inanimata, neque pueri sciunt, et putant se scire, propterea concludit, [ quare non secundum negationem scientiae ignorantia dicitur ] ac definitur. Sed per negationem scientiae definitur ignorantia in subiecto contrario modo ad scientiam disposito. Nam (ut Alexander dicit) eos ignorare dicimus, qui dispositionem falsam, et deprauatam habent, quippe cum ignorantia habitus quidam falsus, et deprauatus dicatur. Quod uero ad uerba attinet, sēphorū graecae priuationem latine sonat, hic tamen pro negatione accipitur. Hoc pacto peccat qui immortalitatem definit priuationem mortis, no enim priuatio mortis est immortalitas, sed dispositio, et habitus quidam contrarius dispositioni, per quam aliquid dicitur mortale. Virum uero detur ignorantia negationis, libro primo posteriorum est definitum.

Εἰ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ ὀνόματος τῷ ἄσθενος ἀδμοίαι τοῦ λόγου τῶν ἄσθενος ἐφ' ὅσον τὸν οἰσιν. οἷον εἰ ἀφελίμου τὸ ποικίλον ὑγίαιας, ἀφελίμου τὸ ποικίλως ὑγίαιας. καὶ ἀφελίμους, ἢ ἀποποιήσας ὑγίαιας.

LOCVS XLVI.

99 Insuper, si similibus nominis casibus similes orationis casus aptatur. Vt si adiutiuum est effectiuum sanitatis, adiutiue est sanitatis effectiue, & adiuuans, efficiens sanitatem.

Hic locus idem est loco superius assignato. nam hortatur nunc definitionis casus cum definiti casibus congruere, quoniam si non congruerit, definitio non erit bene assignata. et dicit, [ Insuper ] considerandum [ si similibus nominis casibus, similes casus orationis aptentur ] et intelligit per nomen ipsum definitum, et per orationem, definitionem, quae si dicat, quoniam si casus definitionis non conueniunt casui, definitio, definitio erit interimenda. et intelligit per casus, casus et conuergentem, ut sit sensus, si definitio assignata alicuius conuergentium non aptetur conuergentibus, quae definiuntur per inflexionem casuum, interimitur definitio. [ ut si adiuuatiuum est effectiuum sanitatis ] considerandum est utrum [ adiuuatiue ] efficiat, [ est

G [sanctatis effectu] scilicet efficere, [et adiuuans efficiens] scilicet Platonis. quoniam si non, definitio erit interminanda. oportet enim casum esse definitionem casus, si debet coniugatum esse definitio coniugati.

Συμπῆν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ιδέων ἐφαρμοσθεῖς ὁ λέγειν οὐκ ἔστιν ἐπιθυμητὸν οὐ συμφέρειν. διὸν δὲ Πλάτων ὁρίζεται τὴν οὐκ ἀπορροῦσαν ἐν τοῖς ἰδέαις ἀφ' ἧς οὐδὲν ἀπορροῦσιν. ἢ γὰρ ἰδέαι, οὐκ ἔστιν οὐκ ἀπορροῦσιν. ἔστι δὲ οὐκ ἐφαρμοσθεῖς ὁ λέγειν ἐπὶ τῶν ιδέων. ἀπλῶς δὲ οὐκ ἀπορροῦσιν τὸ ποιητικόν ἢ πικρὸν, ἀνάγκη δὲ φανεῖν ἐπὶ τῶν ιδέων τὸν ὄρον. ἀπορροῦσιν γὰρ καὶ ἀκίνητοι οὐκ ἀπορροῦσιν καὶ ἰδέαις τοῖς λέγουσιν ἰδέαις ἐπὶ. πρὸς δὲ πᾶσι τοῖς καὶ οἱ τοῖς λέγουσι χηρίμοι.

LOCVS XLVII.

100 Considerandum & in idea, si aptabitur dictus terminus. Nam in quibusdam non accedit, ut quemadmodum Plato definiuit, mortale addens in animalium definitionibus. Idea enim non erit mortalis, ut ipse homo. Quare non aptabitur ad ideam definitio. Simpliciter autem in quibus apponitur effectuum, aut passivum, necesse est dissonare in idea terminum. Siquidem impassibiles, & immobiles videntur esse ideae istae, qui dicuntur esse. Aduersus hos autem & tales orationes vtilis sunt.

Locus quadragesimus septimus est inspicere ad ideam, nam si definitio conuenit ideatis, & non ideis, interminanda est definitio. Vi si diceret quispiam hominem animal rationale mortale, non bene definit, quoniam haec definitio non competit ideae, non enim idea est mortalis, uel passibilis. dicit, [Considerandum est in idea, si dictus terminus] qd assignatur ideatis, [aptabitur] scilicet ipsi ideae. nam si non potest aptari, definitio erit male assignata. Dico considerandum esse ad ideam, [nam in quibusdam] scilicet definitombus [non accedit] ut sint eadem ideatorum, & idearum. & assignat exemplum in opinione Platonis, & dicit, [ut quemadmodum Plato definiuit addens in definitionibus animalium] ideatorum, ipsum [mortale] pro differentiis, dixit enim hominem esse animal rationale mortale: equum uero animal irrationale mortale, haec ergo definitio est interminanda, [idea enim non erit mortalis, ut ipse homo.] scilicet per se sumptus, ac se paratus, sed hic homo ideatus, [quare non aptabitur ad ideam,] scilicet hominis definitio illa, & sic interimitur. & quasi assignat uniuersalem regulam, dicit, [Simpliciter autem] hoc est uniuersaliter, [in quibus] scilicet definitiōibus [apponitur effectuum aut passivum,] uel aliquid quod significat passionem uel actionem, [necesse est terminum] sic assignatum [dissonare in idea, siquidem impassibiles,

et immobiles uidentur esse ideae istae, qui dicuntur esse. Scilicet Platonis. Tunc assignat utilitatem huius loci, & dicit, [aduersus hos autem & tales orationes,] id est, definitiones, [utiles sunt.] nam possumus argumētari ideam non bene defini, quia definitiones tales competitur ideatis, non autem ideis.

Ἐπὶ δὲ τῶν καὶ δ' ἡμιονίμων λεγομένων ἐν αὐτῷ λόγῳ κοινὸν ἀπορροῦσαν ἀπορροῦσαι. σιωπῶν καὶ γὰρ, ἂν εἰς ὃ τὸ τοῦνομα λέγεται. ὅσοι οὐδὲν ἀπορροῦσιν τὸ τοῦνομα ὁ ἀπορροῦσαι ὁρῶν. ἐπειδὴ ὁμοίως ἐπὶ πᾶσι τὸ δὲ μόνον ἐφαρμοσθεῖς.

LOCVS XLVIII.

101 Insuper si eorum, quae secundum æquiuocationem dicuntur, vnam definitionem omnium communem assignauit. Vniuoca enim quorum vna est secundum nomen ratio. Quare nullius eorum quae sub nomine sunt, assignatus est terminus, quoniam similiter ad omne æquiuocum adaptatur.

Locus quadragesimus octauus accipitur per inspectionem ad ea, quae nomen æquiuocum significat. & dicit, [Insuper si eorum] scilicet significatorum, [quae secundum æquiuocationem dicuntur] hoc est, significatur ab uno nomine, [unam definitionem omnium communem assignauit,] subaudi interminanda est ratio. Quoniam (ut Alexander inquit) facit ea uniuoca, quod Aristoteles syllogizat sic, [uniuoca sunt, quorum una est secundum nomen ratio.] Adde minorem, sed horum æquiuocorum, per aduersarium, est secundum nomen una communis ratio. ergo haec uniuoca erunt uniuoca. de ratione tangit solam maiorem, & dicit, [uniuoca enim] subaudi sunt, [quorum una est secundum nomen ratio.] haec fuit maior, cetera supplenda sunt. Cum adduxisset ad hoc absurdum quod uidelicet ea æquiuoca essent uniuoca, declarat quo nam modo hoc est absurdum, & dicit, [quare nullius eorum, quae sub nomine] scilicet ipso æquiuoco [sunt, assignatus est terminus, quoniam similiter] definitio illa [ad omne æquiuocum adaptatur.] Ergo illa definitio non magis erit unius significati quam alterius. Hoc est autem absurdum, & contra naturam nominis æquiuoci. nam cum de nomine æquiuoco assignatur una definitio, illa semper uidetur magis esse unius significati quam alterius, alioquin æquiuocum (ut diximus) esset uniuocum.

Πέπον δε δὲ τοῦτο καὶ ὁ διονυσίου τὸ ζωῆς ὁρῶν. εἰ πρὸς ἐστὶ κίνησις γένους ὁρῶν τοῦ σὺμφυτου παρεκκολληθῆσαι. οὐδὲν γὰρ μᾶλλον τοῦτο τοῖς ζωῆσι, ἢ τοῖς φυτοῖς ὑπάρχει. ἢ δὲ ζωῶν οὐ καὶ ἐν εἰδῶ δὲ οὐκ εἰ λέγεται. ἀλλ' ἕτερον τὸ ζωῆσι, ἕτερον δὲ τοῖς φυτοῖς ὑπάρχει.

102 Passus autem hoc est & Dionysii vitæ terminus, siquidem ea mo-

A tus est generi nutriendi naturaliter inferuiens. Nihil enim hoc magis animalibus quam plantis inest. Vita autem non secundum vnam speciem videtur dici, sed altera quidem animalibus, altera plantis inest.

Tunc exponit id quod dixit, exemplo definitionis, quam Dionysius Philosophus academicus assignauit de ipsa vita, & dicit, [Passus autem hoc] scilicet peccatum [est] & terminus, [id est, definitio] [uitæ Dionysii, siquidem ea] (ut inquit) [est motus naturaliter inferuiens] id est, naturaliter accommodatus [generi nutriendi] id est, generi eorum, quae nutriuntur. Cum enim Dionysius Philosophus definiisset uitam, dixit uitam esse motum, qui naturaliter accommodatur generi eorum, quae nutriuntur. Quod autem haec uita definitio hunc defectum patitur, ostendit, & dicit, [nihil enim hoc magis animalibus qd plantis inest.] Animalibus enim & plantis æqualiter inesse uidetur motus, qui naturaliter accommodatur generi eorum, quae nutriuntur. Quod non ita esse ostendit, & dicit, [uita autem non secundum unam speciem uidetur dici, sed altera quidem animalibus, altera plantis inest.] Ergo Dionysius peccauit, cum assignasset uitaæ definitionem communem, ac si uita esset uniuocum, cum tamen reuera non sit uniuocum quippiam, sed æquiuocum.

ἐν δὲ λέγειται ἅ ὅμοιον καὶ κατὰ προαίρεσιν, ὅμοιον ἀπορροῦσαι τὸν ὄρον, ὡς σιωπῶν μου, καὶ καὶ ἐν εἰδῶ πᾶσι τῆς ζωῆς λεγομένων. οὐδὲν δὲ καλῶς καὶ σιωπῶντα τῶν ἡμιονίμων, καὶ δὲ αὐτῶν βουλόμηνον τὸν ὄρον ἀπορροῦσαι, λέγει δὲ μὴ ἰδίον, ἀλλὰ κοινὸν ἀμφὸν λόγον ἀπορροῦσαι. ἀλλ' οὐδὲν ἕτερον εἰ ὁποῦν ὅμοιον, ἡμᾶρ κεν.

103 Contingit igitur & secundum electionem sic assignare terminum, ac si uniuoca, & secundum vnam speciem omnis vita diceretur. Nihil autem prohibet & eum qui conspiciat æquiuocationem, & qui alterius vult definitionem assignare, latere non propriam, sed communem vtrisque orationem assignando. Sed nihil minus, si utrius modo fecerit, peccauit.

Dubitat Aristoteles contra dicta, & dicit, [Contingit igitur] & secundum electionem sic assignare terminum, ac si uniuoca, & secundum unam speciem omnis vita diceretur, quasi dicat ad electionem libitumque definitis est definitio uitam ac si esset æquiuoca, & ac si esset uniuoca: ergo si definitur uita, ac si esset ea uniuoca, non peccauit, cum pro arbitrio erat illud eligibile. Sic enim Alexander exposuit hunc locum. Respondet Aristoteles pro arbitrio uitam definiti posse, & ut quid uniuocum,

et ut quid æquiuocum. Sed bene definiti ut quid uniuocum, non est pro arbitrio eligibile, quia quoniam modo æquiuocum definitur ut uniuocum, peccatum committitur. In nobis enim est bene, & male definire, sed non est in nobis bene definire uno modo, quod non est co modo definibile. dicit, [nihil autem prohibet & eum, qui conspiciat,] & considerat [æquiuocationem,] & qui uult alterius, scilicet significati [definitionem assignare, latere non propriam, sed communem vtrisque] scilicet significati [orationem assignando.] nam, ut lateat, pro arbitrio illud facere potest, cum possit pro arbitrio bene, & non bene definire. Sed nihil minus si utrius modo fecerit, peccauit, quia uita bene defini non potest, nisi, ut æquiuoca. Hoc autem pacto si definitur, oportet tot assignare definitiones, quot sunt species uitæ, & accepit uerbum [utrius] pro utroque, quasi dicat, sed si utroque modo fecerit, peccauit, quoniam illud bene fieri non potest, nisi uno modo, scilicet ut uita est quid æquiuocum. Ex his sequitur æquiuocum definiti posse ut uniuocum, ut definiens lateat, non autem simpliciter, scilicet licet ut bene definiat. Alexander uero aliter exponit, ubi annotatione dignum, bisariam posse æquiuocum definiti ut uniuocum, aut cum definiens assignat unam communem definitionem omnibus significatis, quae non magis uni quam alteri competit, aut cum definiens assignat unam definitionem uni significatorum, & ea utitur, ut communi omnibus significatis. Dicit ergo secundum hanc expositionem Aristoteles, quod licet pro arbitrio definiens possit primo, & secundo modo æquiuocum definire, [tamen si utrius modo fecerit, peccauit,] quia nec hoc nec illo modo æquiuocum potest ut uniuocum definiti. Sed prima expositio, quam nos assignauimus, magis placet uerbis Aristotelis.

Ἐπει δ' ἐντὶ λευθάνη ἡ δὲ μόνον ἐφαρμοσθεῖς τῶντι ἡ, ὡς σιωπῶν μου χηρίμου. οὐ γὰρ ἐφαρμοσθεῖς ὁ δὲ τῶντι ὅμοιον, ἐπὶ δὲ τῶντι. ὅσοι δὲ ἔστι οὐκ ἀπορροῦσαι κατὰ τὸν ὄρον. δὲ γὰρ ἐπὶ πᾶσι τῶντι τὸ σιωπῶν μου ἐφαρμοσθεῖς. ἀλλ' ὅμοιον ἐφαρμοσθεῖς δὲ ἀπορροῦσαι διαίρετόν.

104 Quoniam uero æquiuocorum nonnulla latent, interroganti quidem, ut uniuocis utendum. Non enim aptabitur alterius terminus ad alterum. Quare videbitur non distinguendum hoc pacto. Oporteret enim in omne uniuocum aptari. Eisdem autem respondententi distinguendum est.

Iuniores Aristotelem assignare cautelas nonnullas asserunt circa locum quadragesimum octauum, cautelas has uocant etiam idoneitates, ut Albertus. Sed de nominibus nulla sit nobis cura. explicat itaque cautelam primam ex parte opponentis, & eandem postea ex parte respondentis, & dicit, [Quoniam uero æquiuocorum nonnulla latent] utrum scilicet uniuoca, an æquiuoca



G ca sunt, ideo [interroganti quidem] scilicet qui opponit, eis [ut uniuocis utendum] aduersus respondentem, [non enim,] cum eis utitur ut uniuocis, [aptabitur alterius] significati [terminus ad alterum] significatum, sed communiter terminus habebitur a respondente ut conueniens omnibus significatis, propterea concludit, [Quare uidebitur] pro asintia atque cautela opponentis habenda [non distinguendum hoc pacto,] scilicet equiuocum, quod latet utrum sit uniuocum. [Oportet enim] subaudi si distingueretur, [aptari] scilicet terminum assignatum [in omne uniuocum.] hoc est, in omne significatum a quiuoci, quod nequaquam fieri potest. appellat autem omne significatum equiuoci uniuocum, quia reuera est uniuocum, cum sub uno equiuoco plura uniuoca contineantur. Deinde ostendit eandem cautelam ex parte respondentis, et dicit, [Eidem autem respondentem distinguendum est.] subaudi, si talis esset assignata ratio, ut ostendat communicationem significatorum esse solum secundum nomen. Nam sic distinguendo patet assignatam rationem non omnibus significatis communem esse. ut si aliquis assignasset motum definitionem, quod uidelicet sit transmutatio secundum locum, cum motus sit etiam alteratio, demonstrare oportet quoniam ipsi alteratio non conuenit data definitione. Præterea cum motus non sit uniuocus, sed æquiuocus, (nam quod uniuoce dicitur, oportet in omnibus de quibus dicitur, competere secundum eandem rationem) ideo respondens ipse monstrare debet quod motus sit æquiuocus, et tamē ipse opponens definiuit motum secundum locum, qui est primum motus pro omnibus motibus. Hæc expositio est Alexandri.

Ἐπει δ' ἐνίοι τῶν ἀποκρινομένων, ὅτι τὸ σωάνυμον ὁμάνυμον φασὶν εἶναι, ὅτι καὶ ἐφαρμόττει ἐπὶ πᾶσι δ' ἀποδοθεῖς λόγῳ. ὅτι δ' ὁμάνυμον ὁμάνυμον, ἐὰν ἐπὶ ἀμφοῖν ἐφαρμόττει, ἀποδοθὲν ὁμολογητέον ὑπὲρ τῶν τοιούτων. ἢ ἀποδοθὲν ὁμολογητέον ὅτι ὁμάνυμον ἢ σωάνυμον ἢ ἀποδοθὲν ἄλλοι γὰρ συγκροτοῦσι οὐ παρορῶντες τὸ συμβεβημένον.

105 Quoniam autem quidam respondentium uniuocum quidem dicunt æquiuocum, quando non accommodatur ad omne assignata oratio: æquiuocum autem uniuocum, etiam si ad utrunque accommodetur, præconessione utendum pro talibus, aut præfyllogizandum quoniam æquiuocum, aut uniuocum, aut utrunque fuerit, magis enim concedunt, non præuidentes quod futurum est accidere.

Secundam cautelam assignat, in qua docet interrogantem uti præconessione ab ipso respondente haberi.

et dicit. Quoniam autem quidam respondentium propter inscientiam sepe numero uniuocum quidem dicunt æquiuocum, quando uidelicet ratio assignata ab eis non accommodatur ad omne significatum uniuoci. Ut si animalis definitio ab eis assignata esset substantia animata irrationalis. Cum enim hæc assignata ratio non conuenit omnibus animalibus, cogitur respondens dicere eam non esse communem. et sic compellitur dicere animal, quod est uniuocum, esse æquiuocum, quoniam in æquiuocis non potest una ratio assignari, [æquiuocum autem] propter inscientiam uniuocum, etiam si ad utrunque scilicet significatum, ratio ab eis assignata accommodatur, [ut si motus definitio ab eis assignata, esset æctus mobilis quo est mobile. nam cum hæc definitio omni motui competat, cogitur respondens dicere motum, qui est æquiuocus, esse uniuocum, nam in uniuocis una communis definitio est. Tunc docet opponentem, qui interrogat, uti cautela atque præconessione, quasi dicens, quoniam (ut diximus) aliqui respondentium ob inscientiam dicunt æquiuoca esse uniuoca: et uniuoca esse æquiuoca, propterea ab interrogante arguuntur, quod non bene rationem assignauerint. et ut interrogantes possint facile arguere respondentes, [præconessione utendum pro talibus, aut præfyllogizandum, quoniam] animal uel motus, quippiam [æquiuocum, aut uniuocum aut utrunque fuerit] id est, oportet interrogantem cogere respondentem concedere, utrum definitum æquiuocum sit, an uniuocum, an utrunque. et assignat causam, et dicit, [magis enim] respondentes uidelicet [concedunt] ueritates, ut exponit Alexander, uel intentum interrogantis, cum respondentem interrogantur in principio disputationis, [non præuidentes quod futurum est accidere] ex concessione. id est, futuram arguitionem, que sequitur ex concessione. hanc enim magis in fine quam in principio disputationis, præuident respondentes. Et ideo liberius concedit quod interrogans querit, cum respondens cogitur in principio. non enim præuident arguitionem, quam intendit interrogans. Exemplum uero huius rei est, ut Alexander inquit, si aliquis definiret bonum, et diceret bonum esse quod est aptum facere bonos. nam conuenit confessionem accipere ab ipso respondente, utrum scilicet bonum æquiuocum, an uniuocum est. et si respondens uniuocum concedit esse, cum ostendat interrogans non omnibus bonis assignatam definitionem competere, relinquatur respondens argutus. Sin autem respondens asserat bonum esse æquiuocum, intendendum est unam definitionem assignare ipsi bono. et sic respondens etiam relinquatur argutus.

Αὐτὸ δὲ καὶ γενομένης ὁμολογίας, φησὶ τὸ σωάνυμον ὁμάνυμον εἶναι, ὅτι καὶ ἐφαρμόττει καὶ ἐπὶ τούτου τὸ ἀποδοθέντα λόγῳ, σκοπεῖν εἰ ὁ τούτου λόγῳ ἐφαρμόττει καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν. Ἄλλοι γὰρ ὅτι σωάνυμον ἄρ' ἐν τοῖς λοιποῖς, εἰ ἢ καὶ παλαιοὺς ἔσοντα ὀρισμοὶ τοῖς λοιποῖς. ἀλλὰ γὰρ οἱ κατὰ τὸν ὄνομα λόγοι ἐφαρμόττουσι ἐπ' αὐτὰ, ὅ, τε ἀποδοθεῖς ἀποδοθεῖς, καὶ ὁ ὕστερος.

A 106 Si autem non facta confessio- ne dixerit aliquis uniuocum æquiuocum esse, propterea quia non accommodatur & in hoc assignata oratio, considerandum si huius oratio accommodetur & ad reliqua. Nam manifestum quoniam uniuocum erit reliquis. Si autem non, plures erunt definitiones reliquis, quoniam duæ secundum nomen orationes accommodabuntur ad eadem: & quæ prior assignata est, & quæ posterior.

Hæc est tertia cautela, per quam docet arguere respondentem cum, qui asserit uniuocum esse æquiuocum. et primo proponit illud, quod respondens asserit, et dicit, [Si autem non facta confessione] respondentis, respondens [aliquis dixerit uniuocum æquiuocum esse, propterea quia non accommodatur: et in hoc assignata oratio, id est, propterea quia oratio assignata a respondente non accommodatur huic speciei, que sub uniuoco continetur. ut si dixerit respondens animal æquiuocum esse, quia substantia animata sensitiua irrationalis non competit homini, docet tunc Aristoteles arguere respondentem, et dicit, [considerandum si huius,] scilicet animalis [oratio accommodatur, et ad reliqua] scilicet ad equum, ad bouem, et ad canem, [nam] si conuenit reliquis, [manifestum quoniam uniuocum erit reliquis.] et sic arguetur, in quantum cogitur concedere esse uniuocum quod dixit æquiuocum esse. nam quorum est una ratio, hæc sub uno uniuoco uniuoca sunt. [Si autem] animalis definitio que assignata est a respondente, [non] accommodatur reliquis, oportet subaudi, ut reliqua habeant definitionem communem, que eis tantum competit, que sit alia ab assignata, ut puta substantia animata sensitiua irrationalis. hæc enim omnibus competit animalibus, que sunt alia ab homine. Et oportet etiam ut sit alia definitio communis, que et homini, et omnibus competit, ut substantia animata sensitiua. Et propterea dicit, [si autem non] accommodatur reliquis, [plures erunt definitiones reliquis] scilicet accommodatae. uidelicet propterea reliquis, et communis omnibus, [quoniam duæ secundum nomen orationes accommodantur ad eadem.] id est, ad reliqua, que sunt alia ab homine. [et que prior assignata est,] ut substantia animata sensitiua irrationalis, que solis brutis competit, [et que posterior,] scilicet, substantia animata sensitiua. hæc enim definitiones ambæ eandem specierum. Et sic arguetur respondens dupliciter, primo quia cogitur dicere eandem specierum esse duas definitiones. Secundo quia cogitur dicere esse uniuocum, quod dixit esse æquiuocum, nam cum cogitur assignare duas definitiones, quatum posterior est omnibus speciebibus communis, cogitur dicere animal propter unitatem illius definitionis esse uniuocum, quod tamen ipse posuit æquiuocum.

Ἐὰν δὲ εἴ τις ἐπιστρέψῃ τῶν πολλῶν λέγεσθαι λέγόμενον, καὶ τοῦ λόγου μὴ ἐφαρμόττοντος ἐπὶ πάντων, ὅτι δὲ ὁμάνυμον μὴ λέγοιτο δ' ὄνομα μὴ φάσις ἐφαρμόττει ἐπὶ πάντων, ὅτι οὐδ' ὁ λόγος, ἐπὶ τῶν πρὸς τὸν τοιοῦτον. ὅτι τῆς δὲ ὀνομασίας δὲ χρεῖσθαι τῆς παρεχόμενης καὶ παρεπομένης, ὅτι μὴ μιν ἐν τοῖς αὐτοῖς. ἐνταῦθα δ' οὐ λεκτέον ὁμοίως τοῖς πολλοῖς.

107 Rursum si quis definiens aliquid eorum, quæ multipliciter dicuntur, & oratio non accommodetur ad omnia, quia æquiuocum esse non concedit, nomen etiam dicit non ad omnia accommodari, quoniam nec oratio. Dicendum ad eiusmodi, quoniam nominatione quidem oportet uti, quæ tradita est, & quæ seruata est, & non dimouere talia. Nonnulla tamen non dicendum similiter, ut plures.

Hæc est quarta cautela, pro cuius declaratione sciendum esse, quosdam, qui cum definiunt aliquid æquiuocum, et definitionem quam assignant, inueniunt non omnibus significatis accommodari, dicunt duo, primum quod illud æquiuocum sit uniuocum, secundum quod nomen illud non omnibus significatis accommodatur, quia oratio non omnibus competit, et quia non omnibus significatis accommodatur, uolunt nomen illud esse remouendum, esse que nouam imponendum, quod uidelicet competit omnibus, et cui ratio pro omnibus accommodatur. Docet ergo Aristoteles opponere contra hos sic asserentes. Et primo proponit opinionem horum, secundo tibi [dicendum ad huiusmodi] opponere docet, dicit. [Rursum si quis definiens aliquid eorum, que multipliciter dicuntur] id est, aliquid æquiuocum, [et oratio non accommodatur ad omnia] id est, et orationem quam assignat, non inuenit omnibus competere [quia] id quod definit, [æquiuocum esse non concedit] sed uniuocum, [nomen etiam dicit non ad omnia accommodari, quoniam nec oratio] competit omnibus. Tunc docet opponere, et dicit, [dicendum ad huiusmodi] id est, ad sic dicentes, eos non bene dicere, quantum ad hoc, quod scilicet nomen sit mutandum, et nouum imponendum, [quoniam nominatione oportet uti, que tradita est, et que seruata est] & uulgo. [et non dimouere talia] nomina, et noua imponere. loquendum enim est, ut plures, [nonnulla tamen non dicendum similiter, ut plures] non enim oportet dicere, ut plures dicunt, fortunatum felicem, et æconomum liberalem, et audacem fortem. hæc enim uulgares dicunt, et idiotæ. et sapientes aliter dicunt, que licet plerumque loquendum, ut plures, tamen in quibusdam loquendum et sentiendum, ut sapientes.

Ἐὰν δὲ τῶν συμπεπλεγμένων τινὸς ἀποδοθῆ ὅτι ὄρεον, σκοπεῖν ἀφεροῦντα τὸν ἀποδοθῆ. A ii

συνεπὲς λέγειν λόγους, εἰ καὶ ὁ λοιπὸς τοῦ λοιποῦ...

LOCVS QVADRA G E SIMVS NONVS.

108 Si autem alicuius complexorum assignetur terminus, considerandum est ei, qui aufert alterius eorum...

Nunc tranſite ad loca earum definitionum, quæ assignantur de terminis complexis...

per finalem, intelligit finitam, quasi dicat ut si quispiam am definirit hoc complexum...

Εἰ εἰ σωθέτου ὄντος τοῦ ὀριζομένου, ἰσοκάλῳ ὁ λόγος...

LOCVS QVINQVAGESIMVS.

109 Insuper si cum sit compositum quod definitur, æquimembris oratio assignetur definito...

num commutationem fieri, aut omnium, aut aliquorum, quoniam non plura nunc quam prius nomina dicta sunt...

Locus quinquagesimus est, definitio existente complexo...

110 Adhuc autem maius peccatum erit, si & per ignotiora nomina commutationem fecerit. Ut pro homine albo, terrigenam candidum...

orationem factam esse constat. Non ergo oportet pro omnibus nominibus definiti orationem accipere...

Εἰ δὲ μετὰ τὴν ἁμάρτιαν, εἰ καὶ ἀγνωστοῦ τῶν ὀνομάτων...

LOCVS QVINQVAGESIMVS PRIMVS.

110 Adhuc autem maius peccatum erit, si & per ignotiora nomina commutationem fecerit.

Locum huic iuniores intelligunt in commutatione nominum ad orationes.

Σκοπεῖν δὲ καὶ ἐν τῇ μεταλλάξει τῶν ὀνομάτων, εἰ μὴ ταῦτα εἰς σημαίνει...

LOCVS QVINQVAGESIMVS SECVNDVS.

111 Considerandum etiam in commutatione nominum, si non idē ad huc significant.

platiuam dixit. Nam opinio scientie non idem est. Oportet autem, si debet, & totum idem esse. Nam contemplatiuum quidem commune in vtrisque orationibus est, reliquum vero differens.

Hunc quoque locum iuniores intelligunt in commutatione nominum ad orationes. Nos vero intelligimus ut uerba sonant. dicit enim Aristoteles, [Considerandum etiam in commutatione nominum,] que sit ad nomina, [si uidelicet nomina ad que commutatio fit,] non idem adhuc significant, cum nominibus definiti, que commutantur. Nam sic erit triplex peccatum ut consideranti patet. Deinde assignat exemplum, & dicit, [Ut qui contemplatiuam scientiam, opinionem contemplatiuam dixit,] in hac enim commutatione, mutatur scientia in opinionem. Remanet autem incommutata altera pars. Quod autem non bene commutetur scientia in opinionem, declarat, & dicit, [Nam opinio scientie non idem est,] id est non equipollet, scientia enim de his est, que non possunt aliter se habere. At opinio & de his est, que possunt aliter se habere, & que semper eodem modo se habent. [Oportet autem] subaudi ea idem significare, [si debet & totum] hoc est definitio idem esse, subaudi cum definito. [Nam contemplatiuum quidem commune in utrisque orationibus est,] cum non permittitur ad aliud nomen. [Reliquum uero] scilicet scientia [differens] ab opinione, que ponitur in secunda oratione. ergo si haec duo non equipollet, non erit tota definitio definitio toti eadem, id est, non erit tota haec oratio contemplatiua opinio que pro definitione habetur ab aduersario, toti definito, scilicet scientie contemplatiue eadem. ergo si debent in omnibus equipollere, loco scientie accipiendum est aliquid nomen quod idem significet. nam in alio termino eadem sunt omnino.

Εἰ ἐὶ δευτέρου ὀνόματι μεταλαμβάνω ποιούμενον, μὴ τῆς διαφορᾶς, ἀλλὰ τοῦ γένους πῶς μεταλλάξω ἐπινοῶσα. καὶ δευτέρου ἐπὶ τοῦ ἀρεῖας ἐπινοῶσα. ἀγνωστὸν γὰρ ἢ διαφανὲς τῆς ἐπινοῆσεως. τῆς γὰρ γένους. ἢ δὲ διαφορᾶς. πάντων δὲ γνωριμῶν τῆς γένους. κοινότερον γὰρ ὅσοι οὐ γένους, ἀλλὰ τῆς διαφορᾶς, εἴδει πῶς μεταλαμβάνω ποιῶσα. ἐπειδὴ ἀγνωστὸν ἐστίν.

LOCVS IIII.

112. Insuper si alterius nominis commutationem facies, non differentie, sed generis commutationem fecit, ut in eo, quod nuper dictum est: ignotius enim contemplatiua quam scientia. Nam hoc quidem genus, illud autem differentia. Omnibus autem notius est genus, communius enim

est. Quare non generis, sed differentie oportebat commutationem fieri. quoniam ignotior est.

Locus quinquegesimus tertius est, ut est in nominum commutationibus, que sunt ad nomina, consideremus. nam [si alterius nominis commutationem faciens,] & non omnium, [non, differentie,] que immanifestior est, [sed generis,] quod manifestius est, [commutationem fecit] commutatio interimenda est. nam oportet immanifestioris commutationem facere. [Ut in eo] exemplo, [quod nuper dictum est, ut uidelicet si quis dixerit scientiam contemplatiuam, opinionem contemplatiuam. in hoc exemplo scientia genus est, nam diuiditur in contemplatiuam, & actiuam: contemplatiuum autem differentia. Cum igitur scientia commutatur, que genus est, & non ipsum contemplatiuum, quod est differentia, haec commutatio interimenda est, atque nullo pacto pro definitione habenda. Assignat autem causam, & dicit, [Ignotius enim contemplatiua quam scientia. nam hoc quidem] scilicet scientia [genus, illud autem] scilicet contemplatiua [differentia] est. [Omnibus autem] scilicet differentibus, & speciebus [notius est genus, communius enim est] omnibus. ideo concludit, [Quare non generis, sed differentie oportebat commutationem fieri, quoniam] differentia ipsa [ignotior est] scilicet ipso genere.

Ἡ τοῦτο ἢ γελῶν ἢ ἐπιζημιῶσα. οὐδὲν γὰρ καλύει πῶς τῆς διαφορᾶς ὅτι γνωριμῶν ὀνόματι εἰρησῶσα. ἢ δὲ γένους. οὐτὸς δὲ ἐχόντων ἀπλοῦν τοῦ γένους καὶ οὐ τῆς διαφορᾶς, τῆς τοῦ νομα πῶς μεταλαμβάνω ποιῶσα.

113. An haec quidem ridicula reprehensio est, nihil enim prohibet differentiam quidem notissimo nomine dici. genus autem non. Sic autem rebus se habentibus perspicuum, quoniam generis, & non differentie secundum nomen commutatio facienda est.

Obicit uis, que dixit, nam contigit aliquando differentiam notissimo nomine dici, genus autem non. ideo dicit, [An haec quidem ridicula reprehensio est,] cuius causam assignat, & dicit, [Nihil enim prohibet differentiam quidem notissimo nomine dici, genus autem non,] ut in hoc exemplo, homo est intellectuualis bipes. Bipes enim ad seipsum notum est, intellectuualis autem uix nobis patet. Tunc quasi corrigens se dicit, [Sic autem rebus se habentibus] differentia notiore, [perspicuum, quoniam generis, & non differentie] secundum nomen commutatio facienda est. [At ubi differentia fuerit ignotior, facendum est ut diximus. Quod uero ad rem attinet, annotatione dignum, genus esse semper natura notius: Differentiam uero aliquando notiozem quo ad nos.

Εἰ δὲ μὴ ὀνομα ἐντὶ ὀνόματι, ἀλλὰ λό-

γὰρ ἀντ' ὀνόματι, μεταλλάξω, ἀλλοῦ ὀνόματι τῆς διαφορᾶς ἀλλοῦ ἢ τοῦ γένους, δευτέρου ἀποδοτέου. ἐπειδὴ τοῦ γνωρίσθαι ἕξιν ὁ δευτέρου ἀποδοτέου. ἢ τὸν γὰρ ἢ τῆς διαφορᾶς τοῦ γένους γνωριμῶν.

LOCVS LIIII.

114. Si autem non nomen pro nomine, sed orationem pro nomine commutauerit, manifestum, quoniam differentie magis quam generis definitio assignanda est. quoniam cognoscendi gratia definitio assignatur. Minus enim differentia quam genus nota est.

Quinquagesimus quartus locus est, cum dicit, [Si autem non nomen pro nomine, sed orationem pro nomine] definiens [commutauerit, manifestum quoniam] differentia magis quam generis definitio assignanda est. assignat causam, & dicit, [quoniam cognoscendi gratia definitio assignatur,] quare cum differentia sit ignotior, differentie commutatio facienda est. Quod uero differentia sit ignotior, assignat, & dicit, [Minus enim differentia quam genus nota est,] nec sibi aduersatur Aristoteles, cum hic dicat differentiam minus quam genus notam esse, supra autem quiddam aliquando differentia genere notior sit. Nam supra de nomine locutus est, hic autem de re. Nomen enim differentie aliquando notius est nomine generis, res autem que nomine differentie significatur, semper minus nota est (ut Alexander inquit) re, que significatur nomine generis. Est autem res que per genus significatur, notior re que significatur per differentiam, quoniam (ut Alexander inquit) per genus non magis hoc, quam aliud ex eis que sub genere continentur, significatur. At per differentiam, unum determinatum quod sub genere est, designatur. ergo circa genus minus, quam circa differentiam errare possumus.

Εἰ δὲ τῆς διαφορᾶς τὸν ὄρον ἀπέλακε, σκόπερον εἰ γὰρ ἄλλου τινὸς κοινὸς ὁ ἀποδοτέος ὄρον ὅταν εἰς πῶς τὸν ἀρεῖαν, ἀρεῖαν μέσον ἔχοντα ἐπινοῶσα, ἐπινοῶσα τῆς ἀρεῖας, ἀρεῖαν μέσον ἔχοντα. ὁ δὲ γὰρ ἀρεῖαν, κοινὸς ἐν ἀμφοτέροις τοῖς λόγοις ὁ ἀρεῖας. τοῦ δὲ πῶς τῶν, μετέληπται ὁ λόγος. ἔχει δὲ καὶ γνωριμῶν καὶ ὀνόματι μέσον, οὐ πῶς τῶν ὄντων. ὅσοι οὐκ ἐστὶν ὁ δευτέρου ὄντος τοῦ πῶς τῶν.

LOCVS LV.

115. Si autem differentie terminum assignauerit, considerandum si & allicuius alterius communis est assignatus terminus. Ut cum imparem numerum, numerum medium habentem dixerit, determinandum quo-

nam pacto medium habentem. Nam numerus quidem communis in vtrisque orationibus est. Imparis autem transumpta oratio. Habet autem & linea, & corpus, medium cum non sint imparia. Quare non erit utique definitio haec imparis.

Assignat locum quinquagesimum quintum, & dicit, [Si autem] subaudi in commutationibus terminorum ad orationes, [differentie terminum assignauerit, considerandum si] allicuius alterius communis est assignatus terminus, nam si sic, definitio illius differentie est interimenda, & consequenter tota definitio, quoniam oportet definitionem propriam esse eius, cuius est, & ad nihil accommodatam esse. Deinde assignat exemplum, & dicit, [Ut cum imparem numerum,] quod est complexum quippe, definiens [dixerit, numerum medium habentem.] modo circa hanc definitionem ostendit non generis, sed differentie factam esse commutationem ad orationem, & dicit, [determinandum quoniam pacto medium habentem] se habeat, utrum est commutatio generis, scilicet numeri, an differentie, scilicet imparis, & ostendit illud esse commutationem imparis, & non ipsius numeri, & dicit, [Nam numerus quidem communis in utrisque orationibus est] scilicet tam in oratione que definitur, quam oratione que est definitio, ergo numerus est genus, & non commutatur ad orationem. [Imparis autem,] que in prima oratione differentia est, [transumpta oratio] est. Nam cum oratio transumpta non sit numeri, erit ipsius imparis, & sic erit differentie, non generis. Deinde ostendit hanc definitionem imparis diuis etiam competere, & dicit, [Habet autem & linea, & corpus medium, cum non sint imparia,] ideo concludit, [Quare non erit utique definitio haec imparis,] scilicet propria, & sic est interimenda.

Εἰ δὲ πολλὰ χῶς λέγεται ἢ μέσον ἔχον, διὰ τῆς ἀρεῖας τῆς ἀρεῖας μέσον ἔχον. ὅσοι ἢ ἐπινοῶσα ἢ οὐλογοῦντος, ὅτι οὐκ ἀρεῖας.

116. Si autem multipliciter dicitur medium habens, determinandum quomodo medium habens. Quare aut reprehensio erit, aut syllogismus, quoniam non definiuit.

In presenti parte remouet cauillam, & dicit, [Si autem multipliciter dicitur medium habens,] tunc subaudi dici posset respondendo, quoniam licet linea & corpus medium habeant, tamen non eo modo, quo numerus. Nam impar habet medium unitatem supra extremitates: at linea & corpus habent punctum pro medio. Contra obiicit, & dicit, [Licet medium habens multipliciter dicatur, tamen] determinandum est prius, quam differentia commutatur ad orationem, [quo modo] impar sit [medium habens, quare] cum non sit facta distinctio, [aut reprehensio erit, aut syllogismus] probans dicit, [quoniam]





toris, & furis terminus est. si sit rhetor quidem, qui potest quod in unoquoque est verisimile considerare, & nihil praetermittere. Fur autem, qui clam sumit. Perspicuum enim quoniam cum talis uterque bonus sit, ille quidem bonus rhetor: hic autem bonus fur erit. Non enim qui clam sumit, sed qui vult clam sumere, fur est.

Locus hic quinquagesimus octavus, accipitur per inspectionem non ad rem ipsam, sed ad rei habitum, vel perfectionem, (ut Alexander inquit,) vel dispositionem quem assignat, & dicit, [Quando autem definiunt non rem] ipsam, scilicet quo ad essentiam, atque substantiam, [sed rem bene se habentem, & perfectam, hoc est, sed rei habitum vel dispositionem, vel perfectionem] que accipitur ab exercitatione, vel cura vel studio, vel ab alio tali, quod inest rei, que definitur. Si igitur isti sic definiunt, definiunt habitum vel perfectionem vel dispositionem loco rei, interimenda est definitio. & assignat exemplum, & dicit, [Talis autem est rhetoris, & furis terminus est, si sit rhetor quidem qui potest quod in unoquoque est verisimile, considerare, & nihil praetermittere] de verisimilibus necessarius ad persuadendum. [Fur autem, qui clam sumit] inuito domino rem alienam. prima enim definitio non est rhetoris simpliciter, sed perfecti rhetoris. definitio enim rhetoris, est qui potest quod in unoquoque est verisimile, considerare, sed cum additur, & nihil praetermittere, erit definitio perfecti rhetoris. Similiter definitio furis, est qui vult inuito domino clam sumere. Sed definitio furis perfecti est, qui clam rem alienam sumit inuito domino. Prima enim furis definitio, est furis quo ad rem: secunda autem quo ad actum, propterea dicit, [Perspicuum enim quoniam cum talis uterque bonus] sit, qui definitur, [ille quidem erit bonus rhetor,] qui primo loco definitur, & non rhetor. [Hic autem erit bonus fur] qui secundo loco definitur, non fur simpliciter, [non enim qui clam sumit] rem alienam inuito domino, [est] simpliciter [fur] nam quo ad actum est fur, non simpliciter, [sed qui vult clam sumere] est fur simpliciter quo ad substantiam, & essentiam, & non quo ad actum, ergo qui habitum, dispositionem, vel perfectionem definit loco rei simpliciter, peccat. Quod vero ad verba attinet, in omni actu virtutis, vel utilitatis, nisi sit electio, non est actus virtutis vel utilitatis, ut Aristoteles in Ethicis exposuit, & Alexander hic refert. Quare non dicitur fur simpliciter quo ad habitum, & ad essentiam, qui rem alienam sumit inuito domino, sed quo ad actum. At qui vult rem alienam sumere inuito domino ex habitu electio, hic est fur simpliciter.

Πάλιν εις δ' αὐτὸν ἀρετῆς ἡ ἀρετῆς κριτικὸν, ἢ ἠτιμωτικὸν, ἢ δ' ἄλλο ἀρετῆς ἀποδείκνυται. διὸ τὸν δικαιοσύνην νόμον σωφροσύνην ἐπιπέσει τὸ σὺν ἄλλοις ἀρετῆς ἐπιπέσει, ἢ ἄλλο ἀρετῆς.

122 Rursum si quod propter se eligendum est, ut actuum, vel effectuum, vel quolibet modo propter aliud eligendum assignavit. Ut qui iustitiam legum conservatricem dixit, aut sapientiam effectivam felicitatis. Nam conservativum, & effectivum eorum sunt, quae propter aliud eliguntur.

Assignat locum quinquagesimum nonum, & dicit, [Rursum si quod propter se eligendum est] aliquis definiens [assignavit] per aliquid quod est [propter aliud eligendum, ut per actuum, vel effectuum, vel quomodo libet] per aliquid, quod est [propter aliud eligendum,] interimenda est definitio. Deinde assignat exemplum & dicit, [Vi qui iustitiam] definiens dixerit iustitiam esse [legum conservativam, aut] qui [sapientiam] definiens, dixerit sapientiam esse [effectivam felicitatis,] hic sic definiens peccavit. [Nam conservativum, & effectivum] boni eorum sunt, quae propter aliud eliguntur. [iustitia autem] & sapientia sunt eorum, quae propter se eliguntur, ergo ille sic definiens peccavit. definiunt enim quod est propter se eligendum, per id, quod est propter aliud eligendum.

Ἡ οὐδὲν ἄλλο ἐπιπέσει ἀρετῆς, ἢ ἄλλο ἀρετῆς. ὅν μὴ, ἀλλ' οὐδὲν ἄλλο ἀρετῆς, ὅν μὴ, ἀλλ' οὐδὲν ἄλλο ἀρετῆς, ὅν μὴ, ἀλλ' οὐδὲν ἄλλο ἀρετῆς.

123 An nihil quidem prohibet & quod propter se eligendum est, & propter aliud, esse eligendum. Attamen nihil minus peccavit, qui sic definiunt quod propter se est eligendum. Nam unicuique optimum in substantia maxime. Melius autem quod propter se eligendum quam quod propter aliud, quare id, & definitionem oportebit magis significare.

Hic remouet cavillum, nam aliquis dicere posset aliquid esse & propter se, & propter aliud eligibile, ut virtus, quae eligibilis est propter se, quia virtus, & propter aliud quia propter actiones quae a virtute proficiuntur, ergo potest bifariam defini, scilicet & per aliquid, quod est propter se, & per aliquid quod est propter aliud. Non ergo est absurdum aliquod, quod est propter se eligibile, defini per aliquid eligendum propter aliud, dicit. [An nihil quidem prohibet] & quod propter se eligendum est, & propter aliud esse eligendum,]

A quare ea ratione qua est eligendum propter aliud, potest defini per aliquid quod est eligendum propter aliud. Possunt enim dicere virtutem esse aliquid effectivum bonarum actionum. Contra obicit, & dicit, [Attamen peccavit, qui sic definit quod est propter se eligendum, nam] licet utroque modo sit eligendum, tamen unicuique optimum in substantia id est, definitione maxime inest. Semper enim quod definitur, definitur sub ea ratione qua optimum, & perfectissimum est. Melius autem quod propter se eligendum, quam quod propter aliud. Ergo de finiri debet sub ratione qua propter se est eligendum, & hoc dicit, [Quare id,] scilicet quod est propter se eligendum, [et definitionem oportebit magis significare.] hoc est, quare oportet ut definiatur sub ratione qua est propter se eligendum, nam hoc est optimum, peccavit ergo qui eligendum propter se, & propter aliud, definit per id, quod est eligendum propter aliud, alioquin non definietur sub ratione qua melius est, & perfectius, sed a priori, quod absurdum est.

Ἡ οὐδὲν ἄλλο ἐπιπέσει ἀρετῆς, ἢ ἄλλο ἀρετῆς. ὅν μὴ, ἀλλ' οὐδὲν ἄλλο ἀρετῆς, ὅν μὴ, ἀλλ' οὐδὲν ἄλλο ἀρετῆς.

124 Considerandum autem est, & si is, qui alicuius definitionem assignavit, aut haec, aut quod est ex his aut hoc cum illo definiunt. Nam haec quidem accidet utriusque, & neutri inesse. Ut si iustitiam, temperantiam & fortitudinem definiens. Nam si duo sint, uterque autem alterum habeat, utriusque iusti erunt, & neuter, quoniam utriusque quidem habent iustitiam, uterque autem non habet.

Trifariam defini potest aliquid totum, aut asserendo ipsum esse haec, id est hoc & hoc, veluti cum dicimus domum esse lapides, & ligna: aut cum dicimus iustitiam esse fortitudinem, & temperantiam: aut asserendo ipsum totum esse hoc cum hoc, ut cum dicimus domum esse cooperimentum cum lapidibus & lignis. aut iustitiam esse fortitudinem cum temperantia. Tunc primo ponit locum primum eorum, qui assignantur in definiendo toto universali per suas partes specificas, qui est locus sexagesimus in ordine locorum totius libri, & dicit, [nam] si definiendo totum huiusmodi dixerit ipsum esse [haec quidem] scilicet hoc & hoc, ut iustitiam esse fortitudinem, & temperantiam, accidet iustitiam inesse utriusque, & neutri, assignat

quod exemplum, & dicit, [Ut si iustitiam definiens] dicens esse temperantiam & fortitudinem, hic peccavit. & probat ponendo casum, & dicit, [Nā si duo sunt] scilicet homines, [uterque autem alterum habeat,] hoc est unus sit habens fortitudinem, & dicatur fortis: alter habeat temperantiam, & dicatur temperatus. In casu isto, utriusque iusti erunt, & neuter iustus erit. erunt quidem utriusque iusti, quoniam utriusque habent iustitiam, hic quidem quia habet fortitudinem, iustus est, nam iustitia est fortitudo & est temperantia: ille autem qui habet temperantiam, iustus est, nam iustitia est temperantia, & est fortitudo. Ergo cum iustitia sit hoc, & hoc, uterque eorum erit iustus, si habuerit hoc, vel hoc. [Uterque autem non habet,] quoniam nullus eorum habet fortitudinem & temperantiam, sed alteram tantum. Qui enim temperatus est, non vocabitur iustus, quia duo est iustitia, temperantia & fortitudo. at nullus eorum habet haec utraque.

Ἡ δὲ μὴ ἄλλο ἐπιπέσει ἀρετῆς, ἢ ἄλλο ἀρετῆς. ὅν μὴ, ἀλλ' οὐδὲν ἄλλο ἀρετῆς, ὅν μὴ, ἀλλ' οὐδὲν ἄλλο ἀρετῆς.

125 Si autem nondum quod dictum est, admodum absurdum videtur, quoniam & in aliis accidit huiusmodi (nihil enim prohibet utrosque habere minam, cum neuter habeat) attamen contraria inesse eidem omnino absurdum videbitur esse. Accidet autem hoc, si hic quidem ipsorum temperantiam, & timiditatem habet: ille autem fortitudinem, & prodigalitatē. nam utriusque & iustitiam, & iniustitiam habent. Nam si iustitia, temperantia & fortitudo est, & iniustitia, timiditas & prodigalitas erit.

Hic remouet cavillum contra ea quae dicta sunt. Nam potest dici iustitiam esse temperantiam & fortitudinem coniunctim, sicuti domus est lapides & ligna coniunctim, diuisive autem nequaquam. Non enim iustitia est temperantia, neque est fortitudo, sed est simul temperantia & fortitudo, dicit, [Si autem nondum quod dictum est, absurdum videtur,] quoniam & in aliis accidit huiusmodi, accidit ut duo aliquid habeant, & tamen neutrum eorum idem habeat. [Nihil enim prohibet utrosque habere minam,] quae mensura est, vel pondus, cum eam neuter habeat, est enim communis utrique. Sic accidit iustitiam esse temperantiam & fortitudinem, non tamen esse

G fortitudinem diuifim, et temperantiam. Ad propofitum ergo, dico eum qui habet temperantiam...

temperantia et fortitudo, femper hoc copulatum tenuerunt...

ολως τε δει... ταυτορ... ταυτορ... ολας τε δει...

126 Et omnino quacunque sunt ad argumentandum idonea, quoniam non idem sunt & partes...

Cum declarasset locum, nunc uult enumerare ea omnia, quae utilia sunt ad eum locum...

A probandum totum per partes non esse definiendum. Deinde exponit in quibus totis maxime apparet totum...

Et δει μη ταυτα... εν τεισιν... εν τεισιν... εν τεισιν...

SEXAGESIMVS PRIMVS LOCVS.

127 Si autem non haec, sed quod ex his est, dixit id esse quod definitur...

Cum docuisset intrinsece definitionem totius, quae datur per esse hoc...

lis definitio est intrinseca, dicitur, [si autem non haec] de finiens totum dixit...

Ετι εν τεισιν... εν τεισιν... εν τεισιν... εν τεισιν...

SEXAGESIMVS SECVNDOVS LOCVS.

128 Insuper si definitum quidem in vno aliquo aptum est primo fieri...

Sexagesimus secundus locus talis est, si aliquod totum definitur per esse ex his in obliquo...

posuimus. Aristoteles huius loci non posuit exemplum, Alexander ponit. ut si aliquis definiens prudentiam dicit esse ex fortitudine, et temperantia. Hic enim peccat. nam prudentia ut in primo subiecto, est in ipsa ratione: fortitudo vero in parte irascibili, ut in subiecto: temperantia autem in concupiscibili. quare prudentia non erit ex his. Simili modo si dicatur iustitia ex fortitudine et temperantia esse, ut dicit Socrates, peccauit. Nam iustitia est in parte rationali, fortitudo autem in irascibili, et temperantia in concupiscibili. ergo interimenda est definitio iustitie, quae assignatur ex fortitudine et temperantia.

Εἰ δὲ ἰσχύ τὰ μέρη καὶ τὸ ὅλον ἐν τῷ πρῶτῳ, σκοπῆται μὴ τῷ ἑνὶ αὐτῷ, ἀλλὰ τῷ ἑτέρῳ τὰ μέρη, ἰσχύ τῷ ἑτέρῳ τὸ ὅλον.

LOCVS LXIII.

129 Si autem & partes & totum in vno aliquo primo fuerint, considerandum si non in eodem, sed in altero totum, & in altero partes sint. nam in quo totum, in eo & partes esse videtur.

Assignat locum sexagesimum tertium, et dicit, [Si autem, et partes, et totum in uno] subiecto [primo fuerint, considerandum, si non in eodem,] id est, si non in eadem parte illius subiecti, (ut Alexander exponit.) [sed in altero] id est in altera parte illius subiecti [totum, et in altero,] id est, et in altera parte eiusdem [partes sint,] nam sic interimenda est definitio. [nam] non solum in eodem subiecto totum et partes esse videtur, sed in quo id est, in qua parte [totum, in eo,] id est, in eadem [et partes esse videntur.] Nec assignauit exemplum, sed Alexander assignat: ut si aliquis definiens uirtutem, dicens uirtutem esse ex fortitudine, et temperantia, et prudentia, hic peccauit. Nam uirtus quae est quoddam totum, est in anima primo: et in anima primo sunt prudentia, fortitudo, et temperantia, quae sunt uirtutis partes. Non tamen in eadem parte anime sunt omnes partes. nam prudentia est in parte anime rationalis: fortitudo in parte anime quae est irascibilis: temperantia uero in concupiscibili. ergo non bene definitur uirtus per esse ex his.

Πάλιν ἐν τῷ ὅλῳ συμπεριέεται τὰ μέρη. ἀνεὶ τῶν ἄλλων γὰρ ἂν συμπεριέεται τῷ μέρει φησὶ ἀρῆντων, φησὶ εὐδῆ. τὸ δὲ ὅλον τὸ δὲ ἅλα φησὶ ἀρῆντων. οὐκ ἀναγκαῖον ἰσχύ τὰ μέρη ἐπιείρησαι.

LOCVS LXIII.

130 Rursum si cum toto corrumpuntur partes, e conuerso enim oportet accidere, partibus corruptis, totum corrumpi. Toto vero corrupto, non necesse est & partes corrumpi.

Quoniam partibus corruptis, totum corrumpatur necesse est, at toto corrupto non necesse est et partes cor-

rumpi. hinc emergit locus sexagesimus quartus, qui talis est. [Rursum si cum toto,] scilicet corrupto [corrumpuntur partes,] id est, si aliquis definiens aliquid totum ex partibus, quae corrupto toto, necesse est ut corrumpantur, ex quibus totum definiuit, manifestum quoniam non bene definiuit. Reddit causam ex eo, quia non seruatur uere rationes totius et partium, cuius causam assignat, et dicit, [E conuerso enim oportet accidere,] scilicet partibus corruptis totum corrumpi, toto uero corrupto non necesse est et partes corrumpi. [Si enim non sic fuerint, nec totum, nec partes habebunt rationem qua totum est totum: et partes, quae sunt partes, ergo si totum definiuitur ex partibus tanquam ex his, oportet totum corrumpi partibus corruptis, et non e conuerso.] Huius loci Alexander exempla assignat. Nam si quis definiens corpus, asserens ipsum esse ex superficialibus, peccat. nam corrumpuntur quidem una cum corpore superficies. Similiter peccauit, qui definiens superficiem, dixit superficiem esse ex lineis, aut lineam ex punctis: quoniam una cum linea corrumpuntur puncta, et una cum superficie corrumpuntur lineae. Peccauit etiam qui genus definiens, dixit genus esse ex speciebus. Nam una cum genere corrumpuntur species. Adhuc peccauit qui definiuit numerum ex paribus et imparibus, propter eandem causam.

Ἢ εἰ τὸ ὅλον, ἀγαθὸν ἢ κακόν. τὰ δὲ μέρη, καὶ ἑτέρω, ἢ ἀνὰ τὰ ἄλλα. τὰ μὲν μέρη ἀγαθὰ καὶ τὰ κακά, τὸ δὲ ὅλον καὶ ἑτέρω. οὐ γὰρ ἐκ μέρων τέρου ἀγαθὸν ἢ κακόν γινέσθαι. Διὰ τούτου, οὐ γὰρ ἐκ κακῶν ἢ ἀγαθῶν, καὶ ἑτέρω.

LOCVS LXV.

131 Aut si totum quidem bonum, vel malum, partes autem neutrae, aut e conuerso, partes quidem bonae vel malae, totum autem neutrum. Non enim ex neutris possibile est bonum quippiam, vel malum fieri: neque ex bonis, vel malis neutrum.

Locum sexagesimum quintum assignat, et dicit, [Aut si totum quidem,] quod definitur, [bonum, aut malum] est, [partes autem neutrae,] hoc est, neque bona, neque mala, interimenda, subaudi est definitio. Oportet enim partes, aut bonas, aut malas esse: si quidem totum non potest habere rationem boni uel mali, nisi ratione suarum partium. Impossibile enim est partibus non existentibus aut bonis aut malis, aliquid ex his compositum bonum aut malum esse. Assignat contrarium locum, et dicit, [aut e conuerso, partes quidem bona uel male, totum autem neutrum.] Nam etiam hoc pacto interimenda est definitio, cuius rationem assignat, et dicit, [Non enim ex] partibus [neutris,] scilicet quae nec bona sunt, nec male, [possibile est bonum quippiam, uel malum fieri, neque ex] partibus [bonis uel malis,] fieri aliquid totum [neutrum,] quod non est neque bonum, neque malum. Oportet enim totum tale quippiam esse, quales fuerint partes.

Ἢ μὲν ἄλλοι μὲν ἑτέρον ἀγαθόν, ἢ κακόν

κακόν, ἢ τὸ ἑτέρον, μὴ μὲν ἄλλο ἀγαθόν, ἢ κακόν. ὅμοιον ἢ ἀνεύθει ἐξ ἀνοησίας καὶ φθόνου ἀδίκου. μὲν ἄλλο γὰρ ἀγαθόν ἢ ἀνοησία, ἢ κακόν ἢ φθόνος ἀδίκου ἐστὶν ἢ ἐκ τούτου ἀνοησίας ἢ φθόνου καὶ ἑτέρω. ἢ ἀνοησίας ἀγαθόν ἢ μὲν ἄλλο ἀγαθόν ἢ κακόν.

LOCVS LXVI.

132 Aut si magis quidem alterum bonum, quam alterum malum: quod autem ex his, non magis bonum quam malum est. Ut si imprudentia ex fortitudine, & falsa opinione. Magis enim bonum fortitudo est quam malum falsa opinio. Oportet ergo & quod ex his est, sequi illud quod magis est: & esse vel simpliciter bonum, vel magis bonum quam malum.

Assignat locum sexagesimum sextum, et dicit, [Aut si] aliquis subaudi definiens assignauerit aliquid compositum ex bono et malo, quorum alterum uidelicet bonum est [magis bonum, quam alterum] scilicet [malum] est malum: definitum uero quod ex his est, [non magis bonum quam malum] est, [hic peccauit.] Assignat exemplum, ut si imprudentia [definiatur esse] ex fortitudine, et falsa opinione, magis enim bonum fortitudo est quam malum falsa opinio. [Non] fortitudo est bonum simpliciter: opinio autem falsa, malum est, quod nulli obest, et tamen imprudentia non est magis bonum quam malum, immo est maximum malorum, ergo definitio haec est interimenda. Deinde concludit propositum, et dicit, [Oportet ergo et quod ex his est, sequi illud, quod magis est] in eo, ut prudentia sequi fortitudinem, et esse uel simpliciter bonum, [qualis est fortitudo,] uel [salem] magis bonum quam malum. [et cum non sit ista, interimenda est definitio imprudentiae] assignata.

καὶ τὸ πῶς ἄναγκαῖον, ἐὰν μὴ ἐκείτων ἢ καὶ αὐτῶ ἀγαθῶν ἢ κακῶν. καὶ γὰρ οὐκ ἔστιν ἄναγκαῖον μὲν καὶ ἑτέροι καὶ αὐτὰ μὲν οὐκ ἔστιν ἀγαθὰ καὶ κακά. τὰ δὲ ἀνὰ τὰ ἄλλα ἐκείτων ἢ ἀγαθῶν, καὶ κακῶν. ἢ ὁμοίως τούτων. μάλιστα δὲ κατὰ φωνήν, ἢ καὶ ἄλλω τῶν ἄλλων ἢ ἑτέρω. εἰνα γὰρ τῶν φωνῶν μάλιστα οὐτως ἐστὶν, ὡς ἐκείτων ἢ ἐπὶ ἀγαθῶν, ἢ καὶ ἑτέρω ἀγαθῶν καὶ κακῶν.

133 Et hoc quidem non necessarium, nisi utrunque sit per se bonum vel malum. Multa enim effectiuorum per se quidem non sunt bona: mixta autem quibusdam, fiunt bona, aut e conuerso utrumque quidem bonum, mixta autem malum vel neutrum. Maxime autem manifestum, quod

nunc dictum est in salubribus & morbificis. Nam quaedam medicamentorum sic se habent, ut utrunque quidem sit bonum. Si autem utraque denatur mixta, malum.

Cum haec dixisset, affert instantiam, asserens non esse ex necessitate, quod ex bonis componitur, omnino bonum esse: nec quod ex malis, esse omnino malum. Ergo neque quod ex magis bono magis bonum esse necesse est: aut quod ex magis malo esse, magis malum. nam in uis quae per se formaliter, ac simpliciter sunt bona aut mala, sequitur locus qui dicitur est, quoniam sequitur si partes sunt per se formaliter ac simpliciter bona uel mala, ut totum quod ex eis est, sit tale. Similiter si aliqua pars sit per se formaliter ac simpliciter magis bona quam altera mala, sequitur totum esse magis bonum quam malum. uirtus enim per se ac simpliciter bona est, ideo talis permanset et in mixture cum aliis, similiter et in malo dicendum est. Verum sunt quaedam bona, uel mala, non per se formaliter ac simpliciter sed bona uel mala, quatenus sunt effectiua boni uel mali, quae dicuntur bona, uel mala, uirtute et potentia: et in talibus non oportet, non enim si effectiua sunt bona aut mala, quod ex his est oportet bonum uel malum esse se. Hoc in pharmacis patet, quae sanitatis et morbi effectiua sunt. nam quaedam eorum non sunt per se sanantia, sed contra, damnofa, mixta ad inuicem, faciunt quod ex ipsis componitur sanitatis effectiuum, ut sublimatum et chrysalus, utrunque est morbificum, et damnosum, tamen mixta simul efficiunt pharmacum contra humorem uenensum satis a medicis laudatum. Et rursum quaedam non sunt damnofa, sed salubria, at que utilia: mixta uero faciant, quod ex ipsis est, damnosum. ut uinum et lac quae salubria sunt, cum scorsum accipiuntur. mixta uero faciunt pharmacum, quod generat lepra unde dicitur. [Et hoc quidem,] scilicet quod dictum est in huiusmodi loco, [non est necessarium, nisi utrunque] componitur [sit] per se, [scilicet formaliter ac simpliciter] bonum uel malum, [non autem locus intelligendus est in his quae sunt bona uel mala effectiuae. [multa enim] de numero [effectiuorum] boni uel mali [per se quidem] formaliter ac simpliciter non sunt bona, mixta autem quibusdam sunt bona, aut e conuerso utrunque quidem bonum, mixta autem malum uel neutrum.] scilicet neque bonum, neque malum. Ostendit in quibus hoc quod nunc dixit, maxime locum habet, et dicit, [maxime autem manifestum, quod nunc dictum est in salubribus, et morbificis] hoc est in pharmacis, quae sanitatis uel morbi sunt effectiua. [nam quaedam medicamentorum sic se habent, ut utrumque] scorsum [qui de sit bonum,] quatenus est boni effectiuum. [si autem utrumque denatur mixta] ad unum pharmacum compositum, [malum,] ut dictum est de mixto ex uino et lacte, et ex aqua ordei et uino. Et sic de aliis pluribus eodem modo. Sed queres quid Aristoteles intelligit per partem quae est per se bona. Iuniores asserunt Aristotelem per partem per se bonam, uel per se malam, intelligere partem, quae sui natura interna est bona, uel mala. Ut uirtus est per se bonum, et uinum per se malum. Per effectiuae autem bona





Q<sup>uod</sup> finitur. nam si sic definitio est interrimenda. Deinde expo- nit quot modis dicitur alterum cum altero, & dicitur, [ut si dicitur alterum cum altero] & hoc cum illo, multas- que am dici potest, [aut ut in aliquo eodē susceptivo, ut iusti- tia & fortitudo in anima, aut ut in loco eodē, aut ut in tē- pore eodē.] Quid si nullo mō uerum sit quod dictū est in his, [significatis, cum dicitur domus est operimentum cū lapidibus, hoc est, si in nullo horū significatorum de- finitio illa domus intelligi potest, [manifestum est quoni- am nullius] scilicet totius, quod eo modo definitur, [erit assignata definitio, quoniam nullo modo] eorum qui di- citi sunt, domus est operimentum cum lapidibus & hoc est cum illo] intelligitur. Quod uero ad exempla attinet, exemplum in eodem susceptivo subiecto Aristo- teli assignat, ut cū quibā dixerit uirtutem iustitiā cū fortitu- dine, nā in eodē susceptivo anima uidelicet, iustitiā & for- titudo sunt, ceterorum exempla Alexan. affert, & pri- mo eorū quæ sunt in eodē loco, ut cū quis definiuit cor- pus, & dixerit esse tripliciter dimensionatum cum super- ficie, in quo enim loco est corpus, in hoc & superficies, deinde eorum quæ sunt in eodem tēpore: ut cū aliquis de- finierit fortitudinē, & dixerit fortitudinē esse audaciam cum reā ratione. In quo enim tempore est audacia, in eodem reā ratio est.

*Εἰ δὲ τῶν Διαρρήντων ὁ ἕξ ὁ λέγεται ἔτε-  
ρον μὲν ἔτερος, ἀλλήθες δὲ οἷον αὐτῶν χρόνον ὑπάρ-  
χον, ἐκείνου σκοπεῖν ἐν ἑσὶ λέγεται, καὶ πρὸς ταῦ-  
τον ἐκείνου λέγεται τὸ λέγειν. Διὸ ἐν τῶν ἀνδρῶν  
ἐπιφανῶν τὸ λέγειν μετὰ δυνάμειος ἐστίν, ἐν δὲ  
χρηστέῳ γὰρ τὸ λέγειν μὲν ἔχειν τὸ ἀποσῆναι, ὁρῶν  
δὲ δυνάμειος ἔχει τὸ ἀποσῆναι. ἀλλ' οὕτως ἀνδρῶν  
δὲ οἷον αὐτῶν χρόνον τὸ λέγειν μετὰ τῶν ἑτέρων.*

LOCVS LXXII.

140 Si autem diuiso quoties dicitur alterum cum altero, uerum erit in eodem tempore vtrunque esse, cōsiderandum si contingit non ad eūdem finem vtrunque dici. Vt si fortitudinem definiuit audaciā cum reāta intelligentiā. Cōtingit enim audaciam quidem habere spoliandi: reātam autem intelligentiam circa salubria, sed nō fortis, qui in eodem tēpore cum illo hoc habet.

Assignat locum lxxii. & dicit, [si autem diuiso quo- ties dicitur alterum cum altero, uerum erit in eodē tē- pore utrunque esse, considerandum si contingit non ad eundē finē utrunque dici] quoniam si non ad eundē finē utrū- que dicitur, definitio assignata est interrimenda, & affert exemplum, & dicit, [ut si fortitudinem definiuit, dixit- que fortitudinem esse] audaciam cū reāta intelligentiā, [hæc definitio est interrimenda, & declarat quo mō, & dicit,] contingit enim aliquem audaciam quidem habere spoliandi, [regnum à rege per prælium, reāta autē in- telligentiam circa salubria.] & sic in eodē tēpore habe-

bit utrunque, [Sed non fortis] dicitur, [qui in eodē tēpore k cum illo] scilicet reāta intelligentiā circa salubria [hoc] scilicet audaciam spoliandi [habet,] oportet enim hæc ambo habere ad eundem finem, scilicet ad præliorum pericu- la, quod est finis fortitudinis.

*Εἰ ἐν ἑσὶ πρὸς ταῦτον ἄμφω λέγεται, διὸν πρὸς τὰ ἀρετικά, οὐδ' ἐν γούρ καὶ ἑσὶ τὸ λέγειν τινὰ καὶ ὁρῶν δυνάμειος ἔχειν πρὸς τὰ ἀρετικά, ἀλλ' ὁ μὲν οὐδ' οὕτως ἀνδρῶν ὁ τὸ λέγειν μετὰ τῶν ἑτέρων, οὔτε γούρ πρὸς ἐπὶ ὁρῶν ἐκείνου ἀνδρῶν δὲ λέγει-  
δα, οὔτε πρὸς ταῦτον τυχόν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἔσθ' αὖ  
δ' ἑτέρους τέλει. Διὸν πρὸς τοῦς πλεμικῶς κινδύνους,  
ἢ ἐν ἑσὶ ἀλλοῦ τὸν τὸν τέλει.*

LOCVS LXXIII.

141 Insuper si & ad idem ambo di- cuntur, ut ad medicinalia. Nihil e- nim prohibet & audaciam quandā & reātam intelligentiam habere ad medicinalia: nō tamē sic fortis erit, qui hoc cū illo habet. Neq; enī ad al- terū, eorū vtrūq; oportet dici, neque ad idē quodcūq; sit, sed ad fortitudi- nis finē, ut ad præliorū pericula, aut si quid magis est illius finis.

Locum septuagesimum tertium assignat & dicit, [In- super si ad idem .i. eundē finem] ambo] .i. audacia & re- cta intelligentiā dicuntur, ut ad medicinalia, definitio as- signata de fortitudine, q. sit audacia cum reāta intelligē- tia, est interrimenda, nisi ambo referantur ad eundem fi- nem, qui fortitudinis est, ut ad periculum in præliis, nō au- tem ad medicinalia, exponit autem hoc, & dicit, [nihil enim prohibet & audaciam quandam, & reātam intelli- gentiam] aliquem habere ad medicinalia, [ut ad secan- da uulnera. Potest enim aliquis medicus habere audaci- am ad secunda uulnera cum reāta intelligentiā illa secan- di, ad unum finem respiciens, scilicet ad sanandum patiē- tem, [nō tamen] huiusmodi medicus [sic] respiciens finē illum] fortis erit, qui uidelicet [hoc] scilicet audaciam se- candi] cum illo, [scilicet cum reāta intelligentiā secandi] [habet,] assignat causam, & dicit, [neque enim utrun- que eorum oportet dici ad alterum] atq; alterum, si sub- audi aliquod totum recte definiiri debet, ueluti cum defi- niatur continentia q. sit reāta intelligentiā cum prauo de- siderio, hæc enī definitio nō est reāta, quoniam reāta intelli- gentiā, & prauū desiderium ad alterum atq; alterum sunt, nā prauū desiderium erit ad utēdum uenerē: reāta intelligentiā erit ad nō utēdum, sed ad abstinentiā, [neq; ad idē quodcumq; sit] oportet ambo dici .i. neq; ad eundē fi- nē indifferentem, quoniam, si sit ille finis, si ambo referantur audacia & reāta intelligentiā ut ad sanādum, definitio fortitudinis reāta est, [sed] oportet ut abo referatur [ad fortitudinis finē] si debet fortitudo recte definiiri, [ut ad præliorū pericula, aut] ad aliquem aliu finem, [si quid ma- gis est illius] fortitudinis finis, ut uictoria, Ergo inter- rimenda est semper definitio, quoties illa duo nō referū- tur ad eundem finem, qui est rei quæ definitur.

A. *Εἰς δὲ τῶν ἑσὶ πρὸς ταῦτον ἄμφω λέγεται, διὸν πρὸς τὰ ἀρετικά, οὐδ' ἐν γούρ καὶ ἑσὶ τὸ λέγειν τινὰ καὶ ὁρῶν δυνάμειος ἔχειν πρὸς τὰ ἀρετικά, ἀλλ' ὁ μὲν οὐδ' οὕτως ἀνδρῶν ὁ τὸ λέγειν μετὰ τῶν ἑτέρων, οὔτε γούρ πρὸς ἐπὶ ὁρῶν ἐκείνου ἀνδρῶν δὲ λέγει-  
δα, οὔτε πρὸς ταῦτον τυχόν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἔσθ' αὖ  
δ' ἑτέρους τέλει. Διὸν πρὸς τοῦς πλεμικῶς κινδύνους,  
ἢ ἐν ἑσὶ ἀλλοῦ τὸν τὸν τέλει.*

LOCVS LXXIII.

142 Quædam autem sic assigna- torum nullo modo sub dicta cadūt diuisionem, ut si ira tristitia est cum opinione paruipendendi. Nam cum propter huiusmodi opinionem tri- stitia fiat, hoc uult indicare, hoc cum hoc fieri aliquid. Hoc autem secun- dum nullum dictorum modorū idē est ei, quod est hoc cum illo esse.

Alexander arbitrat. Aristot. uelle assignare aliud pñtū in huiusmodi definitionibus, & pñtū est, quoniam nōnulli definiunt reē aliquā afferēdo eā esse hoc cū hoc, ubi præpositionē cum accipiunt secundū nullū modorū, eorum uidelicet q. dicti sunt. Dicitur enim trifariam dici hoc cū hoc, aut ut in eodē subiecto, aut in eodē loco, aut ut in eodē tēpore. At hi reē aliquā definiunt, ut ira, di- centes ira esse hoc cum hoc, i. tristitiā cum opinione paruipendendi. Vbi præpositionē cum, secundū nullū dicto- rū modorū intelligunt, sed intelligūt eū pro propter, quæ est præpō causalis. Ergo isti sic definiētes errāt, quia de- finium ira dicentes eā esse hoc cū hoc secundū nullū dicto- rū modorū dicit, [Quædā autē sic assignatorū] à quibū- dā de eo quod est esse hoc cū hoc nullo mō cadūt sub di- cta diuisionē, & sic erit i. pñtū, nā utuntur in talibus definitionibus præpōne quæ est hoc cū hoc, & ad nullū sensum dictorum. Et quod dixit, expōlo expōit, & dicit [ut si ira] (ut definiunt) [tristitia est cum opinione par- uipendendi] utuntur cum præpositione, & ad nullum eo- rum sensum, qui dicti sunt, nō enim utuntur præpositione cum, ad denotandū tristitiā & opinionem esse in eo- dem loco, nec in eodem tēpore, nec i eodem subiecto, [nā cum propter huiusmodi opinionem,] quæ scilicet paruipē- dendū tristitia fiat, [sit enim tristitia in irato propter opi- nionem paruipendendi,] hoc uult indicare hoc cum hoc fieri aliquid, i. nihil aliud uult indicare cum in definitio- ne dicitur cum opinione paruipendendi, nisi propter opi- nionem paruipendendi. Opinio enim paruipendendi ab altero, tristitiam efficit in irato, accepit autē paruipēdē di passue, nā opinio quæ aliquis opinatur se esse paruipē- sum ab aliquo, efficit tristitiā in irato. Tunc recolligit pñtū, & dicit, [hoc autē], .i. exponere eū, pro propter, [secundū nullū dictorū modorū idē est ei, quod est hoc cū illo esse,] Ergo pacto definitio interrimēda, quoniam est præter consuetos sensus eius, quod est hoc cū hoc esse.

*πάλιν ἐν τῶν τὸν τὸν ἀσώδησι, ἔστι δὲ ὅλον διον ἐν τῶν τὸν τὸν ἀσώδησι, ἀσώδησι δὲ ὅλον πρὸς τὸν τὸν τὸν ἀσώδησι, ἀσώδησι δὲ ὅλον πρὸς τὸν τὸν τὸν ἀσώδησι, ἀσώδησι δὲ ὅλον πρὸς τὸν τὸν τὸν ἀσώδησι, ἀσώδησι δὲ ὅλον πρὸς τὸν τὸν τὸν ἀσώδησι.*

*143 Rursum si horum compositio- nem dixit totum, ut animæ & cor- poris compositionē, animal, primū quidem considerandum, si nō dixit qualis compositio: ut si carnem defi- niens, aut os, ignis & aeris & terrē di- xit cōpositionē. Nō enī sufficit cōpo- sitionē dicere, sed & qualis quædam determinādū. Nō enī quolibet mo- do cōpositis his, caro fit, sed sic qui- dem compositis, caro: sic autem, os.*

LOCVS LXXV.

143 Rursum si horum compositio- nem dixit totum, ut animæ & cor- poris compositionē, animal, primū quidem considerandum, si nō dixit qualis compositio: ut si carnem defi- niens, aut os, ignis & aeris & terrē di- xit cōpositionē. Nō enī sufficit cōpo- sitionē dicere, sed & qualis quædam determinādū. Nō enī quolibet mo- do cōpositis his, caro fit, sed sic qui- dem compositis, caro: sic autem, os.

Assignat locū lxxv. & dicit, [Rursum si totū] ali- quis definiens [dixit] esse [compositionem horū], .i. harū partū, interrimēda est definitio, & assignat exemplum, & dicit, [ut] si aliquis definiens [ait], [dixit] esse [cōpositio- nem animæ & corporis] interrimēda est hæc definitio, & q. sit interrimēda, ostēdit primo per cōsiderationē, secun- do ibi, uidetur autē per rationes. De prima parte dicit, [primū quæ cōsiderādū, si] sic definiens, [nō dixit] illis cō- positio] utrum, uidelicet aīal sit cōpositio, ex aīa & cor- pore, aīa & corpore refractis, an intensis, an nulla ra- tione uariatis, ut si carnem definiens, aut os, dixit cōposi- tionem ignis, & aeris, & terræ, & subaudi aquæ, [non enī] ei, q. hæc definitio, [sufficit] cōpositionē dicere, sed & quilibet quædā determinādū, nō enim quolibet mō cōpositis his], scilicet cōpositio] caro fit, sed sic], refractis ad mediū] cōpositis, sit caro, sic autē] refractis, sed nō ad mediū], sed dominatibus frigidis, & sicis elementis sit] os,] Ergo cum definitio] sermo sit explicans] esse rei, oportet ut explicet rei esse secundū omnem rationem.

*ἔστι δὲ ὅλον πρὸς τὸν τὸν ἀσώδησι, ἀσώδησι δὲ ὅλον πρὸς τὸν τὸν ἀσώδησι, ἀσώδησι δὲ ὅλον πρὸς τὸν τὸν ἀσώδησι, ἀσώδησι δὲ ὅλον πρὸς τὸν τὸν ἀσώδησι, ἀσώδησι δὲ ὅλον πρὸς τὸν τὸν ἀσώδησι.*

144 Videtur autem neutrum eo- rum quæ dicta sunt, omnino esse cō- positioni idem. Nam compositioni omni dissolutio contraria est. Dicto- rum autem neutri vllō modo, Insu- per si similiter uerisimile est, ōne cō- positum cōpositionem esse, vel nul- lum, animalium autem vnum quod- que (cum sit compositum) nō est cō- positio, nullum profecto aliorū com- positum compositio erit.

Cum dixisset nec animal, nec carnem, nec os esse com-  
positionem ex partibus, nunc probat primo quidem syl-  
logismo categorico, et componitur hoc pacto, omni co-  
positioni contraria est dissolutio, nec carni, nec osi, nec ani-  
mali contraria est dissolutio, ergo nullum horum est com-  
positio. proponit primo conclusionem, et dicit, [Vide-  
tur autem neutrum eorum que dicta sunt,] scilicet neque  
carnem, neque os, neque animal, omnino idem compo-  
sitioni esse,] hæc est conclusio. deinde assignat maiorem,  
et dicit, [nam compositioni omnino dissolutio contraria  
est,] hæc est maior. deinde asserit minorem, et dicit, [dis-  
solutio autem neutri,] id est nulli, [ullo modo] dissolutio  
contraria est, quoniam et animal, et caro, et os substā-  
tia est, cui nihil est contrarium. ergo nullum eorum erit  
compositio partium. Secundo idem probat syllogismo  
ex suppositione. supponit enim omne compositum esse  
compositionem, aut nullum compositum esse compo-  
sitionem. et si diceret utrique harum esse falsam, supponit  
hanc disjunctivam tanquam verisimilem, et dicit, [Insu-  
per si similiter verisimile est omne compositum compo-  
sitionem esse, aut nullum compositum compositionem esse,  
se. Stante hac hypothese aut pro vera, aut pro verisimili,  
destruit primam partem disjunctivam, et dicit, [animali-  
um autem unumquodque cum sit compositum] non est  
compositio,] ergo non omne compositum est compositio.  
tunc destruit primam partem, infert constructionem al-  
terius partis, et dicit, [nullum profecto aliorum compo-  
situm,] ut nec caro, nec os, nec aliud ullum compositio  
erit. ] Est ergo syllogismus ex hypothese disjunctiva  
destruente unius partis ad constructionem alterius, ut  
recte Alexander expositorum omnium doctissimus an-  
notavit, hoc pacto, omne compositum est compositio, aut  
nullum compositum est compositio, sed non esse compo-  
situm est compositio, ut de animali patet, ergo nullum co-  
positum erit compositio.

πάλιν δὲ ὁμοίως ἐπιτιμωσόμενος τὸν ἀρχαῖον τὰ  
νοῦτα, ὡρίσαι δὲ τὰ δατέρας. ἄλλοι γὰρ οὐκ οὐχ  
ὠρίσθησαν. οὐδὲ μὴ, ἀλλ᾽ ἐστὶν ὅσον τὸν ὄρισ-  
μὸν ἐναυ. ἢ γὰρ μάλλον ὁ ἀνά τ' ἑστὶν ὁ ἀνά τ'  
ἐτέρας ὀρισμῶν ἐπιτιμωσόμενος ὁμοίως ἀμφοτέρω  
στον ἀρχαῖον ὡς ἐστὶν ὁμοίως ἐπιτιμωσόμενος  
ὡς γὰρ ὡρίσθησαν τὸν ἀρχαῖον.

LOCVS LXXVI.

145 Rursum si similiter in aliquo  
apta sunt esse contraria, definiuit au-  
tem per alterum, manifestum quoni-  
am non definiuit. Si autem non est  
ita, plures accidet eiusdem definitio-  
nes esse. Quid enim magis qui per  
hoc, quam qui per alterum definiēs  
dixit, Quoniam similiter vtraque a-  
pta sunt fieri in eodē. talis autem ani-  
mæ est definitio, siquidem est substā-  
tia disciplinæ susceptiva. nam simili-

ter & ignorantia est susceptiva.

Locum lxxvi, assignat, et dicit, [Rursum si simili-  
liter] et omnino eadem ratione, [in aliquo,] scilicet toto subie-  
cto, [apta sunt esse contraria,] definiuit autem illud totū  
subiectum [per alterū] illorum contrariorum, et nō per  
ea omnia, que sunt apta i ipso fieri, [manifestum quoniā  
nō definiuit. ] non enim accepit ea oia que sunt apta i eo  
fieri, et per que aptū demonstrari. Posset aliquis di-  
cere totum illud defini per unumque contrariorum, non si  
nūll, sed per unum scorum, et per alterum. obicit Ari-  
stot. [si autem non est ita,] ut videlicet totū, quod est susce-  
ptivum plurium contrariorum, definiatur per omnia illa,  
[plures accidet eiusdem] totius definitiones esse. Quid  
enim [ut inquit] [magis qui per hoc] unum contrariorū  
[q̄ qui per alterum definiēs dixit] quasi dicat nulla ra-  
tione magis per unum q̄ per alterū definire debet, [quo-  
niam similiter] et equali ratione [vtraque], scilicet contraria  
[apta sunt fieri in eodem], scilicet subiecto toto, nam similiter  
et non magis unius q̄ alterius susceptiva est. exponit per  
exemplum, quod dixit [tal]is autem [inquit] anime est de-  
finitio, siquidem est substātia disciplinæ susceptiva, [mihi  
enim addatur disciplinæ et ignorantia, interimenda est,  
] [nam] anima similiter et ignorantia est susceptiva. ] Er-  
go definitio assignata solum per disciplinā, interimenda  
est. Quod vero ad verba attinet, Aristot. dixit animā  
similiter scientia et ignorantia esse susceptivam. et non  
dixit animam similiter esse aptam ad suscipiendum scien-  
tia et ignorantia. nam aiā quo ad aptitudinem, magis a-  
pta est scientiam quam ignorantiam suscipere, cum scien-  
tia sit anime perfectio ad quam anima est aptissima: quo  
vero ad susceptionem, anima similiter est scientia et igno-  
rantia susceptiva, cum non magis possit suscipere scien-  
tiam quam ignorantiam.

Δὲ δὲ ὡρίσθησαν τὸν ἀρχαῖον τὰ  
νοῦτα, ὡρίσαι δὲ τὰ δατέρας. ἄλλοι γὰρ οὐκ οὐχ  
ὠρίσθησαν. οὐδὲ μὴ, ἀλλ᾽ ἐστὶν ὅσον τὸν ὄρισ-  
μὸν ἐναυ. ἢ γὰρ μάλλον ὁ ἀνά τ' ἑστὶν ὁ ἀνά τ'  
ἐτέρας ὀρισμῶν ἐπιτιμωσόμενος ὁμοίως ἀμφοτέρω  
στον ἀρχαῖον ὡς ἐστὶν ὁμοίως ἐπιτιμωσόμενος  
ὡς γὰρ ὡρίσθησαν τὸν ἀρχαῖον.

146 Oportet autem si non ad to-  
tam definitionem habeat aliquis ar-  
gumentum, eo quod non nota sit to-  
ta, ad aliquam partium argumenta-  
ri, si sit nota, & nō bene assignata ap-  
pareat. Nā parte interempta, & to-  
ta definitio interimitur.

Cum assignasset loca, quibus interimitur uel construi-  
tur definitio, nunc assignat nonnullas idoneitates (ut utar  
verbis iuniorum) que sunt seruanda circa interemptio-  
nem definitionis. Dicuntur autem idoneitates, quoniam (ut  
puto) per has redditur interrogans idoneus ad interimē-  
das definitiones, uel respondēns idoneus ad defendēdam  
definitionem quam assignavit. usus est autem hoc uerbo ido-  
neus, atque idoneitas, Aristot. primo Priorum eo capite,  
[quomō autem idonei erimus] et primo ponit unā idonei-  
tatem ex parte opponētis, interrogantisque, per quā op-

ponens redditur idoneus ad interimendam definitionem  
obscuram sibi que ignota, sicuti est illa, anima est har-  
monia corporis instrumentarii. Hæc enim definitio obscu-  
ra est, opponenti que ignota, quatenus anima que substan-  
tia est, per harmoniam definitur. dicit ergo [oportet au-  
tem si non ad totam definitionem habeat aliquis argu-  
mentum,] quo possit opponens eam interimere, [eo quod  
non nota sit] sibi tota, ad aliquam partium argumentari,  
si illa pars [sit] sibi [nota,] et non bene assignata ap-  
pareat,] ut contra illam partem que dicitur harmonia.  
hæc enim pars nota omnibus est, cum omnibus pateat si-  
gnificare relationem miscibilem. [nam parte interem-  
pta] ut superius dictū est, [et tota definitio interimitur. ]  
Si enim anima non est harmonia, non erit harmonia cor-  
poris instrumentarii. et sic interimitur definitio.

Ὅστις ἀσφαρές τὸν ὄρισμὸν, συναποδύσκει  
τὸ καὶ συναματίσται πρὸς τὸ ἀκρίβητον. Ἔχει μὲν  
ἰσχυρῶς, οὐτως ἐπιστομένη. ἀναγκάσιον γὰρ  
τὸ ἀποκρῖνω μὲν ἢ δὲ ἐκείνῳ. τὸ ἐκλάμψον μὲν  
ὑπὸ τῶν ἰσχυρῶν. ἢ ἀπὸ τῶν ἀσφαρέων. τί τε  
τυγχάνει τὸ ἀκρίβητον πρὸς τὸ λόγον.

147 Quæcumque autem definitio-  
nes obscuræ sunt emendanti, & re-  
formati, ad manifestandum aliquid,  
& habendum argumentum, sic con-  
siderandum. necesse est enim respō-  
denti aut suscipere quod sumptū est  
ab interrogante, aut eidem declara-  
re, quid temere est in definitione.

Hæc idoneitas etiam ex parte interrogantis est, ut  
Alexander putat, et non ex parte respondētis, ut iuniores  
opinantur, dicit enim, [Quæcumque autem,] id est, quan-  
do cumque autem [definitiones] assignate a respondente,  
[obscure sunt,] interrogansque ignota, [emendan-  
ti, et reformati,] id est, opponenti, qui emittit eas emē-  
dare, atque reformare [ad manifestandum aliquid,] quod  
est in eis obscurum, [et ad habendum argumentum,]  
quo possit eas interimere, [sic considerandum est] sic, sci-  
licet ut dictum est, subaudi in transumptionibus. dictum  
est enim transumptionem fieri tam totius orationis ad  
manifestiorem orationem, quam alicuius partis defini-  
tionis ad interpretationem illius. Ergo opponens obscu-  
ras definitiones transumere debet ad manifestiores, ma-  
xime ad eas contra quas habet argumenta. Et per illud  
uerbum [sic] dedit intelligere, ut est dictum in transump-  
tionibus, ut Alexander suppleuit. et quod talem debe-  
at interrogans facere transumptionem, probat, et di-  
cit, [necesse est enim] ipse [respondenti,] postquam facta  
est transumptio ab opponente ad id, contra quod habet  
argumēta, [aut suscipere] et concedere [quod sumptū  
est ab interrogante,] in ipsa transumptione, [aut eidē]  
respondenti necesse est declarare, quid temere] hoc est,  
obscuræ et sine ratione, [ab eo ostensum] et assignatū  
[est in definitione,] accipit enim ostensum pro assigna-  
to. Et utroque modo est utile. nam si concedit transump-  
tionem factam ab interrogante, interrogans habebit  
argumenta contra illam, si non concedet respondens, ma-

nifestiorem assignabit definitionem uerbi gratia, si de-  
finitur anima, quod sit numerus ipse seipsum mouēs, cū  
hæc anime definitio sit obscura, oportet interrogantem  
transumere hanc ad manifestiorem, et ad talem, ut pos-  
sit habere argumenta ad interimendum ipsam. nam aut  
respondens concedet transumptionem ab eo factam: et  
sic per argumenta que habet contra eam, poteris interi-  
mere ipsam. aut si transumptionem non admittet, erit ne-  
cesse, respondenti manifestare assignatam definitionem.  
et ita quouis modo utile erit. Hoc pacto hanc idoneita-  
tem Alexander exposuit, quam nullo pacto iuniores,  
quorum sacerdos Albertus est intellexerunt.

Ἡ καὶ πρὸς τὸν ἀκρίβητον νόμον ἐκείνῳ  
ἐπιτιμωσόμενος, καὶ ἢ καταίωμενος ἐπὶ τὸν  
ἀνεπίστοτον ἐμὸν προσώπον, οὐτως ἐστὶν ὁ δὲ ὄρισ-  
μος πρὸς τὸν ὄρισμὸν ἐπὶ τὸν οὐσίον. ἐστὶν γὰρ  
φοινικῶν καταίωμενος, ἐστὶν ὁ ἀκρίβητον ὄ-  
ρισμὸν ἀπὸ τῶν ἀνεπίστοτων ἐστὶν ὁ ἀκρίβητον  
ὄρισμὸν ἀπὸ τῶν ἀνεπίστοτων ἐστὶν ὁ ἀκρίβητον

148 Insuper quemadmodū in co-  
cionibus solent legem inducere, & si  
melior sit quæ inducitur, interimūt  
anteriorem: sic & in definitionibus  
faciendum, & definitio alia ferenda.  
Nam si apparet melior, & magis,  
quod definitur perspicuum, manife-  
stum quoniam interempta erit quæ  
posita est, quoniam non sunt eiusdē  
plures definitiones.

Dat tertia idoneitas ex parte interrogantis etiam, et di-  
cit, [Insuper quemadmodū in cocionibus,] in quibus solent  
ferri leges, ut i. Rhetorico. patet. Cocionatores [solum] le-  
gē inducere [de nouo,] et si melior sit [hæc noua] quæ lu-  
ducitur, [q̄ sit illa,] quæ posita est antiquo tempore, cocio-  
natores interimūt anteriorem [ab antiquo] latā, [sic et in  
definitionibus faciendū,] et definitio alia ferēda [ab ipso  
opponente,] alia dico quæ eiusdē rei ab aliis assignata est.  
[nā si apparet melior, et magis] quod definitur perspi-  
cū, manifestū quoniam intrēpta erit quæ posita est [ab ip-  
so] respondente. nec dicere potes antiquā et nouā definitio-  
nē esse eiusdē. [quoniam nō sunt eiusdē] plures definitio-  
nes. ] sed una unius. hæc idoneitas obseruauit oīm sapien-  
tū magister. nā posita definitioe Platonis, q̄ aiā sit motus  
seipsum mouens, assignauit alteram, q̄ sit actus corporis  
naturæ instrumentariæ, in potentia uitæ habentis. Hæc au-  
tem cum melior omnibus uisa sit, antiqua ad obliuionē ue-  
nit, cum eiusdē plures definitiones esse nequeant.

πρὸς ἀπὸ πρὸς δὲ τὸν ὄρισμὸν, οὐκ ἐλαττοῖον  
σοφίας. τὸ πρὸς τὸν ὄρισμὸν ἐστὶν ὄρισμὸς τὸ πρὸς τὸν  
μῦθον. ἢ καλῶς ἐστὶν μῦθον ὄρισμὸν ἀναλαβέμεν. ἀνάγ-  
κη γὰρ ἐστὶν πρὸς τὸν ὄρισμὸν ἀνάμνησις, τὸ πρὸς  
ἐπιτιμωσόμενος ὄρισμὸν ἐστὶν τὸν ὄρισμὸν ὡς πρὸς  
καὶ μῦθον πρὸς τὸν ὄρισμὸν. ὡς πρὸς μῦθον ἐπὶ  
χαρακτήρων ἐπιτιμωσόμενος. τὰ μὲν οὐκ ἐστὶν ὄρισ-  
μὸς, ἀλλὰ ποσὸν ἐπιτιμωσόμενος.

TRACATVS TOY EKTQY  
TΩY TPTIKΩY.

Ad omnes autem definitiones non minimum elementum apud se est, solerte definire propositum, aut apte dictum terminum assumere. Necesse est enim veluti ad exemplar considerantem, habere definitionem, & quod minus est iis quæ oportet, & quod appositum est superflue, inspicere, ut magis argumentis sit abundans. Quæ igitur circa definitiones sunt, intantum dictum sit.

Ultimam idoneitatem ex parte interrogantis, qui (ut Alexander inquit) vult bene definire, aut bene datas definitiones suscipere, nunc assignat, et dicit, [Ad omnes autem definitiones] aut assignandas, aut ab aliis assignatas suscipiendas, non minimum elementum, hoc est, non minima occasio, [apud se est,] ut Alexander exponit, per elementum occasionem intelligit, uel fortasse per elementum locum intelligit, ut fit sensus, non paruum locum apud interrogantem esse ad assignandas definitiones, uel ad assignatas suscipiendas, [solerte,] scilicet per omnia loca, et considerationes superius inductas discurrendo [definire propositum, aut apte terminum] propositi ab aliis [dictum] atque explicatum [assumere] atque suscipere, et assignat causam, quare debemus considerare definitionem rei propositæ assignatam ab aliis, et dicit, [necesse est enim considerantem] atque uolentem definire [habere definitionem,] scilicet quæ prius est assignata ab aliis, [ueluti ad exemplar] aspiciendo [et quod minus est eis, quæ oportet,] id est, et quod reperitur in ea diminutum, [et quod] in ea appositum est superflue, inspicere, ut magis argumentis contra illam [sit abundans,] nam poterit ostendere illam uel esse diminutam, uel esse superfluum. Ut si definitio hominis sit animal mortale, irrationale, nam hæc est superflua, quatenus inutiliter posita est irrationale. Et est diminuta, quia desunt partes, quæ sunt meliores. Quare erit necessarium supplere rationale, atque scientiæ susceptuum. Et tunc definitio erit, animal mortale, rationale, scientiæ susceptuum. Et de libro Topicorum sexto hæc tenent.

Finis libri sexti.

ARISTOTELE

ΔΟΥΣ ΤΟΠΙΚΩΝ ΕΒΔΟΜΟΝ.

Aristotelis Topicorum Liber Septimus,

cum eiusdem Augustini Niphi Medicis commentariis.

ΟΤΕΡΟΝ ΔΕ ΤΑΥΤΩΝ Η ΕΤΕΡΩΝ ΗΤΙ ΚΥΡΙΩΤΑΤΩΝ ΑΥΤΩ ΡΗΘΕΝΤΩΝ ΠΙ ΤΑΥΤΩ ΕΩΣΩΡ, ΕΠΤΕΡΩ.

Virum autem idem an diuersum secundum propriissimum eorum modorum, qui de eodem dicti sunt, dicendum.

Primo Topicorum problemata definitiua esse tradiderit, explicaueritque ea, quæ questum habet de eodem et diuerso, cum ibi docuerit, quæ secundum quid eadem uel diuersa sunt, conuenienter post definitiua problemata, de quibus dixit in sexto, connectit in hoc libro septimo problemata de eodem, et loca apta, quibus possunt constitui uel destrui. Sunt autem loca de eodem, uel ad definitiua problemata, nam (ut Alexander inquit) quibus locis monstramus quoniam hoc idem est cum hoc, per eadem possumus monstrare, quoniam hæc definitio eadem est cum definitio. Insuper etiam, quibus locis monstramus quoniam hoc alterum est ab hoc, per eadem monstrare poterimus quoniam hæc definitio est altera à definitio. sed utrum loca affirmatiua de eodem sunt uel ad problemata definitiua, postea Aristoteles disputabit. nunc satis nobis sit referre, quæ Alexander dixit, itaque proponit suam intentionem, et dicit, [Virum autem idem] hoc scilicet huic sit, [an diuersum,] loquor de eodem non secundum modos, quibus hoc huic idem est secundum quid, sed ut dicit, [secundum propriissimum eorum modorum, qui de eodem dicti sunt,] de hoc modo eodem, nunc dicendum. Ergo problemata pertractanda sunt de eodem et diuerso, secundum propriissimum modum accipiendi idem, et diuersum. Quis autem sit hic propriissimus modus, statim in proximo textu exponetur, nunc autem satis sit proposuisse intentionem.

Dicebatur autem propriissime idem, quod numero unum est. Exponit nunc quis est propriissimus modus, quo hoc huic idem est, et dicit, [Dicebatur autem propriissime idem,] hoc est, hoc huic idem, [quod unum numero est,] dicitur autem hic modus propriissimus, quoniam

Ελέγχετο δὲ κυριώτατα ταυτῶν, ὅτι ἕξ ἀριθμοῦ ἓξ.

Dicebatur autem propriissime idem, quod numero unum est. Exponit nunc quis est propriissimus modus, quo hoc huic idem est, et dicit, [Dicebatur autem propriissime idem,] hoc est, hoc huic idem, [quod unum numero est,] dicitur autem hic modus propriissimus, quoniam

(ut Alexander inquit) ceteri cum additione dicuntur, ut eadem genere, aut eadem specie. at qui simpliciter sine additione est, numeri est, nam quæ eadem numero sunt specie ac genere eadem sunt: contra autem nequaquam.

Sed dices, idem genere, annexum est problematibus de genere idem proprio, problematibus de proprio. Ergo idem definitione annexum erit problematibus de definitione. Ergo non idem numero, sed idem definitione, annexum est problematibus de definitione. Intelligamus igitur (ut Alexander exponit) unum numero dici, non in diuiduum ac singulare. Sunt enim singularia à disciplinis reiecta, quare per eadem numero, intelligit quæ eque unum re essentiaque sunt, nomine tamen diuersa, seu unum ea et uelutis. Quare loca quæ de eodem numero assignat, sunt de eadem definitione, nam idem definitione, est idem numero, et econuerso, numero idem, definitione est idem.

Secundo etiam per eadem numero, intelligit quæ eque unum re essentiaque sunt, nomine tamen diuersa, seu unum ea et uelutis. Quare loca quæ de eodem numero assignat, sunt de eadem definitione, nam idem definitione, est idem numero, et econuerso, numero idem, definitione est idem.

LOCVS I.

Et considerandum ex casibus, & coniugatis, & oppositis. Nam si iustitia idem est fortitudini, & iustus fortis, & iuste fortiter.

Primum ergo locum, qui accipitur a coniugatis, assignat, et dicit, [Et considerandum ex casibus et coniugatis, et oppositis,] et primo profertur locum ex coniugatis, qui talis est, inum principale est idem cum altero principali, coniugatum unius cum coniugato alterius, et casus unius cum casu alterius idem est, et assignat exemplum, et dicit, [nam si iustitia] quæ principale est, [idem est fortitudini,] quæ est alterum principale, [et iustus fortis, et iuste fortiter] idem erit, quæ sunt casus, atque coniugata, et negatiue etiam, si principale non est idem principale, nec coniugatum cum coniugato, nec casus cum casu idem erit.

ομοίως δὲ καὶ ἰδὴ τῶν ἀντικείμενων, ἢ τῶν ἀπὸ ταυτῶν, καὶ τῶν ἀντικείμενων τῶν ἀπὸ ταυτῶν, καὶ ὁμοίων τῶν ἀπὸ ταυτῶν ἀντικείμενων. οὐδὲν γὰρ διαφέρει τὸ τῶν ἀπὸ ταυτῶν ἀντικείμενων λαβεῖν, ἐπεὶ τῶν ταυτῶν ἔστι.

LOCVS II.

Similiter autem & in oppositis. Nam si hæc eadem, & opposita his eadem secundum quamlibet dictarum oppositionum. Nihil enim differt, hoc vel hoc modo oppositum sumere, quoniam idem est.

Secundum locum qui accipitur ab oppositis assignat, et dicit, si duo fuerint quæ habent opposita, si illa opposita eadem fuerint, hæc erunt eadem: et si opposita non sunt eadem, nec hæc erunt eadem, dicit, [Similiter autem et in oppositis, nam si hæc eadem, et opposita his eadem,] et ut inquit, hæc consideratio ueritatem habet in omnibus

modis oppositis, et secundum quamlibet dictarum oppositionum. nihil enim differt hoc uel illo modo oppositum sumere, ad propositum, [quoniam] ad propositum nostrum [idem est,] et sic consideratio est uniuersalis secundum omnes oppositiones. Huius exemplum assignari potest, nam si album et candidum sunt idem, nigrum et atrum erunt idem: et si illa non fuerint eadem, nec hæc erunt eadem. Insuper si fortitudo et audacia sunt idem, timiditas et metus erunt idem: et si illa non sunt idem, nec hæc erunt idem. Sunt autem fortitudo et timiditas, et audacia et metus contraria.

πάλιν ἐκ τῶν ἀντικείμενων καὶ φθαρῶν καὶ ἀφθαρῶν καὶ γενεῶν καὶ φθορῶν, καὶ ὁμοίως τῶν ὁμοίων ἐχόντων πρὸς ἐκάστῳ, ὅτι γὰρ ἀπὸ ταυτῶν, καὶ ἐκ τῶν γενεῶν καὶ φθορῶν καὶ ἀφθαρῶν, καὶ ἀφθαρῶν καὶ φθαρῶν καὶ γενεῶν καὶ φθορῶν.

LOCVS III.

Rursum ex effectiuis, & corruptiuis, & generationibus, & corruptionibus, & omnino ex iis, quæ similiter se habent alterum ad alterum.

Locum hunc tertium, qui accipitur ex effectiuis, et corruptiuis, assignat Aristoteles et dicit, [Rursum ex effectiuis et corruptiuis, et generationibus, et corruptionibus, et omnino ex iis, quæ similiter,] scilicet secundum proportionem [se habent alterum ad alterum,] nam si effectiua sunt eadem, et quæ generantur etiam sunt eadem, et si generationes sunt eadem, etiam genera sunt eadem, similiter de corruptiuis et corruptionibus, contra etiam, ut si terrigena et homo sunt eadem, et eorum generationes et corruptiones eadem sunt. Est enim generatio ipsorum ex semine et menstruis, corruptio autem anima separatio à corpore. Rursum si sanitas et morbus sunt eadem, essent eorum generationes eadem, sed quoniam sanitas et morbus non sunt idem, ideo nec generationes eorum eadem, modo sanitatis sani cibi effectiui. Morbi uero contrarii sunt, et sic locus conuertitur, nam si generationes eadem, res quarum sunt, eadem erunt. Quò loco Aristoteles quarto Metaphysicæ usus est, cum probauit ens et inuicem esse eadem, quia generatio et corruptio eadem. Et de similibus eadem ratione, nam si unum simile est alicui simile, alterum quod est primo simile, erit simile alteri, quod est simile secundo, uerbi gratia, si album est simile luci, et quia est simile luci, est idem luci, nigrum erit simile tenebræ, et quia est simile tenebræ, erit idem tenebræ. Sunt autem album et nigrum similia proportionem, et lux et tenebra eodem modo proportionem similia. Similiter si album est idem candido, lucidum erit idem perspicuo, nam album et lucidum sunt similia, et candidum et perspicuum similiter, potest igitur textus resolui in plura loca, quorum primus est, si effectiua scilicet proxima et adæquata, sunt eadem, et generata etiam sunt eadem. Secundus, si corruptiua, si proxima et adæquata, sunt eadem, corrupta sunt eadem. Tertius, si generationes eadem, genera eadem. Quartus, si corruptiones eadem, corrupta eadem. Possunt etiam quatuor loca fieri econuerso, et sic erunt octo. de similibus autem addi potest locus novus, ut uisum est.

6 Σκοπεῖν δὲ ἢ καὶ ἄλλοις δὴ ἀπὸ τοῦ μάλιστα λέγεται...

LOCVS IIII

6 Considerandum autem & quorum alterum maxime dicitur quoduis esse, si & alterum eorum ipsorum fecundum idem maxime dicitur.

Locus uero quartus est talis, si fuerint duo, [Quorum alterum maxime dicitur quoduis esse,] ut studiosum uel beatum, uel aliquid tale. [si & alterum ipsorum eorū] duorum [secundum] illud idem maxime dicitur, scilicet studiosum uel beatum, haec erunt eadem.

Δὲ ἡ ἐκείνου ἐπιπέδου ἔστιν ὁ λέγόμενος μέγιστος, ἢ ἀρετώτατος, ἢ δὲ μὴ οὐκ ἔσται δευτέρου...

7 Oportet autem utrunque unū numero esse, quod dicitur maximū,

maximeque eligendum. Si autē nō, non erit ostensum, quoniam idem. non necessarium enim si fortissimi graecorum sunt Peloponesii & Lacedaemonii, eisdem esse Peloponesios Lacedaemoniis.

Contra Xenocratem dubitatur, nam Xenocrates uolebat probare beatam uitam, & studiosam uitam esse eandem simpliciter, hoc est eandem definitione.

Sed occurret, quoniam superius diximus idem numero, & definitione idem non differre.

Dicendum, superius per numero eadē intellexisse, quae unam, eandemque equam rem dicit.

A cum omnis Lacedaemonius sit Peloponesius, & non conuertitur.

ἀλλὰ ποδιέχεται ἢ ἐν ἑτέροις ὑπὸ τοῦ ἑτέρου ἀναγκαῖον, καὶ ἀπὸ τοῦ λακεδαιμόνιοι ὑπὸ τῶν πελοποννησίων.

8 Sed contineri quidem alterum ab altero necessarium, ut Lacedaemonii a Peloponesiis. Si autem non, accidit seipsis inuicem esse meliores, si non continentur alteri ab alteris.

Cum declarasset quod oportet addere esse eadem numero, si debet locus utilis esse ad probandum ea esse eadem simpliciter, atque definitione, nunc declarat, quid concludat locus ille.

non fuerint eadem numero. [Sed] pro tamen [necessarium] erit [alterum quidem ab altero contineri] ut continetur homo ab animali.

Quod uero ad uerba attinet, Achaia regio est, quae continet Peloponesum a Pelope olim rege, qui primus eam partem habitauit.

Πάλιν σκοπεῖν, εἰ ἢ ἀπὸ τοῦ ταυτέν, καὶ δευτέρου, εἰ γὰρ μὴ ἀμφοτέρω ὡς αὐτῶ ταυτέν, ἀλλὰ ὡς οὐδ' ἀλλήλοισ.

LOCVS V.

B Y



9 Rursum considerandum, si cui alterum idem, & alterum. Nam si non sunt ambo eidem eadem, manifestum, quoniam nec sibi inuicem.

Assignat quintum locum, & dicit, [Rursum considerandi, si cui unum & eidem numero [alterum] duorum fuerit [idem, & alterum], hæc sunt inuicem eadem. uerbi gratia, si homo & terrigena sunt duo, & homo est idem Socrates, cui etiam terrigena est idem, homo & terrigena erunt inter se idem. Est enim Socrates unus, & idem numero, cui terrigena, & homo idem sunt. Est enim Socrates homo, & est terrigena. & conuertitur locus. Nam si non sunt ambo eidem eadem, manifestum, quoniam nec sibi inuicem.] scilicet sunt idem.

Εἰ ἐκ τῶν τοῦτοις συμβεβηκότων, καὶ δις ταῦτα συμβεβηκεν ἐπισκοπεῖν. ὅσα γὰρ δευτέρως συμβεβηκεν, καὶ δευτέρως εἰ συμβεβηκεν. καὶ δευτέρως εἰ συμβεβηκεν. εἰ δὲ τούτων ἀφωρῶν ἢ ἄλλου ὅτι τούτων.

LOCVS VI.

10 Insuper autem ex iis quæ accidunt, & ex iis quibus hæc accidunt, considerandum. Nam quæcunque alteri accidunt, & alteri oportet accidere: & quibus alterum eorum accidit, & alterum eorum oportet accidere. Si autem aliquid horum dissonet, dilucidum quoniam non sunt eadem.

Assignat locum sextum, & primo proponit locum terminum, & dicit, [Insuper autem ex iis quæ accidunt, id est, ex prædicatis accidentibus, & ex iis] subiectis, [quibus hæc accidunt, considerandum.] & primo exponit, quæ subiecta sunt eadem, & dicit ea subiecta esse eadē, quæ ita se habent, ut [quæcunque alteri eorum accidunt, & alteri oportet accidere,] hoc pacto, homo & terrigena sunt eadem. Nam quæcunque accidunt terrigenæ, accidunt homini. accidunt autem terrigenæ grammaticum, album & id genus, eadem & homini accidere oportet. ergo terrigena & homo eadem sunt. Deinde conuerso exponit quæ prædicata sunt eadem, & dicit ea prædicata esse eadem, quæ ita se habent, ut [quibus & alterum eorum accidit, & alterum eorum oportet accidere.] hoc pacto, candidum & album sunt eadem & unum prædicatum: quoniam quibus accidit candidum, eis omnibus accidit album. Similiter homo & terrigena sunt eadem, & unum prædicatum, quoniam Socrates, & Platoni, cæterisque particularibus hominibus accidit homo, & eisdem omnibus accidit terrigena. ergo sunt eadem, & unum prædicatum. conuertit locum ad negatiuum, & dicit, [Si autem aliquid horum dissonet, dilucidum quoniam non sunt eadem.] Nam si aliquid accidens uni inest & non alteri, illa non sunt eadem.

dem. ut quoniam mortale inest caelo, & non inest homini, ergo homo & caelum non sunt eadem ex parte prædicati. quoniam si alterum inest alicui, cui non inest reliquum, illa non sunt eadem. ut quoniam album inest ui, cui non inest nigrum, ergo album & nigrum non sunt eadem.

Ὁμοίως δὲ καὶ εἰ μὴ ἐν γένει κατηγορίας ἀμφότερα. ἄλλα εἰς τὸ πῶς, εἰ δὲ, πῶς οὐκ ἔστι, ἀλλὰ οὐκ ἔστι.

LOCVS VII.

11 Videndum autem & si non in vno genere prædicamenti utraque, sed hoc quidem quale, illud autē quatum, vel ad aliquid significet.

Assignat locum septimum, & dicit, [Videndum autem & si non in uno genere prædicamenti utraque] fuerint, [sed hoc quidem quale, illud autem quantum, uel ad aliquid significet.] Nam si non fuerint in uno genere prædicamenti, non erunt eadem. Et intellexit per genus prædicamenti Alexander, remouit genus, ut quoniam scientia est ad aliquid, & uirtus est in quali, ideo non sunt eadem. Insuper quoniam numerus est in quanto, scientia autem significat ad aliquid, ideo non sunt eadem. non tamen locus conuertitur ad affirmatiuum, non enim si aliqua fuerint in eodem genere prædicamenti, oportet esse eadem.

Γὰρ εἰς τὸ γένος ἑκάστου μὴ ταῦτον, ἀλλὰ εἰς τὸ ἀγαθόν. εἰ δὲ καὶ οὐκ ἔστι ἀρετὴ, ἢ εἰς τὸ ἴδιον.

LOCVS VIII.

12 Rursum si genus utriusque non idem, sed hoc quidem bonum, illud autem malum: aut hoc quidem uirtus, illud autem scientia.

Octauum locum assignat, & dicit, [Rursum si genus utriusque non idem, sed hoc quidem bonum, illud autem malum: aut hoc quidem uirtus, illud autem scientia.] Nam si genus utriusque non fuerit idem, nec ipsa erunt eadem. Sed dices hunc locum coincidere cum proximo loco. Alexander asserit locum præcedentem esse de genere prædicamenti, quod est generalissimum: hunc autem esse de loco proximo. Nam bonum & malum sunt in eodem genere prædicamenti, non autem sunt in eodem genere, in quorum uno est liberalitas & in alio est auidia. & per scientiam, hic intellexit habitum, & non relationem, ut in loco præcedenti accepit. Aut dici potest in loco præcedenti loquutum esse de genere prædicamenti, hic autem de genere moris.

Ἡ εἰς τὸ γένος ταῦτον, ἀλλὰ φερόμεν δὲ, μὴ αἰσθητὴν ἀγαθόν, ἀλλὰ τὸ μὴ δὲ θεοειδὴν ἐπιστήμην. τὸ δὲ δὲ φερόμεν δὲ, μὴ αἰσθητὴν ἀγαθόν.

LOCVS IX.

13 Aut si genus quidem idem, differentia autem non eadem de utroque prædicatur: sed de hoc quidem, quoniam contemplatiua scientia: de illo autem, quoniam actiua. Similiter autem & in aliis.

Assignat locum nonum, & dicit, [Aut si genus quidem] scilicet proximum] idem: differentia autem non eadem de utroque prædicatur, sed hoc quidem] scilicet de geometria, [quoniam contemplatiua scientia: de illo autem] scilicet de mortali, quoniam actiua. Similiter autem & in aliis.] Nam si differentia non fuerint eadem, neque ea de quibus prædicantur, erunt eadem.

Εἰ ἐν τοῦ μᾶλλον. εἰς τὸ δέχεται εἰς μᾶλλον. εἰ δὲ μὴ, εἰ ἀμφοῖν δέχεται, μὴ ἀμφοῖν καὶ δευτέρως ὁ μᾶλλον ἔργου, οὐ μᾶλλον ἐπιθυμῶν σπουδίας. ὥστε οὐ ταῦτον ἔργον καὶ ἐπιθυμῶν σπουδίας.

LOCVS X.

14 Insuper autem ex magis, si hoc quidem suscipit magis, illud autem non. Aut si ambo suscipiant quidem, non simul autem. Ut qui magis amat, non magis concupiscit. Venerem, quare non idem amor, & concupiscentia Veneris.

Decimum locum assignat, & dicit, [Insuper autem ex magis.] hic est locus terminus. Deinde assignat locum propositionem, & dicit, [si] duo fuerint, quorum [hoc quidem suscipit magis, illud autem non suscipit magis.] hæc non sunt eadem. huius exemplum assignat Alexander, nam per hunc locum, modestia & abstinentia non sunt eadem, siquidem abstinere est magis & minus. modestum uero esse, haud quaquam. Addit Aristoteles quasi alium locum propositionem, & dicit, [Aut si ambo suscipiunt quidem, non simul autem.] Huius secundi loci assignat exemplum, & dicit, [Ut qui magis amat, non magis concupiscit Venerem.] Amor enim & Veneris concupiscentia, suscipiunt magis & minus. Possimus enim magis & minus amare: similiter & Venerem concupiscere magis, & minus. Sed quia qui magis amat, minus Venerem concupiscit, hac ratione [non idem amor est & concupiscentia Veneris.] Quidam, ut Albertus, & qui eum sequuntur, per amorem, amorem amicitiae intellexerunt; & per concupiscentiam Veneris, amorē uenerum: modo stat aliquem magis amare Socratem amore amicitiae, cum quo nullo pacto Venerem concupiscit. Sed hæc expositio græca uerba non sapit, nam Aristoteles in uerbis suis græcis per amorem, flagitiosum amorem intelligit, dicit enim καὶ δὲ πρὸς ὁ μᾶλλον ἔργου, modo eron per ὡς id est: qui amore flagitioso amat, per ο qui amat amore honesto. nam ἔργον amorem in bonam partem, & ἔργον flagitiosum amorem significat. Et quod ita intelligendum sit, poeta non ignorauit, qui cum sua puella esset nu-

pta, dixit, cogit amare magis, sed bene uelle minus. Nam D ante amata puella nuptias eam amore beneuolentiæ amabat: nihil ei uolendo, nisi quæ essent animi bona, inter quæ maxime bona erant pudicitia, modestia continentia, & cætera bona, quæ puellis sunt uere bona. Item uolebat ei bona corporis, sanitatem, robur, & formam. Insuper & bona formæ, ut diuitias, honores, magistratus, & id genus hæc amata puella uolebat ante nuptias, & sic bene uolebat magis, & minus amabat: quoniam minus desiderabat frui sua amata pulchritudine. Postquam uero nuptia esset, cum eam reliquerat, amabat eam magis amore flagitioso, desiderando frui sua pulchritudine magis cum flagitiis, sed minus bene uolebat, quia non amplius eam esse pudicam, modestam, continentem desiderabat, forsasse, quia desiderabat eam flagitiis frui amata pulchritudine, quæ frui uero erat suæ puellæ maximum malorum, cum per amorem eiusmodi uidetur detur pari atque deformati pudicitia amata. Quare beneuolentiæ & amor differunt apud poetam. Ergo Aristoteles per eum qui magis amat, non intelligit eum, qui magis amat amore amiciæ, cum amor amicitiae semper sit in bonam partem. ipse uero intelligit eum, qui magis amat amore flagitioso, quoniam scripsit uerbum ἔργον, per ὡ. Propterea est quæstio non parua, quoniam modo aliquis possit amare amatam magis amore flagitioso, & minus cum ea concupiscere Venerem. Sed dicendum hoc exemplum Platonis esse, qui uoluit amorem, etiam cupidinum, nihil aliud esse, quam desiderium fruendæ pulchritudinis. Quod quomodo sit intelligendum, satis in eo libro quem de pulchro scripsimus, declarauimus: modo quis potest magis desiderare fruitionem pulchri, & minus Venerem concupiscere. differat enim frui & uti. qui enim concupiscit Venerem desiderat uti amata ad Veneres actus: qui amat, desiderat frui amata, non ad Veneres actus, sed ad eos actus, in quibus frui consistit, sunt autem actus in quibus fruatio consistit, apud Platonem, aspectus, quo amata fruimur per uisum, & colloquium, quo ea fruimur per audium. Utrum uero per cæteros sensus, ex eo libro diligenter cognoscitur. Potest igitur aliquis amare desiderio fruitionis, qui minus concupiscit Venerem. Nos hoc ita esse testamur, nam ardentem. Quinetiam amamus, cum qua Venerem nec concupiscimus, nec desideramus. imo si ad Venerem deueniremus, forsasse eam odio haberemus. Verum de iis in libro de pulchro.

Εἰ ἐν τῷ ποσειδῶνος, εἰ τῷ αὐτῷ ἑκάστου ποσειδῶνος, μὴ ποιεῖ τὸ ἴδιον ταῦτον.

LOCVS XI.

15 Insuper ex appositione, si eadem utrunque appositum, non facit idem.

Locum undecimum assignat, & primo locum terminum, & dicit, [Insuper ex appositione] subaudi est alius locus. deinde ponit locum propositionem, & dicit, [Si eadem utrunque appositum] id est si alicui uni & eidem apponantur duo, quæ & utrunque illorum, [non faciunt] illud, cui apponuntur, [idem.] ea que apponuntur, non sunt eadem. Hac ratione fortitudo, & liberalitas, non sunt eadem. Nam si uirtuti primo addatur fortitudo, &

postea liberalitas non idem sed duo diuersa sunt, quorum primum est uirtus et fortitudo, secundum autem uirtus et liberalitas. modo aggregatum ex uirtute et liberalitate, et aggregatum ex uirtute et fortitudine sunt diuersa tota. ergo liberalitas et fortitudo non sunt eadem. Eodem modo si Socrati apponantur grammatica, et musica, quia non est idem simpliciter Socrates grammaticus, et Socrates musicus, ideo grammatica et musica non sunt eadem.

Η ει του αυτου αφ' εκατερου αφαιρεθεντος, το λοιπον ετδρον. διου ει διαπλασιου ημισεου και πλαπλασιου ημισεου ταυτην εφησεν ει νου. αφαιρεθεντος γαρ αφ' εκατερου του ημισεου. τα λοιπα ταυτην εδει δηλον. ου δηλοει δε. εδδ διαπλασιον και πλαπλασιον. ου ταυτην δηλοει.

LOCVS XII.

16 Aut si eodem ab utroque sublato, quod relinquitur est alterum. Vt si duplum dimidii, & multipulum dimidii idem dixerit esse, sublato enim ab utroque dimidio, reliqua idem oportet indicare, non indicat autem, nam duplum & multipulum non eadem significant.

Assignat locum duodecimum, et dicit, [Aut si eodem ab utroque] id est ab ambobus [sublato, quod relinquitur, est alterum] id est ea qua relinquuntur, non sunt eadem. Nam si ita fuerit, illa qua relinquuntur, non erunt eadem. assignat exemplum, et dicit, [Vt si duplum dimidii, et multipulum dimidii] aliquis [dixerit idem esse, sublato enim dimidio] ipso [ab utroque, reliqua idem oportet indicare, sed non indicant] idem. [nam duplum et multipulum non eadem significant.] nam multipulum genus, duplum species est. ergo non sunt eadem, et haec sunt, qua relinquuntur. Praeterea dempto Socrate a grammatica et musica, grammatica et musica non remanent eadem, ergo grammatica et musica non sunt eadem.

Σκοπειν δε μη μονον ει ηδη η συμβαλνει αδυνατον Δις τδ θεσεας, αλλα και ει δυνατον εφ υποθεσεας υπολεγει, καθ'αποδ τοις ε κενδυ και το πληρες αερεου ταυτην φασκουσιμ ειναι. δηλον γαρ οτι εαν εξελθη ο αερ, κενδυ η ουχ ηττον, αλλα μαλλον εσαι. πληρες δε αερεου δυνατη εσαι. εσπε υποτε δυντδ υως ειντε φουλοε, ειντε αληθους. ουδεν γαρ Δις φερα ει το μεν ετδρον αναιρεται αυτην. το δε ετδρον ου εσπε ου ταυτην.

LOCVS XIII.

17 Considerandum autem non solum si iam aliquid accidit impossibile per positionem, sed & si possibile

fit ex suppositione existerē. quemadmodum iis, qui vacuum & plenum aere, idem dicunt esse. Nam manifestum, quoniam si exeat aer, vacuum quidem non minus, sed magis erit. Plenum autem aere non erit amplius. Quare supposito aliquo, siue vero siue falso (nihil enim refert) si alterum interimitur, alterum autem non profecto non idem sunt.

Pro intellectu huius loci secundum Alexandrum considerandum est, ex aliqua positione concessa, aliquando se qui falsum impossibile, aliquando falsum possibile, exemplum primum, concessio quod liberalitas et prodigalitas idem sint, ex hac positione concessa, sequitur uirtutum et uirtutem eadem esse: quod est falsum impossibile. Exemplum secundum, posito quod Niphus sit Romae, sequitur Niphus non esse Suesae: hoc autem falsum est, nam Niphus, dum haec scribit, est Suesae, est tamen possibile, quoniam ad mensum erit Romae. ergo ex positione aliquando falsum impossibile, aliquando falsum possibile sequitur. Tunc erit locus, si fuerint duo, quorum alterum interimitur aliqua concessa suppositione, alterum eorum remanet eadem suppositione etiam concessa, haec duo non sunt eadem, dicit. Considerandum autem non solum si iam aliquid, scilicet falsum [accidit impossibile per positionem], qua conceditur, [sed et si] accidit [ex suppositione] falsum quod [si possibile existeret], ex suppositione enim aliqua data, sequi potest falsum quod impossibile est esse, et falsum quod possibile est esse. Deinde per exemplum exponit locum. postea ibi [quare] assignat locum. De prima parte dicit. [quemadmodum iis] Philosophis accidit, [qui uacuum et plenum aere, idem esse dicunt], quod autem uacuum et plenum non sunt idem, probat accipiendo hypothesis, et dicit, [Nam manifestum. quoniam si exeat aer,] et omnino destruitur, haec enim est positio [uacuum quidem non minus, sed magis erit,] qua re sublato aere, uacuum manet, [plenum autem aere non erit amplius.] ergo uacuum, et plenum aere non sunt eadem: eo quia concessa eadem suppositione, alterum manet, alterum destruitur. Tunc assignat locum, et dicit, [Quare supposito aliquo siue uero, siue falso,] et subaudi siue possibili, siue impossibili, [nihil enim refert] quantum ad propositum nostrum si [alterum interimitur alterum autem non, profecto non idem sunt.] hic est locus propositio. Quod uero ad exemplum attinet, uacuitates qui solent ex sensibus exterioribus philosophati sunt, dixerunt uacuum, et plenum aere idem, quoniam nec uacuum, nec plenum aere, sensibus nostris subicitur, hoc autem quarto physice auscultationis, ex motibus refertur, hic uero per hunc locum.

Καθολου δ' ειπειν ει ηδδ οπισουμ εκατερου καταγορευμεναι. και αν ταυτα καταγορευται, σκοπειν ειπου Δις φανει, εσα γαρ εκατερου καταγορευται, και εκατερου καταγορευσαι δεει.

ηδη αν εκατερου καταγορευται, και εκατερου καταγορευσαι δεει.

LOCVS XIII.

18 Vniuersaliter autem loquendo, ex iis qua quouis modo de utroque praedicantur, & de quibus haec ipsa praedicantur, considerandum si alicubi dissonent. Nam quaecunque de altero praedicantur, & de altero praedicari oportet: & de quibus alterum praedicantur, & alterum praedicari oportet.

Circa locum hunc Aristoteles sic procedit, quia primo assignat locum terminum, secundo ibi, [Considerandum] assignat locum propositionem, de prima parte dicit, [Vniuersaliter autem loquendo, ex iis] scilicet praedicatis [qua quouis modo de utroque] id est, de utrisque, de quibus quaeritur utrum sint eadem, an non sint eadem [praedicantur,] ut si quaeretur utrum album et lucidum sint eadem. [et de quibus haec ipsa praedicantur] id est, de quibus subiectis album et lucidum praedicantur, [considerandum] quasi dicat, sit quaesitum utrum album et lucidum sint eadem, praecipit considerare ea, qua praedicantur de albo et lucido, et ea de quibus praedicantur album, et lucidum, et dicit, [considerandum] dico haec esse, [si alicubi dissonent] scilicet uel in praedicatis, qua de ipsis praedicantur: uel in subiectis, de quibus ipsa praedicantur. Nam si dissonat alicubi, hoc est, in praedicatis uel subiectis, haec non sunt eadem, unde quia album et lucidum differunt in subiectis, nam lucidum praedicatur de stellis, de quibus non praedicatur album, ideo album et lucidum non sunt eadem. Et quia homo et caelum differunt in praedicatis, nam de caelo praedicatur immortalis, de homine autem mortalis, ideo caelum, et homo non sunt eadem. [nam] (ut inquit) [quaecunque] scilicet praedicata de altero praedicantur, et de altero praedicari oportet,] si fuerint utraque eadem, [et de quibus alterum praedicatur, et alterum praedicari oportet.] propter hanc causam, homo et terrigena eadem sunt, nam quaecunque de homine praedicantur, etiam de terrigena praedicantur: et de quibus homo praedicatur, de his omnibus praedicatur terrigena. Sed dubitat Alexander, nam uidetur hic locus coincidere cum loco sexto, qui ab accidentibus assignatus est. Sed non penitus hic locus idem est cum illo, nam hic est magis uniuersalis, siquidem ille ex solis accidentibus, hic autem ex iis, positis qua quomodo libet insunt, accipitur. Non enim omne quod alicui inest, accidens est: cum et animal et substantia Socrati insint, qua non sunt accidentia. Hoc ita esse Aristoteles significauit, cum dixit, [Vniuersaliter autem loquendo] na in loco sexto, particulariter in accidentibus loquutus est. Hic autem locum accipit ex iis, qua quouis modo de utroque praedicantur, siue accidentia, siue substantiae sint.

ηδη επειν πολλα χας ε ταυτην λεγεται, σκοπειν ει και ετδρον δυνα τρεπον ταυτα εσαι, τα ηδδ

ειδει η γενει ταυτα, ουκ ανδγνη αεθμδ ταυτα ειναι. επισκοπουμεν δε πετδρον ουτως ταυτα η ουχ ουτως.

LOCVS XV.

19 Insuper cum multifariam idem dicatur, considerandum si secundum aliquem alium modum eadem sunt. Nam specie vel genere eadem, non necesse est numero eadem esse. Consideremus itaque utrum sic eadem, an non sic.

Assignat locum decimumquintum, et dicit, [Cum multifariam idem dicatur,] quoniam eadem genere, et eadem specie, et eadem numero: proprii, sine eadem sunt, qua numero sunt eadem, cum inquam multifariam idem dicatur, [considerandum, si secundum aliquem alium modum eadem sunt,] ut utrum numerus et superficies sint solum eadem numero, an etiam genere uel specie eadem. [Nam specie uel genere eadem, non necesse est numero esse eadem.] Numerus enim et superficies eadem sunt genere, non tamen numero eadem sunt, cum non sint definitione eadem, ideo concludit, [Consideremus itaque utrum sic] scilicet numero [eadem] sint, [an non sic] scilicet numero sint eadem. Dicitur enim supra, quaecunque sunt eadem numero, esse eadem specie, et genere: non autem conuertit.

ηδη ει δυνατον εκατερου ανδδ εκατερου ειν, ου γαρ αν ειη ταυτην, οι ηδδ δυνα τρεος η ταυτην τοτοι, τοσοουτοι λεγονται.

LOCVS XVI.

20 Insuper si potest alterum sine altero esse, non enim erit idem. Qui igitur ad idem loci, tot dicuntur.

Assignat locum decimum sextum, et dicit, [Insuper si potest alterum sine altero esse,] haec non erunt eadem [non enim erit idem,] tunc epilogat, et dicit, [Qui igitur ad idem loci] sunt, [tot dicuntur.]

Δηλον δε ει ηδδ ειρημεναι, δε εσωντες οι πρεος ε ταυτην αναισθησιασμοι τοτοι, και πρεος δερμ χρησιμοι, και εαπεδ εμπεροδερμ ειρηται. ει γαρ μη ταυτην δηλοει το, τουνομα και ο λογος, δηλον οτι ουκ αν ειη ορισμος ο αποδιδειξ δδ γος. ηδδ δε κατασκηνασινδμ τοπων, ουδεις χρησιμιασ πρεος θεου, ου γαρ αποχρη δεξειαι ταυτην ε υποδ ην λογον και τουνομα, τα πρεος ε κατασκηνασται οτι ορισμος αλλα ηγη τα αλλα ποιντα δε εχεν τα παρεγγελεμενα ην ορισμον, αναιρεθιν μεν δυνα θεον, ουτως και Δις ταυτων αναισθησιον.

21 Palam autem ex iis, qua dicta sunt, quoniam omnes qui ad idem sunt destructiui loci, & ad terminum

vtiles sunt, vt prius dictum est. Nam si non idem indicent & nomen & oratio, manifestum quoniam non erit definitio assignata oratio. Constructiuorum autem locorum nullus utilis ad terminum. Non enim sufficit considerare idem, quod sub oratione & nomine est, ad construendum, quoniam definitio. Sed & alia oportet omnia habere, quæ præcepta sunt, definitionem. interimere igitur definitionem sic, & per hæc, semper tentandum.

Cum assignasset destructiuua loca de eodem, nunc assignat utilitatem eorum. et dicit, [Palam autem ex iis quæ dicta sunt, quoniam omnes, qui ad idem destruendum destructiuui loci sunt, et ad terminum] subaudi destruendum [utiles sunt, ut prius dictum est,] assignat causam, et dicit. [Nam si non idem indicent et nomen] scilicet rei, quæ definitur, [et oratio] scilicet definitio, hoc est si definitio et definitio non fuerint idem numero, uel non si significauerint idem numero, [manifestum, quoniam assignata oratio, non erit definitio.] et go locis, quibus destruuntur eadē, destruuntur definitio. Deinde exponit quomodo loci constructiuui non sint utiles, et dicit, [Constructiuorum autem locorum,] quibus construitur aliqua esse idem, [nullus utilis est ad terminum] scilicet construendum. Cuius causam assignat, et dicit, [Non enim sufficit considerare idem quod sub nomine et oratione est ad construendum, quoniam] uidelicet assignatus terminus est [definitio.] non enim ualeat hoc est idem alicui, ergo hoc est definitio illius. Nam aliquis est sibi ipsi maxime idem, et tamen non est sibi ipsi definitio. [Sed oportet definitionē omnia alia habere, quæ præcepta sunt] scilicet libro sexto, ut quod definitio genus rei significet, et differentias, quibus differat ab aliis eiusdem generis, et nihil superflui contineat, nihilque diminuti, et quod ex prioribus et notioribus, et ex quot aliis de definitione sexto libro determinata sunt. ergo constructiuui loci eiusdem, non sunt constructiuui loci definitionis. Tunc quasi epilogando dicit, [Interimere igitur definitionem sic] scilicet per loca assignata in sexto. [et per hæc] scilicet quæ sunt ad destruendum idē in hoc libro septimo [semper tentandum.]

Εάν δε κατασκευάζειμ βουλόμεθα, πρὸς τὸν ἴσον εἶναι αἱ δὲ οἱ ἴσοι, ἢ οἱ ἴσοι ἢ ἴσοι λέγομεν, ὅσον συλλογίζονται. ἀλλὰ πάντες ἀρχὴν τῆς τοιοῦτου λαμβάνουσι. διὸ οἱ τὸ πᾶν γαματείας καὶ ἀριθμῶν, καὶ τὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας μαθήσεις. εἰ δ' ὅτι ἀκριβείας μεν, ἄλλως δὲ πρᾶγματείας ἀποδοῦναι καὶ ἔστιν ὅσον καὶ πᾶς ἀξιόλογος εἶναι. πρὸς τὴν παρούσαν χεῖρα, τοιοῦτον μόνον λεγόντων, ὅτι δὴ αὐτὴν γενέσθαι καὶ τοῦ ἴσου εἶναι συλλογισμῶν.

22 Si autem construere volumus, primum quidem scire oportet, quoniam nullus aut pauci disputantium, terminum syllogismo colligunt, sed omnes principium quod tale est, accipiunt: vt qui circa geometriam, & numeros, & alias huiusmodi disciplinas. Deinde, quoniam exacte quiddē alterius est negotii assignare, & quid est terminus, & quomodo definire oportet, nunc autem quantum sufficit ad præsentem utilitatem, tantum solum dicendum, quoniam possibile est fieri definitionis, & eius quod est quod quid erat esse, syllogismum.

Antequam assignet loca constructiuua definitionis, assignat modum, quo possumus syllogizare definitionem: et antequam hoc exequatur, reducit ad memoriam quæ dā, quæ aliis locis sunt diligenter determinata, et assignat primum, et dicit, [si autem construere uolumus,] scilicet definitionem, primum quiddē scire oportet, quoniam nullus, aut pauci disputantium, terminum syllogismo colligunt] nec demonstratione syllogizant, [sed omnes principium quod tale est, accipiunt.] nam definitionem ferē omnes tanquam principium indemonstrabile accipiunt, aut quia definitio nō potest per syllogismum, uel demonstrationem constructi, uel quia non facile, uel quia non est necesse. [ut qui circa geometriam, et numeros] id est, et qui circa arithmetice, [et alias huiusmodi disciplinas.] geometra enim tanquam principium accipit definitionem lineæ, et puncti, et superficiē: arithmetice definitionem numeri. his enim utuntur, ut in demonstrabilibus. Deinde reducit ad memoriam aliud, scilicet, quod licet definitio non possit exacte atque demonstratiue syllogizari, potest tamen probabiliter et persuasive per syllogismum probari, et dicit. [Deinde, quoniam exacte quiddē alterius est negotii assignare, et quid est terminus, et quomodo definire oportet] id est, quomodo definitio per syllogismum colligi potest, dixit [alterius negotii] (ut Alexander exponit) quoniam non est dialectice, sed primæ philosophiæ. [nunc autem quantum sufficit ad præsentem utilitatem; tantum solum dicendum, quoniam possibile est fieri definitionis, et eius, quod est quod quid erat esse, syllogismum] id est, quoniam possibile est per syllogismum syllogizari, quoniam definitio est, non autem per demonstrationem. quoniam (ut secundo Posteriorum demonstrauit) definitionis non est demonstratio dialectice uero, et persuasive, syllogismo definitionē syllogizari possibile est. ut hic dicit.

Εἰ γὰρ ἐπιμὲν ὅσον, λόγῳ δ' ὅσον εἶναι πρὸς τὸ πρᾶγμα ἀληθῆ, καὶ αἱ τὰ ἐν ὅσον καταγορεύματα, ἐν ὅσον ἔστι τοῦ πρᾶγματος μόνον καταγορεύσθαι. καὶ τὴν γενέσθαι αἱ ἐν ὅσον ἔστι τὰ

Α γένη, καὶ αἱ ἀξιοφορεῖ, φασὶ δὲ ὅσον εἶναι λέξοι τὰ ὅσον μόνον ἐν ὅσον ἔστι τοῦ πρᾶγματος καταγορεύσθαι αἱ δὲ οἱ ἴσοι, ἢ οἱ ἴσοι ἢ ἴσοι ἐξ ἀνάγκης ἔρ ἔιν οὐ γὰρ ἐνδέχεται ἔτ ὅσον εἶναι ὅσον. ἐπειδὴ οὐδὲν ἔτ ὅσον ἐν ὅσον ἔστι πρᾶγματος καταγορεύσθαι. ὅτι ἡ δὴ ὅσον ἐγγραφεῖ συλλογισμῶν ὅσον γενέσθαι, φασὶ δὲ ὅσον.

23 Nam si terminus est oratio, quæ quod quid erat esse significat, & oportet ea quæ in termino prædicantur, in eo quod quid est de re sola prædicari, prædicantur aut sola in eo quod quid est genera & differentia, manifestum quoniam si quis sumat ea, quæ solum de re in eo quod quid est prædicari oportet, quod oratio hoc habens, est definitio: nam definitio est oratio quod quid erat esse significans. probat hoc, et dicit. [Non enim contingit aliud esse terminum,] quoniam nihil aliud in eo quod quid est de re prædicatur,] quam subaudi oratio continens genus et differentiam, quæ sola de definito prædicantur in quid. Tunc epilogat, et dicit, [Quod igitur possibile sit ex termino] definitionis [syllogismum fieri] de finitione [manifestum.] Ad omnes ergo definitiones syllogizandas, supponendum est orationem, quæ continet genus, et differentiam, esse definitionem illius, cuius genus et differentia sunt. Per hanc enim de uno quoque syllogizari potest sua definitio, ut homine quod sit animal rationale, et de ceteris eodem modo. Verum (ut Alexander dicit) hic syllogismus probabilis est, et non exactus, quia per huiusmodi syllogismum non magis possumus probare animal rationale esse definitionem hominis, quam rationale animal. Insuper per hunc syllogismum non possumus syllogizari definitionem de definito, quæ continet duas, uel tres differentias magis quam quæ continet genus, et unam differentiam, tamen syllogismus hic post inuestigationem omnium partium definitionis inuit ad probabiliter syllogizandum totum aggregatum ex illis esse definitionem, et hoc dialectice esse solum.

Quod igitur possibile sit ex termino syllogismum fieri, manifestum.

Nunc Aristoteles docet syllogizare dialectico omnem definitionem de definito. Et primo supponit, omnem orationem, quæ genus continet et differentiam rei, esse illius definitionem. hoc enim supponi debet in omni syllogismo, per quem probatur aliqua oratio quod sit alicuius definitio. Vi si uoluerō probare animal rationale mortale esse hominis definitionem, sic syllogizabo, omnis oratio, quæ continet genus et differentiam rei, est illius definitio. Hæc oratio animal rationale mortale continet genus, et differentias hominis, ergo hæc oratio animal rationale mortale est hominis definitio. illud autem quod

supponitur ad syllogizandum unamquamque definitionem de suo definito, Aristoteles probat per definitionem definitionis, hoc pacto, omnis oratio significans quod quid erat esse rei, est illius definitio. Omnis oratio, quæ genus et differentiam continet, significat quod quid erat esse rei, ergo omnis oratio, quæ genus et differentiam continet, est rei definitio. In omni ergo syllogismo supponendum est orationem, quæ genus rei et differentiam continet, esse definitionem, quod licet ita principium indemonstrabile habendum sit, tamen probabiliter ex definitione definitionis Aristoteles hoc probat, non tamen absque obseruante sunt uerba Aristotelis. dicit enim [nam si terminus est oratio, quæ quod erat esse significat, subaudiendum, sed oratio continens genus et differentiam est oratio, quæ significat quod quid erat esse, ergo oratio, quæ continet genus et differentias, est terminus et definitio. Hæc est suppositio. addit Aristoteles ad maiorem clarificationem huius alia quædam, quæ ad syllogismum hunc inutilia sunt, sed uult declarare primo genus et differentiam esse in oratione definitiuua, et dicit, [et] subaudi si [oportet ea, quæ in termino prædicantur] scilicet definitio, in eo quod

quid est de re sola prædicari: prædicantur autem sola in eo quod quid est, genera et differentia] genus quidem in quid, differentia autem in quale quid, ergo subaudi genus et differentia in ipso termino prædicatur de re, quæ definitur. unde syllogismus est. Qui prædicantur in quid de definito, prædicantur in termino tanquam illius partes, genus et differentia sola prædicantur in quid, ergo genus et differentia prædicantur in termino, ut illius partes. istud, quod nunc probauit, non est ad suppositionem nostram, sed ad maiorem declarationem. Ex iis concludit, [manifestum, quoniam si quis sumat ea, quæ solum de re in eo quod quid est, prædicari oportet, quod oratio hoc habens, est definitio: nam definitio est oratio quod quid erat esse significans. probat hoc, et dicit. [Non enim contingit aliud esse terminum,] quoniam nihil aliud in eo quod quid est de re prædicatur,] quam subaudi oratio continens genus et differentiam, quæ sola de definito prædicantur in quid. Tunc epilogat, et dicit, [Quod igitur possibile sit ex termino] definitionis [syllogismum fieri] de finitione [manifestum.] Ad omnes ergo definitiones syllogizandas, supponendum est orationem, quæ continet genus, et differentiam, esse definitionem illius, cuius genus et differentia sunt. Per hanc enim de uno quoque syllogizari potest sua definitio, ut homine quod sit animal rationale, et de ceteris eodem modo. Verum (ut Alexander dicit) hic syllogismus probabilis est, et non exactus, quia per huiusmodi syllogismum non magis possumus probare animal rationale esse definitionem hominis, quam rationale animal. Insuper per hunc syllogismum non possumus syllogizari definitionem de definito, quæ continet duas, uel tres differentias magis quam quæ continet genus, et unam differentiam, tamen syllogismus hic post inuestigationem omnium partium definitionis inuit ad probabiliter syllogizandum totum aggregatum ex illis esse definitionem, et hoc dialectice esse solum.

Εἰ ἄνθρωπος ἀπὸ ἀκριβοῦς ἔστιν, ἀκρίβεια δὲ ἐν ἑτέροις ἀκριβοῦς ὅσον. πρὸς δὲ τὴν ὁμοειδέτην μέθοδον, οἱ αὐτοὶ τόποι χρησιμῶν. σκεπτόμενοι γὰρ ὡς ἀπὸ ἑκατέρου, καὶ ἄλλων ἄλλων αὐτημέτων, καὶ ὅλους τοὺς λόγους καὶ καταθέμενοι σκοποῦντα. εἰ γὰρ ὁ ἀντικείμενος τοῦ ἀντικειμένου, καὶ ἡ ἐξημένην τοῦ πρᾶγματος εἶναι.

PRIMVS LOCVS CONSTRUCTIVS DEFINITIONIS.

24 Ex quibus autem oportet construere, determinatum quidem est in aliis diligentius. Ad propositam autem doctrinam iidem loci utiles. Inspectendum enim in contrariis & in aliis oppositis: & totas orationes, & secundum partem considerati. Nam si opposita opposita: & eam (quæ dicta est) propositi necesse est esse.

G Cum docuisset syllogizare definitionem de definito, non quasi se excusans dicit, [Ex quibus autem oportet construere] utrum scilicet ex syllogismis demonstratiuis, (ut exponit Alexander) an ex syllogismis dialecticis, atque persuasivis, [determinatum quidem est in aliis diligentius] scilicet secundo libro Posteriorum. ubi dictum est per demonstrationem syllogizari non posse definitionem de definito sine petitione principii, dialectice autem fieri posset. [Ad propositam autem doctrinam] scilicet in qua intendimus construere definitionem de definito, [iudicet loci] scilicet quod dicitur in proximo libro [utiles sunt]. In proximo enim libro tradidit Aristoteles destructiva loca definitionum ex coniugatis, et ex aliis: hæc autem loca communia sunt ad omnium problematum constructionem, et destructionem. Constructionem quidem, quoniam et accidens ex contrariis construi potest, et genus, et proprium. Si enim contrarium contrario accidit, et propositum eodem modo, et si contrarii contrarium genus, aut proprium, et propositum similiter. Et in coniugatis, et aliis, que narrat, simili ratione. Ad destructionem uero, ex proposito libro patet. Communia enim loca omnibus generibus problematum sunt et ad constructionem, et destructionem, et que ex oppositis, et que ex casibus, et coniugatis, et alia, que ipse dicit, propterea dicit, [Inspiciendum enim in contrariis, et in aliis oppositis, consideranti] construere [et totas orationes, et] orationes que sunt [secundum partem]. Hæc cum propositum fuerit, assignat primum locum constructivum totius definitionis ab oppositis, qui talis est, data aliqua definitione tota dicitur speciei, considerandum si opposita definitio sit opposita speciei: quia si sic, et proposita definitio erit proposita speciei. ut si assignata luminis definitio sit presentia lucis, tenebra definitio erit absentia lucis.

H Et dicitur ἐναντία πάλαιος συμπλοκαί, λιπτόν ἐν ἐναντία ὅπου ἄμ μαλίση φαινήν ὁ ἐναντία ὁρισμός, ὅλους ἢ ὅσω τούδε λόγος καὶ ἀπὸ εἰρηται σκεπτόν.

25 Quoniam autem contrariorum plures complexiones sunt, sumenda est ex contrariis qualiscunque maxime apparebit contraria definitio, totas igitur definitiones (ut dictum est) considerandum.

Cum docuisset accipere contrarii definitionem, ut concludamus definitionem proposita speciei, quoniam contrarium aliquando habet plures definitiones, docet eam que est sumenda, et dicit, [Quoniam autem contrariorum plures complexiones sunt,] id est, plures definitiones complexæ, definitio,] que [ex contrariis est, sumenda est qualiscunque apparebit maxime] id est, qualiscunque uidebitur notior, uerbi gratia, effectuum boni habet duas complexiones contrarias, uidelicet corruptiuum boni, et effectiuum mali, similiter, amicis bene facere habet multas complexiones contrarias, uult igitur eam complexionem contrariam esse sumendam, que notior est, propterea dicit, [totas igitur definitiones (ut dictum est)]

scilicet a notiore [considerandum] nam semper doctrina incipit a notiore. De complexionibus contrariorum libro secundo dictum est.

καὶ τὸ μέγιστον δὲ ἀπὸ τοῦ ἑναντίου ἢ ὅσω ἴσως ἀποδοθῆναι γένος ἀπὸ δὲ ἀποδοθῆναι, εἰ δὲ ἐναντίου ἐν τῷ ἐναντίου, ἀπὸ τοῦ ἀποδοθῆναι, μὴ εἶναι ἐν τῷ αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι ἐν τῷ ἐναντίου ἄρ' ἐν ἐπεί δὴ ἀνάγκη τὸ ἐναντίου, ἢ ἐν τῷ αὐτῷ γένος ἢ ἐν τοῖς ἐναντίοις γένος ἐῖναι.

LOCVS II.

26 Secundum partem autem, hoc pacto, primum quidem, quoniam assignatum genus recte assignatum est, nam si contrarium in contrario, et propositum non est in eodem, manifestum quoniam in contrario erit, quoniam necesse contraria in eodem genere, vel in contrariis generibus esse.

Nunc ostendit quo modo definitio construatur quo ad partes, et cum partes definitionis sint genus, et differentia, ostendit quo modo genus primum construatur, et dicit, [Secundum partem autem, hoc pacto] subaudi construimus definitionem, [primum quidem, quoniam assignatum genus recte assignatum est,] deinde quoniam differentia. Quod genus quidem recte assignatum sit demonstrabimus a contrario. [Nam (ut inquit) si contrarium] proposita speciei, est [in contrario] genere, [et propositum] scilicet, et proposita species [non est in eodem,] in quo uidelicet erit et eius contrarium manifestum, quoniam in contrario erit, quoniam necesse est contraria in eodem genere,] ut si contraria fuerint naturalia, [uel in contrariis generibus esse] si fuerint contraria moralia. Unde hic locus potest resolui ad duo loca, quorum primum erit naturalium, hoc pacto, si contrarium proposita speciei est in contrario, proposita species est in eodem, ut si album est in colore, nigrum erit in colore. Secundus locus est moralium, hoc pacto, si contrarium proposita speciei est in contrario, proposita species erit in contrario, ut si iustitia accipiat esse in uirtute, ut in genere, iniustitia erit in uitio. Nam contraria species in moralibus, sunt in contrariis generibus, ut iniustitia in uirtute: in uitio autem iniustitia est. Sed dices, in predicamentis dicit necesse esse contraria aut in eodem genere esse, uel in contrariis generibus, uel ipsa esse genera contrariorum. At hic non addit, uel ipsa esse genera, hoc non addidisse, quoniam ad propositum nullo pacto est utile, non enim querimus nunc cuius uel quorum genus est proposita species, sed in quo genere ipsa sit. Quare Aristoteles illud prætermisit.

καὶ τὰς ἀποδοθῆναι δὲ τὸς ἐναντίους, ἢ ἐναντίου ἀξιούμεν καταγορεῖσθαι, καὶ ἀπὸ ἁπλοῦ καὶ μέλαινα, ἢ ἢ γὰρ ἀποδοθῆναι, ἢ δὲ

A Συγγρηγνῶν δὲ λέγεται, ὅτι ἐπὶ τοῦ ἐναντίου αἰ ἐναντίου καταγορεῖται, τοῦ προκειμένου αἰ ἀποδοθῆναι καταγορεῖται ἄρ' ὅτι ἐπὶ καὶ τὸ γένος καὶ αἰ ἀποδοθῆναι ὁρισμός ἀποδοθῆναι, ἀλλ' ὅτι ὁρισμός ἄρ' ἐν ὁ ἀποδοθῆναι. LOCVS III.

27 Et differentias quidem contrarias de contrariis arbitramur prædicari, ut de albo & nigro. Nam illud quidem disgregatiuum, hoc autem congregatiuum uisus est. Quare si de contrario contrarie prædicantur, de proposito, quæ assignatæ sunt, prædicabuntur. Quapropter cum & genus & differentie recte assignatæ sint, manifestum quoniam definitio erit quæ assignata est.

B Nunc assignat locum, quo construemus differentiam, qui talis est, si de altero contrario prædicatur contraria differentia, proposita differentia, quæ est illi differentie contraria prædicabitur de proposito specie, quæ est illi contrario opposita. Circa hunc locum tria facit, primo assignat rationem loci, secunda ibi [Quare si de contrario] colligit locum. Tertia ibi [Quare propter cum et genus], docet assignare totam definitionem, ex re et a partium assignatione. Quod tum ad primam partem, dicit, [Et differentias quidem contrarias de contrariis] scilicet species [arbitramur prædicari, ut de albo et nigro,] quæ contrarie species sunt. [Nā illud quidem] scilicet albi [disgregatiuum: hoc autem] scilicet nigri [congregatiuum uisus est.]. Tunc colligit locum, et dicit, [Quare si de contrario] speciei proposita differentia contrarie prædicatur, de proposito] proposita species, differentia [quæ assignatæ sunt] illis contrarie, [prædicabitur,] ut si iustitia pro differentia assignati sit hoc, uidelicet æqualitatis distributiui, considerati sit iniustitia, quæ est iniustitia contraria, cōueniet contraria differentia, uidelicet distributiui inæqualitatis. Nā si cōueniet, differentia assignata est huius assignata de proposito specie. Ex his concludit totam definitionem esse huius assignatam, cum partes definitionis bene fuerint assignatæ, et dicit, [Quare propter cum et genus, et differentia recte assignatæ sunt, manifestum,] quoniam definitio, quæ assignata est, erit recte scilicet assignata.

H δὴν ἀναγκαῖον ἢ ἐναντίου τὸς ἐναντίους ἀποδοθῆναι καταγορεῖσθαι, ἄρ' ἢ ἐν τῷ αὐτῷ γένος τὰ ἐναντία ἢ. ἄρ' δὲ τὸ γένος ἐναντίου, ὅσα ἐν καὶ λέγει τὸ αὐτῷ ἀποδοθῆναι κατ' ἀμφοῖν λέγεισθαι. διὸ καὶ ἀδικαιοσύνης καὶ ἀδουλίας, ἢ ἢ ἀρετῆς, ἢ δὲ, κακίας, ψυχῆς ὅσοις ἢ ψυχῆς, ἀποδοθῆναι ἐπ' ἀμφοῖν λέγεται, ἐπεὶ καὶ ὁ δὲ μακρὸς ἐστὶν ἀρετῆς καὶ κακίας, ἀλλ' ὅσω τοῦ τόγος ἀλλοίους, ὅτι ἢ ἐναντίου ἢ αἰ ἐναντίου, ἢ αἰ αἰ τὰ ἀποδοθῆναι εἰσιν. εἰ ὅσω τοῦ ἐναντίου ἢ ἐναντία καταγορεῖται, τούτῃ ἢ μὴ, ἀλλ' ὅτι ἢ εἰρημῆν τούτῃ ἄν καταγορεῖται.

28 An non necessarium est de contrariis contrarias differentias prædicari, nisi in eodem genere sint contraria?

Quorum autem genera sunt contraria, nihil prohibet eandem differentiam de utriusque dici, ut de iustitia, & iniustitia. Nam illa quidem uirtus, hæc autem uitiū animæ est, quare id animæ differentia de utriusque dicitur, quoniam & corporis est uirtus, & uitiū. Id tamen uerū est, quod contrariorum autem contrarie, aut & eodē differentia sint. Quare si de contrario contraria prædicatur, de hoc autem non, manifestum, quoniam quæ dicta est, de hoc prædicabitur.

Contra ea quæ dixit Aristoteles, facit instantia, et per illud uerbum an. q. Grece est ἢ notā obiectiōis intelligit, et dicit, [An nō necessarium est de contrariis] species [contrarias differentias prædicari, nisi in eodē genere sint contraria]. Nā (ut Alexander exponit) necesse est specificas differentias contrarias esse aut oēs, aut quasdam. Oēs quæ ut in graui et leui, siquid genus quæ corpus est: differentia uero, grauis quædem, et assus, et durum ferri. Leuis autem, tenuis, ac sursum ferri. Quæ autem quoniam ipsius grauis differentia est secundum naturam deorsum ferri, leuis autem secundum naturam sursum ferri, ubi patet ipsum secundum naturam eodem differentia esse, nō ergo eorū oēs differentia sunt contraria. Deinde exponit quales differentia sint contrariorum generū, et dicit, [Quorum autem genera sunt contraria nihil prohibet eandem differentiam de utriusque dici,] et sic eodem habere possunt differentiam, et hoc ita se habeat, ostendit ex eplo, et dicit, [ut de iustitia, et iniustitia,] quæ sunt sub contrariis generibus. [Nā illa quædem], iustitia uirtus, et iniustitia uitiū est, hæc autem, iniustitia, uitiū aie est, et in genere uitiū, quare id aie differentia de utriusque dicitur, atque utriusque eōis. Anima enim utriusque eōis differentia est, quippe cum iustitia uirtus aie est, et iniustitia uitiū aie. Est autem differentia, quoniam separata habitus aie ab habitibus corporis, qui etiam sunt uirtus et uitiū, nā sanitas et robur, uirtutes corporis sunt, morbus, et imbecillitas uitiū: et sic iustitia et iniustitia in contrariis generibus sunt, habent tū quædam eodem differentiam, uidelicet sunt aie, et hō corporis, ergo cum dicitur est contrarias differentias de contrariis prædicari, solū intelligendum, cum in eodē genere sint contraria, non autem, cum fuerint in contrariis generibus. Concludit tamen locum quomodo cumque fuerit instantia, et dicit, [Quare si de contrario prædicatur contraria] differentia, [de hoc autem] contrario non prædicatur assignata differentia de proposito specie, [manifestum quoniam quæ dicta] et assignata differentia [est, de hac] proposita specie [prædicabitur], erit ergo locus, si de contrario prædicatur contraria differentia, de quo non prædicatur assignata, erit assignata differentia proposita speciei.

καὶ ὁ δὲ δὲ εἰπεῖν εἰπεῖν ὁ ὁρισμός ἐστὶν ἐν γένος καὶ ἀποδοθῆναι, ἄρ' ἢ τοῦ ἐναντίου ὁ ὁρισμός φανερός, καὶ ὁ τοῦ προκειμένου ὁ ὁρισμός φανερός ἐστὶν, ἐπεὶ γὰρ ἢ ἐναντίου ἐν τῷ αὐτῷ γένος, ἢ ἐν τῷ ἐναντίου, ὁμοίως δὲ καὶ αἰ ἀποδοθῆναι, ἢ αἰ ἐν



G ναντία ἢ ἐναντία ἢ αὐτὰ κατηγορούνται, ἀλλοῦ ὅτι τοῦ ποσειμένου ἢ τοῦ γένους ἢ κατηγοροῦντο ὅτι καὶ τοῦ ἐναντίου αὐτὸ δὲ ἁποφασίζονται, ἢ πᾶσαι ἢ ἕνεις, αὐτὸ δὲ λοιπὰ αὐτὰ, ἢ ἀνάπληρον αὐτὸ δὲ ἁποφασίζονται αὐτὰ, καὶ δὲ γένος ἐναντία, ἢ ἀμφὸς ἐναντία καὶ τὰ γένος καὶ αὐτὰ ἁποφασίζονται, ἢ γὰρ τὰ αὐτὰ εἶναι ἔνδεκα ταῦτα, αὐτὸ δὲ μὴ, ὁ αὐτὸς ὅριος μὲν τῶν ἐναντίων ἐσσι.

29 Vniuersaliter autem dicendo, si definitio est ex genere & differētiis, si sit contrarii definitio manifesta, & quæ propositi definitio, manifesta erit. Quoniam vero contrarium vel in eodem genere, vel in contrario, similiter autem & differentia, aut contraria de contrariis, aut eadem prædicantur. manifestum quoniam de proposito, aut idem genus prædicabitur, quod & de contrario. Differentia autem contraria vel omnes, vel aliquæ, reliquæ autem eadem: aut contra, differentia quidem eadem, genera autem contraria: aut ambo contraria genera, & differentia. Eadem enim esse ambo non contingit. Si autem secus, definitio eadem contrariorum erit.

Hic ex dictis concludit, primum quomodo se habeat definitio propositi cum definitione contrarii, ut definitio nigri, quod est propositum, cuius definitionem querimus, cum definitione albi, quod est contrarium propositi, dico quo modo se habeat quantum ad esse notum, vel ignotum. Et dicitur, [Vniuersaliter autem dicendo, si definitio (ut ostendimus) est ex genere & differentis, dico quod si sit contrarii definitio manifesta, & quæ propositi definitio] est [manifesta erit.] Et semper per propositum intelligit speciem, cuius definitionem propositum inuestigare: per contrarium uero, speciem contraria, cuius definitio supponitur, ut propositio ex qua inuestigamus definitionem propositi. Vt si definitio albi nota fuerit: definitio nigri, quod erat propositum, nota erit. Nam si color segregatiuus uisus, manifesta est albi definitio, color congregatiuus uisus, manifesta erit definitio nigri propositi, secundum quod concludit, & quo modo propositum, & sui contrarium se habeat ad genus & differentias, & primo accipit duo superiora declarata, & dicitur, [Quoniam uero contrarium, uel in eodem genere] est cum proposito, [uel in contrario] genere, ita ut ambo in contrariis generibus sint, hoc est primum [Similiter autem & differentia, aut contraria de contrariis, aut eadem prædicatur.] hoc est, aut de proposito & suo contrario, differentia quæ prædicantur, sunt contraria, [aut eadem] hoc est, secundum hæc duo quæ fuerint ita declarata, ex his infert secundum, quo uidelicet modo propositum & sui contrarium se habeat ad genus, & differentias, ubi ex parte differentiarum fieri possunt quæ

tuor coniugationes, nã uel differentia propositi & sui contrarii sunt contraria, & genera idem: uel differentia sunt eadem, & genera contraria: uel differentia, & genera sunt contraria: uel differentia & genera sunt eadem. uel (ut facit Alexad.) ex parte generis sic, uel propositi & sui contrarii idem est genus, differentia autem contraria: aut contraria sunt genera, differentia eadem: aut genera & differentia contraria: aut genera & differentia eadem. & hæc concludit, & dicit, [Manifestum quoniam de proposito, aut idem genus prædicabitur, quod & de contrario,] ita ut propositum, & sui contrarii genus sit unum. [differentia autem contraria.] ad idem uel oes uel aliquæ, reliquæ autem eadem, propter graue & leue, quæ sunt sub eodem genere, & soliti aliqua differentia sunt contraria (ut superior diximus.) hoc est primum huius exemplum, albu & nigrum: quorum genus idem, differentia autem contraria. Deinde assignat secundum membrum, & dicit, [aut] propositi & sui contrarii contra differentia quidem eadem, genera autem contraria, q. d. aut secundo modo dici potest propositi & contrarii esse sub contrariis generibus, & esse differentias huius exemplum est iustitia & iniustitia, quarum genera, scilicet uirtus & uitiu sunt contraria, differentia eadem, quia ambæ anime sunt. Hoc est secundum membrum, assignat tertium, & dicit, [Aut] propositi & contrarii ambo contraria genera, & differentia] huius exemplum est uirtus, & uitiu, quorum genera & differentia sunt contraria. Est enim uirtus bonum, quod reddere habent perfectum: uitiu autem malum, quod reddere habent imperfectum. hoc est tertium membrum. Quia uero quartum membrum est impossibile, dicit, [Eadem enim esse ambo] scilicet genera, & differentias non contingit: si autem secus] hoc est, si autem genera & differentia eadem essent propositi, & sui contrarii, [differentia eadem contrariorum erit.] Erit enim eadem definitio propositi, & sui contrarii, quoniam eadem oratio ex genere eodem, & differentia eadem: hoc autem absurdum est, ideo quartum membrum est impossibile. Patet igitur definitiones, tribus tantum modis esse. Hoc erat secundum, quod concludere intendebat.

Et in τῶν πᾶσιν αὐτῶν τῶν συστοιχῶν ἀνάγκη ἴσῃ ἀκολουθεῖν τῶν γένων τοῖς γένεσι καὶ τῶν ὄρων τοῖς ὅροις, ὅτι εἴ ἢ λήθην εἴη ἀποβολὴ ἐπιστήμης, καὶ τὸ ἐπιλανθάνεσθαι, ἀποβάλλει ἐπιστήμην ἐστίν, καὶ τὸ ἐπιλανθάνεσθαι, ἀποβαλεῖ ἐπιστήμην. ἕνός δὲ οὐκ ὀποιοῦν τῶν εἰρημένων ὁμολογηθέντος, ἀνάγκη καὶ τὰ λοιπὰ ὁμολογηθεῖσθαι. ὁμοίως δὲ καὶ εἴ ἢ φθορὰ ἀφύλων ὄνομας, καὶ τὸ φθίρειν, ἀφύλων ὄνομας, καὶ τὸ φθαροῦν, ἀφύλων ὄνομας. καὶ τὸ φθαροῦν, ἀφύλων ὄνομας. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ τῶν ἀλλων, ἀσθὲνός ὀποιοῦν ληφθέντος, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ὁμολογηθεῖν.

LOCVS III.

30 Insuper ex casibus, & coniugatis. necesse est enim ad genera, genera: & ad terminos, terminos consequi. Vt si obliuio est scientiæ amissio, & obliuisci amittere scientiam erit, & oblitum esse amisisse scientiam. Vno igitur eorum quæ dicta sunt, concessio

A So, & reliqua concedere necesse est. Si militer autem & si corruptio, dissolutio substantiæ est: & corrumpere dissoluere, substantia erit: & corruptiue, dissolutiue: & si corruptiuum, dissolutiuum substantiæ: & corruptio, dissolutio substantiæ erit. Similiter autem & in aliis. quare vno quouis sumpto, & reliqua omnia concedantur oportet.

Hic est locus quartus, & diuiditur in duo quia prius ponit locum terminum, deinde assignat locum propositionem. de prima parte dicitur, [Insuper ex casibus & coniugatis] possumus construere definitiones totas, & partes definitionis. deinde assignando causam, assert locum, & dicit, [Necesse est enim] subaudi ex casibus, & coniugatis, [ad genera, genera,] subaudi, & ad differentias, differentias, [et ad terminos] scilicet totos, [terminos] totos [consequi.] Possumus enim ex genere unius coniugati, concludere genus alterius coniugati, & ex differentia differentiam, & ex tota definitione totam definitionem. assignat exempla, & dicit, [ut si obliuio scientiæ amissio, & obliuisci erit amittere scientiam, & oblitum esse amisisse scientiam.] Tunc concludit, [uno igitur eorum] coniugatorum, [quæ] nunc in exemplo dicta sunt, concessio, & reliqua concedere necesse est] quasi dicat undecumque inceptimus, semper omnia coniugata sequentur, siue inceptimus à principali, siue ab uno coniugatorum. Deinde assignat aliud exemplum, & dicit, [similiter autem & si corruptio dissolutio substantiæ est, & corrumpere erit dissoluere substantiam, & corruptio] scilicet se habere, erit [dissolutio] se habere, [et si corruptiuum est dissolutiuum substantiæ, & corruptio dissolutio substantiæ erit, similiter autem & in aliis] scilicet in ipso corrumpere, & in ipso corruptiue se habere sequitur, ideo reperit conclusionem. [Quare uno] coniugatorum] quouis sumpto, & reliqua omnia concedantur oportet. Quod uero ad uerba attinet, Alexander uerba illa] similiter autem & in aliis, intelligit, & sicuti in corruptione si aliquod coniugatorum acceperimus, sequuntur cætera omnia, [similiter autem & in aliis] coniugatis, quæ sumuntur ab ipsa generatione.

καὶ ἐν τῶν ὁμοίως ἐχόντων πρὸς ἄλληλα. εἰ γὰρ τὸ ὕγιον, ποιητικὸν ὕγιαιος, καὶ τὸ διεκτικὸν, ποιητικὸν διεκτικός ἐστιν, καὶ τὸ ἀφελίμον, ποιητικὸν ἀφελίμος, ὁμοίως γὰρ ἕκαστον τῶν εἰρημένων πρὸς τὸ οἰκίον τέλει ἔχει, ὅστε εἰ ἐνός αὐτῶν ὄριος ἐστίν, ποιητικὸν εἶναι τοῦ τέλους, καὶ τῶν λοιπῶν ἕκαστος αὐτὸς ἐν ὄριος.

LOCVS V.

31 Ex similiter se habentibus ad inuicem. nam si salubre est effectiuum sanitatis, & habile effectiuum bonæ habitudinis erit: & adiutiuum effectiuum boni. Nam similiter unum

quodque eorum quæ dicta sunt, ad suum finem se habet. quare si unius eorum definitio est effectiuum esse finis, & reliquorum cuiusque sic erit definitio.

Hic est locus quintus, ubi primo assignat locum terminum, deinde locum propositionem. assignans locum terminum dicit, [Ex similiter se habentibus ad inuicem,] & uocat si militer se habentia ad inuicem, quæ similiter se habent ad inuicem secundum habitudinem alterius generis casualium, & ad suos fines secundum quem modum salubre, habile, & adiutiuum iter se similiter se habet, & ad suos fines, quoniam unum quodque est effectiuum sui finis, dicitur enim salubre, effectiuum sanitatis: habile, effectiuum bonæ habitudinis: adiutiuum effectiuum boni. Ergo ista similiter se habent inter se. Quod autem ad suos fines similiter se habeat, patet, quoniam unum quodque sui finis est effectiuum, nam salubre sanitatis, habile bonæ habitudinis, & adiutiuum boni effectiuum est. Locus autem propositio talis est, si aliqua similiter se habentia inter se, similiter comparentur ad suos fines, dico si unum per esse sui finis effectiuum definitur, reliqua omnia similiter definienda esse. Et per exemplum exponit, & dicit, [nam si salubre est effectiuum sanitatis, erit & habile effectiuum bonæ habitudinis, & adiutiuum effectiuum boni.] causam exempli assignat, & dicit, [nam similiter unum quodque eorum quæ dicta sunt, ad suum finem se habet,] & se habet, propter similitudinem eiusdem generis causæ. Propriè concludit, [Quare si unius eorum definitio est esse effectiuum,] sui finis, & reliquorum cuiusque sic erit definitio] scilicet per esse effectiuum sui finis.

Ἐν ἐν τῶν, μάλλον καὶ ἐν τῶν ὁμοίως, ὁμοίως ἐνδέχεται κατὰ συνάφην, αὐτοῦ πρὸς αὐτοῦ συγκρινομένου, ὅτι, εἰ μάλλον ὅδε τοῦδε ἢ ὅδε τοῦδε ὁμοίως, ὁ δὲ ἵππου ὁμοίως ἐστίν, καὶ ὁ μάλλον, καὶ εἰ ὁμοίως ὅδε τοῦδε, καὶ ὅδε τοῦδε, εἰ δὲ ἕτερον τῶν ἕτερον, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν λοιπῶν.

LOCVS VI.

32 Insuper ex eo quod est magis, & ex eo quod est similiter, quoties contingit construere duas, ad duo comparando. Vt si magis illa illius, quàm hæc huius definitio est: hæc autem quæ minus videtur, definitio est, & illa quæ magis. Et similiter illa illius, & hæc huius: si altera alterius & reliqua reliquæ.

Circa hunc sextum locum, attentione dignum (ut Alexander optime cuncta rimatur) similitudinem non accipit secundum analogiam, ut proximo loco accepit, sed quæ simpliciter, & proprie dicitur. sed quoniam superioribus literis plura loca ab ipso data sunt de maiore, & minore, tria autem de simili, quæ repetere superfluum puto, ideo eis docet ut qui possibiles sunt. est autem solus ille

**G** possibilibus, in quo duo predicata erant ad duo subiecta dicta, in his quae sunt de maiore & minore, quam in eo, qui est de simili. Proponit ergo locum terminum, & dicit, Insuper ex eo, quod est magis, & ex eo, quod est similiter, possumus construere definitionem, non quidem omnibus modis ex eo quod est magis, nec omnibus ex eo quod est similiter, sed quoties contingit, construere duas ad duo comparandos, non enim in eo quod est magis, possumus comparare unam definitionem duobus definibilibus. Primo quia definitio non suscipit magis & minus, deinde quia una definitio non est duorum. Nec in eo quod est magis comparare possumus duas definitiones uni definibili, quoniam una definitio non potest esse duorum. Nec in eo quod est similiter, nam impossibile est unius plures esse definitiones, & plurium definitium unam, nec uidelicet, in eo, quod est magis: nec in eo, quod est similiter. Quare relinquatur locus, in quo duo fuerint subiecta, & duo de ipsis predicata, & hoc explicat. & dicit [ut, si magis illa] scilicet definitio fuerit [illius] scilicet de similibus, [quam haec definitio est huius] definibilis, [haec autem definitio, quae minus uidetur, est definitio] scilicet cet ergo [illa quae magis] uidetur, longe magis definitio erit. Exponit in similibus, & dicit, [et si similiter illa] definitio [illius, & haec] definitio [huius] est [si altera alterius] hoc est, si illa definitio est illius, [et reliqua erit rell] quae id est, & haec erit huius definitio. Exempla affert Alexander ut modestia definitio, quae magis uidetur, est sana cogitare. Iustitia autem definitio, quae minus uidetur, est habitus aequalitatis distributivus. argumentabimur, sed iustitia definitio est habitus aequalitatis distributivus, ergo modestia definitio erit sana cogitare. Eodem modo exemplum est in similibus, ut si fortitudinis definitio sit habitus circa terribilia audacia acquiritivus, & iustitia definitio similiter se habens, fuerit habitus aequalitatis distributivus, argumentabimur, sed fortitudinis, definitio est illa, ergo iustitia definitio erit haec.

ενός δὲ ὀρίσασθαι πρὸς δύο συγκυρωμένους, ἢ δύο ὀρίσασθαι πρὸς ἓνα, οὐδέ τι χησιμὸς ἢ ἐν τοῦ μὲλλοντος ἐπίστασις, οὔτε γὰρ ἓνα ἀνοῖσι, οὔτε δύο τοῦ αὐτοῦ ὄρους ἀνωτέρω εἶναι.

**33** Una autem definitione ad duo comparata, aut duabus definitionibus ad unum, nequaquam utilis est ea consideratio, quae ex magis est. Nam neque unam duorum, neque duas eiusdem definitiones possibile est esse.

Remouet dubium, nam superius plura loca de maiore & minore assignat, & de similibus etiam: at nunc solum unum locum affert, cum uidelicet qui est duorum ad duo, ergo non est haec assignatio sufficiens. Quasi respondens, dicit, [Una autem definitione ad duo] subiecta definibilia [comparata, aut duabus definitionibus ad unum] scilicet definibile, [nequaquam utilis est ea consideratio,

quae ex magis est,] neque ea, quae est ex similibus. [nam neque unam duorum, neque duas eiusdem definitiones possibile est esse.] Non enim est possibile dicere, si haec definitio est magis huius quam huius: aut dicere, si haec definitiones fuerint eiusdem, & haec magis, illa minus. quoniam nec una definitio est duorum subiectorum, nec duas unius subiecti. Quare recte locus est assignatus, qui est duorum ad duo.

Εἰσὶ δὲ ἑπικαιρότατοι τῶν τόπων, οἵ τε νῦν εἰρημένοι, καὶ οἱ ἐν τῶν παλαιῶν καὶ τῶν συστοιχῶν. Διὸ καὶ δὲ μάστιγα κατέχευε καὶ ποροχέουρος ἔχει τοῦτους. χησιμώτατοι γὰρ πρὸς πλεονεξίαν, καὶ τῶν ἄλλων δὲ τοῦς μάστιγα κοινοῦς, οὗτοι γὰρ ἐνοργότατοι τῶν λοιπῶν, διὸν τὸ ἐπιβλέπειν ἰδίῃ τὰ κατὰ ἕκαστα, καὶ ὡς τῶν εἰδῶν σιοπεῖν, εἰ ἐφαρμόττει ὁ λόγος. ἐπειδὴ σωφρονισμὸς ἐστὶν ἐστὶν, ἐστὶ δὲ χησιμῶν ὁ τόπος πρὸς τοῦς ὑπερμαίνουσιν ἰδέας εἶναι, καὶ ἀπὸρ πρὸς ὁρὸν εἰρηταί.

**34** Sunt autem opportunissimi locorum, & qui nunc dicti sunt, & qui ex casibus, coniugatisque sunt. Quocirca & oportet maxime detinere, & propterea habere hos, (vtilissimi enim ad plurima) & aliorum eos, qui maxime sunt communes: nam ceterorum illi maxime efficacissimi, ut inspicere in singularibus, & considerare in speciebus, si conueniat definitio, quoniam vniuoca species est. Est autem utilis hic locus ad eos, qui ponunt ideas esse, ut prius dictum est.

Nunc assignat locorum utilitatem, & dicit, [Sunt autem opportunissimi,] hoc est commodissimi, ad construendam definitionem, ut Alexander suppleuit, [locorum, & qui nunc dicti sunt] ex maiore, & similibus, [et qui ex casibus coniugatisque sunt.] Propterea assignat praecipuum, & dicit, [quo circa oportet maxime detinere] scilicet in memoria, [et] per exercitacionem [promptos] peculiaresque [habere hos.] nam (ut Victorinus inquit) usus facit potentes, & assignat causam, & dicit, [utilissimi enim ad plurima,] quoniam non solum ad construendam definitionem, sed etiam ad construendam & destruendam aeterna problemata, ut suis locis usus est. Addit & aliorum assignatorum locorum detinere, & promptos habere [eos] oportet, [qui maxime sunt communes,] hoc est, ad plurima problemata idonei. cuius causam affert, & dicit, [nam ceterorum illi maxime sunt efficacissimi,] hoc est, manifestissimi, & utilissimi, ut Alexander exponit. & de his exponit unum maxime utilem, quem in principio negotii assignauit, cum hortabatur, si aliquid dicitur aliis cui inesse, omnibus sub eo existentibus insit oportet. utilis enim est ad destruendum, atque constructionem definitionum. Hunc ergo locum exponit, & dicit, [ut inspicere in singularibus, & considerare in speciebus, si] assignat

**A** gnata [definitio conueniens,] nam si conuenit, definitio construenda est: si autem non conuenit, destruenda. [quoniam species uniuoca est] suis, uidelicet subiectis, dixit autem [inspicere in singularibus] siquidem species est, quae assignatur. Et dixit [considerare in speciebus] si genus est, quod definitur. Potest enim genus definiri, & species. deinde tangit specialem utilitatem unius loci, qui est inspicere ad singularia, uel ad species. [Est autem utilis hic locus ad eos,] hoc est contra eos, qui ponunt ideas esse, ut prius dictum est. [nam datis ideis non erit eadem ratio specie, & singularium, quoniam nec ratio singularium competit ideae, nec ratio ideae conuenit singularibus, at oportet speciebus, & iis quorum ipsae species sunt, rationem uniuocam esse.]

Εἰ ἐμ μεταφέρων εἴρηκε τοῦνομα, ἢ ἀπὸ αὐτοῦ καταγορησέν ὡς ἑτέρων, καὶ εἶτις ἄλλῃ κοινοῦς καὶ ἐνοργὸς τῶν τόπων ἐστὶ, τούτῳ χησιμῶν.

LOCVS VII.

**B** 35 Insuper si per metaphoram dixit nomen, aut idem de eodem praedicauit ut diuersum. Et si quis alius communis & efficax locorum est, illo utendum.

Cum dixisset quae loca sunt utilia ad definitionem constructionem, meminissetque aliquorum, quibus non solum construere, sed destruere definitionem possumus, nunc assignat loca communia, quae utilia sunt ad destruendam definitionem. & duo facit, quia primo haec loca enumerat, secundo ibi. [Et si quis] praecipit etiam haec loca esse memorie mandanda, promptaque habenda, de prima dicit, [Insuper si per metaphoram dixit nomen] aliquid in definitione, quae assignatur de aliquo, interuenda est illa definitio, ut quod definiens modestiam, dixit modestiam esse consonantiam animae, nam consonantia proprie in uocibus est, & cordis. Assignat secundum locum, & dicit, [aut] si in definitione [praedicauit idem] cum definito, [ut dicitur] etiam interuenda est definitio, ut qui definiens hominem dixit, animal rationale mortale terrigenam. nam terrigena, definitio, & homo, qui definitur, idem est: tam enim terrigena, ut diuersum ab homine sumptum est. Deinde praecipit his locis, [et si quis alius communis & efficax locorum est, illo utendum est.]

Οὗ δὲ χησιμώτατον κατασκευάζειν ἢ ἐπινοεῖν ὄρου, ἐν τῶν μὲν πάντων ἐπινοεμένων φωνῶν, καὶ γὰρ ἰδίῃ αὐτῶν καὶ λαβῆναι πικρὰ τῶν ἑρατωμένων τῶν τοιαύτας πρὸς τὰς εἰς, οὐκ ἔστι πρὸς, διὸν ὅτι τῶν ἐν τῶν ἀποδοθέντων λόγων, τῶν γένων, τῶν δὲ ἀποδοθέντων, καὶ ὅτι ἐν τῶν ὕψι ἐστὶ γένος καὶ αἱ διαφοραὶ καταγοροῦνται. ἀνοῖσι δὲ τούτων, ἀδύνατον ὄρου μοῦ γενέσθαι συλλογισμῶν, εἰ γὰρ ἕνα καὶ ἄλλα ἐν τῶν ὕψι ἐστὶ πρὸς ἀγαθὰς καταγορησένται, ἄδύνατον πρὸς ὁρὸν ὅ ἐστις, ἢ ἑτέρῳ αὐτοῦ ὄρου μὲν ἐστὶν, ἐπειδὴ ὄρου μὲν ἐστὶν, ὅ ἐστι ὕψι ἐστὶν σημάδιον.

**36** Quoniam autem difficilium est

construere quam destruere terminum, ex iis quae postea dicentur, manifestum. Nam nosse ipsum, & sumere a respondentibus huiusmodi propositiones, non facile est, ut quoniam eorum quae sunt in assignata oratione, hoc quidem genus, illud autem differentia. Et quoniam in eo quod quid est, genus, & differentiae praedicatur. Sine his vero impossibile est definitionis syllogismum fieri. Nam si quaedam etiam alia in eo quod quid est de re praedicantur, incertum est, utrum neque dicta est, an alia eius definitio est. Quoniam definitio est quod quid erat esse significans.

Nunc comparat constructionem ad destructionem in definitione primo, nam postea (ut uidebitur) comparabit eam in ceteris praedicatis, dicit, [Quoniam autem difficilium est construere terminum] scilicet definitionem, [quae destruere, ex iis quae postea dicentur, manifestum.] deinde assignat rationes, & primo primam, & dicit, [nam nosse ipsum] scilicet terminum, [et sumere a respondentibus huiusmodi propositiones,] quibus terminus construunt, [non facile est.] Icybum [a respondentibus] corrupte legitur in Graecis nostris codicibus, ab interrogantibus. Primo quia Alexander legit a respondentibus, secundo, quia qui uenatur definitionem, interrogat. Reddit causam, cur id non sit facile, & dicit, [ut quoniam eorum quae sunt in assignata oratione, hoc quidem genus, illud autem differentia,] non facile est sumere, modo sine his non fit syllogismus definitionis, assignat quasi secundam causam, & dicit, [et] non facile est sumere propositiones [quoniam in eo quod quid est genus, & differentiae praedicantur] quae cognoscere non est facile, [sine his uero] (ut inquit.) [impossibile est syllogismum definitionis fieri,] quod uidelicet est non demonstratiuus, sed dialecticus. Non enim definitionis syllogismus fieri potest, nisi cognoscatur genus & differentia, & nisi cognoscatur genus & differentiam simul coniuncta praedicari in eo quod quid est. Nam differentia abivincta a genere praedicatur in quale quid. Immo postquam cognita erunt haec duo, adhuc construere definitionem est difficile, cuius assignat, & dicit, [nam si quaedam etiam alia in eo quod quid est de re praedicantur, incertum est, utrum ne quae dicta est, an alia eius definitio est,] quoniam definitio est oratio quod quid erat esse significans, & etiam illa praedicatur in quid. Ergo adhuc incertum est definitio, si est quae assignata est, an sit oratio ex aliis, quae praedicantur in quid, praedicantur autem in quid, genus remotum, & differentia remota, est enim homo substantia corporea, & praedicantur in quid genus proximum, & differentia proxima, quia homo est animal rationale mortale, & cum utraq; haec de homine praedicatur in quid, incertum erit, quae eorum est hominis definitio.

Δύλωρ δὲ καὶ ἐν τῶνδε. ἔξω γὰρ ἐν συμ-  
πράνεια ἢ πολλὰ ἀναρῶντι ἢ ὅσω, ἀπόχρη  
πρὸς ἕνα. Διὰ λέγειναι. ἐν γὰρ ὁ ποινοῦν ἀνασινδύ-  
σαστες, ἀνηρητότες ἰσομέσας ἐν ὄρον. κατὰ σινδύ-  
λον δὲ, πᾶντα ἀνάγκη συμβιβάζειν ὅτι ὑπάρ-  
χει τὰ ἐν τῷ ὄρω.

37 Manifestum autem & ex his.  
nam facilius vnum quam multa con-  
cludere. vnum enim quodcumq; sit,  
destruente, interempturi sumus ter-  
minum. At construente, omnia ne-  
cesse est construere, quoniam insunt,  
quæ in termino insunt.

Assignat secundam rationem, & dicit, [Manifestum  
autem & ex his, nam facilius est unum quam multa con-  
cludere,] qui autem destruit, unum concludit: & qui  
construit, concludit plura. ergo facilius est destruere  
quam construere. Quod autem qui destruit, unum con-  
cludat, ostendit, & dicit, [unum enim quodcumque sit, destruen-  
tes, interempturi sumus terminum,] ergo, qui destruit,  
concludit unum, scilicet destructionem termini. [at con-  
struente, omnia necesse est construere, quoniam insunt,  
quæ in termino insunt.] Ergo qui construit, plura con-  
cludit. Quod ad rem ipsam attinet, annotatione dignum  
est, qui definitionem construit, (ut Alexander exponit)  
oportere omnia syllogizare, & ostendere, quoniam in-  
sunt posito, quæ fuerint posita in definitione. quoniam  
nisi omnia ea inessent, non esset definitio. ad destruendum  
vero assignatam definitionem, sufficit demonstrare  
unum eorum, quæ in definitione sunt, non inesse defini-  
to. nam uno eiecto, tota definitio corrumpitur. Quare  
facilius est unum, quam plura concludere, & destruere  
quam construere.

Ἐν κατὰ σινδύλον δὲ, καὶ ὅλου οἰσέωρ συλ-  
λογισμῶν. Δὲ γὰρ πᾶν τὸ πῶν τὸν οἰσέωρ, κα-  
τηγορεῖται τὸ ὄρον, καὶ ἔτι πρὸς τοῦτοις αἰτι-  
στέφει καθ' ὅτι τὸν λόγον καὶ τὸν οἰσέωρ, εἰ μέλ-  
λει ἰδίῳ. ἔτι δὲ ἀποδοθεὶς ὄρω. ἀνασινδύλον  
τὸ δὲ, οὐκ ἀνάγκη δειξέω. τὸ καθόλου, ἀπόχρη  
τὸ δειξέω ὅτι οὐκ ἀναρῶνται πᾶσι τῶν ὄρων ὑ-  
πὸ τὸν οἰσέωρ ὁ λόγος. ἔτι καὶ ὅλου οἰσέωρ  
σινδύλου, οὐδ' ὡς αἰτιστέφειν ἀναγκάωρ ἰδίῳ  
τοῦ ἀνασινδύλου. ἀπόχρη γὰρ ἀνασινδύλον  
καθόλου τὸ δειξέω, ὅτι κατὰ τὸν οἰσέωρ  
κατηγορεῖται, ὁ λόγος οὐ κατηγορεῖται. τὸ δ'  
ἀναγκάωρ, οὐκ ἀναγκάωρ πρὸς τὸ δειξέω ὅτι καθ'  
ἑν ὁ λόγος μὴ κατηγορεῖται, οὐδὲ τὸν οἰσέωρ.  
Ἐν εἰ καὶ πᾶσι ὑπάρχει τῷ ὄρω τὸν οἰσέωρ, μὴ  
μόνα δὲ, ἀνηρημένῳ ὑπάρχει ὁ ὄρισμός.

38 Insuper construente quidem,  
vniuersaliter statuendum syllogis-  
mum. nam oportet de omni de quo  
nomen, prædicari & terminum. &

etiam adhuc couerti, de quo oratio, &  
& nomen, si debeat proprius esse af-  
signatus terminus. Destruenti vero  
non necesse ostendere vniuersaliter.  
Sufficit enim ostendere, quoniam  
de quodam eorum, quæ sub nomine  
sunt, oratio non verificatur. Et tam-  
etsi vniuersale oporteat destruere, nõ  
tamen conuerti necessarium & in  
destruendo. nam sufficit destruenti  
vniuersale ostendere, quoniam de a-  
liquo eorum de quibus nomen præ-  
dicatur, oratio non prædicetur. At e-  
conuerso non necessarium, vt osten-  
datur quoniam de quibus oratio nõ  
prædicatur, neque nomen prædica-  
tur. Præterea etiam si omni ei inest,  
quod sub nomine est, modo non so-  
li, interempta est definitio.

Assignat tertiam rationem, quod ideo difficilius est  
construere quam destruere, quoniam ad hoc ut definitio  
construatur de definito, oportet ostendere definitionem  
inesse omnibus contentis sub definito. & non sufficit, quo-  
niam substantia animata sensitiua bipes, omnibus inest  
quibus homo inest, & tamen non est hominis definitio.  
Ideo ostendere oportet etiam quod conuertatur, quod  
videlicet definitum inest omnibus quibus inest definito.  
Et quia aliquibus inest substantia animata sensitiua bi-  
pes, quibus homo non inest, ergo substantia animata sen-  
sitiua bipes, non est hominis definitio. Ad destruendum  
vero definitionem, satis est ostendere quod non cuilibet  
inest, quibus definitum inest: uel quod definitum non  
omni inest, cui omni inest definitio. Ergo facilius est de-  
struere quam construere. Non enim oportet ad destru-  
endum ostendere quod non omni, cui definitum inest, de-  
finitio inest: & contra, cui omni definitio inest, non om-  
ni definitum inest. Quoniam siue ostendatur hæc con-  
uersio, siue non ad destruendam definitionem sufficit o-  
stendere, eam non omni inesse, cui omni definitum inest.  
dicit, [Insuper construente quidem, vniuersaliter est  
statuendum syllogismum] scilicet conuersum. [nam  
oportet de omni de quo nomen] scilicet definitum præ-  
dicatur, [prædicari & terminum, & etiã ad hæc conuer-  
ti de quo oratio] prædicatur, [et nomē] scilicet definitum  
prædicari oportet. ergo ad construendam definitionem duo  
requiruntur, & quod definitio prædicetur vniuersaliter  
de definito, & quod definitum vniuersaliter de definitio-  
ne. [si] (ut inquit) [debeat proprius esse assignatus ter-  
minus.] deinde ostendit unum tamen esse necessarium ad  
destruendum, & dicit, [destruenti uero, non necesse ostē-  
dere vniuersaliter] scilicet q. definitio nulli eorum inest,  
quibus inest definitum, [sufficit enim ostendere, quoniam  
de quodā eorum, quæ sub nomine] scilicet definitum [sunt,

oratio] scilicet definitum non verificatur] propter hoc,  
substantia animata sensitiua bipes, non est animalis de-  
finitio: quoniam animal de boue prædicatur, de quo non  
verificatur substantia animata sensitiua bipes. & hæc est  
prima facilitas, quoniam est facilius ostendere definitio-  
nem non omni, quã nulli definito inesse. Secundo ostendit  
secundam facilitatem, & dicit, [et tamen si vniuersale o-  
porteat destruere, non tamen conuerti necessarium & in  
destruendo.] quod exponit, & dicit, [nam sufficit de-  
struenti vniuersale, ostendere quoniam de aliquo eorum,  
de quibus nomen prædicatur, oratio non prædicetur,]  
unde quia animal prædicatur de boue, de quo non præ-  
dicatur substantia animata sensitiua bipes, ideo destrui-  
tur hæc vniuersalis, omne animal est substantia animata  
sensitiua bipes, & ita destruitur definitio. Deinde ostē-  
dit hoc sufficere in destruendo, & dicit, [at conuerso  
non necessarium,] non enim necessarium est [ut osten-  
datur quoniam de quibus oratio non prædicatur, neque  
nomen prædicetur] non enim est necessarium si substā-  
tia animata sensitiua bipes, non prædicetur de omni a-  
nimali, ut ostendamus animal prædicari de non omni sub-  
stantia animata sensitiua bipede. quoniam (ut Alexan-  
der inquit) hoc ostendere non est utile ad definitionis de-  
structionem: quia sufficit ostendere quibus nomen inest,  
non omnibus inesse definitionem. sic enim destruetur de-  
finitio. Deinde idem ostendit aliis uerbis, sed idem est, &  
dicit, [Præterea etiam si] definitio [omni ei inest, quod  
sub nomine est, modo non soli] inest, definito, [interem-  
pta est definitio.] hoc pacto substantia animata sensiti-  
ua bipes, non est definitio hominis, quoniam omni homi-  
ni competit, sed non soli: aibus enim competit, quæ non  
sunt homo. Ergo ad interendum definitionem sufficit  
ostendere definitionem non soli definito inesse. At ad con-  
struendam oportet ostendere & quod omni definito in-  
est, & soli. Ergo destruere facilius est. Alexander hic as-  
signat aliam rationem, quare non oportet in destructio-  
ne definitionis uti conuersione. Nam rationem assigna-  
uit, quia ad destruendam vniuersalem affirmatiuam suf-  
ficit assignare instantiam particularem negatiuam.

Quia sequitur, non omnis substantia animata sensitiua bi-  
pes est homo, ergo intermenda est hæc propositio, om-  
nis substantia animata sensitiua bipes est homo. & quia  
sufficit, non oportet uti conuersione. Aliam rationem as-  
signat ex eo, quia particularis negatiua non conuertitur.  
Et ideo non sequitur, quædam substantia animata sen-  
sitiua bipes non est homo, ergo quidem homo non est sub-  
stantia animata sensitiua bipes. Patet ergo facilius esse de-  
struere definitionem, quam construere.

Ὁμοίως δὲ καὶ πᾶσι τὸ ἴδιον καὶ τὸ γένος  
ἔχει. ἐν ἀμφοτέροις γὰρ ἀνασινδύλου ἢ κατὰ-  
σινδύλου ἔξω. πᾶσι δὲ ὅσω τοῦ ἰδίου, φανερόν  
ἐν τῷ εἰρημένω. ὡς γὰρ ἐπιτοπλὺ, ἐν συμ-  
πράνεια ἢ ἴδιον ἀποδοθεὶς. ὡς τὸ ἀνασινδύ-  
λου μέν ἐστι, ἐν ἀνελόντα κατὰ σινδύλον δὲ,  
πᾶντα συλλογίζεσθαι ἀνάγκη. σχεδὸν δὲ πᾶν-  
τα ὅσα πρὸς τὸν ὄρισμόν, καὶ πρὸς τὸ ἴδιον ἀρ-  
μόσει λέγεσθαι. πᾶσι τε γὰρ δὲ τῷ ὄρω ὑπὸ τοῦ-  
νομα τὸν κατὰ σινδύλον δεικνύται, ὅτι ὑπάρ-

χει. ἀνασινδύλον δὲ, ἀπόχρη ἐν δειξέω μὴ ὑ-  
πάρχει, ἔτι καὶ πᾶσι ὑπάρχει, μὴ μόνα δὲ,  
καὶ οὕτως ἀνασινδύλον μένον γίνεται, καὶ ἀπό-  
καὶ ἰδίῳ τοῦ ὄρισμοῦ ἐλέγεται.

39 Similiter autem & circa pro-  
prium & genus se habet. In vtrisque  
enim destruere quam construere fa-  
cilius est: De proprio quidem, mani-  
festum ex iis quæ dicta sunt. Nam  
vt plurimum in complexione pro-  
prium assignatur. quare destruere  
quidem est vnum interimenti. Con-  
struenti uero omnia syllogismo col-  
ligere necesse est. Insuper & reliqua  
fere omnia, quæ ad definitionem, &  
ad proprium conueniet dici. Nam  
& omni oportet quod sub nomine  
est construente, monstrare quoniam  
inest. Destruenti autem sufficit osten-  
dere vni non inesse. Præterea si om-  
ni inest, non autem soli, etiam sic de-  
structum sit, perinde ac in definitio-  
ne dicebatur.

Cum declarasset definitionem facilius destrui quam  
construi, nunc hoc idem de genere, & ipso proprio pro-  
bat, & primo proponit, quod intendit, & dicit, [Simili-  
ter autem & circa proprium & genus se habet] quo  
ad faciliem difficiem constructionem, sicuti in defi-  
nitione dictum est. [In utrisque enim] scilicet genere &  
proprio (ut in definitione dictum est) [destruere quam  
construere facilius est.] Postea prosequitur, & primo  
de proprio, & assignat tres rationes, ponitur secunda  
ibi, [insuper & reliqua fere omnia] tertia autē ibi [præ-  
terea si omni inest] & primo proponit de proprio, quod  
intendit, & dicit, [de proprio quidem manifestum est  
iis, quæ dicta sunt] scilicet quod facilius destrui quam con-  
strui possit. Deinde assignat primam rationem, quæ po-  
test intelligi bifariam. uno modo secundum Alexandrum,  
ut quoniam proprium cum genere ordinatur, ergo sta-  
cuti ad destruendum genus, satis est probare non omni  
inesse cui assignatur genus. eodem modo destruitur pro-  
prium, si ostensum erit non omni inesse, cui proprium est  
assignatum, & hoc dicit, [nam ut plurimum in comple-  
xione] subaudi cum genere [proprium assignatur,] quo-  
niam ut genus debet competere omni, sic proprium. [qua-  
re destruere quidem] proprium [est unum interimenti]  
quia etiã destruere genus est interimere unum. [Constru-  
enti autem] scilicet genus [omnia syllogismo colligere, ne-  
cesse est.] Ergo proprium cum construimus, oportet o-  
stendere ipsum inesse omnibus contentis sub subiecto, cui  
ius proprium est assignatum. Hæc est expositio Alexan-  
dri. Aliter potest exponi, dicit enim [nam ut plurimum in  
complexione] hoc est, in oratione composita ex aliquo  
C. iiii

G nice generis, et ex aliquo nice differentie [proprium as signatur] scilicet de specie. [Quare destruere quidem] proprium [est unum] scilicet eorum, ex quibus oratio componitur, [interimere], si enim ostenditur unum eorum, ex quibus componitur oratio, quae est proprium alicuius speciei, non esse speciei, interemptum erit proprium. [Construenti uero] proprium [necesse est syllogismo colligere omnia], ex quibus oratio, quae proprium est, conficitur: modo facilius unum quam plura sunt, ergo facilius est destruere quam construere. Deinde assignat secundam rationem, quae talis est, quae de definitione dicitur, omnia fere de proprio assignantur. Dico fere, quoniam definitio predicatur in quid, proprium in quale: sed difficilius est destruere quam destruere definitionem, ergo simili ratione et proprium difficilius est destruere quam destruere. dicit, [Insuper et reliqua fere omnia, quae ad definitionem, et ad proprium conueniet dici. nam et omni oportet, quod sub nomine est constructuendi monstrare quoniam inest] in ipso proprio, quem admodum in definitione, subauditur et semper et soli. [Destruenti autem sufficit ostendere uni non inesse.] nam

H sic et definitio, et proprium destruetur. Deinde assignat tertiam rationem, et dicit, [Præterea si omni inest, non autem soli, etiam sic destructum fit perinde ac in definitione dicebatur.] Immo si omni soli, et non semper etiam sic destruitur proprium. Patet igitur de proprio, quod de definitione dictum est.

Περὶ δὲ τοῦ γένους, ὅτι κατασκευάζειν ἢ ἀνάγκη μοναχῶς πᾶσι δειξάντα ὑπολέγειν. ἀνασκευάζοντα δὲ διχῶς. καὶ γὰρ εἰ μὴ δὲν καὶ εἴτινι δέδεικται μὴ ὑπάρχειν, ἀνήσθηται ἔν ἐν ἀρχῇ. Ἐπὶ κατασκευάζοντι μὲν, οὐκ ἀποχρηστὸν ὑπάρχει δειξάν. ἀλλὰ καὶ διότι ὡς γένος ὑπάρχει δεικτέον. ἀνασκευάζοντα δὲ, ἰκανὸν ἢ δειξάν μὴ ὑπάρχειν, ἢ τι μὴ δὲν. λοιπὸν δὲ ὁσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἢ διὰ φθέρου τοῦ ποίησαι, ἔξου οὐτὰ καὶ ἰδίᾳ τούτων ἢ ἀνασκευάζου τοῦ κατασκευάζου.

40 De genere autem, quoniam construere quidem necesse est vno modo, qui omni ostendit inesse: destruenti autem dupliciter. nam siue nulli, siue alicui ostensum sit non inesse, interemptum est quod in principio. Præterea constructi quidem non sufficit, quoniam inest, ostendere, sed & quoniam ut genus inest, ostendendum. Destruenti autem sufficit ostendere non inesse, vel alicui, vel nulli. Videtur insuper quemadmodum in aliis corrumpere quam facere facilius, sic & in his destruere quam construere.

De genere etiam probat, quod facilius sit destruere,

quam construere, per duas rationes, et unum signum. secunda ratio ibi, [Præterea constructi] signum uero ibi, [uidetur insuper.] Ratio ergo prima hæc est, quod pluribus modis fieri potest, facilius fieri potest eo, quod fieri non potest nisi uno modo. Sed dupliciter contingit interimere genus, quia ostendendo ipsum nulli inesse, uel non omni construere uero uno modo, quia ostendendo solum, quoniam inest omni. Ergo facilius est genus destruere quam construere. Primo ponit conclusionem, et dicit, [De genere autem] subaudi eodem est modo ut de definitione. deinde assignat minorem, et dicit, [quoniam construere quidem necesse est uno modo, qui omni ostendit inesse, destruenti autem dupliciter. nam siue nulli inesse, siue alicui non inesse ostensum sit, interemptum est, quod a principio] scilicet ipsum genus. Maiorem tacuit, quia eam assignauit primo Priorum. ubi uoluit, facilius fieri quod pluribus modis sit, scilicet sub disunctione, quam illud quod fit uno tantum modo. Aut intellige, quod fit pluribus modis facilius fit quam id quod fit paucioribus, ceteris scilicet paribus. Deinde assignat secundam rationem, quae talis est, ad construendum genus oportet ostendere, et quoniam omnibus inest, et quod de illis prædicetur in quid. Ad destruendum uero sufficit ostendere, quoniam uel nulli inest, uel non inest, ergo facilius est destruere. dicit, [Præterea constructi quidem non sufficit quoniam inest] omnibus ostendere, sed et quoniam inest omnibus, [et ut genus inest] est [ostendendum.] ut genus uero inesse, est inesse, ut predicatum in quid essentiale [Destruenti autem sufficit ostendere non inesse uel alicui, uel nulli] inesse. Vltimo affert signum, et dicit, [uidetur insuper quemadmodum in aliis] scilicet in naturis alibus [corrumpere quam facere facilius, sic in his] quae ad artem spectant, [destruere quam construere.] Dixit autem [uidetur], quia ars non semper imitatur naturam. natura enim digitum super suum efficit, et nunquam demit: ars autem demit, et nunquam digitum facit.

Ἐπὶ δὲ τοῦ συμβεβηκότος, ἢ μὲν καθόλου, ἔξου ἀνασκευάζειν, ἢ κατασκευάζειν. κατασκευάζοντα ἢ διὰ δεικτέον ἢ πᾶσι δειξάντα. ἀνασκευάζοντα δὲ, ἀπόχρη ἐν δειξάν μὴ ὑπάρχειν. ἔξου δὲ ἰδίᾳ μέρους, ἀνάγκη μὴ ἔξου γὰρ κατασκευάζου ἢ ἀνασκευάζου. κατασκευάζοντα ἢ διὰ ἀπόχρη ἢ δειξάν ἢ ὑπάρχειν. ἀνασκευάζοντα δὲ, δεικτέον ἢ οὐδὲν ὑπάρχει.

41 In accidente uero vniuersale quidem facilius destruere quam construere. Nam constructi quidem ostendendum quoniam omni: destruenti autem sufficit ostendere vni non inesse. Particulare uero econuerso. nam facilius construere quam destruere. Constructi enim satis est ostendere alicui inesse: destruenti autem ostendendum, quoniam nulli inest.

A De accidente uero duo ostendit. Primum, quod facilius sit uniuersale problema destruere quam construere. Secundum, quod particulare sit econuerso. De primo dicit, [In accidente uero uniuersale quidem] scilicet problema, [facilius destruere quam construere est. nam] (ut inquit) [constructi quidem ostendendum, quoniam] inest [omni]. [qui enim constructi] album, omni homini inesse, non facile hoc facit. nam impossibile (ut Alexander inquit) est illud uerum esse. [Destruenti autem sufficit ostendere uni non inesse.] ut Socrati, et sic uniuersale problema interimitur. deinde ostendit secundum, et dicit, [particulare uero] problema de accidente [econuerso. nam] facilius est construere, quam destruere. Constructi enim satis est ostendere alicui inesse. [ut quoniam album inest Socrati] destruenti autem ostendendum quoniam nulli inest. [ut quoniam album nulli homini inest. hoc autem est impossibile, nam] impossibile est nullum hominem esse album. nec illa, quae est aliquis homo non est albus, destruit illam, aliquis homo est albus: quoniam in aliquibus possum subcontrariæ esse simul ueræ. Ergo particulare problema de accidente facilius destruitur quam destruitur.

φανερὸν δὲ καὶ διὰ τῶν πάντων ἔξου, ὅπου ἀνασκευάζου. καὶ ἔξου γὰρ ἐν αὐτῶν τὰ δεικτέον καὶ ἐν ἐπισημασίᾳ. ἐκ δὲ τῶν παλαιῶν, δεικτέον γίνεταί τε συλλογισμῶς, ἐκ δὲ γὰρ ἐν τοῖς πολλοῖς μακροῖς ἢ ἐν τοῖς ὀλίγοις ἀμείψθη γίνεταί.

42 Manifestum autem qua de causa omnium facillimum est terminum destruere. Plurima enim sunt in ipso data multorum dictorum. Ex pluribus autem citius fit syllogismus. Nam uerisimile in multis magis quam in paucis peccatum fieri.

Nunc comparat problemata omnia inter se, et primo ostendit omnium problematum facillimum esse ad destruendum definitionem. et dicit, [Manifestum autem qua de causa omnium facillimum est terminum destruere.] dicit [omnium] (ut Alexander exponit) scilicet uniuersalium, et particularium, nam accidentium quam ceterorum. Hoc probat duabus rationibus. Prima talis est, ad plura citius et facilius fit syllogismus destructiuus, conditiones requisite ad definitionem sunt plures. ergo ad definitionem requisite ad definitionem citius et facilius fit syllogismus destructiuus. Primo tangit minorem, et dicit, [plurima enim sunt in ipso data multorum dictorum.] id est ex multis quae dicuntur, plurima sunt conditiones datae ac concessae in ipso termino. requiritur enim ad definitionem perfectam, ut cum definitio conuertatur (ut Alexander exponit) ut differentiae sint essentiales, ut uoces quae in ipso termino sunt, non æquiuocae, nec multiplices sint, et alia plura. Haecenus de minore. assignat maiorem, et dicit, [ex pluribus autem.] hoc est, contra plura autem requisite citius fit syllogismus, scilicet destructiuus. cuius maioris rationem assignat, et dicit, [nam uerisimile in multis quam in paucis peccatum fieri.] Quia enim celeriter longiorem uiam pertranfit, in plures causas incidit, quam qui tarde breuiorem peragrat.

Ἐπὶ τῶν μὲν ὅπου ἐπισημασίᾳ δὲ τῶν ἀλλοῦν ἐπισημασίᾳ γὰρ μὴ ἰδίᾳ δὲ λόγῳ εἶπε μὴ γένος ἢ ἀποδοξίᾳ. ἐπὶ μὴ ὑπάρχειν τὴν ἴδιαν ἢ τῶν λόγων, ἀνεπισημασίᾳ γίνεταί δὲ ὁρισμῶς. τῶν δὲ τῶν ἀλλοῦν, οὗτε τὰ ἐκ τῶν ὅρων, οὗτε τὰ ἀλλὰ ἐπισημασίᾳ πάντῃ ἐπισημασίᾳ. μόνον γὰρ τὰ τῶν δὲ συμβεβηκότος, κοινὰ πάντων τῶν ἐπισημασίᾳ. ἐπισημασίᾳ μὲν γὰρ δὲ ἐκαστον ἴδιον ἐπισημασίᾳ. ἐκ δὲ μὴ ὡς ἰδίον ὑπάρχει δὲ γένος, οὐδέπω ἀνεπισημασίᾳ γένος. δμοίως δὲ καὶ τῶν ἰδίον, οὐκ ἀνεπισημασίᾳ ὅπως γένος. οὐδὲ δὲ συμβεβηκότος, ὡς γένος ἢ ἰδίον, ἀλλὰ ὑπάρχει μόνον. ὡς τε οὐδὲ Διωναίου ἐκ τῶν ἐπισημασίᾳ τῶν ἐπισημασίᾳ, ἀλλὰ ἢ ἰδίᾳ τῶν ἐπισημασίᾳ. Διωναίου δὲ ὅπου ἐπισημασίᾳ ὅπου ἐπισημασίᾳ.

43 Insuper ad terminum quidem contingit per alia argumentari. Siue enim non propria sit definitio: siue non genus quod assignatur: siue non inest aliquod eorum quae sunt in definitione, interempta fit definitio.

Ad alia autem neque per ea quae ex terminis, neque per alia, contingit omnia argumentari. Sola enim ea quae ad accidens, communia sunt omnibus prædictis. Inesse enim oportet vnumquodque eorum quae dicta sunt. Si autem non ut proprium, inest genus, nondum interemptum est genus. Similiter autem & proprium, non necessarium ut genus inesse. Neque accidens ut genus, aut proprium, sed inesse tantum. Quare non possibile ex aliis ad alia argumentari, nisi ad definitionem solum. manifestum igitur quoniam facillimum omnium est terminum interimere.

Hic assignat secundam rationem, quae talis est, destructis alicuius prædicatis, destruitur definitio: destructa definitione non destruitur alia prædicata, ergo definitione destruitur, est facilius quam cetera. Tenet consequentia, quia prædicatum quod potest destrui per proprias regulas, et per destructionem aliorum, facilius destruitur quam prædicatum, quod solum destruitur per proprias regulas. Primo ergo in enthymemate accipit primam propositionem, quae est prima pars antecedentis, et dicit, [Insuper ad terminum quidem contingit per alia argumentari.] id est, per destructionem aliorum, destruere terminum. et hanc exponit, et dicit, [siue enim non propria sit definitio.] id est, siue definitio non inest definitio ut proprium, [siue non genus] sit [quod assignatur] in ipsa definitione, [siue non inest] (quod attinet ad accidens, cuius



esse est inesse) [aliquid eorum que sunt in definitione, interempta est definitio.] qui enim destruit definitionem, contingit et per alia loca, per que destruitur pro-

κατακλιθήσεται δὲ χαλεπώτατον ἐκ τῶν περὶ πάντων ἀπὸ συλλογισμοῦ καὶ γὰρ ἔτι ὑπάρχει τὰ ἐπιμελέα καὶ ἔτι γένεσις ἀποδοξασμῶν καὶ ἔτι ἄλλοι οἱ λόγοντες καὶ ἔτι τὰ πάντα, οὗ δὲ λόγοι τὸ τι ἐστὶν ἐν αὐτῷ καὶ τὸ πᾶν καλῶς δεῖ περιμελέσθαι.

44 Construere difficillimum. Nam & illa omnia oportet syllogizare. Etenim quoniam insunt, que dicta sunt, & quoniam genus est, quod assignatum est, & quonia propria est

definitio. & adhuc præter hæc, quoniam niam significat quod quid erat esse oratio. Et hoc probe oportet fecisse.

Cum declarasset quo modo definitio se habet ad constructionem, nunc exponit quoniam modo se habet ad constructionem. et dicit, [construere autem definitionem de definitio] difficillimum [cuius rationem assignat, et dicit, [nam illa omnia oportet syllogizare,] que subaudi syllogizantur ad constructionem cæterorum prædicatorum, et ultra ea adhuc aliquid aliud. et exponit que oportet syllogizare, et dicit, [et enim] oportet syllogizare, [quoniam insunt que dicta sunt,] scilicet quonia insunt definitio partes definitionis, que dicta sunt in definitione, et hoc quantum ad conditionem accidentis, cuius esse est inesse. [et] oportet syllogizare, [quoniam genus est, quod assignatum est,] scilicet in definitione, quantum ad conditionem generis, [et] oportet syllogizare, [quoniam propria est definitio,] hoc est, cum suo definitio conuertibilis, quantum ad conditionem proprii. Deinde addit quid ultra hæc oportet syllogizare, non enim hæc sufficiunt ad rationem definitionis, et dicit, [et adhuc præter hæc,] oportet syllogizare, quoniam oratio definitiva significat quod quid erat esse definiti, et hoc quo ad conditionem definitionis. Ad hæc [et hoc] scilicet quod ultra cætera oportet considerare, oportet probe, et que bene, concolatque fecisse. Nisi enim probe syllogizetur definitioem significare quod quid erat esse, definitio erit immanifesta, et forsasse superfluum aliquod habebit. Et propterea ad ostendendum definitionem significare quod quid erat esse definiti, Aristoteles plura loca assignavit.

τῶν δὲ ἄλλων δὲ ἴδιον ἀέλιον τοῦτον, ἀνεξέρει μὲν γὰρ, ῥῆσον δὲ ἐκ τῶν ἄλλων ὡς ἂν ὁ περὶ ἐν αὐτῷ. κατακλιθήσεται δὲ χαλεπώτατον, οὗ δὲ τῆς πᾶσι δὲ συλλογισμοῦ καὶ ἔτι γένεσις ἀποδοξασμῶν καὶ ἔτι ἄλλοι οἱ λόγοντες καὶ ἔτι τὰ πάντα, οὗ δὲ λόγοι τὸ τι ἐστὶν ἐν αὐτῷ καὶ τὸ πᾶν καλῶς δεῖ περιμελέσθαι.

45 Aliorum autem proprium maxime huiusmodi. Nam interimere quidem facilius, quoniam ex pluribus plerunque est. Construere autem difficillimum, quoniam multa oportet astruere: & adhuc quoniam soli inest, & quoniam conuersim prædicatur de re.

Nunc et de proprio eadem, que de definitione dicta sunt assignat, et dicit, [Aliorum autem] prædicatorum [proprium maxime huiusmodi,] id est, tale est qualis definitio, et exponit quomodo maxime talis est qualis definitio, et dicit, [nam interimere,] scilicet proprium quidem facilius est, [quoniam] proprium plerunque est oratio [ex pluribus] composita, que a recetioribus (ut in prioribus libris diximus) descriptio dicitur, constans ut dicitur ex aliquo loco generis: ex aliquo loco differen-

tiæ. Ergo sicut definitionem interimere est facile, propter compositionem, qua constat: ita proprium interimere facilius erit quam interimere cætera a propriæ compositionem. Dixit autem [plerunque,] quia reperitur etiam proprium incomplexum, ut visibile, hominis. et reperitur complexum, ut habere tres angulos æquales duobus rectis, est oratio, que propria est triangulo. Et cum declarasset proprium maxime simile esse definitioni quo ad destructionem, declarat hoc idem, quo ad constructionem, et dicit, [construere autem difficillimum,] ut in definitione dictum est. et assignat causam, et dicit, [quoniam] cum sit oratio complexa ex aliquo loco generis: et aliquo loco differentie composita, multum oportet astruere. primum quidem, quod partes insunt subiecto, quo ad conditionem accidentis: deinde quod genus assignatum in ea sit proximum et non remotum, uel extraneum. [et adhuc] ultra hæc oportet syllogizare, quod insit ut definitio, scilicet quod insit soli, et non alteri subiecto, [et quonia conuersim prædicatur de re.] non enim sufficit inesse soli, nam solum uas soli inest, non autem conuersim. ergo oportet ut insit soli, atque conuersim, quantum ad conditionem definitionis.

ῥῆσον δὲ πάντων κατακλιθήσεται δὲ συλλογισμοῦ καὶ ἔτι γένεσις ἀποδοξασμῶν καὶ ἔτι ἄλλοι οἱ λόγοντες καὶ ἔτι τὰ πάντα, οὗ δὲ λόγοι τὸ τι ἐστὶν ἐν αὐτῷ καὶ τὸ πᾶν καλῶς δεῖ περιμελέσθαι. κατὰ τὸν ἄριστον οὐ μόνον ὑπερέχον, ἀλλὰ καὶ οὐ τοῦ ὑπάρχει, ἀνεξέρει μὲν γὰρ, ῥῆσον δὲ ἐκ τῶν ἄλλων ὡς ἂν ὁ περὶ ἐν αὐτῷ. κατακλιθήσεται δὲ χαλεπώτατον, οὗ δὲ τῆς πᾶσι δὲ συλλογισμοῦ καὶ ἔτι γένεσις ἀποδοξασμῶν καὶ ἔτι ἄλλοι οἱ λόγοντες καὶ ἔτι τὰ πάντα, οὗ δὲ λόγοι τὸ τι ἐστὶν ἐν αὐτῷ καὶ τὸ πᾶν καλῶς δεῖ περιμελέσθαι. κατὰ τὸν ἄριστον οὐ μόνον ὑπερέχον, ἀλλὰ καὶ οὐ τοῦ ὑπάρχει, ἀνεξέρει μὲν γὰρ, ῥῆσον δὲ ἐκ τῶν ἄλλων ὡς ἂν ὁ περὶ ἐν αὐτῷ. κατακλιθήσεται δὲ χαλεπώτατον, οὗ δὲ τῆς πᾶσι δὲ συλλογισμοῦ καὶ ἔτι γένεσις ἀποδοξασμῶν καὶ ἔτι ἄλλοι οἱ λόγοντες καὶ ἔτι τὰ πάντα, οὗ δὲ λόγοι τὸ τι ἐστὶν ἐν αὐτῷ καὶ τὸ πᾶν καλῶς δεῖ περιμελέσθαι.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΕΒΔΟΜΟΥ Τῶν τοπικῶν.

46 Facillimum autem omnium construere accidens. Nam in aliis quidem non solum inesse, sed & quoniam sic inest, ostendendum. In accidente vero, quoniam inest, duntaxat sufficit ostendere. Destruere autem difficillimum est accidens, quia quæ paucissima in eo data sunt. Non enim consignificatur in accidente quo modo inest. Quare in aliis quidem dupliciter interimere contingit, aut ostendendo quoniam non inest: aut quoniam non sic inest. In accidente vero non contingit interimere, nisi ostendendo quoniam non inest. Lo-

cigitur, per quos copiosi erimus argumentari ad singula problemata, fere sufficienter enumerati sunt.

De accidente uero hæc eadem disputat, et dicit, [Facillimum autem omnium] est [construere] accidens. nam in aliis, non solum inesse, sed et quoniam sic inest, definitio quidem, ut significas quod quid erat esse: proprium. ut conuersim prædicatum: genus ut proximum dicens quid, [in accidente uero, quoniam inest, duntaxat sufficit ostendere.] sufficit enim ad constructionem ostendere solum quod album insit Socrati. Sed dubitaueris fortasse non ab ratione, nam, ut in problematibus de accidente dictum est, trifariam in accidente querimus, ut utrum hoc huic inest, et utrum hoc est, et utrum hoc inest huic ut accidens. Ergo ad construendum accidens, non sufficit ostendere quoniam inest, sed quoniam est, et inest, et sic inest.

Dicendum accidens considerari posse, quo ad id, quod est materiale omnium prædicatorum, ut quo ad ipsum inesse, et quantum ad hæc intentionem loquitur Aristoteles, cum asserit construi accidens cum solum ostenditur ipsum inesse. Alio modo quo ad id, quod est formale, quod uidelicet differt ab aliis prædicatis, et sic loquitur in problematibus de accidente. Deinde ostendit quo modo accidens se habet ad destructionem. et dicit, [destruere autem] difficillimum est accidens, quia quæ paucissima in eo data sunt. Immo ex uno solo loco ostendimus accidens, quoniam quo ostendimus ipsum non inesse subiecto. Id autem quod uno uel paucissimis modis fit, difficillime facimus. [non enim consignificatur in accidente, quo modo inest,] utrum ut genus, aut proprium, aut definitio. Ex iis concludit differentia accidentis ad cætera, et dicit, [quare in aliis quidem] prædicatis [dupliciter] interimere contingit, [scilicet] generatim, [aut ostendendo] quoniam non inest, aut quoniam non sic inest. [Propter hoc] facile est illa destruere. [In accidente uero, non contingit] interimere, nisi iuno modo uidelicet [ostendendo,] quoniam non inest. [et propterea] ipsum destruere est difficillimum. Demum epilogat, et dicit, [loci igitur] per quos copiosi erimus argumentari ad singula problemata, fere sufficienter enumerati sunt. [Dixit autem] fere, [quoniam] non ita sufficienter, quin inueniri possint et alii.

Hæc de septimo libro. Finis libri septimi.

# ARISTOTE


ΔΟΥΣ ΤΟΠΙΚΩΝ  
ΟΓΔΑΩΝ.

## Aristotelis Top-

PICORVM LIBER OCTAVVS,  
cum eiusdem Augustini Niphi  
Medicis commentariis.

ΜΕΤΑ ΤΑ ΤΑΥΤΑ ΠΡΟΤΙ ΤΑ ΕΞΕΛΑΖΕΙΝ ΤΟΝ  
ΑΦ' ΕΡΩΤΩΝ ΛΕΥΚΕΡΟΝ.

**P**ost hæc autem de ordine & quo  
nam modo oportet interrogare  
dicendum.



**A**LEXANDER aphrodisi  
us uir doctissimus et iter peri  
pateticus interpretes summus,  
dissecuit presentem librum diuer  
sis modis. Primo quidem, quo  
hunc librum dissecuit in tria  
capita, in quorum primo asse  
rit Aristot. quid de interro  
gatione et responsione, quæ uidelicet harum recta, quæ  
ue non recta sit, insuper et de annexis. Agit enim in pri  
mo capite de annexis interrogationi, ut de iis, quæ ad ce  
landum attingit: de quæ iis, quibus interrogans compellere  
potest respondentem ut uniuersalem propositionem cõ  
cedat, quippe cũ sine ea syllogismus fieri non possit. A  
git insuper de annexis responsioni, ut de propositionum  
diuisione, de significatis ambiguis, et de istantiis. hæc de  
primo capite. In secundo uero ostendit quot modis lauda  
ri uiluperariue possit disputatio, quoniã trifariam, aut  
in se, aut ratione habita ad problema, aut ad alterum di  
stantium. In tertio uero capite assignat præcepta exer  
citiõnis, quibus unus quis se exercere potest, antequam  
ad disputationem peruenerit. Hic est primus diuisionis  
modus qui traditur ab Alexandro. Alius Alexandri mo  
dus est, quoniam cum primo libro problematum dialecti  
corum diuisionem fecisset, ostendissetque quatuor esse, at  
que in aliis libris loca assignasset, quibus facile possumus  
construere atque destruere omne problema, in hoc li  
bro, qui ultimus est, de eorum usu differit. non enim loco  
rum inuẽtio sufficit dialectico, ut possit propositum syl  
logizare, sed ordine, usumque indiget. Causa autem quia  
dialectici oratio, siue facultas, ad alium est, colligitque  
propositiones ex interrogatione, quibus propositum syl  
logizat. Hic nobis signo est, quod dialectica definitio  
contradictionis sit interrogatio. Præterea opus est diale  
cticum habere ordinem quendam in his, quæ interrogat.  
non enim respondentes easdem respõsiones afferent, quo  
uis modo de propositionibus interrogari. Sed plerunque  
qui interrogati sunt, nonnullas propositiones absolute ne  
quaquam concederent, quas uero interrogationis compelluntur  
concedere. **Q**uare dialecticum, artem, modum, atque  
ordinem habere oportet ad interrogandum, ut accipiat

Per interrogationem propositiones, quæ ad suum syllo  
gismum utiles sunt. Hoc idem declarat similitudo ad rhe  
torem, nam ut rhetori qui dicit ad alium, uel ad iudicem,  
uel ad theatrum, uel ad prætorum, est opus inuentione lo  
corum, quæ dicenda sunt ad persuadendum: et dispositio  
ne eorum, quæ est ordo orationis dicende: ita dialecti  
cus post locorum inuentionem, indiget ordine atque di  
spositione ad interrogandum. Est enim dispositio interro  
gandi similis dispositioni, quæ est in rhetorica locutione.  
Sed quoniam dialectici non solum est interrogare, sed et  
etiam respondere, ut in principio dixit, ideo non solum in  
terrogandi rationem, sed etiam respondendi opus est tra  
dere. Est enim interrogantis bene interrogare, hoc est,  
utiliter accipere ea, quæ uult, sic et respondētis bene re  
spondere, hoc est, nihil concedere interroganti, quod sit  
cõtra data ab eo in principio. Hac de causa nonnulli hũc  
librum de interrogatione et responsione inscribunt, alii  
uero de ordine respondendi. Ex hac Alexandri præfatio  
ne, potest hic liber diuidi in tria capita, in quorum primo  
instituit interrogantem, in secundo instituit respondentem,  
in tertio tradit rationem exercitationis, quæ utrique cõ  
munis est. Vel tertio dicit Alexander præfatur. nam (ut  
inquit) cum Aristoteles docuisset genera problematum  
quatuor esse, et quintum de eodem assignassetque eorũ  
loca et constructiua, et destructiua, nunc uult docere  
ordinem in ipsis preferendis, ne uidelicet ea inordinate  
proferamus, optima enim dispositio est scire, quid pri  
mum, quidue ultimum sit preferendum. ne more rheo  
rum disputetur, qui loca, locorumque ordinem, non, ut na  
tura exposcit, statuant, sed ut tempus postulat, dispo  
nunt. propterea dicit, [Post hæc autẽ de ordine, et quo  
nam modo, id est, et quamam dispositione [oportet in  
terrogare dicendum.] et quæ de interrogatione propo  
sui, eadem de responsione dicit. Ex uerbis Alexandri,  
patet prima Aristotelem per ordinem hic non intellexis  
se figuram syllogisticam, quæ est debita dispositio ter  
minorum ad terminum medium, sed intellexisse dispo  
sitionem, quæ sit, uel aliter disponit interrogationem, ut  
sit probabiles propositiones colligere et respondente ad  
probabiliter syllogizandum propositam conclusionem. **E**  
t cum dixisset, [quoniam modo oportet interrogare,]  
non intellexit quo ad formam querendi, quæ fit per no  
tam interrogationis, sed intellexit modum, dispositionem  
que proponendi propositiones respondenti, modo, uide  
licet quo facilius et respondere possit propositiones ha  
bere utiles ad propositam conclusionem. differt autẽ or  
do, a dispositione. nam ordo non potest esse nisi inter pri  
us et posterius, dispositio uero inter æqualia, modo sunt  
in aliquo disparta.

ΔΕ ΔΕ ΠΡΩΤΟΥ ΜΟΝ ΕΡΩΤΩΝ ΜΕΛΛΟΝΤΩ ΤΩ ΠΡΩΤΩ  
ΕΡΩΤΩ, Ο ΔΕ ΞΕΡΕΤΩ ΕΡΩΤΩΝ ΔΕ ΕΡΩΤΗΜΑΤΩ  
ΣΑ ΗΩΣ ΤΑ ΕΞΕΛΑΖΕΙΝ, ΜΑ ΕΝΕΚΑ ΑΝ ΠΡΟΕΞΕΛΑΖΕΙΝ  
ΤΟΝ ΗΩΣ ΤΕΤΡΟΝ, Η ΤΩ ΕΡΩΤΩ ΤΑ ΠΡΟΕΞΕΛΑΖΕΙΝ

2. **O**portet autem primum quidẽ  
eum qui interrogare debet, locum  
inuenire, unde sit argumentandum.  
Secundum autem interrogare, & or

**A** dinare singula apud seipsum. Reli  
quum uero & tertium dicere iam ea  
dem ad alterum.

Cum proposuisset intentionem, nunc (ut placet quibus  
dam inuentionibus) præmittit condiciones dialectici, ut uero  
illis uideatur, assignat ordinem dicendorum ad dicta: ut  
autem Alberto uisum est, præmittit quæ facere debet in  
terrogans siue opponens, sed quouis modo introducatur  
textus. Albertus cum suis sequacibus, asserit quod primum,  
quod facere debet opponens ante locorum inuentionem,  
est interrogare problema, quod construere uel destruere  
re intendit, quoniam (ut inquit) in omnibus præstituendus  
est finis, ut ab eo dirigamur. interrogata uero conclusio  
ne secundum esse asserit, formatæ apud se interrogatio  
nes proponendas in forma, quæ magis concessibiles effici  
antur et respondente. tertium inuentas interrogaciones at  
que formatas, et conclusionem habiam proponere re  
spondenti, ut perficiatur disputatio. **A**dolphus au  
tem, asserit tres condiciones dialectice necessarias Ari  
stotelem proponere, primam, sit interrogaciones inueniat  
et, ex quibus possit argumentari: secundam, ut interro  
gaciones inuentas ordinet atque disponat, modo quo facili  
us respondens concedat eas: tertiam, ut interrogaciones  
inuentas, et apud se ordinatas atque dispositas respon  
denti proponat, quoniam (ut inquit) in his tribus scilicet  
interrogationum inuentione, et inuentarum ordinatione,  
et inuentarum atque ordinarum prolatione ad alterũ,  
consistit officium dialectici. Ex externis uero nouis  
simis, primum horum asserunt esse locum inuentionem, un  
de dialecticus argumentari possit: secundum interrogacionum  
ordinationem ad apud se in figura syllogistica: tertium  
syllogismos ordinatos, dispositosque in disputationis for  
ma, ad alterum dirigere. **Q**uare omnia ex falsis trans  
lationibus proficiscuntur, cuius signum est, quoniam  
Aristoteles cum hæc, quæ proponit, prosequitur, nul  
lum horum, nisi tertium, exequitur. **Q**uare Alexan  
der non recedens a uerbis Aristotelis asserit eum qui dia  
lectice est interrogatus, primum debere animaduertere,  
unde loca accipiat pro disputatione perficienda. et hoc  
dicit Aristoteles. [Oportet autem primum quidem eum  
qui interrogare debet, locum] scilicet unum, uel plures  
[inuenire, unde sit argumentandum,] hoc est, quibus pos  
sit disputationem perficere, ex illo uel illis argumentado.  
Et hanc primam dialectici partem perfecit in præcedenti  
bus libris, ubi assignauit omnia loca ad omnia problema  
ta, siue destruenda, siue construenda. [Secundum autem,]  
est ex locis inuentis, et acceptis, [interrogare, et] pro  
id est, ordinare singula] hoc est, singulas interrogaciones  
[apud seipsum,] antequam eas proferat ad alterũ ordina  
re, [ut Alexander inquit] id est, modo dialectico for  
mare, scilicet contra adiectiue. uerbis gratia, utrum anima  
immortalis est an non. Et per interrogaciones Alexand.  
(ut mihi uidetur) intelligit, tam conclusiones, quæ in prin  
cipio sunt problema, quàm propositiones, ex quibus  
sumpto consensu respondentis, remanent propositiones in  
syllogismo dialectico: quæ propositiones interrogas ex  
locis accipit, non tamen absque respondentis consensu.  
Deinde assignat tertium, et dicit, [Reliquum uero et ter

tium est dicere iam eadem] modo quo apud se disposita,  
atque ordinata sunt, ad alterum] hoc est, respondenti  
ut dialecticus disputationem perficiat, et uictoriam ex  
ca reportet.

ΜΕΧΡΙ ΜΟΝ ΔΕ ΤΩ ΕΡΩΤΩ ΤΩ ΤΩΤΩ, Ο ΜΟΙΣΤΡ  
ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ ΗΩΣ ΤΩ ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΩΣ, Η ΣΚΕΨΗ, Ο ΔΕ Η  
ΔΗ ΤΑΥΤΑ ΤΑ ΕΡΩΤΗΜΑΤΑ ΕΡΩΤΗΜΑΤΩ ΕΡΩΤΩ ΤΩ  
ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΩΣ, ΠΡΟΕΞΕΛΑΖΕΙΝ ΤΟΝ ΗΩΣ ΤΕΤΡΟΝ. ΤΩ  
ΔΕ ΦΙΛΟΣΟΦΩ ΗΩΣ ΤΩ ΕΡΩΤΩ ΤΩΤΩ, Ο ΔΕ Η  
ΛΕΙ, ΕΡΩΤΩ ΑΛΛΗΔΗ ΜΟΝ ΗΩΣ ΤΩ ΕΡΩΤΩ ΤΩΤΩ, Ο ΔΕ Η  
ΛΟΓΙΣΜΟΣ, ΜΗ ΔΕ ΑΥΤΑ Ο ΑΠΟΚΡΗΜΟΝ ΟΥ, ΔΙΑ  
ΤΩ ΣΥΝΕΓΧΥΣ ΕΝΩΝ ΤΩ ΕΞ ΑΡΧΗΣ, Ε ΠΡΟΣΕΡΩΤΩ  
ΚΑΙ ΜΟΣΟΜΑΔΛΩ ΤΩΣ ΑΡ ΗΩΣ ΑΠΕΡΩΤΩ ΤΩ ΜΕ  
ΛΩΣΑ, ΓΥΝΩΣΜΑ ΗΩΣ ΤΩΣ ΕΓΧΥΣ ΕΝΩΝ ΤΑ ΑΖΩΜΑΤΑ  
ΕΚ ΤΩΤΩ ΕΡΩΤΩ ΕΠΙΣΗΜΟΝΚΟΙ ΣΥΛΛΟΓΙΣΜΟΙ.

3. **Q**uo quidem ad locum ipsum  
inueniendum, similiter philosophi,  
& dialectici consideratio est. Verum  
illa ordinare iam atque interrogare,  
proprium dialectici est. Ad alterum  
enim omne tale est. Philosopho au  
tem & querenti per seipsum nihil cu  
ræ est, si uera quidẽ sint, & nota, per  
quæ est syllogismus, & nõ ponat ea,  
qui respondet, quoniam propinqua  
sunt illis, quæ sunt ex principio. Et  
præuidet, quod subsequitur est.  
Sed fortasse & studiose ager, quoniã  
maxime notæ, & propinquæ sunt di  
gnitates. Ex illis enim scientifici syl  
logismi.

Cum assignasset partes officii dialectici, nunc compa  
rat dialecticum, et demonstratorem adiuicem. et pri  
mo assignat inter eos conuenientiam, et dicit, [Quo qui  
dem ad locum ipsum uel ad loca ipsa] inueniendum, si  
militer Philosophi, [scilicet demonstratores] et dialecti  
ci consideratio est. [Nam dialecticus quousque loca in  
uenit construat, uel destruendi propositum, et non  
ea protulerit respondenti, similis est demonstratori, ut e  
nim Alexander inquit, ab ipsismet locis, quibus dialecti  
cus inuestigat construat uel destruere, a similibus inue  
stiga demonstrator, et quousque habent facultatem hu  
iusmodi inuestigationum, eadem eis est consideratio. De  
inde assignat differentiam, et dicit, [Verum illa] loca in  
uenit ordinare iam, [scilicet se, et interrogare,] id est  
et ordinata proferre respondenti, [proprium dialectici  
est,] et non demonstratori. [Ad alterum enim omne ta  
le est, scilicet et ordinare loca, et ea interrogare, hæc ex  
parte dialectici, quæ uero ex parte demonstratoris, ex  
ponit et dicit, [Philosopho autem] scilicet demonstrato  
ri, et] subaudi dialectico, [per seipsum querenti,] qui  
nondum protulit respondenti, [nihil curæ est, si uera qui  
dem sint, et nota, per quæ est syllogismus, et non pos-

G sunt ea, qui respondent, quasi dicat, demonstrator non curat habere consensum respondentis, modo uera sint et nota, per quae syllogismus. Dialecticus autem non curat habere consensum respondentis, dum apud se loca et interrogationes disponit, nec curat, utrum uera et nota sint, per quae syllogismus est futurus, quonia[m] ei satis est, ut concedatur a respondente. Quod autem ad uerba attinet per ponere, concedere, uel amittere aut dare intelligit, et go demonstratori et dialectico querenti, de duobus nulla est cura, ut de ueritate eorum, ex quibus syllogismus fit, et de consensu dato a respondente.

Et si dices, quomodo de ueritate talium demonstratorum nulla est cura, cum ipse non syllogizet, nisi ex ueris. Dicendum quod non est cura in ordine ad alterum. Vnde de nec demonstrator, nec dialecticus in illo prior, in quo apud se ordinat, habet curam de ueritate eorum, ex quibus fit syllogismus in ordine ad alterum, tamen demonstrator habet curam de ueris simpliciter, dialecticus nullo pacto sed solum de probabilibus. Et demonstrator dico non curat de consensu respondentis, quoniam propositioes, ex quibus facit syllogismus, propinqua sunt illis, quae sunt a principio, id est problematibus uel quæstionibus, quae sunt a principio. Demonstrat enim ex proximis, et non ex remotis futuram conclusionem. [et praeuidet.] scilicet demonstrator quod subsecutorum est, scilicet conclusionem. [quoniam non potest nisi ex propinquis, et proximis syllogizari.] Quare non curat habere consensum respondentis, quoniam ea, per quae syllogizat, sunt simpliciter uera, et non remota, sed proxima quæstionibus demonstrat. Hoc pacto hunc locum intellexit Alexander. Accipit enim demonstrator, quoniam anima seipsam mouet, tanquam ueram, et non notam propositionem, ex qua proxima sequitur, quoniam anima est immortalis. At respondens dialecticus non concedit hanc, quoniam praecognoscat conclusionem, quae ex ea concluditur, opponens cogitare debet, quoniam modo possit latere respondentem, ut concedat, quod ipse intendit habere a respondente. Et ita interrogabit, utrum aliud est, quod mouet animam, uel mouet seipsam. et si respondens concedet, quod anima seipsam moueat, syllogizabit, omne quod se ipsum mouet est immortale, anima autem seipsam mouet, ergo anima est immortalis. Demonstrator ergo accipit propositionem propinquam conclusioni, scilicet quod anima seipsam moueat, quia non curat de consensu respondentis. Interrogans accipit propositionem remotam, uidelicet utrum aliud est, quod mouet animam, uel mouet seipsam, ut decipiat respondentem, et ex ea concedat propinquam ut inferat ex propinqua conclusionem.

Sed dices, si demonstrator procedit ex propinquis, ergo non ex primis et dignitatibus, quasi respondens dicit. [Sed fortasse et studiose,] ac sciētifice [aget] demonstrator, dum syllogizat ex proximis, [quoniam maxime nota, et propinqua] quæstionibus, sunt dignitates, [quare cum dignitates eadem sint propositiones prima et proxima. ergo si demonstrator ex propinquis procedit, procedet etiam ex primis, quoniam unam et propositio est prima, et proxima uidelicet dignitas. Attentione digni, ut diximus in posterioribus, multifariam esse dignitatē, aut simpliciter respectu omnium scientiarum, ut non est eiusdem affirmatio, negatio uera, aut respectu unius sci-

entiae. ut punctus est, cuius pars non est, aut respectu unius conclusionis, ut anima seipsam mouet. Aristoteles cum asserit dignitatem eandem esse primam, et proximam de ea loquitur, quae est respectu unius particularis scientiae atque conclusionis. Quod uero ad differentiam demonstratoris, et dialectici attinet, ideo demonstrator non interrogat, quia oportet eum credere, qui discit. Cum igitur demonstrator loco interrogantis utatur doctore, et loco respondentis discipulo, demonstrator, qui est doctor non interrogat discipulum de propositionum consensu, quia discipulus debet credere. Interrogat autem de terminis, utrum eos intelligat, nam eas, ex quibus procedit, motis terminis perspicuis sunt discipulo. At in disputatione dialectica, cum interrogans procedat ex probabilibus, quae possunt uni uideri, alteri uero non, ideo uult consensum a respondente. et propterea ininterrogat.

τὸς δὲ τὸς ἀναγκαίως δι' ὅμοιο γινώσκοντες, ἡ δὲ τὰ πρὸς τὸν πρὸς τὰς ἀνάγκας ἀναγκαίως δι' ἕνα τὸν λόγον τὰς ἀναγκαίως δι' ὅμοιο γινώσκοντες.

4 Loca igitur, unde oportet sumere, dictum est prius. De ordine autē, & interrogatione dicendum, diuidendo propositiones praeter necessarias, quaecunque sumendae sunt, siquidem necessariae dicuntur, per quas syllogismus fit.

Hic prosequitur intentum, et primo enumerat propositiones, quae sunt interrogandae, atque ordinandae, et enumerando has, continet dicta dicentis et dicit, [Loca igitur, unde oportet sumere, quod erat primum propositio] [dictum est prius.] scilicet in libro septem precedentibus, [de ordine autem] propositionum, quae accipiuntur, ex laqueis [et] de [interrogatione] earum. [dicendum] nunc in hoc libro octauo. Deinde inuit hanc diuisionem, quod uidelicet propositionum, quaedam sunt necessariae, quaedam praeter necessariae. et necessariae de finis, asserens eas esse, per quas fit syllogismus, scilicet principales, unde dicit, [diuidendo propositiones praeter necessariae,] in omnes species, [quaecunque sumendae sunt,] ad propositum nostrum. [siquidem necessariae dicuntur, per quas syllogismus,] scilicet principales fit. [dicitur autem syllogismus principalis, qui concludit alteram partem quae sit problematis, ut animam esse immortalē. Erat enim problema, utrum anima est immortalis an non. et] [ut Alexander inquit] necessariae dicitur has, non quoniam sunt de materia necessariae, sed quoniam cum ad minus fuerint duae, necessario inferitur conclusio.

Αἱ δὲ τὰς ταύτας λαμβάνοντες, τὴν ἀναγκαίως δι' ὅμοιο γινώσκοντες, ἡ δὲ τὰς ἀναγκαίως δι' ὅμοιο γινώσκοντες, ἡ δὲ τὰς ἀναγκαίως δι' ὅμοιο γινώσκοντες, ἡ δὲ τὰς ἀναγκαίως δι' ὅμοιο γινώσκοντες.

A 5 Quae autem praeter has sumuntur, quatuor sunt. aut enim gratia inductionis, ut detur uniuersale: aut ad magnitudinem orationis: aut ad occultationem conclusionis: aut ut dilucidior sit oratio. Praeter has autem nulla est assumenda propositio, sed per has augere, & interrogare tendendum.

Quoniam demonstrator tantum necessariis utitur propositionibus, et dialectici utuntur pluribus aliis, ideo eas enumerat, dicit. [Quae autem praeter has,] scilicet praeter necessarias sumuntur, quatuor sunt. prout quatuor modis accipi possunt, aut enim inductionis gratia, ut detur uniuersale. Dialecticus enim utitur inductione, ut ex singularibus sumat uniuersale, et haec inductioe uocatur. [Aut ad magnitudinem orationis,] et haec ampliativa dicitur. Dialecticus enim ut ab auditoribus sapienter existimetur, adducit in oratione superfluas propositiones. ut utrius uoluptas est secundum naturam, et quid est illud, quod natura est, et natura idem est, et non alterum, et quod natura eligibile est, et eligibile est honestum, et go uoluptas est honestum. Haec enim acceptae propositiones superfluae sunt, et non utiles ad conclusionem. Accipit enim has dialecticus, ut prolixam efficiat orationem. [aut ad occultationem conclusionis] et propositiones tales celatiue appellantur, ut puta cum acciperit polysyllabos propositionum, earum uidelicet quae conclusionem asserunt principalem. ut si conclusio fuerit sanum et egrum sunt opposita, necessariae propositiones sunt: sanum et egrum sunt contraria, contraria sunt opposita, ergo sanum et egrum sunt opposita.

Sed dialecticus uolens decipere respondentem fortasse, quia non concedet minorem, ea sic polysyllababit, sanum et egrum sunt inuicem corruptiua, corruptiua autem inuicem sunt incompotibilia, incompotibilia uero sunt contraria, ergo sanum et egrum sunt contraria. dicit, ad occultationem conclusionis, non quae propositum principale est, sed per conclusionem, intelligit omnem propositionem, quam uult celare, siue proposita conclusio, siue propositio necessaria ad syllogizandum propositum, aut ut dilucidior sit oratio. et propositiones huiusmodi explanatiue uocantur, ponitur enim per se per exemplum, uel similitudinem, aliqua propositio, quae nihil praeter alteram significat, solum ut eam dilucidet: atque perspicuum reddat. addit praeter has autem quatuor, ut exponit Alexander, [nulla est assumenda,] et altera superflua, [sed per has] id est, sed per unum istorum modorum quatuor, [augere] amplificariueque oratione, [et interrogare tendendum,] Aut intellige praeter has autem id est, propositiones necessariae, et praeter necessariae nulla sumenda est alia propositio, quoniam omnis propositio, qua utitur dialecticus, est aut necessaria, aut praeter necessaria.

Εἰσὶ δὲ αἱ πρὸς κρυψίμους, ἡ δὲ τὰς ἀναγκαίως δι' ὅμοιο γινώσκοντες, ἡ δὲ τὰς ἀναγκαίως δι' ὅμοιο γινώσκοντες, ἡ δὲ τὰς ἀναγκαίως δι' ὅμοιο γινώσκοντες.

6 Sunt autem quae ad occultationem, certaminis gratia, sed quia omne negotium, quod huiusmodi est, ad alterum est, necesse & illis uti.

Hic Aristoteles diluit tacitam dubitationem, posset enim dici celare propositum esse opponentis sophistae, non autem dialectici, nam dialectica ipsa disputatio ad ueritatis inquisitionem ordinata est, at per celatiuas propositiones ueritas occultatur, ergo non pertinent ad dialecticum respondentem. [sunt autem] propositiones [quae] sunt [ad occultationem, certaminis gratia,] et go ut sic non at tinent ad dialecticum, [sed quia omne negotium, quod est huiusmodi,] scilicet dialecticum [est ad alterum,] ut sic [necesse] est dialectico [illis uti.] quasi responsio sit, quod dialectica bisariam potest considerari, an ut ueritatem inquisitionem, et sic ad eam non attinent celatiuae propositiones: aut ut est ad alterum, scilicet oppositum atque interrogatiuum, et sic celatiuae propositiones attinent ad dialecticam. Potest enim dialecticus uti celatiuis propositionibus ad proteruum, ut reducat eum ad uiam rectam, non autem per se, ut dialecticus, quoniam [ut Alexander inquit] non nisi ad tempus.

τὰς δὲ ἀναγκαίως δι' ὅμοιο γινώσκοντες, ἡ δὲ τὰς ἀναγκαίως δι' ὅμοιο γινώσκοντες, ἡ δὲ τὰς ἀναγκαίως δι' ὅμοιο γινώσκοντες, ἡ δὲ τὰς ἀναγκαίως δι' ὅμοιο γινώσκοντες.

DE CELATIUIS PROPOSITIONIBVS.

7 Necessarias igitur per quas fit syllogismus, non statim praordinandum, sed abeundum ad suprema, ut non postulet quis contrariorum eadem disciplinam, sed oppositorum. Posito enim hoc, & quoniam contrariorum eadem disciplina est, syllogizabit quoniam ex oppositis contraria sunt.

Cum assignasset propositiones quae sunt ordinandae, atque interrogandae, nunc docet eas ordinare atque interrogare, uel tunc docet usum earum. Attentione tamen dignum, celatiuas propositiones multifariam esse. aut ad celandum intentionem opponentis, ut cum opponens uoluerit respondentem confundere, et proponat propositionem ex terminis ignotis respondententi, nam tunc respondens non intelligens propositionem sibi propositam confundetur, ut si loco illius propositionis, omnis homo est animal, proponat hanc, omne b est a, uel aliquam aliam talem. Videtur enim confusus respondens, quia dubitat concedere uel negare. Aut ad tollendam memoriam respon-

dentis atque iudicium ut cu opponens de altera propo- sitionum syllogismi a respondente habet consensum, & de altera querit. Interponit enim tunc plures propo- sitiones extra propositum, ut prima quam concesserit, obli- uiscatur, & alteram cuius opponens querit consensum, respondens non animaduertat. ut si conclusio ab opponē te syllogizanda sit, uoluptas est honestum, & respondens concesserit opponēti, omne eligibile honestum, antequā a respondente habeat hanc, omnis uoluptas eligibilis, in- terponat & querat, utrum uoluptas est secundum natu- ram, an non, & quid est ens secundum naturam, & utrū natura sit idem an alterum. Et utrum, quod natura est, sit eligibile, an non. Et utrum omne eligibile sit honestum, an non. Respondens enim per tot interpositas propo- sitiones, nesciet discernere eam, que facit ad propositū op- ponentis, & sic concedendo hanc ultimam, omne eligibi- le est honestum, syllogizabit opponens, omnis uoluptas eligibilis per primam concessam, omne eligibile honestū, Et per ultimam concessam, ergo omnis uoluptas est hone- stum, an ad celandum propositionem necessariam in syl- logismo, ut si opponens uoluerit syllogizare hanc con- clusionem, parū, & imparis eadem est disciplina, non in- terroget hanc, utrum contrariorum eadem sit disciplina, an non, sed illam remotam, utrum oppositorū sit eadem disciplina, an non, quoniam si respondēs cōcedet esse op- positōrū eandem disciplinam, cōtraria sunt opposita, er- go contrariorum eadem disciplina. Sed cum par & im- par contraria, ergo parū & imparis eadem erit di- sciplina. Profyllogistica igitur propositio, oppositorum eadem est disciplina, celantia illius syllogistica erit, con- trariorum eadem est disciplina. Aristoteles igitur de cea- lantibus huius tertii generis loquitur, & dicit, [Necessa- rias igitur] propositiones, que celantur, [per quas sit syllogismus] principialis, [non statim], scilicet in syllogis- mo principali [ordinandum], quoniam sic non cela- retur, [sed ab eundem ad suprema]. Id est, ad propositio- nes profyllogisticas remotas, imo quanto fieri potest ad remotiores. [ut] si uoluerit probare opponens parū & imparis eandem esse disciplinam, [non postulet quis] op- ponens atque interroget [contrariorum eandem discipli- nam] esse, [sed oppositorum] esse eadē disciplinam, que est profyllogistica propositio. [posito enim hoc,] scilicet in profyllogismo, [et quoniam contrariorum eadē disciplina est, syllogizabit, quoniam ex oppositis,] & de numero oppositorum [contraria sunt.] Et sic habebitur propositio necessaria ad cōclusionē, que est, parū & im- paris eadem est disciplina, hoc pacto, par & impar con- traria, cōtrariorum eadem disciplina, ergo parū & im- paris eadem est disciplina. Celantia ergo propositio erit il- la, profyllogistica remota, oppositorum eadem discipli- na, celantia uero est, contrariorum eadem disciplina, que necessaria est ad principalem syllogismum.

Εὰν δὲ μὴ τὴν δὴ δὴ ἐπαγωγὴν ἀπὸ τοῦ προτε- ρίου ἀλλὰ τὸν μὲν ἐπαγωγὴν ἢ γὰρ διὰ συλλογισμοῦ, ἢ δὲ ἐπαγωγὴν τὰς ἀναγκαίους ἀνα- γὰς, ἢ τὰς ἀναγκαίους, τὰς δὲ συλλογισμοῦ.

DE INDUCTIVIS PROPO- SITIONIBVS.

8 Si vero illam non ponat, per in- ductionem sumendum proponen- ti in particularibus contrariis. Nam aut per syllogismum, aut per indu- ctionem necessarias sumendum, aut has quidem inductione, illas autem syllogismo.

Cum docuisset usum correlatiuorum interrogationū, nunc docet usum inductiuarum propositionum, & dicit, [Si uero illam non ponat] respondens, & per [illam] Alexander necessariam ad syllogismum principalem in- telligit, nō autem per syllogisticam, que est necessaria ad syllogismum. Nam syllogistica est efficacior quāam pro- fyllogistica, & per illud uerbum [ponat], concedat intel- ligi, uel admitat, si itaque propositionem necessariam re- spondens non concesserit, [per inductionem] sumendum proponenti in particularibus contrariis, [ut si necessaria propositio, quam non concedit respondens, esset, contra- riorum eadem est scientia, accipiemus, parū & imparis contrariorum eadē est scientia, scilicet arithmetica: utra- tutis, & utrius una est scientia, scilicet moralis: sani & e- gri una est scientia, scilicet medicinalis, & sic de singulis est, ergo omnium contrariorū eadē est scientia. Huius red- dit rationem, & dicit, [Nam] cum propositiones neces- sarias duas sint, quibus conclusio principalis syllogizatur (ut libro Priorum dictum est) cum hęc non fuerint notę, [aut per syllogismum, aut per inductionem] hu- iusmodi ambas necessarias sumendum, hęc ut quidem in- ductione, illam aut syllogismo [hęc de usu inductiuarum.

ὅσα δὲ λίαν προφανῆς εἶσι, καὶ ἀπὸ τοῦ προτε- ρίου ἀλλὰ τὸν μὲν ἐπαγωγὴν ἢ γὰρ διὰ συλλογισμοῦ, ἢ δὲ ἐπαγωγὴν τὰς ἀναγκαίους ἀνα- γὰς, ἢ τὰς ἀναγκαίους, τὰς δὲ συλλογισμοῦ.

DE AMPLIATIVIS PROPO- SITIONIBVS.

9 Quæcunque autem valde ma- nifeste sunt, illas quoq; oportet pro- tendere. Nam quod secuturum est, in abscessu, & inductione, immani- festius est.

Nunc de usu propositionum ampliatiuarum rationē assignat, & asserit si ex necessariis propositionibus fue- rit aliqua manifesta respondenti, quia uidelicet notum si- erit ei non esse concedendam, illa protendenda atque am- plificanda est, quia sic propositio necessaria obscura red- datur respondenti. Nam digressio a proposito erit cau- sa latentie illius, dicit, [Quæcunque autem ualde manife- stę sunt,] de necessariis loquitur, quibus respondentes non uerecundantur contradicere, [illas quoque oportet pro- tendere,] protendantur autem, cum antequam proponan- tur respondenti, opponens interponit superfluas, plures. Ut si propositio necessaria nota fuerit, omnis numerus est par uel impar, propositiones ad quas protendetur, erūt proponendę, utrum numerus sit multitudo ex unitatibus aggregatę, an non, utrum numerus sit quantitas discre-

A ta, an nō: utrum numerus sit accidens, an nō: & alie id ge- nus. Reddit causam, & dicit, [Nam quod secuturū est,] scilicet omnis numerus est par, uel impar, [in abscessu,] id est remotione [et inductione] plurium ealium, [imma- nifestius est.] Nolo tamen ignores Alexandrum ea que hic dicit Aristoteles, omnia referre ad occultationem, de qua textu proximo locutus est, quod non placeat mihi. nā Aristoteles tradidisset propositiones ampliatiuas, & ea- rum usum non assignasset. Quare uerba hęc referenda sunt ad ampliatiuas propositiones.

καὶ ἂμα δὲ ἀπὸ τὰς τὰς χροσίους προτε- ρίου ἀλλὰ τὸν μὲν ἐπαγωγὴν ἢ γὰρ διὰ συλλογισμοῦ, ἢ δὲ ἐπαγωγὴν τὰς ἀναγκαίους ἀνα- γὰς, ἢ τὰς ἀναγκαίους, τὰς δὲ συλλογισμοῦ.

DE EXPLANATIVIS PRO- POSITIONIBVS.

10 Præterea simul ipsas utiles pro- tendere erit ei, & qui non potest illo modo prompte sumere.

Nunc de usu explanatiuarum asserit, cum respondēs promptē necessarias propositiones sumere non potest ab opponente explanandas esse, atque manifestandas, ut eas capiat, aut per exempla, aut per similitudines, ut postea docebit, dicit, [Præterea] cum iis propositionibus que di- ctę sunt, [ipsas] propositiones [utiles] queque necessa- rię dicuntur, [simul] conueniens [erit ei], scilicet respon- denti, [et qui non potest illo modo,] ut proponuntur ab opponente, [prompte sumere,] protendere, [ad manife- stiores, amplificare, quousque respondens capiat.

τὰς δὲ τὰς τὰς ἐπιμύνας, ἀπὸ τοῦ προτε- ρίου ἀλλὰ τὸν μὲν ἐπαγωγὴν ἢ γὰρ διὰ συλλογισμοῦ, ἢ δὲ ἐπαγωγὴν τὰς ἀναγκαίους ἀνα- γὰς, ἢ τὰς ἀναγκαίους, τὰς δὲ συλλογισμοῦ.

DE VSV INDUCTIVARVM PROPOSITIONVM.

11 Igitur quæ præter has dictę sunt, harū gratia quidem accipiendę sunt. Siquidem vnaquaque eo modo vtē- dum, inducenti quidem a singulari- bus ad vniuersalia: & a notis ad igno- ta. Sunt autem magis nota, quæ secū- dū sensum, vel simpliciter, vel mul- titudini.

Cum docuisset usum præternecessariarum propo- sitionum in generali, nunc quasi dilucidius repetit usum omnium earum, & primo docet usum in speciali inducti- uarum propositionum, proponit tamen quomodo propo- sitiones præternecessarias se habeant ad necessarias, ex dictis hoc inferendo, & dicit, [Igitur quæ præter has,] scilicet necessarias [dictę sunt, harum] scilicet necessaria- rum [gratia quidem accipiendę sunt] quoniam præter- necessarię sunt ordinandę, aut ad inducendas necessari- as uniuersales, aut ad ampliandas eas, aut ad explanan- das, aut ad celandas ipsas, ut dictum est. Deinde ex-

ponit in speciali usum earum, ut ostendat præternecessa- rias esse institutas gratia necessariarum, & primo usum inductiuarum, & dicit, [Siquidem vnaquaque] dictarū [eo modo] ut dictum est [utendum, inducenti quidem a singularibus ad uniuersalia, & a notis ad ignota.] Ex- ponit autem nota, & dicit, [Sunt autem magis nota, quæ secundum sensum,] ut singularia, singularia enim sunt magis nota [uel simpliciter], scilicet sapientibus [uel mul- titudini], scilicet vulgaribus, & hoc satis est. Singularia quidem quæ sapientibus sunt notiora, sunt, ut sol est ma- ior terra, luna est minor Ioue, terra est rotunda, & id ge- nus: singularia uera, que multitudini sunt magis nota, in- finita sunt, illa quidem singularia sapientibus magis no- ta sunt, quoniam (ut Alexander inquit) ea cognoscunt per demonstrationem: hęc autem multitudini, quia sen- sibus eorum subiacent.

κρίσιμα δὲ προσηγοριῶν δὲ τὸν δὲ συλλογισ- μὸς τὸν ἐξ ἀρχῆς μέλλει γινέσθαι, καὶ τὰ τὰ ὡς τὰς ἀναγκαίους, ἀλλὰ καὶ τὸν πρὸς τὰ τὰ χροσίους τινὰ συλλογισμοῦ.

LOCVS CELANDI PRIMVS.

12 Celanti uero profyllogizare ea, per quæ syllogismus eius quod ex principio est, debet fieri. Et hæc, ut plurimum, erit etiam hoc, si quis nō solū necessarias, sed & earū, quæ utiles sunt ad illas, aliquam syllogi- zauerit.

Cum assignasset usum propositionum inductiuarum, nunc ostendit usum earum propositionum que sunt ce- landi gratia, ut ex iis op- ponens possit celare quodcumq; uoluerit. Est enim celatio (ut Alexander inquit) metho- dus, qua syllogizans potest propositum celare, & dicit, [Celanti uero] subaudi intantum, est, syllogizare ea, [scilicet maiorē & minorē,] per que syllogismus fieri debet principalis, qui est [eius] syllogizatiuis [quod est ex principio,] id est conclusionis principalis. Quæ enim syllogizat maiorem, uel minore, uel utranque propo- sitionem syllogismi principalis, hic profyllogizat, & ce- lat: in quantum quidem syllogizat propositiones syllogis- mi principalis, profyllogizat, quo uero propter longiū distare a proposito inuoluitur respondens, celat. Addit, [Et hæc ut plurimum] subaudi profyllogizantur. Nam maior & minor syllogismi principalis, ut plurimum pro- fyllogizantur. Deinde assignat alium modum celandi etiam ex parte syllogismi, & dicit, [Erit etiam hoc,] scilicet celatio, [si quis non solum] propositiones [necessari- as,] que sunt principalis syllogismi, [sed & earum,] quæ utiles sunt ad illas [id est,] sed profyllogizantur etiam [aliquam] ulterius [syllogizauerit].] erit enim hoc pacto ce- latio maior, quo maior sit distantia a principali conclu- sione. Fit igitur ex parte syllogismorum celatio, tum profyllogizando propositiones syllogismi, tum profyl- logizando propositiones profyllogismi.



G Εὐ τὰ συμπεράσματα μὴ λέγειν, ἀλλ' ἵνα  
σορ συλλογίζεσθαι ἀδύνατον οὕτω γὰρ ἂν πρῶτα  
τῶ ἀποδείξει εἴη ἐξ ἀρχῆς δέσσειν.

LOCVS CELANDI II.

13 Insuper conclusiones non dice  
re, sed posterius simul omnes syl  
logizare. Sic enim longissime ab  
scedet ab ea, quæ ex principio, po  
sitione.

Nunc docet usum celatiuum pro  
positionum ex parte conclusionis. et dicit, [Insuper conclusiones non] de  
bet dicere [qui mult respondens latere. dico conclu  
siones tam principales syllogismi, quam prosyllogismo  
rum, [sed posterius simul omnes syllogizare,] et infer  
re. Et ita qui uult latere, non statim principalem conclu  
sionem per propositiones principales, et immediatas,  
sed per remotas, et distantes, debet syllogizare conclu  
siones superiores. [posterius uero simul omnes,] et pri  
cipales, et minus principales syllogizare. Sic enim lon  
gissime abscedet, [atque distabit] ab ea positione, quæ ex  
principio est. [et ut abscedens maximeque distans, late  
bit respondentem: ut uero simul omnes conclusiones in  
ferens, latebit confundendo iudicium respondentis, dicit  
Alexander. possibile esse dicit syllogizare conclusiones  
omnes, non ut omnes conclusiones simul aliquis dicat, sed  
ut in omnibus syllogismorum propositionibus simul indu  
cat uniuersalissimam conclusionem, quæ ex ultimo indu  
ctis dici debet.

καθόλου δὲ ἐπιθεῖν, οὕτω δὲ ἐρωτᾶν τὸν κερτυί  
κῶς πυνθανόμενον. ὥστε ἠρωτικῆς τῶ καινὸς  
λόγος, καὶ ἐρωτῶντος δὲ συμπεράσματος, ζήτησθαι δὲ  
διατί. τὸ το δὲ ἔσα μάλα διὰ τὸ λέχθαι ἐπι  
θεῖν τῶ ἐρωτῶντος. μόνος γὰρ τῶ ἐξ ἀπὸς ἐπιθεῖν τῶ  
συμπεράσματος, ἀλλ' ἡλόρ πως συμπεράσματος. διὰ δὲ  
μὴ προστάτων τῶ ἀποδείξεως ἐκ τινὸς συμ  
περάσματος, ἡύσα δὲ ἀρ διαβεβαιῶν τὸ συλλογισμὸς  
τῶ συμπεράσματος, μὴ τῶτε λήμματα ἡμῶν  
τῶ δέντων, ἀλλ' ἐκείνα ἡφ' ὧν συλλογισμὸς γί  
νεται.

LOCVS CELANDI III.

14 Ut autem uniuersaliter dixerit,  
sic oportet eum interrogare, qui la  
tenter interrogat, ut interrogata om  
ni oratione, & eo dicente conclusio  
nem, quærat propter quid: id au  
tem erit maxime per antedictum  
modum. Nam sola vltima dicta cō  
clusionem, immanifestum erit quo  
nam modo accidit. quoniam non  
præuidit respondens ex quo acci  
dit, non digestis per membra prio

ribus syllogismis. minime etiam per  
membra digeritur syllogismus con  
clusionis, cum non eius sumptiones  
ponuntur: sed cū ea sumuntur, a qui  
bus syllogismus fit.

Quasi summatim repetit, qualis debet esse celatio, et  
ex parte syllogismorum, et ex parte conclusionis. et di  
cit, [ut aut uniuersaliter,] scilicet aggregando ex par  
te syllogismorum, et conclusionis, [dixerim, sic oportet  
cum], s. opponentem [interrogare, qui latenter interrogat,  
ut interrogata omni oratione,] hoc est tota, et parte [et]  
facta interrogatione, [eo], s. opponente [dicente cōclusio  
nem, quærat] s. ad rudentes [propter quid,] et unde se  
quitur hæc conclusio. Hoc enim quæret esse nō potest,  
nisi quæ confusus relinquatur rudentes, et non intelligit unde  
de inducta fuit conclusio, ut si problema esset, utrum hō  
et equus sint substantia, an non: et rudenti proponere  
tur, nome substantia de omnibus, quæ sub ea sunt, prædi  
catur: Si eo concedente inferatur, ergo homo et equus  
sunt substantia. Si rudentes nō intellexisset, unde hæc cōclusio  
inducta fuit, et opponens diceret ex illa, quæ cōcessisset ut  
delicet, substantia predicatur de omnibus, quæ sunt sub ea:  
in hoc casu propositiones fuerunt concessæ, postea indu  
ctæ cōclusio ex eis, et tamen respondens quærit unde in  
fertur conclusio. hæc itaque erit optima celatio. Dein  
de exponit, quo modo fit hæc maxima celatio ex parte  
conclusionis et syllogismorum, et dicit, [id autem,] id  
est hæc maxima celatio [erit scilicet dictum modum,]  
ut uidelicet cum aliquis acceperit omnes propositiones  
absque propriis cōclusionibus, per quas principales ostē  
ditur, et inducet solam ultimam conclusionem, sic enim  
faciens, et prosyllogismorum propositiones accipi  
ens, et prosyllogismorum prosyllogismos, eorum con  
clusiones non inducens, sed ultimam ex illis, maxime  
latebit. Cuius causam assignat, et dicit, [Nam] factis  
prosyllogismis, et prosyllogismorum prosyllogismis, et  
eorum conclusionibus non illatis, sed ea, quæ est ul  
tima, [immanifestum erit,] scilicet respondenti [quoni  
am modo,] et unde [accidit,] nam longe opponens re  
spondentem a principali conclusione remouet, et sic  
ignorabit unde conclusio syllogizatur, [quonia] (ut igit)  
[nō præuidit rudentes] tot, et tantis propositis [ex quo ac  
cidit, non digestis] atque neque bene comprehensis,  
[per membra,] hoc est per propositiones [prioribus  
syllogismis,] unde vltima conclusio est illata. Quod si ita  
fuerit, oportebit eum quæret, unde conclusio sequitur,  
quæ optima est celatio. Addit etiam quando non dige  
ritur, nec bene cognoscitur syllogismus principalis, et di  
cit, [Minime etiam per membra digeritur syllogismus  
conclusionis,] qui dicitur principalis, [cum non eius sum  
ptiones,] scilicet maior et minor [ponuntur,] scilicet in  
eo, [sed cum ea sumuntur, a quibus syllogismus fit,] hoc  
est, sed cum sumuntur propositiones prosyllogismorum,  
quibus probantur propositiones principalis syllogismi.  
Oportet enim hū digeri syllogismum, cū proprie, et  
et non remotæ propositiones in eo collocantur. Et  
de celatione ex parte conclusionis et syllogismorum  
hactenus.

A χρῆσιμον δὲ καὶ μὴ σωεχὴν τὰ ἀξιωματὰ  
λαμβάνειν ἐπὶ τῶν συλλογισμοῖ. ἀλλ' ἐναλλάξ  
δὲ πρῶτος ἕτερον καὶ ἕτερον συμπεράσματος. τὸ με  
ν γὰρ ἂν οὐκ ἔστιν ἀλλοῦ ἀλλοῦ ἀλλοῦ δὲ συμ  
περάσματος ἐν αὐτῶν προφανέσι.

LOCVS CELANDI  
QVARTVS.

15 Vtile autem & non cōtinua po  
stulata sumere ex quibus syllogismi.  
Sed vicissim ad aliam & ad aliā con  
clusionem. Nam positus conuenien  
tibus iuxta seinuicē, magis quod ac  
cidit ex ipsis, manifestum.

Nunc rursus docet celationem, quæ fit ex parte plu  
rium syllogismorum. uerbi gratia. fit problema, anima  
est immortalis, hæc cōclusio potest syllogizari. primo sic  
omne seipsum mouens immortale, anima seipsum mouēs,  
ergo anima est immortalis. Secundo sic, omne cognoscēs  
se, immortale, anima cognoscēs se, ergo anima est immor  
talis. Si uolueris latere respondentem, syllogizæ hoc pa  
sto, omne seipsum mouens immortale, anima cognoscēs  
se, ergo anima immortalis. uel sic, omne cognoscēs se, im  
mortale, anima seipsum mouet, ergo anima immortalis.  
hanc celationem tradit, et dicit, [Vtile autem, et nō cō  
tinua postulata,] id est, propositiones [sumere, ex quibus  
syllogismi,] hoc est utile non ponere proprias propo  
sitiones ad propriam conclusionem. [sed uicissim] atque per  
mutatim pro celatione bonum est sumere propo  
sitionem unius prosyllogismi, qui est ad unam conclusio  
nem cum alia propositione alterius prosyllogismi, qui est  
ad aliam conclusionem. et hoc dicit [sed uicissim] misce  
re propositiones, quæ sunt [ad aliam, et ad aliam con  
clusionem] uerbi gratia, fit problema, utrum paris impa  
ris eadem disciplina. an non, unius prosyllogismus est, dif  
paratorum eadem est disciplina, opposita sunt disparata,  
ergo oppositorum eadem disciplina. Alter prosyllo  
gismus, in composibilem eadem disciplina, disparata in  
composibilia, ergo disparatorum eadem disciplina. Ter  
tius prosyllogismus, oppositorum eadem disciplina, con  
traria opposita, ergo contrariorum eadem disciplina.  
Syllogismus ergo manifestus erit, contrariorum eadem  
disciplina, par et impar cōtraria, ergo paris imparisq; ea  
dē disciplina. Latēs uero erit, disparatorum eadem disciplina,  
contraria sunt opposita, ergo paris et imparis eadem  
disciplina. uel sic, opposita sunt disparata, contraria opa  
posita, ergo paris et imparis eadem disciplina. Sumunt  
enim permutatim huiusmodi syllogismi alteram propo  
sitionem unius syllogismi, quæ est ad unam conclusionē,  
et alteram ex altero, qui est ad alteram conclusionem.  
et sic latent respondentem propterea subdit, [Nam po  
sitis] propositionibus [conuenientibus iuxta seinuicem]  
ut decet, [magis quod accidit ex ipsis, manifestum,] sed  
positis uicissim, latet opponens. Quod uero ad uer  
ba attinet, postulata græcè est ἀξιωματὰ, hoc est di  
gnitatis. Sed (ut Alexander inquit) axiomata pro propo  
sitionibus syllogismi accepit.

χρῆσιμον δὲ καὶ ὀρισμὸν λαμβάνειν ἐπὶ τῶν ἀξιωμα  
τῶν καὶ ἀδύνατον πρότασιν, μὴ ἐπὶ αὐτῶν,  
ἀλλ' ὑπὸ τῶν συσφύρα. ἀλλογοῦνται γὰρ ἐν  
αὐτοῖς, ὅταν ὑπὸ τῶν συσφύρα λυφθῆν ὀρισμὸς,  
ὡς οὐ τὸ καθόλου συγχωροῦντες. ὅσον εἰ λέοι λα  
βῆν, ὅτι ὁ ὀρισμὸς ἐπὶ τῶν ἀξιωματῶν φαινομέ  
νῶν ἀλλογοῦνται. ὅταν γὰρ ἐν τῶν ἀξιωματῶν  
ἐπιχειρῶν ἂν καθόλου ὁ προαρχόμεθα.

LOCVS CELANDI  
QVINTVS.

16 Oportet autem & definitione  
sumere (in quibus possibile est) uni  
uersalem propositionem non in ip  
sis sed in coniugatis. Nam decipiunt  
falsa ratiocinatione seipsos, quando  
in coniugato sumitur definitio, si nō  
uniuersale concedunt. Ut si oportet  
sumere, quoniam qui irascitur appe  
tit pœnam, sumatur ira appetitus ef  
se pœnæ propter apparentem par  
uipensionem. Et erit manifestū, quo  
niam hoc sumpto, habemus uniuers  
ale, quod prælegimus.

Nunc docet celationem, ex permutata definitionis as  
signatione, quæ talis est, si ex definitione opponens debet  
argumentari uniuersalem propositionem, et latere re  
spondentem, definitio sumenda est in abstractis, et non  
in concretis, et dicit, [Oportet autem definitione uniuers  
alem propositionem sumere] dico [in quibus possibile est]  
non enim in omnibus propositio uniuersalis sumi potest,  
quia non in terminis singularibus, et ubi uidelicet uolu  
mus latere, [non in ipsis] propositis de quibus est dispu  
tatio [sed in coniugatis,] hoc est, sed in abstractis eorum  
sumatur definitio, ut si problema sit, utrum omnis qui ira  
scitur, pœnā appetit, an non: uniuersalis propositio que  
ratur in ipsa ira, quæ coniugatum est ipsi irato, et non  
in ipso irascente, assignat causam, et dicit, [Nam dece  
piunt seipsos falsa ratiocinatione,] scilicet respondentes  
[quando in coniugato,] id est in abstracto [sumitur defi  
nitio, si non uniuersale concedunt,] quia credunt se con  
cedere propositionem indefinitam, et tamen concedunt  
propositionem uniuersalem. Nam secundum Aristotelē  
in abstractis, uniuersalis et indefinita propositio eadem  
est, dat exemplum et dicit, [ut si oportet sumere, quonia  
am qui irascitur, appetit pœnam,] et accepit Aristote  
les hic indefinitā pro uniuersali, quasi dicat, si uelimus  
ut respondens sumat hanc, omnis qui irascitur appetit pœ  
nam, [sumatur] ab opponente [ira appetitus esse pœnæ  
propter apparentem paruipensionem, et erit manifestū  
quoniam hoc sumpto,] atque concessio a respondente [ha  
bemus uniuersale, quod prælegimus,] scilicet illud, om  
nis qui irascitur, appetit pœnam. Celatio igitur hæc ex  
permutatione proficitur, quæ est definitionis a cōtrē  
to ad abstractum.



G Alexander asserit utile esse ad occultandum, sumere quod est consuetum concedi ab authoribus. qualia sunt, utrum sanitas est eligibilis, ut omnes opinantur. utrum deceat iudicem esse optimum, ut vulgares et sapientes putant. utrum modesti sunt fatui, ut putat Socrates. utrum anima seipsam moueat, ut putat Plato. Hec enim vult esse interroganda, ab eo qui vult latere, tamen uerba Aristotelis huic expositioni non sunt consona. Melius ergo dicemus hunc esse locum decimum celandi, qui accipitur penes opinionem opponentis, per comparationem ad opinionem respondentis. Et est talis, quod interrogans debet dicere de proposito, quod sit consuetum dici et concedi, ut si interroget utrum omnes matres diligunt filios suos. utrum omnes qui in aedibus, pœnam appetant. de his dicere debet, quoniam sunt consueti, et quoniam dicitur. et dicit, [vtilie autem] est, [et dictum addere] hoc esse ad proponendum, [quoniam consuetum] est, et communiter [dicitur.] Assignat rationem cur sic dicere faciat ad occultationem, et dicit, [Nam pigrescit dimouere quod solitum est] concedi [instantiam non habemus.] Assignat secundam rationem, et dicit, [Simul autem] cum hac ratione est alia, [et] est, [quia et ipsi utuntur talibus] consuetis concedi, [cauent ea dimouere.] habent enim quae consueti sunt, uim magnam.

Εὐ μὴ ἀπὸ προτείναν ὁ δὲ λέγει χρῆσιμον ἢ πρὸς γὰρ τοὺς ἀποδείξοντας μᾶλλον ἀντίτι μὲν οὐσί.

LOCVS CELANDI XI.

24 Infuper non diligenter agere, & si omnino vtile sit. Nā aduersus diligenter agentes, magis renituntur.

Locus hic celandi undecimus sumitur penes operationem opponentis in comparatione ad conclusionem. et est talis, si opponens habuerit aliquid utile ad suum propositum, non debet illud festinanter, et cum diligentia proponere. Nam respondentes contra diligenter proponentes renituntur magis, et querunt asserere instantiam. et dicit, [Infuper non diligenter agere.] subaudi oportet opponentem, et curare, ut respondentes concedant, [et si] id sit omnino utile ad propositum. Hic enim est optimus celandi modus. [nam] (ut inquit) [aduersus diligenter agentes.] et curantes ut respondentes respondeant, respondentes ipsi magis renituntur, [atque contrariantur.] fiet autem hoc, cum ipsi interrogantes interrogauerint, ac si dubitarent aut nescirent, quod Socrates facit apud Platonem. interrogat enim ac si nesciret, simulans id accipere, quod ad interrogationem ponet rñdēs.

καὶ δὲ ὅς ἂν πρὸς ἀβολῆν προτείναν. ὁ γὰρ δὲ λέγει λόγι προτείναν οὐ μὴ δὲ ἀπὸ τοῦ χρῆσιμον ἢ θέσει μᾶλλον.

LOCVS CELANDI XII.

25 Et ipsum vt in similitudine proponere. quod enim propter aliquid aliud proponitur, & non propter ipsum, vtile ponentibus magis est.

Hic locus celans est (ut Alexander inquit) cum id quod interrogans proponit, non in se, sed in similitudine, et non sui gratia, sed gratia alterius proponit. dicit, [Et ipsum] scilicet quod proponit, oportet proponere, ut in similitudine, et non subaudi gratia sui, sed gratia alterius. Reddit causam secundi, et dicit, [quod enim propter aliquid aliud proponitur] scilicet ab opponente, et non propter ipsum, scilicet propositum [utile ponentibus magis est.] minus enim respondentes attendunt ad illud. Primum autem exponit Alexander per exemplum, ut si uolumus accipere quoniam abstinentia uirtus est, in terrogatōibus utrū uidebitur tibi ita abstinentia esse uirtus, sicuti iustitia et fortitudo.

Εὐ μὴ ἀπὸ προτείναν ὁ δὲ λέγει χρῆσιμον ἢ πρὸς γὰρ τοὺς ἀποδείξοντας μᾶλλον ἀντίτι μὲν οὐσί.

LOCVS CELANDI XIII.

26 Infuper non id proponere quod oportet sumere, sed cui consequens, id est ex necessitate. Nam & magis concedunt, quoniam non similiter ex his manifestum est, quod confecturū est: & sumpto hoc, sumptum est & illud.

Sunt (ut Alexander inquit) nonnulla consequentia ex necessitate, ut uirtutem esse scientiam, et uirtutem esse disciplinam. Sequitur enim uirtutem esse scientiam, si uirtus est agendi cognitio per causam. Et si uirtus est habitus per demonstrationem acquisitus, sequitur uirtutē esse se disciplinā. ideo dicit Aristoteles, [Infuper non id proponere, quod oportet sumere, sed cui consequens, id est, ex necessitate] subaudi est locus celans. assignat causam, et dicit, [nam et magis concedunt,] scilicet respondentes antecedēs, [quoniam non similiter ex his,] scilicet antecedentibus [manifestum est, quod confecturum est, et] est unum aliud utile, quoniam [sumpto hoc,] scilicet antecedente. [sumptum est et illud,] scilicet consequēs. Ergo si quaesitum est utrum uirtus sit disciplina, interrogans proponere debet utrum uirtus sit habitus per demonstrationem acquisitus. nam sic celabit propositum.

καὶ δὲ ὅς ἂν πρὸς ἀβολῆν προτείναν. ὁ γὰρ δὲ λέγει λόγι προτείναν οὐ μὴ δὲ ἀπὸ τοῦ χρῆσιμον ἢ θέσει μᾶλλον.

27 Et id ultimo interrogare, quod maxime vlti sumere. nā maxie prima renūunt, quoniam plurimi interrogantium prima interrogant, circa quæ vel maxime student.

Assignat locum celandi decimumquartum ex parte ordinis, et dicit, [Et id ultimo interrogare, quod maxime vlti sumere,] subaudi est xiiii locus celandi. immo ut Alexander inquit, oportet quaedam alia prius interroga-

A res, soluerēque prius aliquas, uel aliquam instantiam: pro stremo uero id interrogare, quod est ad propositum. Et assignat causam, et dicit, [nam maxime prima renūunt,] qui respondent. et cur maxime prima renūant, assignat causam, et dicit, [quia plurimi interrogantium prima interrogant, circa quæ uel maxime student.] et quia nonnulli interrogantes solent primo interrogare utilia, ideo respondentes credunt ita facere omnes interrogantes. Et cum sic crediderint, negant prima interrogata. Quare celans locus erit, si ultimo proponuntur utilia.

πρὸς ἐνὶ τοῖς δὲ πρῶτα τὰ προτείναν. ὁ γὰρ δὲ λέγει λόγι προτείναν οὐ μὴ δὲ ἀπὸ τοῦ χρῆσιμον ἢ θέσει μᾶλλον.

LOCVS CELANDI DECIMVS QVINTVS.

28 Ad quosdā autem prima quæ huiusmodi sunt, proponere. Nam proterui maxime prima admittunt, nisi omnino manifestum sit quod fecuturum est. In fine autem proteruiunt. Similiter autem & quicunque arbitrantur acuti esse in respondendo, ponentes enim prima, in fine recātant, tāquā nihil acciderit ex iis quæ posita sunt. Ponūt enim propte confidentes habitui, & arbitran-tes se nihil esse passuros.

Hic locus est particularis, quoniam datur pro eis, qui uel sunt proterui, uel sunt acuti, in ingenio que celeres. nam (ut Alexander inquit), quidam sunt, qui proterui dicuntur, et hi semper prima concedunt. postea uero cum in fine cognoſcunt se deceptos, tunc proteruiunt. Alii sunt acuti, qui et ingenio ueloces uidentur, hi prima semper concedunt, postea in fine recātant, itantque ostēdere, quod illatum est, non ex concessis esse illatum, uel dictio-nem interpretantur, uel dicunt nonnullas amphibologias. ad hos loquens Aristoteles inquit, [Ad quosdam autem prima quæ huiusmodi,] scilicet utilia sunt, proponere [est locus celans. Et exponit, qui sunt isti, et dicit,] nā proterui, [qui et difficiles dicuntur] maxime prima admittunt, nisi omnino manifestum sit, quod fecuturū est. [nam si pro eo cognoscunt quod fecuturum est, sequi ex pri-mis, illa nequaquam concedent. [in fine autem] cognoscētes se deceptos, [proteruiunt,] asserentes non sic dixisse, uel non sic se intellexisse.] Deinde expōit alios huius generis, et dicit, [Similiter autem, et quicumque arbitran-tur acuti esse in respondendo,] etiam concedunt prima, [ponentes enim prima,] cum cognouerint se esse deceptos, [in fine recātant,] asserentes oppositum eius, quod

concesserunt. [tanquam nihil acciderit ex iis quæ posita sunt. Ponunt enim propte confidentes habitui,] id est, bonitati ingenii, [et] confisi proprio ingenio sunt [arbitrantes se nihil esse passuros] et ita facile prima concedunt. pro his igitur locus celans est utilia proponere primo, sic enim habebunt quod uolunt.

Εὐ δὲ μὴ ἀπὸ προτείναν ὁ γὰρ δὲ λέγει χρῆσιμον ἢ πρὸς γὰρ τοὺς ἀποδείξοντας μᾶλλον ἀντίτι μὲν οὐσί.

LOCVS CELANDI DECIMVS SEXTVS.

29 Infuper prolongare & interponere quæ nihil sunt vsui ad orationem: quemadmodum pseudographia vtentes. nā cum sint plura, immanifestum in quo falsum sit. quare & occultant quandoque interrogantes, in absconſo proponentes ea, quæ posita per se, non ponerētur. Ad occultationē igitur dictis est vtēdū.

Assignat locum decimum sextū, et dicit, [Infuper prolongare, et interponere,] scilicet interrogantes, [quæ nihil sunt vsui,] id est, quæ non sunt utiles [ad orationem] id est ad propositum, de quo est disputatio, est locus celandi decimus sextus, debent enim interrogantes interponere inutilia utilibus, quemadmodum pseudographia utentes, [id est, falsi pictores, qui multas inducentes lineas in-utiles, inter eas miscunt utiles latentes. [nam cum sint plura, immanifestum in quo falsum sit.] mendacium enim in pluribus mixtum, in absconſo est.] Tunc concludit, et dicit, [quare, et occultant quandoque interrogantes, in absconſo proponentes ea, quæ per se posita, non ponerētur.] debet igitur interrogans prolongare propositum interponendo suū propositum inter multa inutilia ad propositum. Rñdēs autem proposita quæ inutilia sunt, cōcedēs, etiā concedet id, quod est ad propositū interrogātis, et sic decipietur. Multa enim (ut inquit) per se posita ne-gabuntur a respondente, quæ permixta aliquibus inutilibus interrogatōibus, cū non facile discerni possint quæ utilia, et quæ inutilia, oīa cōceduntur, et sic interrogās, sumet id, quod quarebat. vsus est autem loco huiusmodi Socrates apud Platonem, qui disputando multa inutilia interponit, ut obtineat a rñdēte, quod querit. Sed occurrerit, nā decipere rñdētem, ut cōcedat interposita in utilia ad concedendū uile, uidetur sophisticum. Dicendum interponere aliena, ut aliena cōcedatur, est sophisticū cū; sed interponere aliena, ut rñdēs concedat utile, est dialecticū. nec est sophisticum, ut superius diximus, decipere ac celare, cū opponēs celauerit, ut reducat rñdētem ad ueritatē, uel ad probabiliorē opinionē, sed cū opponēs celat, ut decipiat, et nulla alia ratione sophisticum est. Deinde epilogat et dicit, [ad occultationem igitur] his locis [dictis est utendum.]

G Eijs de hōs mori, ἐπαγωγὴ καὶ Διακρίσις τῶν συγγενῶν. ἢ μὲν οὖν ἐπαγωγὴ ὁ ποῖον τὴν δὲ Διακρίσιν τοῦτο ὅτι ἐπισημνῶν ἐπισημνῶν βελτίων, ἢ τῶν ἀκριβεστέραν ἐναυ, ἢ τῶν βελτίων. καὶ οὗν τῶν ἐπισημνῶν. αὐτὸ μὲν θεωρητικαί, αὐτὸ δὲ πρακτικαί, αὐτὸ δὲ ποικιλικαί. τῶν γὰρ τοῖσδε τῶν ἀκρίτων συγγενῶν μὲν, τὸν λόγον, οὐκ ἀναγκαῖον δὲ φηδὲναι, τῶν δὲ συγγενῶν.

DE IIS QUAE SVNT NECESSARIA AD AMPLIFICANDVM ORATIONEM.

30 Ad ornatum vero inductione, & diuisione eorum quæ affinia sunt. Inductio quidem quale quid est, manifestum. Diuidere autem huiusmodi, vt quoniam scientia est scientia melior, aut quia certior est, aut quia de melioribus. Et quoniam scientiarum alia quidem sunt contemplatiua, alia quidem sunt actiua, alia vero effectiua: vnumquodque enim talium coornat quidem orationem: non necessarium autem est, vt dicatur ad conclusionem.

Cum dixisset loca celandi, nunc docet ea quæ sunt necessaria ad amplificandam orationem, et dicit, [ad ornatum autem] subaudi utendum inductione, et diuisione eorum quæ sunt affinia. et per affinia intelligit, quædam communia quæ sub se continent plura diuersaque, quasi dicat, et diuisione eorum quæ sunt affinia, id est dicta de pluribus, per quæ dedit intelligere non semper utendum esse diuisione, sed quoties in ipsa oratione interrogatoria fuerit aliquod multiplex, quod diuisione indiget pro sui explanatione. Quare necessaria ad amplificandam orationem sunt inductio, et diuisio. Et intellige non sola hæc sufficere, nam superius etiam dixit ampliatius propositiones esse propositiones superfluas quæ accipiuntur ab interrogante antequam proferat interrogationem, quæ est ad propositum. Vbi per exempla Alexandri ibi patet propositiones superfluas non esse inductionem, nec diuisionem, hoc est, nec inductiuas, nec diuisiuas propositiones. Sed dices, de ornatu orationis loquitur rhetor, et non dialecticus. Dicendum Aristoteli hic per ornatum, magnitudinem, atque orationis prolongationem intellexisse. nam cum superius quatuor præter necessaria enumerasset, si per ornatum non intellexisset magnitudinem orationis, superius in ea præter necessariorum enumeratione esset mentitus Aristoteles. Deinde exponit quæ dixerat, et dicit, [inductio quidem quale quid est,] ex multis locis est manifestum. Sed dices propositiones inductiua, et amplificatiua (ut superius patuit) non sunt eadem. Nunc vero inter propositiones amplificatiuas enumerat inductiua, et propositiones diuisiua. Dicendum, bifariam considerari posse inductionem, aut equan-

tum infert ex singularibus inuicem, et sic superius locutus est de propositionibus inductiuis, nam sic distinguitur contra propositiones amplificatiuas, et superfluas. Aut in quantum est sermo amplior, maiorisque ambitus quam exemplum, nam amplior est propositio, quæ plura quam quæ unum continet, et hoc pacto inductio erit amplificatiua propositio, atque superflua. Et sic de ea loquitur hic, quoniam ut sic non distinguitur contra propositiones superfluas, atque amplificatiuas. Deinde exponit diuisionem, et dicit, [diuidere autem] est [huiusmodi] ut quoniam scientia est scientia melior, hæc enim propositio distinguibilis est propter illud uerbum [melior,] quod bifariam est, [aut] melior quia certior [quo modo mathematica scientia melior est scientia naturalis, et metaphisica,] aut melior quia de melioribus, et nobilioribus, et sic diuina et naturalis meliores sunt mathematicis, ut primo de anima dictum est. Illius ergo propositionis scientia est melior scientia, hæc sunt amplificatiua, scilicet cet, quia uel certior, uel nobilior. Assignat secundum exemplum, et dicit, et quoniam scientiarum alia quidem sunt contemplatiua, ut naturalis et diuina, alia autem actiua, ut morales, alia uero effectiua, ut mechanicæ, et medicinales. Quod uero sine amplificatiua, probat, et dicit, [unumquodque enim talium], et inductio, et diuisio [coornat] hoc est, amplificat quidem orationem, scilicet interrogatorem, non necessarium autem est, ut dicatur ad conclusionem, ut si conclusio sit, mathematica est habitus per demonstrationem acquisitus, interrogatio propria ad hæc erit, utrum ois scientia sit habitus per demonstrationem acquisitus, an non. Propositiones ergo illæ, quibus in interrogatione diuiditur scientia diuisiuis, enarratis dicuntur amplificatiua, quoniam faciunt ad magnitudinem interrogatorie orationis, et non ad conclusionem: et sic interrogatio diuisiua erit, utrum scientia, cuius altera est nobilior, altera certior, ut cuius altera est actiua, altera factiua, altera contemplatiua, sit eadem contrariorum an non. Præterea si conclusio fuerit par et imparis, est eadem disciplina, uide licet eadem arithmetica, interrogatio erit, utrum contrariorum est eadem disciplina, an non? Si ergo interrogans interrogauerit, utrum uisus est idem albi et nigri, an non? Et utrum auditus est idem grauis, et acutus, an non? et utrum tactus idem calidi et frigidi, an non? hæc amplificatiua propositiones sunt, quæ nihil ad conclusionem faciunt, faciunt tamen ad magnitudinem interrogationis, erit igitur interrogatio inductiua, utrum contrariorum est eadem disciplina, ut uisus albi et nigri, auditus grauis et acuti, an non? ubi patet ex his propositionibus fieri inductionem illius uniuersalis propositionis, sensus contrariorum est idem, quæ inductio amplificans interrogatorem, nihil facit ad conclusionem.

Eis de σαφίνων, καὶ ἀδελφῶν καὶ ἀδελφῶν οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἄλλο, ἀλλ' ἡ αὐτὴ οὐσία ἐστὶν ἡ οὐσία. οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἄλλο, ἀλλ' ἡ αὐτὴ οὐσία ἐστὶν ἡ οὐσία. οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἄλλο, ἀλλ' ἡ αὐτὴ οὐσία ἐστὶν ἡ οὐσία.

DE IIS QUAE SVNT NECESSARIA AD EXPLANATIONEM INTERROGATIONIS.

31 Ad diluciditatem autem exempla & similitudines afferendæ. modo exempla accommodata fuerint. & ex quibus scimus, qualia Homerus, non qualia Chærilus, sic enim dilucidius erit quod proponitur.

Nunc exponit quæ ualent ad diluciditatem, atque interrogationis explanationem, et dicit, [Ad diluciditatem autem] interrogatorem, [exempla, et similitudines afferendæ.] Deinde exponit qualia exempla, et similitudines, et dicit, [modo exempla accommodata fuerint] scilicet interrogatorem, quibus interrogans utitur, [et] ea uidelicet fuerint, [ex quibus scimus, qualia] uidelicet [Homerus] et [Chærilus] afferre solet, sic enim per talia [dilucidius erit, quod proponitur.] Exponit autem Alexander differentiam inter exemplum, et similitudinem, quam Græci dicunt parabolam, quod exemplum fit aliquod factum, quod proponitur ad ostensionem alicuius quod nondum est factum. hæc enim est exemplaris interrogatio, utrum Cæsar petens custodias à Romanis suis uicis, tyrannizabit, ut Dionysius, qui petit custodias à Syracusanis, an non tyrannizabit? Similitudo autem est comparatio alicuius facti ad alterum, quod dicitur ad explanationem illius, et hoc pacto est interrogatio similitudinaria utrum contrariorum eadem est disciplina, scilicet et sensus, an non? ut Alexander inquit, uidetur ipse Aristoteles nunc in idem usus esse exemplo, et similitudine, nam dicit, [modo exempla accommodata fuerint, et ex quibus scimus, qualia] Homerus, non qualia Chærilus, nam cum dixisset [exempla], debuisse addere similitudines, nisi quia pro eodem exemplum, et similitudine accipit. Dicit etiam Alexander exempla et similitudines Homeri esse scientificas, quia manifestæ et notæ, tales autem non sunt illæ Chærilii poetæ. Chærilus uero græcus poeta ineptus fuit, quem admodum Bauus apud Latinos, de quo Paulus poeta loquitur, asserens Bauum similem esse Chærilii inepto.

καὶ ἐπισημνῶν, καὶ ἀδελφῶν καὶ ἀδελφῶν οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἄλλο, ἀλλ' ἡ αὐτὴ οὐσία ἐστὶν ἡ οὐσία. οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἄλλο, ἀλλ' ἡ αὐτὴ οὐσία ἐστὶν ἡ οὐσία.

DE INDUCTIUIS PROPOSITIONIBVS.

32 Utendum autem in differendo, syllogismo quidem ad dialecticos magis quam ad multitudinem: inductione uero contra, ad multitudinem magis. Dicitur est autem de his, & prius.

Declarat nunc quo modo sit utendum propositionibus inductiuis, et dicit, [utendum autem in differendo] atque disputando, [syllogismo quidem magis ad dialecticos] atque acutos qui mente sunt præstantes, [quam ad

multitudinem] quæ est mente obtusa, [inductione uero contra, ad multitudinem magis] et ad homines qui sunt rudes, cum sint menti hebetes, quia uero de differentia horum dictum est libro Priorum, et in hoc libro, dicit [dictum est autem de his, et prius.]

Eis de ἐπισημνῶν καὶ ἀδελφῶν οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἄλλο, ἀλλ' ἡ αὐτὴ οὐσία ἐστὶν ἡ οὐσία. οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἄλλο, ἀλλ' ἡ αὐτὴ οὐσία ἐστὶν ἡ οὐσία. οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἄλλο, ἀλλ' ἡ αὐτὴ οὐσία ἐστὶν ἡ οὐσία.

33 Est autem in aliquibus quidem inducenti possibile interrogare uniuersale, in aliquibus uero, non facile, quoniam non positum est similitudinibus, nomen omnibus commune. Nam quando oportet uniuersale sumere, & sic in omnibus talibus esse dicere id determinare difficillimum est, qualia sunt ea quæ proferuntur huiusmodi, & qualia nō. Et propter hoc sæpenumero dissident in disputationibus, alii quidem dicentes similia esse quæ non sunt similia, alii uero dubitantes quæ sunt similia, non esse similia.

Mouet difficultas, quarum prima est de inductione, circa quam primo tangit difficultatem, et causam difficultatis, secundo ibi [Quare tenendum] assignat remedium ad tollendam difficultatem, de prima parte dicit, [Est autem in aliquibus quidem] subaudi singularibus similibus [inducendi possibile] et facile [interrogare uniuersale] id est, interrogare, et inducere singularia similia ut inferatur uniuersale, et hæc singularia sunt, quorum uniuersale est commune uno nomine nuncupatum, ut si uniuersale fuerit omne animal bipes gressiuum est sine cauda, hoc erit facile inducere ex singularibus, quoniam animal bipes gressiuum uno nomine appellatur uidelicet homo. Possimus ergo interrogare utrum hic homo sit sine cauda, et ille homo similiter, et sic de singulis an nō? et si conceditur de omnibus, relinquatur omne animal bipes gressibile esse sine cauda, quoniam et singularia, et uniuersale uno nomine dicuntur. Deinde exponit, in quibus singularibus non est facile, et dicit, [in aliquibus uero] singularibus [non facile] est ex interrogatione singularium inferre uniuersale, ut patet in quibus cum uniuersali non est unum commune nomen cuius causam assignat, et dicit, [quoniam non positum est similitudinibus] id est, singularibus similibus [nomen omnibus commune] scilicet



G cum suo uniuersali, uerbi gratia, in singularibus quadru- pedibus gresibilibus, cum enim his, et uniuersali horu u- num nomen impositum non sit, non facile erit ex singula- ribus inferre uniuersale, ut si uniuersale sit, omnis quadru- pes gresibilis est, pronus, non erit facile inducere omnia singularia quadripedis gresibilis, et ex illis inferre uni- uersale, et assignat causam, et dicit, [nam quando oportet uniuersale sumere, et dicere sic in omnibus talibus esse,] ut facimus in inductione, in cuius fine dicimus, et sic de similibus omnibus, [id determinare difficillimum est,] et exponit quod est determinatio difficile, et dicit, [quia haec sunt ea quae profertur esse huiusmodi,] cum dicitur, et sic de singulis, [et qualia non] cum enim non habent commune nomen cum suo uniuersali, difficile erit dicere, et sic de omnibus similibus, nisi addatur de omnibus equis, uel omnibus bobus, uel omnibus capris, quae cum addi non possunt, propter caritatem communis nominis, ideo difficile est in huiusmodi singularibus facere inductionem. Deinde assignat signum, et dicit, [et propter hoc se penumero dissident in disputationibus, alii quidam dicentes similia esse, quae non sunt similia, ut opposites: alii uero dubitantes quae sunt similia, non esse similia,] ut respondentes, cum enim interrogans inducendo dicit, et sic de similibus, nisi addatur determinatum nomen, respondens dicit eam esse similia, quae forte sunt similia, et opponens dicit quae non sunt similia, esse similia. Et hoc diffiduum oritur pro magna parte, quia singularia similia non habent unum commune nomen. Et tu intellige licet cum difficultate in talibus fiat inductio, tamen non est impossibile eam fieri, nam inductio fieri potest in quibuscumque singularibus commune habet nomen proprium, uel circumlocutionem, ut statim dicemus.

Δὲ περιεργου ἰδιότητων ἢ ποιότητων ὄνομαστικῶν ἀπὸ τοῦ ἰδίου, ὅπως μὴτε τῶ ἀπομνημονεύσῃ ἀκριβοῦς ἴσως ὅχι δὲ οὐκ ἀπομνημονεύσῃ λέγεται. μὴτε τῶ ἑρατῶν οὐκ ἀκριβοῦς ἴσως δὲ οὐκ ἀπομνημονεύσῃ λέγεται. ἰδιότητων ἢ ποιότητων ὄνομαστικῶν ἀπὸ τοῦ ἰδίου, ὅπως μὴτε τῶ ἀπομνημονεύσῃ ἀκριβοῦς ἴσως ὅχι δὲ οὐκ ἀπομνημονεύσῃ λέγεται.

34. Quare tentandum in omnibus talibus ipsum nomen effingere, ut neque respondententi liceat dubitare, quoniam non similiter dicitur quod infertur: neque interroganti calumnia ri ut similiter dicto, quonia plura eorum quae non similiter dicuntur, similiter uidentur dici.

Cum assignasset difficultatem, nunc docet remedium contra difficultatem, et dicit, [Quare tentandum in omnibus talibus ipsum nomen effingere] commune, ut dici possit nonnominatum, et sic de similibus hominibus, uel capris, uel aliis alio nomine dictis, et assignat causam, et dicit, [ut neque respondententi liceat dubitare,] et dicere, [quoniam non dicitur, similiter, quod infertur, neque interroganti] licet [calumnia] hoc est, cum cauillis probare, [ut similiter dicto, quoniam plura eorum quae non similiter dicuntur, similiter uidentur dici,] erit igitur remedium

imponere singularibus commune nomen, ut tollatur litigium inter interrogantem, et respondentem. Addit autem Alexander in aliquibus facile esse commune nomen imponere, in aliquibus difficile: et in his monet, ut per orationem nomen circumscribatur, uerbi gratia, sunt quaedam animalia, quae omnia carent dentibus in superiore maxilla, quibus non est impositum unum commune nomen, tamen imponi potest per circumlocutionem, et dici corniferum, et sic erit uniuersalis propositio, omne corniferum caret dentibus in superiore maxilla.

Ὅταν δὲ ἐπιχειροῦντες ἰδίᾳ πολλῶν μὴ διδῶν καὶ ὁλόου, τότε δὲ ἀκαχοῖν ἐπειτέμῃ ἐνδοξίμῃ, μὴ εἰπὼντα δὲ ἄλλῃ ἰδιότητων οὐκ ἀπομνημονεύσῃ ἀκριβοῦς ἴσως ὅχι δὲ οὐκ ἀπομνημονεύσῃ λέγεται. ἰδιότητων ἢ ποιότητων ὄνομαστικῶν ἀπὸ τοῦ ἰδίου, ὅπως μὴτε τῶ ἀπομνημονεύσῃ ἀκριβοῦς ἴσως ὅχι δὲ οὐκ ἀπομνημονεύσῃ λέγεται.

DE INSTANTIIS.

35. Quando autem induceti in pluribus, non dederit uniuersale, tunc iustum est petere instantiam. Non dicente autem ipso in aliquibus non sic, non est iustum petere in quibus non sic, oportet enim inducentem prius, sic instantiam petere.

Secunda dubitatio est (ut Alexander inquit) quando rationale est interrogantem a respondente instantiam petere, et quando non est rationale. Et secundum Alexandrum respondet, quando inductioe interrogans in pluribus fecerit inductionem, et respondens non concedit uniuersale, tunc rationale esse petere instantiam. Cum uero interrogans antequam in pluribus inductionem fecerit, petat instantiam, tunc irrationabile esse petere instantiam, quonia oportet ut interrogans prius inducat in pluribus, et postea petat instantiam, si respondens uniuersale non concesserit. Nos autem cum Alexandro dicimus Aristotelem ambigere de instantia quando petenda, et quando non petenda sit rationabiliter. Sed ab Alexandro dissentientes non eo modo Aristoteles respondere putamus, ut Alexander dixit. Ideo lege responsum, sic, [Quando autem induceti in pluribus] scilicet interroganti, respondens subaudi, [non dederit uniuersale, tunc] scilicet interroganti [iustum est petere instantiam] a respondente, et quantum ad hanc primam partem, recte Alexander exposuit, expositio uero secundae partis, quia non est consono uerbis quae nos inuenimus in nostris graecis codicibus, a nobis non conceditur. Ideo dicamus Aristotelem declarare, quando interrogans non iuste petit instantiam, et dicit, [non dicente autem ipso] respondente [in aliquibus non sic] est, ut tu inducis, id est, respondente tacente, et non negante uniuersale ex assumptionibus singularibus sequi, [non est iustum] interroganti [petere] instantiam scilicet [in quibus non sic], assignat causam, et dicit, [oportet enim inducentem prius] id est, interrogantem prius inducere in pluribus, et postea subaudi [sic instantiam petere], ut dictum est, hoc est, respondente non concedente in omnibus, sed solum in pluribus. Vbi enim respondens negauerit ex illis pluribus sequi uniuersale, tunc interro-

A gans rationabiliter petit instantiam. et haec est expositio consona uerbis graecis, quae nos habemus, uerbi gratia, si interrogauerit quispiam, utrum omne corniferum caret dentibus in superiore mandibula an non, et probet quod sic, hoc pacto, hoc corniferum caret dentibus in superiore mandibula, et hoc corniferum etiam, et illud etiam, ergo omne corniferum. Si respondens dixerit non sequi ex illis uniuersale, iuste interrogans petit instantiam a respondente: si uero nec negauerit, nec concesserit, non debet petere instantiam. Oportet enim interrogantem prius inducere, et respondente non concedente uniuersale, postea petere instantiam.

Αἰσώτερον τὸ τὰς ἐνδοξίας μὴ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ προτεινομένου φέρειν, ἢ μὴ ἐν μόνῳ ἢ ἐν ποσὶν τοῦ καθόλου ἢ ἐν ὅσῳ αὐτῶν ἀκριβοῦς ἴσως ὅχι δὲ οὐκ ἀπομνημονεύσῃ ἀκριβοῦς ἴσως ὅχι δὲ οὐκ ἀπομνημονεύσῃ λέγεται, ὅτι τοῦτο μόνον τοῖς τοῦ.

B 36. Et digne petendum instantias (non in eo quod proponitur) ferre: nisi unum tantum sit huiusmodi, ut dualitas parium numerorum solus primus. Oportet enim cum qui instat, in altero instantiam ferre, aut dicere quoniam hoc solum tale est.

Cum declarasset quando iuste, et quando non iuste petitur instantia, nunc exponit in quo iuste uel in quibus petitur instantia, et in quibus non et dicit, [Et digne petendum instantias ferre] scilicet de respondente, [non in eo quod proponitur] ab interrogante, sed in alio, ut si per inductionem interrogans inducat, hoc, seipsum intelligens, demonstrato deo, est immortale, et hoc seipsum intelligens est immortale demonstrata intelligentia, ergo omne seipsum intelligens est immortale. Respondens ergo instare debet, si interrogans petierit, in aliis ab ipso deo, et ab ipsa intelligentia, exponit autem in quo casu respondens potest ferre instantiam in eo, in quo interrogans proponit, et dicit, [nisi huiusmodi,] quod interrogans proponit, [sit unum tantum,] tunc enim potest in eo ferre instantiam respondens, [ut] si interrogans proponat, [dualitas] est [solus primus] numerus [parium numerorum,] quoniam dualitas est prior quam quaternarius, et quam senarius, et quae octonarius, et quam denarius, ergo dualitas est primus omnium numerorum parium. In hoc casu, cum dualitas sola sit primus numerorum parium, poterit respondens instare in dualitate, et tu intellige si potest ratione dicere, dualitas non est primus parium numerorum. Assignat causam, et dicit, [oportet enim eum, qui instat, in altero instantiam ferre] ab eis scilicet quae proponuntur, uel ab eo quod proponitur, [aut] si respondens uult instare contra id, quod proponit interrogans, oportet [dicere, quoniam hoc solum tale est,] et sic poterit contra illud instare.

Πρὸς δὲ τοὺς ἐνδοξίμους τῶ καθόλου, μὴ ἐν αὐτῶν δὲ τῶ ἐνδοξίμῳ φέροντας, ἀλλ' ἐν τῶ ὁμόνομῳ, διὸν ὅτι ἐχοῖ ἀντὶς τῶ μὴ αὐτοῦ χρώμα, ἢ πῶ δα, ἢ χεῖρ, ἐχοῖ γὰρ ἄμὲρ ὁ ζωγράφου ἢ μὴ

αὐτοῦ χρώμα, καὶ ὁ ζωγράφου πῶ δα ἢ μὴ ἐξ αὐτοῦ τοῦ διελθόντος δια ἰδῆ ἢ ποιότητων, ἑρατῆτον. λαμβανόμενος γὰρ τῆς ὁμονομίας, εὐ δόξει ἐν ἑστί- νου τῆς ζωγράφου.

37. Ad eos autem qui instant uniuersali, ferentes autem instantiam non in eodem, sed in æquiuoco, ut quoniam habet aliquis non suum colorem, uel pedem, uel manum (habet enim pictor non suum colorem, & cocus pedem non suum) diuidendo profecto reuera in talibus interrogandum est, nam latente æquiuocatione, bene viderentur instare pro positioni.

Cum declarasset in quo iuste ferri potest instantia, et in quo non (ut Alexander exponit) uult declarare, quando iuste respondens potest instare contra æquiuocum, et quando non, et litera est suspensiuusque ibi [diuidendo profecto] et dicit [Ad eos autem] respondentes, [qui instant uniuersali] scilicet ex pluribus particularibus illato [ferentes autem instantiam non in eodem] scilicet significato illius uniuersalis, [sed in æquiuoco] id est, sed in diuerso significato ab eo in quo uniuersale illatum est, [ut] si uniuersale illatum sit ab ipso interrogante omnis homo habet suum colorem: uel hoc, omnis homo habet suum pedem, uel manum, et respondens instando dicat, [quoniam habet aliquis non suum colorem, uel] habet aliquis non suum [pedem, uel manum,] habebit enim pictor non suum colorem, [sed colorem pingendi qui est domini picturae,] et cocus pedem non suum [scilicet galine, uel porci, qui non suus, sed est domini]. Ergo per hanc instantiam uidebitur, quoniam non omnis homo habet suum colorem, uel suum pedem. Tunc terminando suspensionem, dicit, [reuera in talibus diuidendo interrogandū est, nam latente] æquiuocatione, hoc est, nam dum æquiuocatio fuerit latens, respondentes [bene] atque iuste uiderentur instare propositioni. [patet igitur in quo casu fieri potest iuste instantia contra æquiuocum, quoniam dum latet æquiuocatio, ideo remedium est, ut interrogans prædistinguat in ea quae cadunt extra uniuersale, et in ea quae sunt sub uniuersali, quemadmodum] (ut Alexander inquit) est in hoc uerbo habere, quod multifariam est, nam aliquid habetur ut pars in ipso, aut ut habitus, aut ut possessio. cum ergo interrogans proposuerit utrum omnis homo habet suum colorem an non, debuit addere, ut habitum, et similiter cum proposuerit, utrum omnis homo habet suum pedem an non, debuit addere, ut partem, et sic instantie ablate a respondente non sunt iustae. Ex his patet, quoniam modo prohiberi potest instantia in æquiuocis.

Ἐάν δὲ μὴ ἐν τῶ ὁμόνομῳ, ἀλλ' ἐν αὐτῶν ἐνδοξίμῳ καλῶς τῶ ἐρατῆτον. ἀφοροῦντα δὲ ἐν ἑστί ἢ ἐνδοξίμῳ, ζωγράφου ἢ λογίου καθόλου ποιόντων, ἕως ἀν λάβῃ τῶ χρησίμων. διὸν ἰδίᾳ τῆς λήθης

Και του επιλελυθεν. ου συγχωρεσει ην απο βεβληνοτα πτω επισημω, επιλελυθεν. διοτι μεταπονοτος του παραγματος απο βεβλημε, επι λελησται δ' ου. ηντοι δω αφελοντα ην ε εν σασις ε λοιπον. διο ει δε μενοντος του παραγματος, απο βεβλημε πτω επισημη διοτι επιλελυσται. Ομοίως δε και προς τους ενισαμένους διοτι (ε) μειζονι αγαθα μειζον αντικειται κακου. προφερουσι γαρ οτι η υγιεια ελαττων οντα αγαθα της ευεξιας, μειζον κακου αντικειται. πτω γαρ νοσου μειζον εν κακου της καχεξιας. αφαιρετερον δω και ωδη τουτων εν ε εν σασις. αφαιρεθεντος γαρ, μαλλον αν ειν. διο οτι (ε) μειζονι αγαθα μειζον κακου αντικειται, εαν μη σωσπιφειρη θάτρον θάτρον. καθάπρον η διεξια πτω υγιειαν.

38 Si autem non in æquiuoco, sed in eodem instans prohibeat interrogationem, oportet auferentem id, in quo instantia est, proponere reliquū vniuersale faciendo, donec sumat quod vtile est. vt in obliuione, & oblitum esse. non enim cōcedunt eum, qui amisit disciplinam, oblitum esse: quoniam transeunte re, amisit quidē disciplinam: oblitus autem non est. Dicendum igitur auferenti id, in quo instantia est, reliquum. vt si permanēte re, amisit disciplinam: iccirco oblitum esse. Similiter autem & contra instantes, quoniam maiori bono, maius opponitur malum. Proferunt enim quoniā sanitati, quæ minus bonum est bona habitudine, maius malum opponitur. nam ægritudinem maius esse malum mala habitudine. Auferendum igitur & in hoc, id in quo instantia est: ablato enim magis ponet. vt quoniam maiori bono maius malum opponitur, nisi alterum inferat alterum: quemadmodum bona habitudo sanitatem.

Cum docuisset prohibere instantias in æquiuocis, nunc docet prohibere instantias in æquiuocis. et prohibito talis est. Si instantia fit non in æquiuoco, sed in proposito uniuoco, auferendum est id, in quo fit instantia, et proponendum est reliquum uniuersaliter. et si iterum ad hoc ferat instantiam, iterum est auferendum, et reliquum uniuersaliter proponendum. et hoc fieri debet quamdiu non instat respondens. dicit, [ si autem non in æquiuoco, sed in eodem, ] et uniuoco [ instans prohibeat interrogatio-

nem, ] ne scilicet inferatur uniuersale, [ oportet auferentem ] scilicet qui interrogat, [ id, in quo instantia est, ] postea scilicet proponere reliquum uniuersale faciendo, et hoc facere debet, [ donec sumat, quod uile est. ] Deinde assignat exempla, et dicit, [ ut in obliuione, et oblitum esse ] subaudi si aliquis accipiat, quoniam obliuio est discipline amissio, instans, quoniam [ non concedunt eum, qui amisit disciplinam, oblitum esse, quoniam transeunte re, ] cuius erat disciplina, [ amisit quidem disciplinam, oblitus autem non est. ] et tu intelligas Aristotelem per disciplinam intellexisse sensitiuam quandam notitiam que habetur de singulari transmutabili. nam disciplina proprie dicta, non est de re transmutabili. Potest igitur huius discipline esse amissio, que non est obliuio, quoniam amittitur per rei amissionem, et non per amissionem memoria. Tunc docet prohibere instantiam, et dicit, [ dicendum igitur auferenti id, in quo instantia est, ] uniuersaliter scilicet [ reliquum, ut si permanente re, amisit disciplinam, iccirco oblitum esse. ] Quare collectur instantia, si interrogans proposuerit discipline amissionem esse obliuionem salua re. tali enim diuisione preposita, instantia destruitur, et fit causa ut respondens concedat propositum. Deinde assignat secundum exemplum, et dicit, [ Si militer autem et contra instantes, quoniam maiori bono, maius opponitur malum. ] est subaudi remedium id est auferendum, ut si aliquis accipiat, quoniam maiori bono maius malum opponitur, et auferunt instantiam, quia sanitati que est bona habitudine minus bonum, opponitur ægritudo: que est maius malum, quam mala habitudo, que opponitur bonæ habitudini. Est enim ægritudo maius malum, quam mala habitudo, cum ægrotus deterius se habeat, quam male habitus, nam potest quis esse male habitus, et non æger. ideo dicit, [ proferunt enim ] scilicet instans, [ quoniam sanitati que minus bonum est bona habitudine, maius malum opponitur. nam ] dicunt [ ægritudinem ] que sanitati opponitur, [ maius esse malum mala habitudine, ] ut dictum est. Tunc docet prohibere hanc instantiam, et dicit, [ auferendum igitur et in hoc, id in quo instantia est, ablato enim ] scilicet eo in quo est instantia, respondens [ magis ponet ] reliquum uniuersale. [ ut quoniam maiori bono maius malum opponitur, nisi alterum ] includat et [ inferat alterum, quemadmodum bona habitudo sanitatem, ] et includit, et infert. Debet ergo proponi hoc pacto, maiori bono maius malum opponitur, nisi maius bonum includat minus bonum. nam cum maius bonum includit minus, poterit ei minus malum opponi.

Ου μόνον δε ενισαμένου του το ποιητερον, αλλα και ανθρ ενσασεως ανηνηται, ελε ε ποροεν υ ην τοις των αφαιρεθεντος γαρ εν ε εν σασις, εια γ και θησεται τιθεναι, ελε η μη ποροεν εν (ε) λοι πα ε, επι λυ ου ούτως, εαν δε μη λδη απαιτη μλο ε εν σασιν, ουχ ελα ε ποδενου.

39 Non solum autem eo instante hoc faciendum est, sed etiam si sine instantia negauerit, propterea quia præuidet aliquid talium. Nam abla-

A to eo, in quo instantia est, compelleretur ponere, quoniam non præuidet in reliquo, in aliquo nõ sic esse. Si autem non ponat, efflagitatus instantiam, non habebit assignare.

Cum docuisset prohibere instantias expressas a respondente, nunc docet prohibere instantiam tacitam. et dicit, [ Non solum autem eo ] scilicet respondente expressè [ instante, hoc faciendum est, ] quod dictum est, scilicet remouere, et reliquum proferre, [ sed etiam ] est remouenda tacita instantia, [ si sine ] expressa [ instantia negauerit ] uniuersale, [ propterea quia præuidet aliquid talium, ] per que potest instare, cuius causam assignat. et dicit, [ nam ablato eo, in quo instantia est ] scilicet tacita, respondens [ compelleretur ponere ] reliquum, [ quoniam non præuidet in reliquo ] instantiam [ in aliquo non sic esse, ] sed remota instantia in reliquo erit uniuersaliter ita. B [ Si autem ] remota tacita instantia [ non ponat ] respondens reliquum uniuersaliter, [ efflagitatus instantiam ] id est, efflagitatus ab opponente ut afferat instantiam, [ non habebit ] nec poterit [ assignare ] eam, quoniam opponens præueniendo iam remouit instantiam omnem.

Ειδη δε τοιαυτα ην προτασεωμ. αι επι λυ ηδ δει, επι λυ δε εληθεις. ωδη τεταμ γαρ εσημ αφελοντα, η λοιπον εληθεις καταλιπειμ.

40 Sunt autem huiusmodi propositionum quæ in aliquo falsæ sunt, in aliquo autem veræ. In his enim par est auferre, reliquum autem verum relinquere.

Nunc exponit quæ propositiones sunt, quæ possunt uniuersaliter verificari, per instantie remotionem. et multum quod propositiones uniuersales in parte falsæ, et in parte ueræ, sunt in quibus remota instantia, reliquum si proponitur, oportet uniuersaliter concedi. dicit, [ Sunt autem huiusmodi propositiones, ] uniuersales in parte falsæ, et in parte ueræ, [ in his enim par est auferre ] scilicet instantiam, reliquum autem uniuersaliter [ uerum relinquere. ] de his est hæc propositio, ois amissio scientie obliuio est, nõ enim est uniuersalis, sed uniuersalis erit, eü dicitur, re salua, cuius est scientia. Ex his quæ Aristoteles hic dixit sumpta est regula, quod omnis propositio in parte ueræ, et in parte falsæ, potest fieri uniuersaliter uera per exceptionem. hæc enim est uniuersalis, omnis amissio scientie, re cuius est scientia salua, est obliuio. iterum hæc est uera uniuersaliter per exceptionem, omni maiori bono contrarium est maius malum, nisi maius bonum contineat minus bonum. Adhuc hæc est uera uniuersaliter per exceptionem, omnis anima præter rationalem est mortalis. Sed in ludicris de his satis diximus.

Εδμ δε ωδη πολλωμ ποροτεινοντα μη φερα πτω ενσασιν, ελετωπομ ποροθεναι. ελε λευληνη δε εση ποροτασις, πορο ημ ούτως επι πολλωμ εχουσση, μη εση ενσασις.

41 Si autem in multis proponenti non ferat instantiam, postulandum est ponere. Nam dialectica est propositio, ad quam sic in pluribus se habentem non est instantia.

is de instantia præexpositis, redit ad inductionem, et dicit, [ Si autem in multis proponenti ] respondens nõ ferat instantiam, [ postulandum est ] ipsum respondetem [ ponere ] id est, ut uniuersalem propositionem que per inductionem est inducta, [ ponat ] ac concedat. Assignat causam. et dicit, [ nam propositio ad quam sic in pluribus se habentem, non est ] a respondente data [ instantia, est dialectica. ] et sic concedenda, per que patet Aristotelem non assignasse definitionem propositionis dialecticæ, ut imiores putant, sed eius quod dixit causam attulit. Probat enim propositionem ueram in pluribus, cui non datur instantia esse concedendam: causa, quoniam est dialectica.

Οταν δε ενδλεχεται η αυτη ανω του αδωα του και δε του αδωα του συλλογισθεωμ. απο δεικνυντα η και δε λεγομενα, ουδεν δε φερα η ούτως η ειναι ε συλλογισθεωμ. δε λεγομενα δε, ου χρησειμ (ε) δε του αδωα της συλλογισθεωμ. αυθι η γαρ τς αδωα του συλλογισθεωμ, ουκ εση εμφοισθητημ. οταν δε ε αδωντων συλλογισθωνται, αν μη λια η ποδωφανς ηδωα ε αν ανυ αδωντων φασιν ειναι. εσπε ου γινεται τως εροτασιν ο βουλοντα.

42 Quoniam autem contingit idē & sine impossibili, & per impossibile syllogizare, demonstrati quidem, & non differenti, nihil refert vel sic, vel illo modo syllogizare. Differenti autem non est utendum per impossibile syllogismo. nam si sine impossibili quidem syllogismo syllogizat, minime fiet, vt dubitent. At quando per impossibile syllogizant (nisi valde manifestum sit falsum esse) nõ impossibile dicunt esse, quare non fit in terrogantibus, quod volunt.

Quoniam dictum est sepe dialecticum uti syllogismo, et inductione, nunc exponit speciem syllogismi, quæ utitur dialecticus. et dicit, [ Quoniam autem contingit idem ] scilicet propositum, [ et sine impossibili, ] utputa ostensue, [ et per impossibile syllogizare, ] ut secundo priorum dilucidauimus, [ demonstranti quidem, et non differenti nihil refert uel illo modo syllogizare, ] et per demonstrantem eum qui scientifice demonstrat, intelligit, utputa, qui ex propriis necessariisque syllogizat. Per differentem autem, dialecticum, qui ex communibus, et probabilibus, quando causa autem, quare nõ refert, est, quia

Utroque modo demonstratio contingit, per quam scientia colligitur. [differenti autem] hoc est, dialectico, [non est utendum per impossibile syllogismo.] ratio in promptu est (ut Alexander inuit) quia impossibile, et necessarium distinguuntur contra probabilia, quibus utitur dialecticus. Dialecticus enim argumentatur ex probabilibus probabile. Ad probabile neque est necessarium, neque impossibile, nam probabile contingit uno tempore haberi pro uero, alio autem pro falso: sed necessarium semper pro uero, impossibile semper pro falso habetur. tamen Aristoteles assignat aliam rationem, quoniam opponens, quando syllogizat ostensiuè, non relinquit respondententem dubium. Quando uero syllogizat per impossibile, reddit respondententem dubium, quoniam nisi illud, quod intulit, fuerit ualde manifeste impossibile, semper respondens dubitabit de illo, utrum sit impossibile, an non: at ubi respondens dubitauerit, opponens non poterit habere consensum respondentis, quem à principio querebat. dicit, [nam si sineimine fiet, ut] respondentes [dubitent.] habebunt enim pro certo, id quod syllogizatum est, utrum sit contra uel pro opinione eorum. [At quando] opponentes [per impossibile syllogizant, nisi] illatum per talem syllogismum [ualde manifestum sit falsum esse,] et impossibile, [non dicunt] illud [impossibile esse,] sed remanebunt semper ambigui, et sic non poterunt prestare consensum opponenti, nec dissentium. [Quare non sit interrogantibus, quod uolunt,] quia non habebunt consensum, quem uolunt à respondente.

Δε δὲ ποτείνου ὅσα ἔδωκεν ἢ οὐτως ἔχει. ἔνταυθα δὲ ἢ ὅλας μὴ ἔστιν, ἢ μὴ ἔστιν πολλῆς ἐστὶ σιωπῆς. μὴ δὲ ἄλλοι σιωπῆς ἐφ' ἃ μὴ οὐκ οὐτως, ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἔτι.

43. Oportet autem proponere quæcunque in pluribus quidem sic se habent, modo instantia aut omnino non sit, aut non in superficie sit conspicere. nam qui non possunt conspiciere in quibus sic, tanquam uerum quidem sit, ponunt.

Cum de syllogismi specie, qua uti debet dialecticus, dixisset, nunc de propositionum genere amectit. et dicit, [Oportet autem proponere, quæcunque in pluribus quidem sic se habent.] ergo propositiones uniuersales, ex quibus syllogismus dialecticus constare debet, sunt, quarum prædicatum competit subiecto pro pluribus. [modo instantia aut omnino non sit, aut] si est, [non sit in superficie conspicere,] sed sit latens. [nam qui non possunt conspiciere] propositiones uniuersales [in quibus non sic] est instantia, scilicet nec ex parte rei, nec manifesta, unam quaque earum, [tanquam uerum] et uniuersale [ponunt] scilicet respondentes uniuersales igitur propositiones, quibus utitur dialecticus, tales esse debent, ut prædicata in subiectis pro pluribus, ut Alexander inquit: ut uel non habeant instantiam, uel si habeant, eam inuenire non sit facile, nam cum respondens conspiciere non possit in-

stantiam, eas uniuersaliter concedet. Οὐ δὲ δὲ ἢ συμπερασμα ἐραπια ποιῆν. εἰ δὲ μὴ ἀναλόγως οὐ δὲ δὲ γυγνόμενα συλλογισμῶς. πολλὰ δὲ γὰρ καὶ μὴ ἐραπια, ἀλλ' ὡς συμβαίνει ἐπιφύροντος, ἀρδύοντα, καὶ τοῦτο ποιῶντες οὐ δὲ δὲ οὐκ ἐλέγχεται τοῖς μὴ σωροῦσι δὲ. συμβαίνει ἐν τῷ τεθέντων, ὅταν δὲ μὴ δὲ φήσας συμβαίνει, ἐραπια, ὁ δὲ ἀρδύη πανταλῶς, οὐ δὲ δὲ γυγνόμενα συλλογισμῶς.

44. Non oportet autem conclusio nem interrogationē facere, alioquin eo renuente non uideretur fieri syllogismus, nam & sæpe cum non interrogat, sed, ut sequens infert, negant. Et hoc facientes non uidentur per hæc redargui, qui non conspiciunt quoniam accidit ex iis, quæ posita sunt. Quando igitur non dicens quidem accidere, interrogabit, ille autē negabit, omnino non uidetur fieri syllogismus.

Nunc soluit quasi unam dubitationem, uidelicet utrum conclusio debet interrogari, et tu intellige (ut Alexander inquit) utrum conclusio debet interrogari, ut una pro positionum dialecticarum, nam conclusionem quæri posse, ut quæritur, et problema, nemo dubitare debet. quoniam primo libro dictum est, conclusionem dialecticam primo esse problema, postea conclusionem: et cum problema, ut quæritur interrogari possit, non erit dubium, conclusionem interrogari posse, ut problema, et ut quæsitum. Est ergo quæritio utrum conclusio interrogari possit, ut propositio dialectica, et prima facie clarum est conclusionem interrogari non posse ut propositionem, quoniam ex consensu ipsius non syllogizamus, sed potius ex propositionibus dialecticis ipsam probamus, uel improbamus. Propositiones uero interrogantur, ut sumptis consensibus à respondente, conclusionem syllogizemus, uel ubi gratia, si conclusio sit, uoluptas est secundum naturam, non interrogamus ut propositionem, utrum uoluptas est secundum naturam: sed interrogamus utrum uoluptas sit bonum an non, nam si respondens ponit uoluptatem esse bonum, cum omne bonum sit secundum naturam, et uoluptas sit bonum, relinquetur uoluptatem esse secundam naturam. Si autem negauerit uoluptatem esse bonum, non erit syllogismus, quod uoluptas sit secundum naturam. Hoc pacto intelligit Alexander, ut mihi uidetur, sed uerba Aristotelis uix intelligi possunt. Dicit tamen, [Non oportet autem conclusionem interrogationem facere] id est ita interrogare, ut propositionem, quæ est altera pars syllogismi dialectici. [alioquin eo] scilicet respondente [renuente] conclusionem subaudi interrogatam, uel concedente [non uideretur fieri syllogismus] ex propositionibus, sed ex conclusione, quoniam quæ primo est interrogatio, habito consensu, sit propositio. Ergo si respondens renuerit, uel concesserit conclusionem interroga-

At tamen, non ex propositionibus, sed ex conclusione fiet syllogismus, quia accipitur illa conclusio concessa pro propositione. Hoc autem falsum est, quia conclusio nullus aliter accipitur, ut propositio. Quod autem conclusio, non ut interrogat, sed ut sequens potius negetur uel concedatur, ostendit, et dicit, [nam et sæpe cum] opponens [non interrogat] scilicet conclusionem, [sed ut sequens infert,] respondentes [negant.] ergo conclusio non ut propositio, sed ut problema interrogatur, quod sequitur ad syllogismum. Secundo idem probat per signum, et dicit, [et] respondentes, [qui non conspiciunt quoniam] conclusio [accidit ex iis, quæ posita sunt: hoc facientes] scilicet quod dictum est, scilicet quod negat ut sequens, et non ut interrogationem, [non uidentur per hæc redargui] nec reprehendi, sed reprehenderentur quando conclusionem negarent, ut interrogationem. Ergo signum est quoniam conclusio non debet interrogari, sed negari uel concedi ut sequens. Tunc concludit, [quando igitur] scilicet opponens [non dicens quidem accidere] conclusionem ipsam [interrogabit] utrum accidat, an non, [ille autem] scilicet respondens [negabit] conclusionem accidere, [omnino non uidetur fieri syllogismus.] quoniam ex negatione respondentis non presumitur esse factus syllogismus, sed bene ex concessione. Per hæc igitur patet conclusionem non esse interrogandam ut propositionem, sed si interrogatur, interrogari debet ut sequens. Tu uero scias me hæc uerba uix intellexisse. Fortasse enim sunt fragmentata. Id autem quod dictum est, scilicet conclusio nem non interrogari, uerum est, ut Alexander inuit, quatenus est conclusio. Sed quoniam unam conclusionem potest esse conclusio pro syllogismi, et propositio syllogismi: ut propositio, potest esse interrogatio. Quæ autem est solum conclusio, et nullo modo propositio, interrogari non potest, sed quæri, ut problema.

Οὐ δὲ δὲ δὲ πῶς ἢ καθόλου Δι-λεκτικῆς ποτείνου εἶναι. διὸν ἢ ἐστὶν ἀνθρώπος, ἢ ποσάχως λέγεται ἢ ἀκαθόρῳ, ἢ ἐστὶν ποσάχως Δι-λεκτικῆς ποτὸς ἢ ἐστὶν ἀποκρίνεσθαι, uel ἢ οὐ. ποτὸς δὲ τὰς εἰρημένους, οὐκ ἔστι. διὸ οὐ δὲ Δι-λεκτικῆς ἐστὶ τὰ ποτείνου ἢ ἐραπια, ἢ μὴ αὐτὸς διορίσας ἢ διελέλυτο. εἴπω. διὸν ἀράγε τὰ ποτὸς οὐκ ἔστι ἢ οὐκ ἔστι λέγει. ποτὸς δὲ τὰ ποτείνου ἢ ἀποκρίσας, ἢ κατὰ φήσας, ἢ ἀποκρίσας. διὸ περὶ ποτείνου οὐκ ἔστι ποτείνου τὰς ποτείνου ποτείνου.

45. Non uidetur autem omne uniuersale dialectica propositio esse, ut quid est homo? aut quot modis dicitur bonum? Est enim dialectica propositio, ad quam est respondere sic, uel non, ad dictas autē non est. Quare non sunt dialecticæ huiusmodi interrogationes, nisi ipse determinans uel diuidens dicat, ut putas ne bonum sic, uel non sic dicitur? nam ad

talia facilis responsio uel affirmando uel negando. Quapropter tentandum sic proponere huiusmodi propositiones.

Cum dixisset conclusionem non esse interrogationem, nunc uult ostendere quid sit propositio dialectica, et sub qua forma interrogetur, et primo exponit quid non est. et dicit, quod propositio quæ querit quid est hoc, uel quot modis dicitur hoc, non sit dialectica propositio. et dicit, [Non uidetur autem omne uniuersale,] ut exponit Alexander, sicut in propositionibus dicit, ut sit sensus, non uidetur autem omnis propositio uniuersalis [dialectica propositio esse, ut quid est homo? aut quot modis dicitur bonum?] Sed hæc expositio non placet, quoniam quid est homo? et quot modis dicitur bonum? non sunt propositiones uniuersales. Melius ergo dicatur [non uidetur autem] de omni uniuersali [propositio dialectica esse] ut de uniuersali homine, si dicatur quid est homo? et de uniuersali bono, si dicatur quot modis dicitur bonum? nulla enim horum propositionum, quæ querit aut quid est de aliquo uniuersali, aut quot modis dicitur uniuersale, est propositio dialectica. Sed huiusmodi propositiones (ut Alexander inquit de mente iuniorum) persecutamenta solent appellari. Deinde assignat rationem, quare quid est homo, et quot modis dicitur bonum, non sunt propositiones dialecticæ, et commemorat ea, quæ libro primo dicta sunt, dictum est enim libro primo, non esse dialecticas propositiones, quæ quid est propositum persecutantur, et quæ quot modis propositum quærent. nam propositio dialectica, est interrogatio contradictionis. Sunt tamē huiusmodi propositiones interrogationes quædam, nam si interrogans putat discere à respondente hominis substantiam, querit quid est homo? si autem putat discere boni diuisionem, querit quot modis dicitur bonum? Adit igitur causam quare tales interrogationes non sunt dialecticæ, et dicit, [est enim propositio dialectica, ad quam est respondere sic, uel non.] id est enim propositio dialectica, interrogatio distinctiua proposita sub forma contradictionis, ut respondens eligat alteram partem, quam uult sustinere. Tunc accipit minorem, et dicit, [ad dictas autem] interrogationes, scilicet, quid est homo? et quot modis dicitur bonum? [non est] respondere indifferenter sic, uel non: sed determinate, quoniam homo est animal rationale mortale: et bonum, quod dicatur honestum, uel utile, et delectabile, nam huiusmodi interrogationes non disputantium, sed uolentium discere sunt. Propterea infert conclusionem, et dicit, [quare huiusmodi interrogationes non sunt dialecticæ,] sed doctrinales. Deinde ostendit quoniam modo huiusmodi interrogationes reduci possunt ad dialecticum modum? et dicit, [nisi ipse determinans] id est, definiens [uel diuidens] pro hac oratione, quid est homo, [dicat] utrum, aut nomen sic, aut an secus, aut dicat [putas ne bonum sic uel non sic dicitur?] id est, honestum uel utile, uel delectabile dicitur, an non? aut, utrum bonorum alia anime, alia corporis, alia fortunæ sint, an non? et pro hac oratione, quid est homo, dicat, utrum homo est animal rationale mortale, an non? Sic enim, hacque forma interrogabit dialecticus. [nam ad

Glia] sic interrogata [facilis responsio uel affirmando, uel negando.] ideo concludit formam, sub qua debent hęc propositiones interrogari, & dicit, [quapropter uenturum sic proponere huiusmodi propositiones,] ut reduncantur ad dialecticas interrogaciones, nam sic opponens poterit interrogare, & respondens sic uel non respondeat.

Αμα δὲ καὶ διὰ τὸν ἴσον πρὸς ἐκείνους ζητεῖν ποσαχὰς λέγεται τὰς αὐτῶν, ὅταν αὐτοῦ διαιρου μένως καὶ ποσότητος μὴ δαμῶς συγχωρήσῃ.

46 Simul autem & iustum fortasse est ab illo interrogare, quot modis dicitur bonum, quando hoc diuidente & proponente, nullo modo concesso.

Cum declarasset non attinere ad dialecticum interrogare quid est hoc, neque quot modis dicitur hoc, nunc ostendit, quando ad dialecticum attinet interrogare quid est hoc, & quot modis diuiditur hoc, & asserit esse iustum, tunc ab interrogante interrogare quid hoc, uel quot modis dicitur hoc, cum respondens, qui interrogatur, non concesserit ab interrogantibus, qui definirunt uel diuiserunt diuisionem, & definitionem rei interrogatae. hoc patet doctissimo Alexander hunc locum intellexit, & quidem probat, non autem ut exposuerunt recentiores, & ita intelligit Aristoteles lege uerba. [Simul autem cum eo,] quod dictum est, scilicet huiusmodi non esse interrogare, quid subaudi est hoc, scilicet homo, & [quot modis dicitur bonum, quando hoc] scilicet opponente, diuidente, quot modis, & proponente, scilicet quid est, respondens [nullo modo concesserit] diuisionem, uel definitionem assignatam ab opponente. tunc enim licet dicere ut dicat respondens, quot modis dicitur bonum, & quid est homo, postquam ei non placet diuisio boni, nec definitio hominis assignata ab opponente. Dixit autem [fortasse,] quia re uera huiusmodi interrogaciones non sunt dialecticarum, sed eorum, qui scire uolunt. Sunt autem solium in casu dialecticæ.

οὗτος δ' ἔνα λόγον πολλῶν χρόνον ἔρωτᾷ, καὶ κῶς πωθάνεται. εἰ γὰρ ἀποκρινόμενου τοῦ ἐρωτῶμένου εἰ ἠρωτημένου, δηλοῦν ὅτι πολλὰ ἔρωτηματα ἔρωτᾷ. ἢ πολλὰ μὲν τῶν αὐτῶν. ἢ ὅσοι ἢ ἀδολοσχῆ, ἢ οὐκ ἔχει συλλογισμόν. ἐξ ὀλίγων γὰρ πᾶς συλλογισμὸς. εἰ δὲ μὴ ἀποκρινόμενος, ὅτι οὐκ ἐπιμετᾷ ἢ ἀφίσταται.

47 Quisquis autem unam orationem multo tempore interrogat, male interrogat, nam si respondeat quidem ei interrogatio, quod interrogatur, manifestum, quoniam multas interrogaciones interrogat, aut frequenter eandem. Quare aut nugatur, aut non habet syllogismum, ex paucis enim omnis syllogismus. Si

vero non respondeat, non increpat, aut discedit.

Quoniam circa interrogaciones accidit per sepe ex parte interrogantis non paruus error, ideo hunc remouens dicit, [quisquis autem unam orationem multo tempore interrogat] id est, per multas interrogaciones interrogat, [male interrogat.] Deinde reddit causam quare qui temporis extensione unam interrogacionem interrogare frequentat, [male interrogat,] dicit. [nam si] respondens [respondeat quidem ei interrogato, quod interrogatur] dico si respondeat, toties, quoties interrogat, & unicuique interrogacioni, quam interrogat opponens, [manifestum, quoniam multas interrogaciones] opponens [interrogat] scilicet diuersas, [aut frequenter eandem, quare aut opponens toties interrogans [nugatur] garrulando sepeque idem repetendo frustra] aut non habet syllogismum, quem scilicet facere possit ex interrogatis, non enim oportet tot habere pro syllogismo conficiendo. [ex paucis enim omnis syllogismus] quia ex duabus propositionibus. [Si uero non respondeat] respondens unicuique interrogacioni, [non increpat] scilicet respondens ipsum opponentem, neque obiurgat eum, [aut discedit] & ab ipso opponente segregatur nolens cum eo disputare. Hoc patet expositio Alexander, & hęc omnia dicit inueniri posse apud Platonem. Sed occurrere, quoniam cum Aristoteles locutus esset de celeratione, praecepit multas interrogaciones interrogare oportere, & cum dixisset de amplificatione, praecepit multas & quidem superfluas interrogaciones esse proponendas. Hic autem prohibet hęc. Respondet Alexander Aristotelem superius praecepisse pro celanda oratione multas orationes esse interrogandas permutatione facta ad pro syllogismo. & pro amplificatione oratione, superfluas esse interrogandas, non sub eadem forma eisdemque uerbis. Secus autem hęc loquitur.

Εἰ δ' ἐπιχειρεῖν τὴν ἀπελευθερίαν καὶ ὑπέχειν ἑαδίου τὰς αὐτῶν ὑποθέσεις, εἰ δὲ τοιαῦτα τὰ τε φύσει πρῶτα καὶ τὰ ἔχοντα, τὰ μὲν γὰρ πρῶτα, ὅρου δὲ εἶται, τὰ δὲ ἔχοντα δὲ πολλὰ πρῶτα ἀίνεται, βουλομένης τὸ σωεχὲς λαμβάνειν ἀπὸ τῆς πρῶτης, ἢ σοφισματώδη φαίνεται τὰ ἐπιχειρήματα. ἀδύνατον γὰρ ἀποδείξαι ἕνα μὴ ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς οὐκ ἐκείνου ἀρχῆς, καὶ σωεχῆς τα μέγιστα ἐξ ἑαδίου, ὅριζέσθαι μὲν οὐτ' ἀξίως οἱ ἀποκρινόμενοι, οὐτ' ἀπὸ ἐρωτῶν ὀρίσθαι, προσέχουσι, μὴ γενομένου δὲ φανεροῦ ἢ ποτ' εἴη εἰς προειμῆλον, οὐ ἑαδίου ἐπιχειρεῖν, μάλα δὲ εἰς τοιοῦτον πᾶσι τὰς ἀρχὰς συμβαίνει, τὰ μὲν γὰρ ἄλλα εἴη τούτων δεικνύται, ταῦτα δ' οὐκ ἐνδεδέχεται δι' ἑτέρον. ἀλλ' ἀναγκαῖον δεῖσθαι τῆς τοιοῦτου ἕκαστον γινώσκειν.

48 Est autem argumentari difficile, & sustinere facile eandem suppositiones. Sunt autem talia, & quæ natura sunt prima & quæ postrema. Nam prima quidem termino indiget. Po-

A strema uero per multa terminantur, uolenti continuum sumere a primis, aut sophisticæ uidentur argumentationes. Impossibile enim demonstrare quippiam est eum, qui non incipit a propriis principiis, & connectit usque ad ultima. Definire autem non dignum putant respondentes, neque si interrogans definierit, aduertunt. Non facto autem manifesto, quidnam est ipsum propositum, non facile est argumentari. Maxime autem quod tale est, circa principia accidit. Nam alia quidem per hæc monstrantur, ipsa uero non per alia contingit, sed necesse est definitione talium unumquodque cognoscere.

Cum de interrogacionibus dixisset, nunc uult eas comparare quantum ad difficultatem, atque facilitatem. & primo proponit conclusionem, & dicit, [Est autem argumentari difficile, & sustinere facile eandem suppositiones,] ut sit sensus, quæcumque sunt cum difficultate argumentabilia, cum facilitate sunt sustentabilia. sic enim Alexander intelligit, & declarat, & intelligit per argumentari (quod græce est ἐπιχειρεῖν, latine etiam conari) interrogare, atque syllogizare: & per sustinere, (quod græce est ἐπιμένειν,) intelligit respondere: & per suppositiones, (quod græce est ὑποθέσεις,) intelligit (ut Alexander inquit) problemata, hoc est, quæcumque queruntur, uel ut propositiones primæ, uel ut ultima conclusiones. ostendit autem Alexander & quidem satis dilucide, quæcumque propositiones sunt interrogacionibus, atque uolentibus syllogizare difficiles, eandem respondentibus esse faciles ad instantiam. Nam quod difficile est monstrari, facile impediri potest per instantiam. Ob id enim est difficile, quoniam non facile accipi possunt ea, per quæ ostenditur, quoniam multas habent instantias, recte ergo dicit Aristoteles illud, quod est difficile interroganti, idem facile esse respondententi. Nam ratio eorum circa opposita est, opponentis quidem syllogizare oppositum eius quod positum est, respondentis autem impedire. Deinde ostendit, quæ sunt ostendit difficultia conantibus, & quæ respondentibus facilia. & dicit, [Sunt autem talia, & quæ natura sunt prima, & quæ postrema.] natura quidem prima sunt principia: ultima uero conclusiones, quæ a principis multum distant. & ut Alexander inquit, non est eadem causa difficultatibus utrisque, sed opposita [nam] (ut Aristoteles inquit) [prima quidem termino indigent.] non enim est possibile ipsa per alia demonstrari, quia tunc aut in infinitum proficisceremur, aut circulo demonstra-

rentur. Et ideo primæ cognoscimus, in quantum terminus nos cognoscimus, terminus autem definitione cognoscimus. [Postrema uero per multa terminantur, uolenti continuum] processum [sumere a primis.] Non enim ultima sciuntur, nisi resoluantur continue ad prima principia. Oportet enim propriis principiis incipere usque ad ultima, si aliquid ostendi debet a priori, [aut sophisticæ uidentur argumentationes.] Appellat enim Aristoteles scire sophisticæ modo, quod non est per causam propriam, ut primo Posteriorum patet. Quod autem ultima sic sciuntur, probat, & dicit, [Impossibile enim demonstrare quippiam est eum, qui non incipit a propriis principis, & connectit usque ad ultima.] nam si per principia extranea, sophisticæ erunt argumentationes. Quæ igitur causa difficultatis est in ultimis, ex hisce patet. De causa uero difficultatis primorum nunc exponit, & dicit, cum prima principia cognosci non possunt, nisi definitionibus terminorum, quibus constant, [definire autem non dignum putant respondentes] id est, definitiones autem terminorum, quibus constant prima, respondentes non sumunt, ut dignitates, [neque si interrogans definierit] scilicet terminos primorum [aduertunt,] nec curant, nec concedunt, [non facto autem manifesto quidnam est ipsum propositum] id est, ipsum primum cum non fuerit manifestum ex definitionibus terminorum quibus constat, [non facile est argumentari] ultima per ipsum, uel aliter potest legi, & melius, [non facto autem manifesto] scilicet ipso primo, [quidnam est] ex definitionibus terminorum, [ipsum propositum] quod est ultimum, [non facile est argumentari.] Deinde alia ratione probat Aristoteles quod prima sit difficile probare, nam quæ alia probant, & per alia non probantur difficile est probare, prima alia probant, & per alia non probantur, ergo difficile est ea probare, primo proponit conclusionem, & dicit, [Maxime autem quod tale est] scilicet difficile probare, [circa principia accidit.] Deinde assignat minorem, & dicit, [Nam alia quidem per hæc monstrantur, ipsa uero non per alia contingit] scilicet monstrari [sed necesse est] ut dictum est, [definitione talium unumquodque cognoscere.] hoc est minor: maiorem uero tacuit, & conclusionem primo accepit. Dixit Aristoteles ultima esse difficile probare, propter multitudinem eorum, quæ accipiuntur a primis usque ad ultima. Huius causam Alexander assignat, & dicit, quia multis acceptis, occasiones sunt multarum instantiarum. prima uero difficile est cognoscere, quia non possunt cognosci, nisi per definitiones terminorum, ex quibus constant, quibus respondentes aut non credunt, aut non aduertunt, quoniam illas non putant esse dignitates.

Εἰ δὲ ἀυσεπιχειρήματα καὶ τὰ λίαν ὀργῆς ἀρχῆς. οὐ γὰρ ἐνδεδέχεται πολλοὺς πρὸς αὐτὰς λόγους πορίσασθαι, ὀλίγα μὲν ὄντων τῆς ἀνά μείσομα αὐτοῦτε καὶ ἀρχῆς, ἀλλ' ἀνάγκη δεικνύσθαι τὰ μετ' αὐτῶν.



49 Sunt autem difficile argumentabilia, & quæ valde propinqua sunt principiis. Non enim contingit plures ad hæc rationes inuenire, cum & horum, & principiorum, per quæ necesse est monstrare ea quæ post illa sunt, pauca sint media.

Nunc de difficultate intermediorum dicit, [Sunt autem difficile argumentabilia, & quæ valde propinqua sunt principiis,] & (ut Alexander inquit) contrario modo ultimis, in quantum uidelicet ea, quæ sunt à longe, multitudine mediorum: quæ uero prope, paucitate uidentur difficile argumentabilia. [Non enim contingit plures ad hæc rationes inueniri, cum & horum, & principiorum, per quæ necesse est monstrare ea, quæ post illa sunt] scilicet ultima, [pauca] admodum [sunt media] quia enim non sunt horum media, uel sunt, sed pauca, ideo non sunt manifestata, sed eorum ostensio per difficultatis. Præterea propter propinquitatem ad prima de talibus uidetur esse, ut petito principii. Quod uero ad uerba græca attinet, hic Aristoteles singularibus pro pluralibus uti uidetur, ut legenti uerba græca perspicuum est.

Τῶν δὲ ὄρων δυσσεωχρήτοισι οὗτοι πάντων ἐστὶ μαλίστα, ὅσοι κέρεισιν τοιοῦτοι ὄνομασιν. ἢ ὁ ἄριστος μὲν ἀδύνατον ἐστὶν, εἴτε ἀπλῶς εἴτε πολλαχῶς λέγεται. ὁ δὲ τούτοις, μὴ δὲ γνῶσιμα, πῶς ὁδοῦ κινεῖται ἢ ἔτι μεταφορῶν ὑπὸ τοῦ ὀρισσαμένου λέγεται. Διὸ καὶ ἡ ἀσάφεια εἶναι οὐκ ἔχει ἐπιχειρήματα. Διὸ δὲ ἢ ἀνοσιῶσαι εἰ περὶ τῆς μεταφορῆς λέγεσθαι τοιοῦτον ἐστὶν, οὐκ ἔχει ἐπιχειρήματα.

50 Terminorum autem difficile argumentabiles ii omnium maxime sunt, quicunque utuntur talibus nominibus, quæ primum quidem immanifesta sunt simpliciter ne an multipliciter dicantur. Adhuc autem quæ neque nota utrum proprie, an secundum translationem de definito dicantur. Nam quia obscura sunt, non habent argumenta, quia uero ignoratur si absque translatione dicitur, quod tale est, non habet increpationem.

Alexander, cui multum tribuendum esse puto, hunc textum sic exponit. nam cum Aristoteles demonstrasset facilius esse destruere, quam construere terminum, hoc est definitionem, nunc quales termini difficile construui possunt, ostendit. Et uult (ut Alexander exponit) eos ad construendum difficillimos esse, qui per ea assignantur, quæ immanifesta sunt, utrum simpliciter, & uno modo, aut multipliciter, & æquiuoce dicantur: uel qui per ea assi-

gnantur, quæ ignota sunt, utrum proprie, uel per translationem dicantur. dicit, [Terminorum autem difficile argumentabiles] id est, difficile construui biles, [ii omnium maxime sunt, quicunque utuntur talibus nominibus] id est, quicunque assignantur per talia nomina, [quæ primum quidem immanifesta sunt, simpliciter ne,] hoc est, uniuoce [dicantur, an multipliciter,] hoc est, æquiuoce. Vtroque enim modo aliqua possunt esse obscura, & quia in sui uniuocatione sunt obscura, & quia in sua æquiuocatione sunt immanifesta. Adhuc autem] quia dantur per immanifesta, [quæ neque nota] sunt, [utrum proprie, an secundum translationem de definito dicantur.] Dixit enim in sexto non bene definiiri ea, quæ per æquiuoca, uel uniuoca simpliciter ignota definiuntur. Similiter neque per ea, quæ ignota sunt utrum proprie uel translatione de definito dicitur, assignat causam, & dicit, [Nam quia obscura sunt] scilicet ea, per quæ definitiones assignantur, propter ignotam uniuocationem, uel propter æquiuocationem, [non habent argumenta,] nec loca, quibus construuntur definitiones ipse, [quia uero ignoratur, si absque translatione dicitur, quod tale est,] scilicet ipsum definiens [non habet increpationem] subaudi ab aliquo uolente definitionem increpare, quoniam contra ignotum nemo obiurgat, atque reprehendit. Talis est ea unitatis definitio, quæ est unitas, est infinitum in numeris. Non enim ipsum infinitum, quod ponitur in definitione unitatis, notum est utrum sit simpliciter an multipliciter dictum, neque utrum proprie an translatione de unitate dicatur. non enim notum est finem non habens, proprie ne an metaphorice de unitate dicatur. Cur uero Aristoteles hic declarauerit, qui facile, quæ termini difficile construuntur, Alexander non assignauit causam, uidetur enim hæc repetitio satis extra propositum, tamen causa esse potest quoniam dixit prima cognoscere difficile esse quoniam non cognoscuntur, nisi definitionibus, quibus respondens non assentit, imo aduersatur. Propterea Aristoteles uoluit hic repetere, quæ definitiones facile, quæ uel difficile construuntur.

Ὅλας δὲ τῶν προσβλημάτων ὅταν ἢ δυσσεωχρήτου, ἢ ὄρων ἀείδου ὑποκλιπτέου, ἢ πολλοῦ πολλαχῶς, ἢ τῆς μεταφορῆς εἶναι λεγομένων ἢ ὄν, ὁ ἄριστος ἢ ἀρχῶν. ἢ διὸ τῆς μὴ φανερῶς εἶναι ὁ ἄριστος ἢ ἡμῶν τούτων ἀντὶ καὶ τίνος ποτὲ τῆς εἰρημίας τῶν ὄρων ὅτι, ὃ τὴν ἀπορίαν παρέχεται. φανερῶς γὰρ ὄντος τοῦ τῶν ὄρων, ἀλλοῦ ὅτι ἢ ὀρισσαμένου δὲ δέοι, ἢ διαίρεσθαι, ἢ τὸς ἀνὰ μέσον, ὁ ἄριστος ὀρίσσει. Διὸ τούτων ἢ ἀεικνύται τὰ ἔργα.

51 Omnino autem omne problema, quando fuerit difficile argumentabile, uel termino indigere arbitrandum est, uel eorum, quæ multipliciter, uel eorum, quæ secundum translationem esse dicuntur, uel non longe à principiis, aut quia non manifestum est primum nobis hoc idem,

4 Quonam etiã dictorum modorum est, quod dubitationem præstat. Nam cum manifestus esset modus, perspicuum esset, quoniam aut definire, aut diuidere, aut propositiones inuenire oporteret, quippe cum per has ostendantur ultima.

Cum dixisset ea, quæ sunt natura prima, & ea quæ sunt ultima, ex æquo difficilia esse, & etiam quæ nimium primis proxima sunt, dixisset insuper ignotas esse definitiones quæ uel æquiuocum, uel translationem aliquid habent. nunc uniuersaliter ad hæc reuertitur. & assignat causam, propter quam problema est difficile, & dicit, [Omnino autem] & ut uniuersaliter dixerim [omne problema, quando fuerit difficile argumentabile,] hoc est, construui biles, uel termino indigere arbitrandum est,] quo uidelicet manifestentur principia, per quæ construui potest, [uel] arbitrandum est, [eorum esse] id est, ex eis esse, [quæ multipliciter uel eorum] id est, ex eis, [quæ dicuntur secundum translationem uel] esse problema, [non longe à principiis.] Deinde quasi tangens difficultatem ex his compositam, dicit, [aut] problema difficile construui, [quia nobis primum, non manifestum est, quoniam etiam dictorum modorum] quatuor est, quod dubitationem præstat id est, aut problema est difficile ad construendum, quia nobis à principio non est manifestus, quæ modus difficultatis est ex quatuor iam enumeratis, utrum sit difficile, quia principia, ex quibus construui, indigent definitione, aut quia componitur ex terminis multipliciter dictis, aut ex terminis translationis, uel quia non procul a primis est. [Nam cum manifestus esset modus,] per quem problema est difficile, [perspicuum esset quoniam aut definire] scilicet oporteret prima per quæ ostenditur, si subaudi difficultas problematis esset propter prima, [aut] oporteret [diuidere] si difficultas problematis esset, propter multipliciter, uel translationem terminorum, ex quibus problema componitur, [aut oporteret inuenire propositiones] si problema esset proximè primis, quippe cum per has ostendantur ultima. ] Sed dubitares fortasse, quia dialecticus habet uiam probandi omnium artium principia, imo, ut primo huius dicit Aristoteles, si quis destruxerit principia geometriæ, non habet amplius geometria quod opponat, sed necesse est de eis determinari in scientia communi, ut in dialectica. Ergo dialecticus facile potest prima construere, non ergo recte Aristoteles asserit prima ad construendum esse difficile. Nā licet id uerum sit in ea facultate, in qua sunt prima, non tamen uerum est in dialectica, quæ facile omnia construere potest. Sed diluitur hæc dubitatio, nam licet (ut argumentum cogit) dialecticus habet uiam ad prima principia, non tamen sequitur ut facile possit probare ea.

Insuper dubitabis secundo, quia non uidentur prima cognosci per definitionem. nam cum principia complexa sint, & quidem per uerbum, non poterunt definiiri. Potest etiam hoc dubium dilui, quoniam nullum primum principium per definitionem cognoscitur, ut argumentum conuincit, tamen cognoscitur per definitionem suarum partium.

nam (ut Aristoteles inquit) primo Posteriorum, principia cognoscimus in quantum terminos cognoscimus, id est, in quantum terminos definimus, ex quibus constant. Cognoscendo enim quid totum, & quid pars, cognoscimus quoniam totum est maius sua parte. Ad hæc non uidentur principia difficilia cognosci: primo quia principium est maxima propositio (ut Boetius inquit) nihil notius uidetur maxima ipsa propositio. Deinde principia prima cognoscuntur per definitionem suorum terminorum, sed cum termini primorum principiorum sint communissimi, per quamcunque notificationem uel descriptionem patient, quare facile uidentur cognosci. Iterum hæc dubitatio diluitur, quoniam termini principiorum aut significat res aliquid determinati prædicamenti, ut unum uni tantum est contrarium, ut postea dicit, & tales termini (cum sint in genere) habent ueram definitionem, & cum inter omnia prædicata definitio est difficillimum ad construendum, ideo principia huiusmodi sunt difficilia ad construendum, aut non significant res determinati prædicamenti, ut de quolibet est affirmatio uel negatio uera, & de nullo ambæ, & de quolibet dicitur esse uel non esse, & de nullo simul, & horum terminos facile est cognoscere per quamcunque descriptionem, uel notificationem, cum ueram definitionem non habeant, quoniam non significat res determinati prædicamenti. & de his Aristoteles non loquitur hic, sed primo Posteriorum. hic autem loquitur de primis. Cui uero Boet. dicebat nihil notius esse maxima propositio, uerum dicit in genere complexorum, tamen aliquid est ea notius in genere incomplexorum. Termini enim ex quibus constat, notiores sunt ipsa maxima. Vterius non uidetur esse uerum id quod Aristoteles inquit, principia solum definitione cognosci. sic enim sibi libro secundo Priorum non constaret, ubi asserit syllogismum uiam esse ad mediata, inductionem uiam ad immediata. Cum ergo principia prima sint immediata, poterunt non tantum definitione suarum partium cognosci, uerum etiam inductione. Nec sibi libro Posteriorum secundo constare uidetur, cum dicat principia uia sensus, memorie, ac experimenti, cognosci. Sed cessat contradicere, quoniam principia possunt bifariam cognosci aut quo ad inchoatā notitiā, & sic per inductionem cognoscuntur, & per sensum, ut in Prioribus & Posterioribus satis exposuimus: aut quo ad perfectam cognitionem, & sic solum per definitiones terminorum, ex quibus constant (ut hic dixit) cognoscuntur. Insuper uidetur non parua dubitatio, quoniam modo prima & ultima sint ad construendum difficilia. Nam primum & ultimum sunt opposita. Similiter facile construui biles, & difficile construui biles, sunt opposita. Quare si difficile est construere prima, facile erit construere ultima: contra etiam, si difficile est construere ultima, facile erit construere prima, locus est ab oppositis. Longe maior dubitatio uidetur, quia Aristoteles proxima primis dixit esse ad construendum difficilia paucitate mediorum. Vltima autem difficilia multitudine mediorum, modo contraria non sunt causæ eiusdem. Paucitas mediorum, & multitudine mediorum sunt contraria, ergo non sunt causæ difficultatis ad construendum. quare si mediorum multitudine est causā difficultatis, paucitas erit causā facilitatis. Cessant etiam hæc, quoniam media bifariam accipi possunt.

aut secundum longum, aut secundum latus, secundum longum quidem, quando plura subordinata secundum rationem cause concurrunt ad construendum aliquid, quorum nullum per se sufficit, ut si e. construitur per d, d autem per e, e uero per b, at b per a, patet ad construendum e, sumenda esse omnia precedentia secundum longum: & hęc secundum ultimum mediorum multitudo causa est difficultatis ultimarum. Aut media accipi possunt secundum latus, cum uidelicet nullum mediorum causa est sufficiens propositi, ut cum construimus Socratem adulterum esse, quia est comptus, & quia est musicus, & quia est uersificator, multitudo hęc mediorum causa est secundum latus, & paucitas horum mediorum secundum latus causa est difficultatis eorum, quę sunt proxima primis. Tunc dico, quod licet multitudo & paucitas sint opposita, tamen multitudo mediorum per longum, & multitudo mediorum per latus non sunt opposita, cum non secundum idem sumantur. Adhęc non uidetur uerum, quod Aristoteles dicit demonstrari non posse ultimam, nisi incipiendo a primis, & continue procedendo per intermedia ad ultima. Nam hęc conclusio triangulus habet tres, &c. construi potest per suum proximum medium, ut per hoc, quod est habere angulum externum, qui equalis est duobus rectis internis sibi oppositis. Vbi patet non opus esse continuare medium a principis primis usque ad hanc ultimam conclusionem. Præterea si a primis media cõtinuarentur usque ad ultima, fieret trãstus de genere in genus, quia permutatio a primo subiecto in ultimum, quę non sunt sub eodem genere. Diluatur autem hęc dubitatio, quoniam si loquimur de ipso scire simpliciter, oportet media a primis ad ultima continuare, & transcendere de genere in genus, & de subiecto in subiectum. At si loquimur de ipso scire ex suppositione, nõ oportet incipere a primis simpliciter, sed a primis in genere, & supponere prima simpliciter, & hoc pacto fit demonstratio trianguli, ut describenti patet.

Πολλὰς τε ἄλλ' ἕσπεων μὴ καλῶς ἀποδιδομένων τοῦ ὀρισμοῦ, οὐ ῥᾶδιον ἀεὶ λέγεσθαι καὶ ἐπιχερῆν. οἷον πτόρον ἐν ἐνὶ ἑναυλίον, ἢ παλείω, ὀριζέντων δὲ ἄλλ' ἑναυτίων ἢ τρόπον, ῥᾶδιον συμβιβάζουσι πτόρον ἐνδέχεται παλείω ἄλλ' αὐτῶν ἔν ἑναυλίω, ἢ οὐ. ἐναυτῶν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ ἄλλων ἄλλ' ὀρισμοῦ δεικνύμενων.

52 Et in multis positionibus (non bene assignata definitione) non facile est disputare atque argumentari. Vt utrum unum vni contrarium an plura? definitis autem contrariis aliquo modo, facile est ostendere vtrū contingit plura eidem esse contraria, an non. Eodem autem modo & in aliis definitione indigentibus.

Cum monstrasset problemata demonstrari non posse per principia, nisi principia definiantur, nunc ostendit, quod nisi principia bene definiantur, non poterunt problemata demonstrari, & primo accipit conclusionem

et dicit, [Et in multis positionibus, imo in omnibus problematibus non bene assignata definitione] subaudi partium, principii, per quod demonstrantur [non est facile] immo nec possibile [disputare, atque argumentari,] & construere illa problemata. Deinde probat per exempla, & ostendit principium non posse intelligi, nisi termini, uel saltem alter terminorum bene definiatur, & dicit, [Vt utrum unum tantum contrarium, an plura?] non potest hoc principium scire, non definitis bene contrariis. Nam si quis dixerit contraria esse quę sunt inimicem corruptiuam, cum hęc non sit bona contrariorū definitio, non sequetur contrarium esse unum tantum unum, nam flauum & uiride sunt corruptiuam albi, & album corruptiuum flauis, & uiridis: & tamen album non est tantum unum eorum contrarium, immo ambobus contrarietate extremi ad medium. [Definitis autem contrariis aliquo modo] scilicet bene, quod contraria sint, quę maxime distant sub eodem genere, facile est ostendere, utrum contingit plura eidem esse contraria, an non. Nam ea definitione stante, non potest unum contrarium esse nisi unum contrarium. Cum non contingat maximo distare, nisi unum unum: quoniam quod per superlatiuum dicitur uni soli conuenit. [eodem autem modo & in aliis] principis [definitione indigentibus] dicendum, quod nisi bene definiantur, non possunt cognosci, & ita nec problemata per ea construi.

Ἔοικε δὲ καὶ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς ἕνα δι' ὀρισμοῦ ἕλλημι οὐ ῥᾶδιον γράφεισθαι. οἷον καὶ ὅτι ἢ παρὰ τὴν ἀλγεβρὰν τέρμουσα εἰς ἐπιπέδου γραμμῆς, ὁμοίως Δις ἰσὶ τὴν γραμμῆν καὶ τὸ χροῖον. τὴν δὲ ὀρισμοῦ ἐπιπέδου, φανερόν εἰς ἀγαθόν. τὴν γὰρ αὐτὴν ἀντανάλεισιν ἔχει τὰ χροῖα καὶ αἱ γραμμῆς. ἐστὶ δ' ὀρισμὸς τοῦ αὐτοῦ λόγου οὗτος.

53 Videntur autem & in disciplinis, quaedam ob definitionis defectū, non facile describi. Vt & quoniam quę ad latus secat planum linea, similiter diuidit & lineam & locum. Definitione autem dicta, statim manifestum est quod dicitur. Nam eandem diuisionem, [habent loca, & lineę. Est autem definitio eius orationis hęc.

Quod autem non solum in disputationibus, sed etiam in disciplinis, nonnulla per definitionis defectum non facilius responsionis sint, nunc exponit, & dicit. [Videntur autem & in disciplinis, quędam] scilicet problemata [ob definitionis defectum, non facile describi] id est, non facile demonstrari, cum uidelicet problemata fuerint, quę ostenduntur per principia, quę definitione indigent. Defectu enim illius definitionis, principium non est manifestū: & cum non fuerit principium ipsum manifestū, nec problema, quod per illud demonstratur erit manifestū. Deinde assignat exemplū, & dicit. [Vt & quoniam

A linea, quę ad latus] id est, quę ducta ab uno latere ad latus aliud, ut a latere a, c, d, ad latus b, d, f, [secat planum] id est, planitiam, quę spatium est atque area inter latera supra dicta, uidelicet a, c, d, & b, d, f, [similiter diuidit & lineam, & locū.] & per locum, intelligit planitiam, quę est spatium inter latera, ut dictum est. Est ergo principium linea, quę secat planum: similiter secat planum & lineam, quę est longitudo plani. Hoc principium est ignotum, nisi illa oratio, scilicet linea quę ad latus secat planum, bene definiatur. Est autem eius orationis definitio, linea ad latus secans planum est linea, quę equidistans ducitur per aream in superficie equidistantium laterum ad latus. [Definitione autem] hęc dicta, atque assignata, [statim manifestum est quod dicitur,] scilicet quod linea secans planum, similiter secet planum, & lineam. [nam eadem diuisionem habent loca,] id est, plana, [et lineę,] quę sunt planorum id est, gitudines. [Est autem definitio eius orationis] scilicet linea quę ad latus secat planum, [hęc] scilicet linea, quę equidistans ducitur per aream in superficie equidistantium laterum ad latus.

B Απλῶς δὲ τὰ πρῶτα τῶν σοφιστικῶν τιθεμένων ἢ τῶν ὀρισμῶν, οἷον τὴν γραμμῆν, ἢ τὴν κύκλῳ, ῥᾶσα Δεξίαν. πάλιν οὐ, πολλὰ γὰρ πρὸς ἑκάστῳ ὄντι τῶν ἐργῶν, διὰ τὴν μὴ πολλὰ τὰ ἀνά μέσσην ἑναυτῶν δὲ μὴ τὴν δυνάμει οὐ τῶν ἀρχῶν ὀρισμοῦ, καλεσῶν, τῶν δὲ ἄλλων ἀδύνατον. ὁμοίως Δε τῶν πρῶτων καὶ τῶν ἄλλων τῶν λόγων ἔχει οὐκ ὀνομαζόμενα, ὅταν διανεμηθῶν ἢ ἢ δέ σις, ὅτι πέπονθῆτι τῶν ἐρημιῶν.

54 Simpliciter autem prima elementa, positis quidem definitionibus (ut quid linea, & quid circulus) facillimum est ostendere. Verum nõ multis ad unumquodque eorum est argumentari, quoniam non sunt multa media. Si autem non ponantur principiorum definitiones, difficile. Fortasse autem omnino impossibile. Similiter autem his, & in illis quę sunt circa orationes, se habet. Nõ igitur latere oportet, quando difficile est argumētabilis positio, quoniam passa est aliquid eorū quę dicta sunt.

Cum monstrasset etiam in disciplinis nonnulla propter definitionis defectū nõ facilia esse, & per exemplū hoc ita esse monstrasset, nunc id quod dixit, ostendit esse uniuersale in omnibus principis, & dicit, [Simpliciter autē prima elementa] id est, prima principia, per quę positiones construuntur, [positis quidem definitionibus, ut quid linea, & quid circulus,] & quid triangulus, [facillimum est ostendere,] subaudi Alexander, & ea, quę prope principia sunt, etiā definitionibus primorū elementorū facile est ostendere. [Verū] (ut inquit) habitis nõ multis] scilicet mediis [ad unumquodque eorum est argu-

mentari, quoniam non sunt multa media,] quibus demonstrantur, cum sint prope prima. [Si autem non ponantur principiorum definitiones, difficile, fortasse autem impossibile] verit de his, quę sunt prope prima, demonstrationē facere. Nã cū prima sine definitionibus cognosci nõ possint impossibile erit cognoscere ea, quę sibi prope prima, cum demonstrari non possint, nisi per prima. Et cum dixisset de demonstrationibus, quę sunt secundum disciplinam, & utilitatem definitionum, subscribit, [Similiter autē his,] quę de disciplinis dicta sunt, [et in illis se habet, quę sunt circa orationes] id est, circa disputationes. Tunc quasi epilogando dicit, [Non igitur latere oportet, quando difficile est argumētabilis positio] id est, problema, [quoniam] tunc est difficile argumētabilis, cum [passa est aliquid eorum, quę dicta sunt.] scilicet quia uel principia carent definitionibus, uel quia sunt nimis remota a primis, aut quia sunt pauca media, aut quia passa sunt aliud tale.

ὅταν δὲ ἢ πρὸς τὸ ἀξίωμα ἢ τὴν πύξωσιν μῆτρον ἔργου Διαλεξιῶν ἢ τὴν θέσιν, Διαπορήσασθαι ἄντις, πτόρον δεικνύον τὰ τοιαῦτα ἢ οὐ. ἢ ἢ μὴ δῖσα, ἀλλ' ἀξίωσα ἢ πτόρον τῶν Διαλεξιῶν δῖσα, μῆτρον προσάξατο τὸ ἀρχὴν κεμελίω. ἐν δὲ θήσασα, πτόρον ἐξ ἢ πτόρον πτόρον. ἐν ἢ οὐκ ἔστι μὴ χαλεπώτερον δὲ πτόρον πτόρον, δέτερον. ἐν δὲ δῖσα γνοσῶν μῆτρον συλλογίζεσθαι, οὐ δεικνύον. ἢ τῶν μὴ κεμελίωσιν οὐ θετέρον ἀρ μὴ γνοσῶν μῆτρον ἢ τῶν δὲ γνοσῶν μῆτρον θετέρον, ἀρ ἀλλοθῆς μόνου φαίνονται. ὡς πε φανερόν ὅτι οὐκ ὁμοίως ἔρωτῶνται τὴ καὶ δῖσα ἀσκοντι ἀξίωσιν τῶν ἐναι. πτόρον μὴ οὐκ ἔρωτῶνται ἔργου ἢ τῶν τῶν ἢ καὶ ἐρημίω.

55 Quando autem erit ad dignitatem & propositionē maior labor disputare quā ad positionem, dubitare utique posset quispiam utrum ponenda sint talia, an non. nam si non ponat, sed poscat & ad illa disputare, maius præcipiet quā quod in principio positum est: si vero ponat, credet ex minus credibilibus. Si igitur oportet non difficilius problema facere, ponendum. Si autem per notiora syllogizare, non ponendum. An discenti quidem non ponendum, nisi notius sit: exercitanti uerò, ponendum si uerū solū appareat? Quare manifestum quoniā nõ similiter & interrogati, & docenti, existimandum est esse ponendum. Quo pacto igitur interrogare, & ordinare oportet, pene sufficit, quę dicta sūt.

**G** Mouet circa ea que dicta sunt, dubitationem. uerum quo ad uerba attinet, per dignitatem et propositionem idem intelligit, quia dubitatio erit de propositionibus, que accipiuntur ad problematis ostensionem. Per positionem autem intelligit problema. Tunc mouet dubitationem, et dicit [Quando autem erit ad dignitatem et propositionem maior labor] hoc est, maior difficultas [disputare quam ad positionem] id est, quam ad problema, quod per propositionem ostenditur, [dubitare utique posset quispiam, utrum] ab ipso respondente [ponenda] atque concedenda [sint talia] sine demonstratione, [an non] ponenda a respondente, sed disputanda cum interrogante. Argumentatur pro utraque parte, et dicit [Nam si non ponat] respondens ea, [sed poscat et ad illa disputare] cum ipso opponente, [maius precipiet esse faciendum, quam] sit illud, [quod in principio positum est,] quoniam respondens transferet se ad difficilius quam erat principale propositum, quod est contra precepta dialectica. [si uero] respondens [ponat] propositiones, cum ille sint problemata difficilius, [eredit] problema esse uerum, [ex minus credibilibus] id est, ex propositionibus difficilius, atque minus credibilibus, quod est contra aliud preceptum dialecticum. Deinde dubitationem epilogans, dicit, [Si igitur oportet non difficilius problema facere, nec respondentem se transferre ad difficilius quam erat propositum, ab eo] ponendum est propositiones. [si autem] oportet per notiora syllogizare, ab ipso respondente non est ponendum propositiones, cum sint problemata minus nota. Respondet, et dicit, [An discenti quidem] scilicet in doctrinis, et scientiis, hoc est, cum respondens uoluerit discere, ab eo propositiones non ponendum, nisi axioma notius sit problemata, quoniam scientificæ cognitiones per notiora fiunt, [exercitanti uero] id est, respondenti uero, qui uult se exercitare in dialogis et tentationibus, et disputationibus axioma est ponendum atque concedendum, [si uerum solum apparet]. tunc concludit, [quare manifestum, quoniam non similiter et interroganti et docti] ab ipso respondente [existendum est] axioma [esse ponendum]. Nam qui docet, per prima et nota facit sermones: qui uero tentat, et disputat, per apparentia, et probabilia. Unde si problema fuerit, omnis uoluptas est bonum, dialecticus uteretur ea propositione, quæ est, omnis uoluptas est secundum naturam, et ea, quæ est, omne quod est secundum naturam, est bonum, quæ cum sint probabiles, dialectico sufficient: demonstrans autem non quiesceret his, sed quereret quo modo omnis uoluptas est secundum naturam, et ostenderet omnem actum potentiam, quæ est secundum naturam, esse impedibile. Queret etiam quæ est hæc potentia, quæ est secundum naturam, et quomodo uoluptas sit actus, et sic transferet se ad maiorem difficultatem, quam fuerit circa propositum. Quod uero ad uerba attinet, Aristoteles per dignitates (ut Alexander exponit) quæ Græce dicuntur axiomatica, intelligit propositiones quæ demonstratione indigent, et non solum indemonstrabiles, ut solitum est dicere in Posterioribus analyticis. Dicit etiam Alexander Aristotelem accepisse, pro quam, et non pro uel, alioquin locutio esset incongrua, cum dicit, [maior labor disputare]

ad positionem, non enim congrue diceretur uel ad positionem, sed quam ad positionem. Verbum enim in multamariam apud Græcos accipitur. hæc de interrogante epilogat Aristoteles, et dicit, [Quo igitur pacto] opponentem [interrogare, et] interrogaciones [ordinare oportet, penè sufficium quæ dicta sunt,] dixit autem [penè] ad honestatem, ut euitaret arrogantiam.

περὶ δὲ ἀποκρίσεως, πρῶτον ἢ Διογιστόν, ἔστιν ἔργον τοῦ καλῶς ἀποκρινομένου, καὶ ἀπὸ τοῦ καλῶς ἐρωτῶντος.

DE RESPONDENTE.

56 De responsione autem primum quidem determinandum, quodnam sit opus bene respondentis, quemadmodum bene interrogantis.

In his uerbis Aristoteles proponit intentionem generalem, et specialem, et dicit, [De responsione autem] subaudi nunc loquendo. hæc de generali intentione. de speciali uero dicit, [Primum quidè determinandum quidnam sit opus bene respondentis, quemadmodum] quod opus sit bene interrogantis. Ergo communis intentio est dicere de responsione, præambula uero intentio est declarare quidnam sit opus bene respondentis, et quidnam opus bene interrogantis. Exequitur autem de responsione ibi [Necesse est itaque,] ubi cõpleto proœmio, exequitur narrationem.

Ἐστὶ δὲ τοῦ μὲν ἐρωτῶντος, τὸ οὐτως μεταγαγῆναι τὸν λόγον, ὅσπερ ποιεῖται τὸν ἀποκρινομένον τὰ ἀποκρίματα λέγειν τῶν διὰ τὴν διάνοξιν ἀναγκαίων. τοῦ δὲ ἀποκρινομένου, τὸ μὴ διὰ τὸν φαινόμενόν τι συμβαίνειν εἰς ἀδύνατον ἢ εἰς ἀδύνατον, ἀλλὰ διὰ τὴν διάνοξιν, ἐτέρω γὰρ ἴσως ἀμαρτία, τὸ διδοῦν πρῶτον ὅ μὴ ἀποκρίσῃ εἰς ἀδύνατον.

57 Est autem interrogantis quidè sic ducere orationem, ut faciat respondentem dicere inopinabilia, quam ea, quæ propter positionem sunt necessaria. Respondētis uero, non propter se apparere accidere impossibile, aut quod præter opinionem est, sed propter positionem. Nam alterum fortasse peccatum, ponere primum quod non oportet: & alterum, positum non seruare aliquo modo.

Nunc præambulam intentionem prosequitur, et dicit, [Est autem interrogantis quidè sic ducere orationem] id est, id facere interrogationem [ut] per ipsam [faciat] respondentem [dicere inopinabilia, quam] sunt [ea, quæ propter positionem sunt necessaria] id est, quam sunt ea, quæ necessario sequuntur ad positionem.

**A** Possunt enim si positio est improbabilis, ea sequi que sunt improbabilia: at interrogans bene interrogat, cum ui suæ interrogationis cogit respondentem dicere ea, que sunt improbabilia iis, quæ sequuntur ui suæ positionis, ut si Epicurus sustineat uoluptatem esse bonum summum, opponens debet dicere Epicurum ad dicendum aliquid magis inopinabile quàm sui ea, quæ sequuntur suam opinionem. Nam ad Epicuri positionem sequitur actum sensitiuæ uirtutis esse summum bonum. Opponens ergo ad maius absurdum ducere debet, quàm sit hoc, quod sequitur ad Epicuri positionem. Aliter opus suum non est bonum. Deinde exponit opus respondentis, et dicit, [Respondentis autem] scilicet opus est sic ducere responsionem, ut [non] sit propter se apparere accidere impossibile, aut accidere improbabile, quod præter opinionem est, sed sic dicere responsionem, ut [propter positionem] non accidat dicere impossibile. Et quia respondens dicere potest improbabile uel impossibile, aut propter se, ut cum ex propria ingenii amplitudine proponi defendere aliquid absurdum. Aut propter positionem, ut cum cogitur dicere aliquid absurdum non propter se, sed ui positionis, quam sustinet, ideo uult eum bene respondere, cum sic respondet, ut non cogatur dicere absurdum sequens ad positionem. Et exponit hic ambo esse peccata, et dicit, [Nam alterum fortasse peccatum est respondentis] ponere atque sustinere [primum] scilicet positionem absurdam, [quod non oportet] ponere, [et alterum] peccatum est quidem longè maius est [positum non seruari aliquo modo], quod sit cum respondens cogitur dicere absurdiora quàm sit positio, et quàm sine ea, quæ sequuntur ad positionem. Est autem primum peccatum simpliciter, secundum autem peccatum responsionis (ut Alexander inquit.)

Ἐπεὶ δὲ ἐστὶν ἀδιόριστος τῶν ἡγεμονίας καὶ πείρας ἕνεκα τῶν λόγων ποιουμένων, οὐ γὰρ οἱ αὐτοὶ σκοποὶ τοῖς τε διὰ διάνοξιν ἢ μανθάνουσι, καὶ τοῖς ἀγαναχομένοις. οὐ δὲ τούτοις τὸ κατὰ τοῖς ἀποκρίσειν ἀεὶ μετ' ἀλλήλων σκέψασθαι. ἔστι δὲ γὰρ μανθάνουσα δεξιότης αἰετὰ δυνάμει. καὶ ἢ οὐδὲ ἐπιχειρεῖ. ἔστι δὲ οὐδὲ αὐτὸν ἀάσκου. ἔστι δὲ ἀγαναχομένων, τὸ μὴ ἐρωτῶντα φαίνεσθαι. ἔστι δὲ ἐπιθεῖν πάντα. τὸ δὲ ἀποκρινομένου, μὴ δὲ φαίνεσθαι πείρας, τὸ δὲ τῶν ἀποκρινομένων καὶ σκεψασθαι, τοῖς μὴ ἀγάνθαι χεῖρον, ἀλλὰ πείρας καὶ σκέψασθαι τῶν λόγων ποιουμένων, οὐδὲ ἀνιέθεσθαι πείρας ἕνεκα τοῦ λόγου πείρας ἐπιθεῖν, καὶ ὅποια διδόναι, καὶ πείρας μὴ, πείρας ἢ καλῶς ἢ μὴ καλῶς φιλῶνται τὴν θέσιν ἐπεὶ οὐδὲ μὲν ἐχρῶνται πείρας ἀποκρίνομένου ἢ ἀλλοῦ, αὐτοῖσι πείρας ἀεὶ εἰπεῖν.

58 Quia autem sunt indeterminata iis, qui exercitationis, & experientia gratia orationes faciunt, (nam non eodè considerationes & discen- tibus & docentibus, & concertanti-

bus, & his, & iis, qui semper se inuicè exercent inspectionis gratia, nam discenti quidem ponenda sunt semper ea, quæ uidentur, quippe cum nullus conetur falsum docere. Concertantium uero, interrogantem quidem uideri aliquid facere oportet omnino. Respondentem autem, nihil uideri pati, & in dialecticis congressionibus, quæ non concertationis, sed experientia, & inspectionis gratia orationes faciunt, nondum enucleatum est, quo pacto oportet coniectare respondentem, & qualia dare, & qualia non ad bene aut non, seruandam positionem.) Quoniam igitur nihil habemus traditum ab aliis, ipsi aliquid dicere tentemus.

Cum proposuisset intentionem, et præambulum, atque equam prosequatur, quod proposuit, uult assignare causam, cur dicendum est de responsione. Et licet debet legi suspensiuè usque ibi. [Quoniam igitur nihil] et dicit, [Quia autem sunt indeterminata] id est, quia non est definitum, sumpsit enim plurale pro singulari [iis, qui exercitationis, et experientia gratia orationes] id est dialecticos, et disputationes [faciunt] subaudi quæ conueniunt respondentem exercuerunt enim Socrates et Plato dialecticam in suis dialogis, sed non est definitum ab eis quid pertinet ad officium respondentis, ideo, ut postea concludet, de officio respondentis est dicendum. Et intelligit per exercitationem, et experientiam, tentatiuas, et disputatiuas congressiones, quales sunt in dialogis à Socrate, et Platone dialectice disputantibus, ut exponit Alexander, et assignat causam, et dicit, [Nam non eadem considerationes et discen- tibus et docentibus] id est, discipulis in doctrinis [et concertantibus] id est, disputantibus in sophisticis, et his, et] iis, qui semper se inuicem exercent inspectionis] id est, inuentionis] gratia, [hoc est et in dialecticis disputationibus. Deinde exponit hæc omnia, et dicit, [Nam discenti quidem,] et docentibus, [ponenda] atque concedenda [semper ea sunt, quæ uidentur] id est, quæ sunt uera et per se nota. [Quippe cum nullus conetur falsum docere] et per consequens nullus falsum discere. [Concertantium uero] scilicet in sophisticis disputationibus, [interrogantem quidem uideri aliquid facere oportet omnino,] scilicet quia aut cogit respondentem falsum dicere, aut rem præter opinionem, aut nugari, aut committere solacium: [Respondentem autem nihil uideri pati] ex his, quæ dicta sunt, [et in dialecticis congressionibus quæ non concertationis] id est, sophisticæ exercitationis, [sed experientia,] hoc est et etationis] et inspectionis] id est, inuentionis] gratia orationes] hoc est interrogantem.

gatioes [faciunt, nondū] & prioribus [enucleatū est, quo pacto oportet coniectare respondentē, & qualia dāre] opponenti, [ & qualia non] dāre [ad bene aut non] bene [seruandam] positionem. [Tunc terminans suspensionem, dicit,] [Quoniam igitur nihil habemus traditum ab aliis] scilicet de respondente, [ ipsi aliquid dicere tentamus. ] Dico de respondente in dialecticis disputationibus, quoniam de respondente in sophisticis concertationibus libro Elenchorum dixit. De respondente uero in doctrinis, qui discipulus, uel praeceptor, est in libro Posteriorum.

Ανάγκη δ' ἢ τὴν ἀποκριμῶν ὑπερέχειν λόγον, ἢ μὴ ἵπτοι ἐπὶ λόγον, ἢ ἀλογοῦν ὁ λόγος, ἢ μηδ' ἐτ' ὁ λόγος, καὶ ἢ τοὶ ἀπὸ τοῦ λόγου, ἢ ἀ' ὁ λόγος, ἢ ἀριστομένως, διὸν ὅτι δὲ λέγειν ἢ αὐτὰς ἢ ἄλλα.

59 Necesse est itaque respondentem sustinere orationem, ponendo aut probabilem, aut improbabilem positionem, aut neutram, & aut simpliciter probabilem, aut improbabilem aut indeterminate, huic alicui, ut aut sibi, aut alii.

Cum proposuisset intentionem, nunc prosequitur, & primo praeimit unam diuisionem, & dicit, [Necesse est itaque respondentem sustinere orationem] hoc est problema, [ponendo] positionem aut probabilem, aut improbabilem, aut neutram ] quasi dicat omnem positionem, quam sustinet respondens, esse aut probabilem, aut improbabilem, aut neutram. deinde subdiuidit unū quodque horum membrorum, per simpliciter, & per esse indeterminate tale alicui, & dicit, [Et aut simpliciter probabilem, aut improbabilem, aut indeterminate huic alicui] id est, aut huic, quasi dicat quod positio respondentis sit, aut simpliciter probabilis, aut alicui, uel simpliciter improbabilis uel alicui : aut subaudi, simpliciter neutra, uel alicui. & iterum esse talem alicui, ut probabilem, uel improbabilem, uel neutrum, subdiuidit, per esse talem sibi, aut alii, & dicit, [Aut indeterminate huic alicui, ut aut sibi, aut alii. ] dicitur autem problema indeterminate huic, alicui, cum non fuerit simpliciter tale, & quod non est simpliciter tale, est autem sibi, aut alii tale. Potest enim problema esse tale alicui, cum uel sibi respondenti: uel alii, ut cum Platoni fuerit tale. Sed dices, quo modo tale huic alicui, potest dici indeterminate? Dico esse indeterminate, quia uel sibi respondenti, uel alii, est indifferens. Melius autem scias uerbum indeterminate, corrupte legi. Graece enim est, ἀρισμένως hoc est, definite, uel determinate. Et tunc diuisio erit in simpliciter tale, & in id quod est huic determinate tale, quod est duplex, uel sibi respondenti, uel alii, & sic habet Alexander. Hanc uero diuisionem exponit Alexander. & dicit problema uel positionem simpliciter probabilem esse, quae est secundum omnium uel plurium opinionem, ut sanitatem eligibilem esse. Determinate huic alicui probabilem, ut quae sibi, uel alii probabilis, ut uniuersalia esse ideas positio

probabilis est Platoni. Animam uero esse immortalē positionem probabilem est sibi respondenti. Simpliciter uero improbabilem positionem dicit, quae contra opinionem omnium uel plurium ponitur, ut deos non esse. Improbabilem autem huic, ut animam esse mortalem, quoniam est Platoni improbabilis. neutrum uero problema dicit, quod nec probabile, nec improbabile est, & hoc est aut de quo neutro modo opinamur, ut stellas esse pares, uel impares: uel de quo aequaliter utraq; parte opinamur, ut infinitū esse uel non esse, ut uirtutes esse scientias, uel non esse scientias, ut mundum esse aeternum uel non esse aeternum. Et problema neutrum etiam subdiuidi potest, (licet Alexander non subdiuidat, ) in neutrum simpliciter & in neutrum huic. Et neutrum huic etiam subdiuidi potest in neutrum sibi respondenti, & in neutrum alii. Aristoteli respondenti neutrum problema est ultra aequinoctialem esse habitationem. Alii uero ut Platoni, unum esse antecē. De hac diuisione Aristoteles primo huius satis dilucide loquutus est, nunc uero satis fit retulisse, quae Alexander breuibus retulit hic.

Διαφέρει δ' ὀνόματι ὁ πρῶτος ἐν ἀλόγοις ἢ ἀλογοῦν ὀνομασίαις, ὁ γὰρ ἄλλος τέρπος ἔσται τοῦ καλῶς ἀποκρινομένου, καὶ εἰσὶν ἢ μὴ εἰσὶν ἢ ἐρατῶν.

60 Nihil autem refert quouis modo probabilis, aut improbabilis fuerit. Nam idem modus erit bene respondendi, uel dandi, uel non dandi, quod interrogatum est.

Circa diuisionem assignatam remouet tacitam diuisionem, quae potest esse talis, cum multiplex sit probabile, & improbable, utrum tot sint artes atque modi respondendi, quot sunt membra diuisionis ipsius probabilis, improbabilisque, respondet, & dicit, [Nihil autem refert, quouis modo probabilis, aut improbabilis fuerit] positio, hoc est, sine sit simpliciter talis, sine huic. Cuius rationem assignat, & dicit, [Nam in omnibus subaudi] idem modus est bene respondendi, ] quoniam subaudi idem modus est, uel dandi, id est, concedendi, [quod interrogatum est] ab opponente, [uel non dandi, id est, uel negandi, quoniam in omnibus respondēs negat, quod est contrarium suae positioni: & concedit, quod facit propria positione, sine sua positio fuerit talis simpliciter, uel talis huic. Non ergo oportet tradere tot artes respondēdi, quot sunt superioris diuisionis membra, cum una sufficiat.

Ἀδοξοῦ δ' οὖν οὐσὶς τῆς θέσεως, ἐπὶ ἀλογοῦ ἀνάγκη τὸ συμπέρασμα γίνεσθαι. ἐπὶ ἀλογοῦ δ' ἂν ἀλογοῦν. & ἂν ἀντιμεμῶν ἂν εἰ τῆ θέσεως ὁ ἔρατῶν συμπεραίνεται. εἰ δὲ μήτ' ἀδοξοῦ μήτ' ἐπὶ ἀλογοῦν συμπεραίνεται, καὶ συμπερασμα ἔσται τοιοῦτον.

61 Cū igitur improbabilis fuerit positio, necesse est & conclusionē probabilem fieri: cum uero probabilis, improbabilem. quippe cum semper

A oppositum positionis interrogās cōcludat. At si neque probabile, neque improbable fuerit, quod positū est, & conclusio erit talis.

Quidam legunt uerbum [igitur] casualiter, cum nota causa uidelicet, [nam] & ideo Aristoteles assignare causam eius, quod dixerat tradunt. Et mihi non placet. primo, quia in Graecis codicibus sic legitur, quod Latine est igitur, modo non debet corrumpi textus, cum in eo sensu potest stare. Deinde quia Aristoteles uult ex solutione tacite dubitationis concludere, quo modo positio respondētis, se habet ad oppositionem interrogantis, & dicit, Cum igitur improbabilis fuerit positio respondentis, [necesse est & conclusionem, ] quam contra positionem respondētis syllogizat interrogans, [probabilem fieri, cum uero] positio respondētis fuerit [probabilis] necesse est conclusionem opponētis esse [improbabilem.] & assignat causam, & dicit, [Quippe cum semper oppositum] positionis respondentis [interrogans] concludat. ] Sed dices, utrum cum positio respondentis fuerit neutra, oportet ad conclusionem opponētis esse oppositam. Respondet, & dicit, [At si neque probabile neque improbabile] sed neutrum [fuerit, quod positum est, & conclusio] scilicet opponētis [erit talis] scilicet neutra. ergo quantum ad rationem communem non cōcludit oppositum opponētis, sed bene quantum ad rationem specialem, nam si respondentis positio fuerit, quod stelle sunt pares, conclusio opponētis erit, quod stelle non sunt pares. ergo licet quo ad communem rationem positio & conclusio sint neutra, quo autem ad specialem rationem sunt oppositae. Stellas enim pares esse, problema neutrum est, & stellas non esse pares, sed impares, etiam problema neutrum est, tamen quo ad specialem rationem, stellas esse pares & stellas non esse pares, oppositae sunt, eo quia sunt problematum partes oppositae. Ex his patet, quoniam modo positio respondentis, & oppositio interrogantis adiuicem se habent. Semper enim oppositae oportet esse, quemadmodum & actus eorum oppositi sunt.

Ἐπεὶ δ' ὁ καλῶς συλλογιστὴς μὴ εἰς ἀδοξοτέρων ἢ γινώσκων ἐρωτῶν τὸ προκλιθῆναι ἀποδέει κινῶν, φανερὸν ὡς ἀδῶν μὴ ὄντ' ἀπὸ τῶν τοῦ κινῶν, οὐδ' ὁ τῶν ἔρατῶν ἀποκρινόμενος, οὐδ' ὁ μὴ λαοῦ ἀπὸ τῶν, οὐδ' ὁ λαοῦ μὴ, ἢ ἦτοι καὶ τὸ συμπέρασμα ὁ δὲ οὐδ' ἀδῶν γὰρ οὐσὶς ὅτι δεσέως, ἐπὶ ἀλογοῦ τὸ συμπέρασμα ὡς πρὸς τὰ λαμβανόμενα ἐπὶ ἀλογοῦ πάντ' ἐν αὐτῇ μαζῶν ἐπὶ ἀλογοῦ τὸ προκρινόμενος, ἐπὶ μὲλλεται δὲ τῶν γνωριμωτέρων ἐπὶ ἦτοι ἐπὶ ἀλογοῦ προκρινόμενος ὡς πρὸς τὸ οὐδ' ἦτοι ἦτοι ἦτοι ἐρωτῶν, μὴ ἀπὸ τῶν ἔρατῶν ἀποκρινομένου.

62 Quoniam autem bene syllogizans, ex probabilioribus, & notioribus propositum demonstrat, manifestum, quoniam cum simpliciter improbabile fuerit, quod ponitur, nihil

dandum est a respondente quod non uideatur simpliciter, nec quod uideatur quidem, minus tamen conclusionem uideatur. Nam cum improbabilis est positio, probabilis est conclusio. Quare oportet, quae sumuntur, probabilia esse omnia, & quidē magis probabilia, quam quod proponitur, si debet per notiora, quod minus notum est concludi. Quare si neque tale est quippiam eorum, quae interrogantur, non ponendum est a respondente.

Nunc accedit ad artem respondendi, & primo docet respondere ad problemata, deinde ad interrogata, & de mum ad argumenta, & docendo respondere ad problemata, primo dat artem respondendi, quando respondens sustinet positionem simpliciter improbabilem, & dicit, [Quoniam autem bene syllogizans, ex probabilioribus & notioribus propositum demonstrat] dico bene syllogizās, quae syllogizās ex falsis, syllogizāt, sed non bene, quae peccat in materia. Tunc assignat regulā sustinendi positionem simpliciter improbabilem, & dicit, [manifestum, quoniam cum simpliciter improbabile fuerit, quod ponitur] a respondente, [nihil dādum est a respondente,] ex eis, quae proponit pro syllogismo interrogans, [quod non uidetur simpliciter,] id est, quod non ex simpliciter probabilibus, [nec] dādum est a respondente, [quod uidetur quidem,] id est, quod est simpliciter probabile, [minus tamen uidetur conclusionem.] Est ergo regula, cum respondens sustinet positionem simpliciter improbabilem, non debet respondens concedere opponenti syllogizanti, quod non est simpliciter omnibus probabile: & si fuerit simpliciter probabile, non debet cōcedere, quod non est simpliciter probabilem conclusionem, ut sint duae conditiones necessariae ei, quod respondens debet cōcedere, & quod sit simpliciter probabile, & secundo quod sit simpliciter probabilius, & notius conclusionem opponētis. Et ita quae cumque non fuerint talia, omnia respondens negare debet. Huius regula assignat causam, & dicit, [Nam cum improbabilis est positio] respondentis, [probabilis est cōclusio] opponētis, ut superius declaratum est. [Quare] oportet quae sumuntur [ab opponente ad syllogizandā conclusionem] probabilem, [probabilia esse omnia, & quidem magis probabilia quam quod proponitur, ] id est, quam cōclusio proposita, [si debet per notiora, quod minus notum est, concludi. ] Propterea quasi epilogās dicit, [Quare] si neque tale est, [scilicet simpliciter probabilem conclusionem, ] quippiam eorum quae interrogantur [ab opponente, ] non ponendum est a respondente. ] ergo respondens omnia negare debet, si non fuerint simpliciter probabilia, & probabiliora conclusionem. uerbi gratia, sit positio haec, unum tantum est ens, opponētis conclusio erit, plura sunt entia. nam haec est oppositio illius, Si ergo opponens debet probare plura esse entia.



oportet sumere ea, quae sunt simpliciter probabilia, et notiora conclusione. Nam si quae opponens sumit, non fuerint simpliciter probabilia, neganda sunt a respondente. Et si fuerint simpliciter probabilia, et non fuerint notiora conclusione ea, quae est, plurimae entia sunt, etiam neganda sunt a respondente. Et propterea cum contra Parmenidem sumpsit Aristoteles, praedicamenta sunt plurimae, omnia praedicamenta sunt entia, ergo entia sunt plurimae, positiones quidem sunt probabiles simpliciter, sed praedicamenta esse plurimae non est notius et probabilis eo quod est entia esse plurimae, imo potius et probabilis est entia esse plurimae quam praedicamenta esse plurimae. Insuper cum Aristoteles accepit, mobilia sunt plurimae, omnia mobilia sunt entia, ergo entia sunt plurimae, mobilia esse plurimae simpliciter probabile est, sed non probabilis et notius eo quod est, entia esse plurimae. Quare respondens debet negare. Haec cum uidisset Aristoteles primo Physicae ascultationis, docuit contradicere opinioni Parmenidis et Melissi ex datis ab eis, et non ex simpliciter probabilibus, quoniam nihil sumi potest probabilis et notius conclusione ea, uidelicet quae est, plurimae sunt entia. Id igitur quod debet concedi a respondente, oportet habere duas condiciones, et quod sit simpliciter probabilis, et quod sit probabilis et notius conclusione, quam syllogizat opponens contra positionem respondentis. Cum autem non fuerit sic, respondens debet negare. Causam autem assignat Alexander, quoniam propositum respondentis est non duci ad contradictionem, non ducetur autem ad contradictionem respondens, si hanc regulam seruauerit.

Εἰ δὲ ἐνδοξοῦ ἄνωγος ἡ δέσις, διήλθοι δὲ συμπερασματικῶς ἄνωγος, δετέρου δὲ τὰ τε δόξα καὶ τὰ πάντα, ἡ δὲ τῶν μὴ δοκούντων ὅσα μὲν ἄνωγος ἐστὶν τῶν συμπερασματικῶν, ἡ δὲ τῶν μὴ ἀνωγος δὲ ἀναλεχθῆναι.

63 Si autem positio fuerit simpliciter probabilis, dilucidum est, quoniam conclusio erit simpliciter improbabilis. Ponendum igitur & quae videntur omnia, & eorum quae non videntur, quaecunque sunt minus improbabilia conclusione. Nam sufficienter sic videbitur disceptatum esse.

Nam dat artem respondendi, quando respondens sustinet positionem simpliciter probabilem, et dicit, [Si autem positio fuerit simpliciter probabilis,] ut deum esse [dilucidum est, quoniam conclusio] opponens erit simpliciter improbabilis, [ut deum non esse. Tunc dat regulam, et dicit,] Ponendum igitur a respondente, [quae videntur omnia,] id est, omnia probabilia, quoniam nunquam ex probabilibus simpliciter, sequitur simpliciter improbabile, [et quae non videntur,] et improbabilia non omnia, sed [quaecunque sunt minus improbabilia conclusione.] Nam ex minus improbabilibus non sequitur magis improbabile, sicuti ex minus falsis non sequitur magis falsum. Nam tunc ex eris potest sequi falsum. Est

enim minus falsum aliquo modo uerum. Similiter minus improbabile est aliqua ratione probabile. Quare sicuti ex probabilibus non sequitur nisi probabile, sic ex minus improbabilibus non potest sequi magis improbabile. Ergo respondens debet concedere probabilia omnia, et ex improbabilibus ea omnia, quae sunt minus improbabilia conclusione. Si ergo Epicurus probet deos non esse, quae non est prouidentia, Plato respondebit, esse prouidentiam, et negabit non esse prouidentiam. Prouidentiam enim esse, est simpliciter probabile. Et prouidentiam non esse, non est minus improbabile quam conclusio, sed ex aequo, et ideo negandum est. Deinde assignat causam, et dicit, [nam sufficienter sic uidetur disceptatum esse.] Semper enim respondens sufficienter disputat, cum ea non ponitur, ex quibus sequitur conclusio opposita suae positioni. At si ponat simpliciter probabilia, et ea, quae minus improbabilia sunt conclusione opponens, nunquam ducetur ad conclusionem concedendam, quae est opposita suae positioni. Ideo ab eo erit sufficienter disceptatum, si seruauerit hanc regulam.

ομοίως δὲ εἰ μὴτ' ἐνδοξοῦ, μὴτ' ἐνδοξοῦ ὅστις ἡ δέσις, ἡ δὲ τῶν μὴ δοκούντων ὅσα μὲν ἄνωγος ἐστὶν τῶν συμπερασματικῶν, ἡ δὲ τῶν μὴ ἀνωγος δὲ ἀναλεχθῆναι.

64 Similiter autem erit & si neque improbabilis, neque probabilis est positio. Nam sic & quae videntur omnia dandum, & eorum, quae non videntur, quaecunque minus sunt improbabilia conclusione. Sic enim probabiliores accidit orationes fieri.

Nunc dat artem respondendi, quando respondens sustinet positionem, quae est problema neutrum, et dicit, [Si similiter autem erit, et si neque improbabilis, neque probabilis est positio,] sed problema neutrum, ut stellae esse pares, et dat regulam, quod uidelicet positione existente, neutra, concedenda sunt omnia probabilia, et omnia improbabilia, modo minus improbabilia sunt conclusio, et dicit, [nam sic, et quae videntur omnia dandum,] id est, nam sic danda sunt omnia probabilia, [et eorum,] quae non videntur, [id est, et improbabilia ea,] quaecunque minus sunt improbabilia conclusione [cuius rationem dicit,] sic enim probabiliores accidit orationes, [id est, disputationes] fieri, quoniam per hunc modum nunquam respondens ducetur ad contradictionem, uerbi gratia, si problema est positio sit, stellae esse pares, conclusio opposita erit stellae esse impares, si ergo syllogizauerit opponens, nobilior numerus nobiliori multitudini tribuendus, stellarum multitudo est nobilior, et numerus impar est nobilior, ergo tribuendus, respondens concederet omnes propositiones, quoniam sunt neutrae, sicuti et conclusio, quia uero non sunt improbabiliores conclusione, omnes enim sunt aequae improbabiles sicuti illa, stellae imparae. Haec enim propositio, nobilior numerus nobiliori multitudini est tribuendus, est aequae neutra sicuti illa, stel

A la sunt impares, praeterea, quod stellarum multitudo sit nobilior, et numerus impar nobilior, aequae neutra uidentur, sicuti conclusio. Quare non sunt ponenda a respondente. Quoniam semper id, quod ponit respondens, debet esse minus improbabile conclusione, et notius.

Εἰ μὴτ' ὅτι ἄνωγος ἐνδοξοῦ, ἡ δὲ τῶν μὴ δοκούντων ὅσα μὲν ἄνωγος ἐστὶν τῶν συμπερασματικῶν, ἡ δὲ τῶν μὴ ἀνωγος δὲ ἀναλεχθῆναι.

65 Si igitur simpliciter quidem probabile vel improbabile, quod ponitur ad ea, quae videtur simpliciter comparatio facienda.

Epilogat breuiter, et dicit, [Si igitur simpliciter quidem probabile, uel improbabile] fuerit, [quod ponitur] a respondente, [ad ea, quae uidentur simpliciter,] id est ad probabilia simpliciter, uel subaudi et ad improbabilia simpliciter, [comparatio facienda est] ea uidelicet dando, uel non dando, per quae ad conclusionem intentam non deueniat opponens, quod quoniam modo fieri possit, per regulas superius assignatas, perspicuum est. Sed circa regulas sunt dubitationes, erat enim prima regula, cum sustinet respondens positionem simpliciter improbabilem, conclusio opponens erit simpliciter probabilis, et tunc respondens debet concedere opponenti quod est probabile simpliciter, et quod est probabilis et notius conclusione. Sed hinc non constat quod superius Aristoteles dixit, cum enim officium interrogantis definiuit, scilicet inquit interrogantis sic ducere orationem, ut faciat respondentem dicere inopinabiliora, quam quae propter positionem sunt necessaria. Modo si conclusio opposita fuerit probabilis, cum interrogans nihil aliud entitatur facere, nisi ut compellat respondentem concedere suam conclusionem, tunc non ad improbabilia, sed ad probabiliora coget respondentem, quia ad concedendam suam conclusionem, quae est probabilis, et contraria positioni respondentis improbabili. Praeterea si respondens dabit opponenti probabilia omnia, tunc opponens assequetur ex illis probabilibus suam probabilem conclusionem, et sic intermetur positio respondentis. Insuper si positio respondentis fuerit simpliciter improbabilis, non uidetur bene regulari si debet concedere omnia probabilia, quia sic ex illis concessis, posset duci ad oppositum suae positionis. Sed diluuntur haec, et primum quidem fortasse diluunt, quoniam duplex est opponens conclusio altera prima, atque principalis, et haec est probabilis, quando positio respondentis fuerit improbabilis, et de hac Aristoteles loquitur hic, altera uero secundaria atque corollaria, et haec debet esse improbabiliore positione respondentis, et de hac locutum esse Aristotelem tradunt, cum officium interrogantis definiuit. Sed pace horum dixerim, non uideo quoniam modo inferri possit haec corollaria conclusio improbabiliore positione respondentis, non enim inferri potest ex principali conclusione, nam cum illa sit probabilis, nunquam ex ea sequetur conclusio improbabiliore positione respondentis, neque ex aliis, quoniam quaecunque assumuntur, semper inferrent conclusionem probabilem, quae opponitur positioni, et nunquam improbabiliorem positione. Puto

ergo primum diluendum esse, quoniam superius Aristoteles descripsit officium opponens, non simpliciter, sed solum contra respondentem, probabilia ponit, et in disputatione tentatiua, quae est ad experientiam, et non in ea, quae fit conspectio gratia, contra uidelicet respondentem, qui ponit problema improbabile, aut fortasse Aristoteles superius locutus est de opponente, qui contra positionem syllogizat ex datis semper ducendo ad improbabiliora. Hic uero loquitur de opponente, qui argumentatur ostensiuè, ut puta syllogizando oppositum positionis, nam licet dialecticus non utatur per se syllogismo ducente ad improbabiliora, per accidens uero uti potest syllogismo ducente ad probabiliora quando syllogizat ex datis a respondente, ut fecit contra Parmenidem, et Melissum. Alia uero diluunt iuniores, quod duplex, ut diximus, sit dialectica disputatio, altera quidem inuertiua, quae fit conspectio gratia, ueritatis inueniende gratia, dico ueritatis inueniende, uel simpliciter, uel secundum probabiliorem rationem, et hanc exercuit Plato in dialogis, cum Socrate, et aliis. Et in hac respondens non est dycolus, hoc est proteruus, nec difficilis, sed κατηχητικός catecheticus, hoc est, (ut ita dixerim) instabilis, opponens uero instructiuus, atque inuentiuus. Et quoniam haec disputatio fit conspectio gratia, ideo in huiusmodi disputatione generale praecipuum est, ut respondens quamuis positionem sustinuerit, semper det opponenti probabilia, et probabiliora sua conclusione. causa autem, quoniam nihil nisi probabile considerat omnis dialecticus, et nihil nisi probabile querit. Haec ratione, respondens catecheticus, cum sit dialecticus, probabiliora nunquam negare debet, potissimum enim opponens conspectio gratia argumentatur, quoniam in hac disputatione non gloria, sed conspectio queritur. Altera disputatio dicitur dycolica, ut quando respondens fuerit difficilis, atque proteruus, et haec fit ex peritiua gratia, et in hac disputatione respicitur ad ea, quae probabilia uel improbabilia sunt, ea uidelicet dando uel non dando, concedendo, uel negando, per quae ad conclusionem intentam non deueniat opponens. Tunc patet responsio, uoluit enim Aristotelem hic esse locutum in prima disputatione, non autem in secunda. Circa uero ex positionem textus prima regula, diximus aliter, diximus enim quando respondens sustinet positionem improbabilem, non debere concedere opponenti, nisi id, quod est probabile duabus conditionibus, scilicet simpliciter, et probabilis, et notius conclusione, nam ex talibus nunquam sequetur conclusio opponens, ut patuit in exemplo Parmenidis, cetera autem omnia diximus esse neganda. Secunda regula fuit, cum respondens sustinet probabilem positionem, praecipit enim respondentem dare opponenti probabilia, et ex improbabilibus, quae minus conclusione improbabilia sunt, modo hoc uidetur male praecipuum, quia superius in prima regula, cum respondens sustinet improbabile, praecipit ut daret etiam probabilia, modo non uidetur bene factum pro sustinendis oppositis positionibus, ut respondens debeat dare probabilia, nam pro oppositis positionibus sustinendis, uidetur esse danda opposita. Insuper, sicuti peccatum est opponenti petere corollaria, ut dictum est, ita uidetur peccatum respondenti, pro sustinenda positione probabili da-

re contraria uidelicet probabilis, et improbabilis. Iam circa textum dilucidata est regula. dictum est enim pro...

per que ad conclusionem intentam non deueniat opponens. Est etiam tertia dubitatio, contra positionem neutram...

Si vero alterius opinionem tueri respondens, manifestum quoniam ad illius mentem aspiciendo, ponere singula debet...

Si autem non simpliciter probabile, vel improbabile sit quod ponitur, sed respondentem, ad se, quod videtur, & non videtur, iudicando ponendum vel non ponendum.

Cum assignasset regulas sustinendi positionem simpliciter probabilem, et simpliciter improbabilem, et neutram...

nenda uel non ponenda per que ad conclusionem intentam non deueniat opponens. pro sustinenda igitur positione...

Apud de altero dicitur in dialogis quod dicitur in dialogis...

Si vero alterius opinionem tueri respondens, manifestum quoniam ad illius mentem aspiciendo, ponere singula debet...

Manifestum igitur que coniectandum respondentem, siue simpliciter probabile, siue alicui, positum.

Nunc dat regulam sustinendi positionem probabilem uel improbabilem ad opinionem alterius: et dicit, [Si uero alterius opinionem tueri respondens, manifestum quoniam ad illius mentem aspiciendo ponere singula debet...

Melisso, et sic consequenter coniectant enim qui sustinent opinionem alterius...

Et dicitur de analogia quod dicitur in dialogis...

Quoniam autem est necesse omne quod interrogatur, aut probabile, aut improbabile esse, aut neutrum...

Cum dixisset problematum siue positionum differentias, demonstrassetque quo modo ad unumquodque eorum oportet respondere...

Et dicitur de analogia quod dicitur in dialogis...

Si quidem quod videtur, & non ad orationem, dandum est, dicendo quoniam videtur. Non enim...

interimitur (posito eo) quod in principio.

Nunc tradit artem respondendi ad interrogata, secunda unamquamque differentiam, et primo docet respondere ad impertinentia, deinde ad pertinentia...

Et dicitur de analogia quod dicitur in dialogis...

Si vero non videtur, & non ad orationem, dandum quidem, sed annotandum, quoniam non videtur ad deuiationem absurditatis.

Nunc docet respondere ad improbabile impertinens, et dicit, [Si uero non videtur, id est, si uero interrogatum fuerit improbabile, et non ad orationem, scilicet pertinens, dandum quidem est ab ipso respondente...

Et dicitur de analogia quod dicitur in dialogis...

Si vero sit ad orationem, & videatur, dicendum quoniam videtur quidem, sed valde propinquum ei, quod in principio est, & interimitur eo posito, quod propositum est.

Nunc docet respondere ad pertinentia, et primo ad

¶ pertinens probabile, et dicitur, [si uero sit,] scilicet pertinens ad orationem, et uideatur, id est, sit probabile, [dicendum quoniam uidetur quidem,] protestatione tamen premissa, dicendo primo, quod [ualde propinquum] sit, et quod in principio est, et cum eo ualde in uoluntate, [et] deinde quoniam quod positum est, interimitur eo posito, id est, et dicendo quoniam per concessionem ipsius habetur oppositum positionis, et quasi quod sit quodam modo petere, quod positum est in principio, sic enim (ut Alexander inquit, respondens, nec uidebitur probabilibus instare, nec aliquid pati ab interrogante, cum praeedicat similitudinem interrogati ad ipsum positum, hoc enim pacto respondens concedit concedenda, quia concedit consequentiam, et interrogati: negat autem neganda, quia uidetur interrogatum prope modum petere, quod est positum a principio, et hoc dicit esse, fortasse legit potest aliter quam Alexander legerit, quod uidelicet si interrogatio probabilis sit, et pertinens respondens concedat eam esse probabile, H sed quoniam est ualde propinqua proposito, adeo, ut per ipsius concessionem propositum uideatur interimi, ideo neganda est a respondente, non quidem ut probabilis, sed ut propinqua ualde, et inuoluta ei, quod est a principio positum. Sed haec expositio aduersatur sequentibus, ideo dicendum, ut dictum est, quod haec sit concedenda, sed cum protestatione, quod sit quasi petere, quod est in principio, nam similitudine atque propinquitate cum principali proposito, uidetur quasi idem. Et si respondens ita dixerit, non uidebitur probabilibus aduersari, nec aliquid pati ab interrogante, cum praeedicat petitionem eius, quod est in principio, et fortasse secunda lectio est in disputatione dycolica, atque proteruosa: prima autem Alexandri, est in disputatione inuentiua.

Ei δὲ πρὸς τὸν λόγον λέγει ἄλλοτερον ὅτι ἀξιωματικὸν ἐστὶν ἢ φανερὸν τὰ πρὸς τὸν λόγον, ἀλλὰ λείπει ἐκείνην τὴν ἀξιωματικὴν πρὸς τὸν λόγον.

72 Si autem ad orationem quidem, sed ualde improbable sit positum, fatendum quoniam accidit hoc posito, at ualde absurdum esse quod proponitur.

Nunc secundo docet respondere ad pertinens improbabile, et dicitur, [Si autem ad orationem quidem,] pertinens ad interrogatum, [sed ualde improbable sit positum,] id est, interrogatum, [fatendum,] id est, oportet respondentem dicere, [quoniam hoc posito, accidit,] scilicet concilio opponens, [at quod proponitur] id est, a te interrogatum, [ualde absurdum esse,] et a nullo habente intellectu concedi dignum. In disputatione enim inuentiua, respondens si sic dixerit, nihil uidetur pati ab interrogante, nam concedit concedenda, et negat neganda. Concedit enim consequentiam, quae concedenda est, sed negat interrogationem, quae neganda est.

Ei δὲ μᾶλλον ἂν δοξοῦν, μᾶλλον ἐνδοξοῦν, εἰ μὴ μνηστὴρ πρὸς τὸν λόγον, Δοτέον μὴ δὲν Διοξιστικόν.

73 Si uero neque probabile, neque improbabile, si nihil quidem ad orationem dandum, nihil determinandum.

Nunc docet respondere ad neutrum, et primo ad neutrum impertinens, et dicitur, [Si uero neque probabile, neque improbabile,] sed neutrum sit interrogatum, [si nihil quidem ad orationem,] scilicet pertinens, [dandum] est a respondente, sed [nihil determinandum,] utrum sit probabile, an improbabile, uel intelligas, nihil determinandum, id est, nihil protestandum, et si quid respondens protestetur, nihil determinet de probabilitate uel improbabilitate interrogati. Sic enim concedit interrogatum disputationis gratia, et consequentia praesumptura neganda, cum pateat interrogatum esse impertinens.

Ei δὲ πρὸς τὸν λόγον, ἔστὶν ἀξιωματικὸν ὅτι ἀνάγκη πρὸς τὸν λόγον ὅτι ὁ δὲ ἄλλοτερον, ὅτι ἀνάγκη πρὸς τὸν λόγον, ὁ δὲ ἄλλοτερον, ὅτι ἀνάγκη πρὸς τὸν λόγον, ὁ δὲ ἄλλοτερον, ὅτι ἀνάγκη πρὸς τὸν λόγον, ὁ δὲ ἄλλοτερον, ὅτι ἀνάγκη πρὸς τὸν λόγον.

74 Si autem ad orationem, annotandum, quoniam interimitur (eo posito) quod in principio est. Nam sic & qui respondet, nihil uidebitur propter hoc pati, si quidem prauidens singula posuerit. Et qui interrogat, assequetur syllogismum, positus ab eo omnibus probabilioribus conclusione.

Nunc docet respondere ad neutrum pertinens, et dicitur, [Si autem neutrum pertinet ad orationem,] si uidebitur, dandum est, sed [annotandum,] scilicet per modum protestationis, [quoniam] concessione huius [quod in principio est, interimitur eo posito,] et quoniam est quodam modo petere quod est in principio, cum sit cum eo propinquum, et ualde inuolutum, deinde Aristoteles apud probat has regulas, et dicit, [nam sic, et] qui respondet nihil uidebitur propter hoc, id est, propter tales responsiones [pati,] si quidem prauidens singula posuerit, et qui interrogat, assequetur syllogismum, positus ab eo omnibus probabilioribus conclusione, dixit enim opus bene respondentis esse, cum interrogans potuerit syllogizare dialectice, ipsi concessa esse, quae conclusionem sunt probabiliora. Est enim dialectica disputationis, quae fit conspectionis gratia, quando neuter eorum qui in disputatione sunt, delegatur, sed illud facit quod sibi conueniens est, secus in disputatione dycolica, ubi quaritur experientia, in hac enim generalis regula est, ut respondens ea probabilia, uel neutra interrogata ponat, per quae opponens non deueniat ad suam conclusionem, uel ad ea absurda, quae ducuntur ex positione respondentis.

Haftenus de interrogationibus.

A ὅσοι δὲ ἐξ ἀδοξοτέρων τῶν συμπεράσματων ἐπαρχεῖσαι συλλογίζονται, ἀλλοτριώσθου καλῶς συλλογίζονται. Ἴδὸ τοῖς ἐρωτῶσιν οὐ θετέον.

75 Quicumque uero non ex probabilioribus conclusione conantur syllogizare, perspicuum quoniam non bene syllogizant. Quare has interrogationes non ponendum.

Ex his quae dicta sunt, uult concludere interrogatio nes minus probabiles conclusione, non esse ponendas. et dicitur, [Quicumque uero non ex probabilioribus conclusione conantur syllogizare, perspicuum quoniam non bene syllogizant.] tunc concludit propositum, et dicitur, [quare has interrogationes,] scilicet quae sunt minus probabiles conclusione, [non ponendum,] scilicet in disputatione inuentiua, secus autem in disputatione, quae fit gratia experientia, ut saepius dictum est. In disputatione inuentiua, qualis fortasse est dialogus, ea Socrates proponere solet, quae sunt conclusione probabiliora: et haec semper concedit interlocutor, qui respondet, et ita toties Socrates procedit proponendo, ac proponendo, donec concludat, quod intendit, et tunc interlocutor respondens, quasi inuenta ueritate, acquiescit, et ut in dialogo scriptis, qui sunt conspectionis gratia, uidemus, ita in dialogo sermone et uoce confectis faciendum est, semper enim interlocutor qui opponit, ea proponere, ac interrogare debet, quae conclusione sunt probabiliora: et haec interlocutor respondens dare, donec ad conspectionem, quae intendunt peruenire, negare uero, quae aut improbabilia sunt, aut minus probabilia conclusione. Ex improbabilibus uero, si aliqua opus est dare, ea danda sunt respondente, quae minus conclusione sunt improbabilia, nam haec pro probabilibus habentur. Siquidem minus improbabilia, ut dycolica dicitur, ea sine probabilia, sine improbabilia sunt danda, per quae ad conclusionem non deueniat opponens, nam haec fit gratia experienti doctrinam, et ingenii uires, ideo cum quaeratur dialectica uictoria, non omnia a respondente ponenda sunt, nisi per quae non accidat eum concedere absurda, uel conclusionem opponentis. De hac proteruosa disputatione, quum non sit omni ex parte dialectica, Aristoteles seruat nihil tradit, solum enim ex parte opponentis docuit celatius, ex parte opponentis hic pauca, ut circa textus expositionem annotauimus.

ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλοτερον ἂν ἀσφαλῶς καὶ πλεοναχῶς λεγομένων ἀποκρινόμενος, ἐπει γὰρ δὲ δόξα ὅτι ἀποκρινόμενος μὴ μόνον ἀνομιῆς ἐπιπέσει, ἀλλὰ καὶ ἀνομιῆς καὶ πλεοναχῶς λεγομένων μὴ ἐξ ἀναγκῆς ὁ μολογιστὴς ἢ ἐρησιστὴς ἀλλοτριώσθου πρὸς τὸν λόγον μὴ ἂν σφαλῆς ἢ ὄν ἡ δὲ ἀποκρινόμενος ὅτι φάναι μὴ σφαλῆς, πλεοναχῶς γὰρ ἐκ τῶν μὴ σφαλῶν ἐρωτῶν δὲ δόξα, ἀποκρινόμενος Διοξιστικόν πρὸς τὸν λόγον.

76 Similiter autem & in iis, quae obscure, & multipliciter dicuntur, oc-

currédum est, nam quia permixtum est respondenti non discendi, dicere, non disco: & multipliciter dictum, non ex necessitate confiteri, vel negare, manifestum quoniam primum quidem (nisi planum sit quod dicitur) non pigrescendum est dicere, non intelligo, nam saepe (propterea quia interrogantibus non clare dat) occurrit aliquid difficile.

Cum docuisset respondere ad interrogata manifesta, nunc docet respondere ad interrogata obscura, et quia obscurum esse potest interrogatum, aut propter obscuritatem terminorum, aut propter multipliciter, ideo primo docet respondere ad obscura interrogata ratione obscuritatis terminorum, deinde obscuritate multipliciter, de prima parte dicitur, [similiter autem et in iis, quae obscure, et multipliciter dicuntur, occurrendum est,] et non intelligas similiter occurrendum quantum ad dandum, uel non dandum, sed quantum ad confitendum id quod debet, uel non debet confiteri, et hoc subscribit, [nam quia permixtum est respondenti non discendi,] scilicet in disputatione inuentiua, [dicere, non disco,] quia scilicet non intelligit uerba quae tu dicis, secus in disputatione proteruosa, [et multipliciter dictum, non ex necessitate confiteri uel negare.] nam disputatio huiusmodi fit ad inuentionem et conspectionem ueritatis, at non ad experendum doctrinam, atque ingenii uires, ideo [manifestum, quoniam primum quidem (nisi planum sit quod dicitur) non pigrescendum est dicere non intelligo.] est enim huiusmodi disputatio, non proteruosa, sed ingenue facta pro conspicienda ueritate. Ideo respondens ea omnia ferri debet, per quae deuenire potest ad conspectionem ueritatis, propterea cum non intelligit interrogatum, statim debet dicere non intelligo, et quaerere declarationem ab opponente, [nam saepe propterea quia] respondens, [non clare interrogantibus dant,] quae dant [occurrit] eis dicere, [aliquid difficile,] et fortasse absurdum. Quare, ut clare respondere possint, debent quaerere declarationem interrogantium, nam sic non accidet eis dicere difficultia, et absurda, uerbi causa, si alicui interroganti an finitum omne ad aliquid definit, respondens, cum non intellexerit, concedat, accidet ipsi concedere cuiuslibet finiti esse aliquid extra, quod non concessisset, si intellexisset quid significat, scilicet ad aliquid definit. Alexander autem hunc locum aperte legit, hoc pacto, [nam saepe, quia interrogantes non clare afferunt, occurrit aliquid difficile.] nam dicitur, est tum afferre, tum dare, etiam porrigere, non enim uerbum dicitur refert Alexander ad respondentes, sed ad interrogantes, et tunc clara est lectio, nam cum opponentes interrogantesque non clare afferunt suam interrogata, [occurrit] subaudi respondentibus dicere, [aliquid difficile,] et absurdum, ut quia non est clara illa interrogatio, an omne finitum ad aliquid definit, accidet respondentem dicere, et sic, et tunc sequuntur absurda, ut quod extra mundum

Si sit aliquid, et quod infinitum sit, quia semper extra finitum est aliquid, et alia absurda. Ergo respondens in genere querere debet interrogati declarationem.

Εάν δε γινώσκωμ ἢ ἴδω τὸ πλεοναχῶδες λεγόμενον, εἴμῃ ἢ ἰδῶ τὸ ἀντὶ τῶν ἀληθῶν ἢ ψευδῶν ἢ τὸ λεγόμενον, ὁποῦν δὲ πλεοναχῶδες λέγεται, ἢ ἀντιθέτου, εἴμῃ δὲ εἴ τι ἢ ψευδῶν ἢ ἴδω τὸ ἀληθῶδες, ἐπισημαίνον ὅτι πλεοναχῶδες λέγεται, ἢ ὅτι τὸ ἢ, ψευδῶν, δὲ δὲ ἀληθῶδες, ὅπερ δὲ διαφανῶς μὲν, ἀλλ' ἄλλοι ἐν ἡδὴ ἢ ἀρχῇ ὁμοιωρὰ δὲ ἔμειβετο.

77 Si autem notum quidem sit, multipliciter autem dictum, si in omnibus quidem verum vel falsum sit quod dicitur, dandum simpliciter, quod dicitur vel negandum. Si autem in aliquo quidem sit verum, in aliquo autem falsum, annotandum est, quoniam multipliciter dicitur, & quoniam hoc quidem falsum, illud autem verum est. nam cum posterius distinguitur, immanifestum si & in principio ambiguum animaduertit.

Nunc docet respondere ad obscuras interrogaciones, quæ propter multiplicatam, et æquiuocacionem sunt obscuræ. Et dicit, Si autem interrogatum notum quidem sit, scilicet ex parte terminorum, multipliciter autem dictum, hoc est, sed obscurum propter multiplicatam, si in omnibus, scilicet significatis, quod dicitur multipliciter, sit uerum, uel falsum simpliciter, est dandum quod dicitur, uel negandum. dandum quidem, si uerum in omnibus, ut bonum esse eligibile. nam secundum omnia significata bonum est eligibile. etenim bonum delectabile, et bonum utile, et bonum honestum, omnia eligibilia sunt. Negandum autem, si falsum in omnibus. unum enim tantum esse ens, secundum nullum significatum uerum est. Nec enim tantum unum genere est ens, nec tantum unum specie, nec tantum unum numero. Si autem quod dicitur multipliciter in aliquo quidem sit uerum, in aliquo autem falsum, docet respondere cum protestatione, quia primo annotandum est, quoniam multipliciter dicitur, et secundo annotandum, quoniam hoc quidem falsum, illud autem uerum est, hoc fieri debet in principio, antequam sit deducta conclusio. nam cum posterius distinguitur, scilicet deducta conclusionem, immanifestum si in principio ambiguum animaduertit. et ita incurret nota incurie, uel ignorantie, est etiam apud iureconsultos preceptum, ut nemo post conclusionem loquatur. uerbi gratia, si interrogetur utrum canis latrabilis est? respondendum de pedestri quidem uerum esse, de marino uero celesti, falsum.

Εάν δε μὴ γινώσκωμ ἢ δὲ ἀμειβομένη, ἀλλ' εἰς ἕτερον βλέψας δὴ, ἢ ἄλλοι πλεοναχῶδες λέγεται, ἢ ἀντιθέτου, εἴμῃ δὲ εἴ τι ἢ ψευδῶν ἢ ἴδω τὸ ἀληθῶδες, ἐπισημαίνον ὅτι πλεοναχῶδες λέγεται, ἢ ὅτι τὸ ἢ, ψευδῶν, δὲ δὲ ἀληθῶδες, ὅπερ δὲ διαφανῶς μὲν, ἀλλ' ἄλλοι ἐν ἡδὴ ἢ ἀρχῇ ὁμοιωρὰ δὲ ἔμειβετο.

Νῦν δὲ ἀποκρίσασθαι τὸν ἀποκρίσαντα, ὅταν ἴδω τὸ ἀντὶ τῶν ἀληθῶν ἢ ψευδῶν ἢ τὸ λεγόμενον, ὁποῦν δὲ πλεοναχῶδες λέγεται, ἢ ἀντιθέτου, εἴμῃ δὲ εἴ τι ἢ ψευδῶν ἢ ἴδω τὸ ἀληθῶδες, ἐπισημαίνον ὅτι πλεοναχῶδες λέγεται, ἢ ὅτι τὸ ἢ, ψευδῶν, δὲ δὲ ἀληθῶδες, ὅπερ δὲ διαφανῶς μὲν, ἀλλ' ἄλλοι ἐν ἡδὴ ἢ ἀρχῇ ὁμοιωρὰ δὲ ἔμειβετο.

78 Si autem non prauiderit dubium, sed in alterum aspiciens posuerit, dicendum ad eum, qui in alterum ducit, quoniam non ad id aspiciens dedit, sed ad alterum eorum. nam plurimis existentibus, quæ sub eodem nomine, uel eadem oratione sunt, facillime est ambiguitas.

Nunc docet respondere, quando interrogatum fuerit amphibolum, et respondens non præcognouerit illud esse amphibolum, est autem amphibolum (ut Alexander dicit auctoritate Aristotelis in sophisticis elenchis) species quædam eorum, quæ multipliciter dicuntur. Et dicit, Si autem non prauiderit dubium, id est, dupliciter dicitur, sed in alterum ducit, sed in alterum aspiciens posuerit, id est, sed secundum ueritatem concesserit solum in alteram speciem, dicendum ad eum, scilicet ad opponentem, qui in alterum ducit, significatum ab eo, ad quod respexit respondens, quoniam non ad id aspiciens. ego dedit, sed ad alterum eorum, quod uerum est, et dat causam, et dicit, nam pluribus existentibus, quæ sub eodem nomine, uel eadem oratione sunt, facillime est ambiguitas, ad determinandum, subaudi in quo sensu amphibolum uerum est, aut falsum, ueluti sunt hæc, cæcum uidere, et tacentem dicere. nam uera est illa cæcum uidere, quia nos uidemus cæcum. hæc, quia nos dicimus tacentem. in aliis uero sensibus falsa sunt, quoniam nec cæcus uidet, nec tacens dicit.

Εάν δε καὶ ὁ ἀποκρίσας ἢ καὶ ἀποκρίσας ὁ ἐρωτῶν, ἢ καὶ ἢ ὁ ἀποκρίσας.

79 At si & diluculum, & simplex sit, quod interrogatur, aut sic, aut non respondendum.

Nunc docet respondere ad interrogatum dilucidum et simplex, et dicit, At si & diluculum, et simplex sit, quod interrogatur, aut sic, scilicet concedendo [aut non], scilicet negando, respondendum. hinc illud communiter dictum patet, scilicet simplici interrogacioni simplex responsio. intelligitur enim de simplici interrogacione, et non de æquiuoca, nec amphibola, et de dilucida et non de obscura. Quibus patet in dilectica disputatione, quæ fit ad cõspectionem, tres esse modos respondendi. primus est dubito, scilicet obscuræ secundus est distinguo, multiplex. tertius est, concedo, uel nego, si interrogatio fuerit dilucida, et simplex, nam falsum negamus, uerum concedimus.

Εάν δε τὸ ἀποκρίσας τὸν ἀποκρίσαντα, ὅταν ἴδω τὸ ἀντὶ τῶν ἀληθῶν ἢ ψευδῶν ἢ τὸ λεγόμενον, ὁποῦν δὲ πλεοναχῶδες λέγεται, ἢ ἀντιθέτου, εἴμῃ δὲ εἴ τι ἢ ψευδῶν ἢ ἴδω τὸ ἀληθῶδες, ἐπισημαίνον ὅτι πλεοναχῶδες λέγεται, ἢ ὅτι τὸ ἢ, ψευδῶν, δὲ δὲ ἀληθῶδες, ὅπερ δὲ διαφανῶς μὲν, ἀλλ' ἄλλοι ἐν ἡδὴ ἢ ἀρχῇ ὁμοιωρὰ δὲ ἔμειβετο.

A 80 Quoniam autem omnis propositio syllogistica, aut earum aliqua est ex quibus est syllogismus, aut propter aliquam illarum, manifestum, quoniam interdum alterius gratia sumuntur: cum plura similia interrogant. nam aut per inductionem, aut per similitudinem plerumque uniuersale sumunt.

Cum docuisset respondere ad problemata, et ad interrogata, nunc docet respondere ad argumenta: et docendo respondere ad argumenta, primo docet respondere ad inductionem. Deinde ad syllogismum.

Circa primam partem primo probat quod inductio sit propositio præternecessaria uno modo, et necessaria alio modo, et dicit, Quoniam autem omnis propositio syllogistica, aut earum aliqua est, ex quibus est syllogismus, ut maior, et minor, [aut] earum aliqua est, quæ sunt propter aliquam illarum, superius syllogisticam propositionem dicit, quæ est altera pars propositionis syllogismi, quam dixit esse ad orationem. Nunc uero dicit syllogisticas, quæ non frustra interrogantur, ut sunt pro syllogistica, et inductiue, et propterea dicit propositionem syllogisticam omnem, aut earum aliquam esse, ex quibus est syllogismus, [aut] esse [propter aliquam illarum] et ideo concludit, manifestum, quoniam propositiones syllogisticæ interdum alterius gratia sumuntur, scilicet gratia propositionum quæ sunt partes syllogismi. cum uidelicet opposites plura similia interrogant, nam tales propositiones inductiue erunt syllogisticæ, quatenus ad syllogismum faciunt, et erunt gratia syllogisticarum, quoniam ad inducendum uniuersales syllogisticas. Cuius rationem dicit, nam aut per inductionem, scilicet completam, [aut per similitudinem], in pluribus singularibus, quæ est inductio incompleta, plerumque uniuersale quod est maior uel minor syllogismi. [sumunt] ipsi opposites. Ex quibus patet quod inductio est propositio præternecessaria una ratione, quatenus non est pars principalis syllogismi, et syllogistica: alia ratione, quatenus non frustra interrogantur, cum in ea sumantur illa, in quibus syllogistica propositio concluditur. Quod uero ad uerba attinet, Alexander aut per inductionem, aut per similitudinem, exprimit quia uniuersale potest induci per inductionem, quæ est plura similia, uel, ut inquit, non solum per inductionem, sed etiam per parabolam, quæ similitudo est in aliquibus. Rectius uero Aristoteles per inductionem intellexisse completam, quæ est in pluribus similibus, et dixit, [plerumque], quia etiam per syllogismos uniuersales propositiones syllogismi principalis ostenduntur.

τὰ μὲν καὶ ἀποκρίσας τὸν ἀποκρίσαντα, ὅταν ἴδω τὸ ἀντὶ τῶν ἀληθῶν ἢ ψευδῶν ἢ τὸ λεγόμενον, ὁποῦν δὲ πλεοναχῶδες λέγεται, ἢ ἀντιθέτου, εἴμῃ δὲ εἴ τι ἢ ψευδῶν ἢ ἴδω τὸ ἀληθῶδες, ἐπισημαίνον ὅτι πλεοναχῶδες λέγεται, ἢ ὅτι τὸ ἢ, ψευδῶν, δὲ δὲ ἀληθῶδες, ὅπερ δὲ διαφανῶς μὲν, ἀλλ' ἄλλοι ἐν ἡδὴ ἢ ἀρχῇ ὁμοιωρὰ δὲ ἔμειβετο.

ὅτι καὶ ἀποκρίσας τὸν ἀποκρίσαντα, ὅταν ἴδω τὸ ἀντὶ τῶν ἀληθῶν ἢ ψευδῶν ἢ τὸ λεγόμενον, ὁποῦν δὲ πλεοναχῶδες λέγεται, ἢ ἀντιθέτου, εἴμῃ δὲ εἴ τι ἢ ψευδῶν ἢ ἴδω τὸ ἀληθῶδες, ἐπισημαίνον ὅτι πλεοναχῶδες λέγεται, ἢ ὅτι τὸ ἢ, ψευδῶν, δὲ δὲ ἀληθῶδες, ὅπερ δὲ διαφανῶς μὲν, ἀλλ' ἄλλοι ἐν ἡδὴ ἢ ἀρχῇ ὁμοιωρὰ δὲ ἔμειβετο.

81 Singularia igitur omnia ponendum: si uera sint, & probabilia. Ad uniuersale autem tentandum instantiam ferre. Nam sine instantia, uel quæ sit, uel quæ videatur, prohibere orationem, proteruire est. Quare si multis apparétibus, non dederit uniuersale, qui non habet instantiam, manifestum est quoniam proteruit.

Nunc docet respondere ad inductionem, et dicit, [Singularia igitur omnia,] scilicet prolata, et expressa ab opponente, [ponendum] si uera sint, et probabilia. ad uniuersale autem, [id est, ad singularia autem non prolata, nec expressa,] tentandum est instantiam ferre, [scilicet in aliquo eorum singularium, quæ non sunt prolata ab opponente. non enim quemadmodum in syllogismo necessario sequitur conclusio ea, uidelicet quæ in ipso posita est: sic et uniuersale necessario sequitur ea, quæ inductiue sumuntur. Non enim si homo, et canis, et bos inferiorem mandibulam mouent, igitur omne animal.

Ad hoc igitur, inquit, oportet tentare ut instantia feratur. et assignat causam, et in assignanda causa, declarat quid sit proteruire, quod in disputatione ne sit proteruia. et dicit, nam sine instantia, uel quæ sit, [scilicet uera,] uel quæ uideatur prohibere orationem, [id est, uniuersalis illationem,] proteruire est. [ut fieri solet in proteruiosa disputatione.] Tunc concludit regulam, et dicit, [quare si multis apparentibus] respondens [non dederit uniuersale,] qui [respondens] non habet instantiam, manifestum est quoniam proteruit. [uerbi causa,] si propositio sit, omne quod est aliquo mutatur in aliquid, mouetur. et opponens probet, quia motus secundum quantum, ex aliquo in aliquid est, et est motus, et secundum ubi, et secundum qualem similitudinem, ergo omnis motus. nisi itaque det instantiam, respondens proteruit. Est autem instantia de generatione et corruptione. nam generatio et corruptio mutatio = nes quidem sunt ex aliquo in aliquid, non tamen sunt motus. Illud enim quod mouetur, oportet esse, et seruari idem, at in huiusmodi mutationibus non seruari id, quod mutatur. Dixit autem instantiam, quæ uidetur. nam qui ad ostendentem, æqualia esse per inductionem ea quæ nec superant, nec deficiunt, instaret et diceret honorem, qui est secundum proportionis rationem, æqualem esse, qui tamen non est æqualis: quia nec superat, nec deficit. Similiter iustum est æquale, non tamen æquale, quia nec superat, nec deficit. Hic apparenter instaret, non tamen uere: quoniam cum dictum est æqualia esse ea, quæ nec superant, nec deficiunt, de æqualibus simpliciter intelligitur, non autem



de aequalibus secundum proportionem rationem. Quid uero intelligat per proteruire, posterius declarat.

Επι δε ει μη δ' απτε χωρησιν εχοι ου οκ δλκ=
δεις μαλλον αρ δόξεε δυσκολωναρ. και τοι ουδε
ποθ' ικανον. πολλους γορ λογως ανωτισε εχο=
μον ταις δόξεαις, ο υσ χαλεπων λναρ. και δαπερ
ε ζήνων, ο δ' οκ αν εχρη κινεσθι. ουδε ε σεδ' ο
ον διελθ' ερ. αλλ' ου δα το το τα αντικειμωα
τδτοις ου δετερον, ει δ' αυ μητε απτε χωρησιν ε=
χοι, μητε ανισαδ' ου τισισι, δ' αλορ οδ' δυσκο=
λαιν εσι γορ η αν λογος δυσκολια, ατωδρισε
ηα ε τδς ειρημωδ' εσπερ σιλλογοισ μδ φαρτυμ.

82. Insuper si neq; cōtra argumen-
tari habeat quoniā nō verū, lōge ma-
gis videbitur proteruire. Quāuis nec
hoc sufficiat, nā cōplures rōnes opi-
niōibus cōtrarias habemus, quas dif-
ficile est soluere, velut Zenonis quo-
niā nō cōtingit moueri, neq; stadiū
pertrāsire. Sed non propter id, quæ
sunt opposita his nō ponendū. Si igi-
tur quīpiā neq; cōtra argumentari
habet, neq; instare, & nō ponit, dilu-
cidū quoniā proteruit. Est enī in di-
sputatiōibus proteruia, respōsio præ-
ter dictos modos syllogismi destru-
ctiua.

Cum declarauerit eum proteruire uniuersale, cum il-
li non fert instantiam, nunc assignat secundum modū pro-
teruendi, et dicit, [Insuper si] respondens [neque cōtra
argumentari] habet, quoniam non uerum] est uniuersa-
le [longe magis uidebitur proteruire.] Est autē contra ar-
gumentari, ut Alexā. exponit, cum respōdens aliquis non
afferens instantiam ad ipsum uniuersale, per aliqua alia
conatur syllogizare quoniam nō est uerū. Quid enim nō
instat ad demonstrantem animam non esse immortalem,
quoniam anima est forma materialis, et nulla forma ma-
terialis est immortalis, ostendere uero tentans per aliqua
alia quoniam est immortalis, uel quia scire est remissibile,
aut quia est per seipsam mobilis, hic contra argumentatur.
Sed tunc est dubium, utrum si uniuersale per in-
ductionem in pluribus inferatur, et nulla detur a respō-
dente instantia sufficiat argumentari contra illud uniuersale
per inductionem illatum, uerbi gratia, si opponens
per inductionem demonstrat, quoniam omne animal est
mobile, et mouetur scilicet per plura singularia, nulla
ablata a respondente instantia, et aliquis per rationem
zenonis motum destruentem, probet nullum animal mo-
ueri, utrum sufficiat ad destruendū uniuersale, uel oportet
respondentem ponere uniuersale, quod per inductionem
sine instantia est illatum. Respondet Aristoteles, quōd
respondens debet ponere illud uniuersale, modo
fuerit inductum per singularia sine instantia, et di-
cit, [Quāuis nec hoc sufficiat.] non enim argumentari

cōtra uniuersale per inductionem sine instantia illatum, et
sufficit ad destruendum, nec sufficit respondentem, nō po-
nat illud, et hoc probat, et dicit, [nam complures ratio-
nes opinionibus contrarias habemus, quas difficile est sol-
uere, uelut] rationem [zenonis,] per quam probat, quoniam
nullū] animal] contingit moueri, neque stadiū per-
transire] quod est contra illud uniuersale, omne animal
est mobile, et mouetur, quod per inductionem sine instan-
tia est illatum, quæ ratio licet sit fortissima, [non tamen
propter id, quæ sunt opposita his non ponendum.] debet
enim zenonis, si fuerit respondens, ponere illud uniuersale,
quoniam est inductum per inductionem sine instantia, li-
cet contra argumentum habuerit fortissimum, non enim
sufficit destruere uniuersale per inductionem sine instan-
tia factam, argumentum ualidum inducere, quoniam
ut communiter dicitur, ducere ad inconueniens non est
soluere. Argumentum uero zenonis patet sexto Physi-
corum auscultationis, probabat enim nullum animal uel
corpus moueri, quoniam omne corpus quod mouetur si-
pra aliquod spatium, prius pertransit mediū quod deueniat in
extremū. Iterū si debet illud medium pertransire, prius
oportet pertransire mediū illius mediū et rursus illius, et
cū media sine infinita, impossibile erit animal oīa ea per-
transire. Est enim magnitudo in infinitum diuisibilis.
Quare nullum animal potest moueri, ex his concludit,
quid sit proteruire, quidue proteruit, et dicit, [si igitur
quispiam, neque contra] ipsum uniuersale [argumentari]
habet, neque instare] habet, et [nonit,] scilicet ip-
sum uniuersale [diluclidum, quoniam proteruit,] et hoc
probat, per definitionem proteruit, et dicit, [est enim
in disputationibus proteruia respōsio præter dictos mo-
dos,] id est, quæ neque argumentatur contra, neque
affert instantiam contra, [destructiuam syllogismi,] id est
negatiua consequentia. accepit enim syllogismum pro
consequentia. Quid enim negat consequentiam, pro qua
inferitur uniuersale ex pluribus singularibus, et non af-
fert instantiam in aliquo singulari eorum, quæ non sunt
inducta, neque argumentatur contra illam illationem,
hic proteruit, et dixit [in disputationibus,] quoniam
est proteruia in actionibus, et in disputationibus. Et non
intelligas illa duo requiri ad proteruiam, quoniam pro-
teruius est, qui negat uniuersale, et nullam affert in-
stantiam siue habeat argumentum contra, siue non.
Sed si aliquis non affert instantiam, neque argumentum
habet contra, longe manifestius uidetur proteruire si ne-
gat uniuersale, tamen uera proteruia est, cum aliquis ne-
gat uniuersale ex pluribus singularibus illatum, et nul-
lam affert instantiam, nam si induceret argumentum, et
non daret instantiam, adhuc esset proteruius.

Επεχερ δ' ουκ εστιν ηδ' ορισμορ αυτου αυτη
αε προεγχεσσωτα εε εργον ανωδερμιοι τωω=
θωδμενοι δ' κειμωορ, δ' αλορ οδ' τδτοις ανωττωα=
τερον.

83. Sustinere autē & positionē, &
definitionem ipsum sibi ipsi oportet
præargumentando. Nam iis, ex qui-
bus interimunt interrogantes quod

ponitur manifestum, quoniam ad-
uerfandum.

Cum declarasset ipsum proteruire, et ipsam proter-
uiam quid sint, nunc docet modum, quo respondens ante
quam ueniat ad disputationem, se preparare debeat, et
uult quod debeat discurrere per oīa ea argumenta, quæ
potest inducere interrogans, et ea soluere sibi ipsi. Et
postea debet procedere ad disputationem, et dicit, [Susti-
nere autem et positionem,] scilicet problema quoduis
uel de accidente uel de genere, uel de proprio, [et defi-
nitionem,] id est problema de definitione, [ipsum sibi ip-
si oportet] respondentem] præargumentando,] et indu-
cendo omnia argumenta, quæ potest inducere opponēs.
[Nam iis, ex quibus interimunt interrogantes quod po-
nitur,] scilicet a respondente, manifestum, quoniam ad-
uerfandum] et soluendum omnia, et inde proficiscen-
dum ad disputationem.

Αλορ οδ' ε υποδερσιν εδ' λαβητερον ηωεχερ. ειη
δ' αρ αδ' οε, ωλεοναχωε, η γορ εε ηε ατοωα
συμβαίνα λεγρη, διορ εε ωαντα φαιη τις κινεσθη
η μηδερ, ηδ' οε χερεον ηδ' οε ελεδωα ηδ' οε
νουτιορ ταιε βωλησερ, διορ εε η ηδ' ονι αγαδερ,
ηδ' οε αδ' κερ βελιτορ το αδ' κεδωα. οί γορ ωε
λογωε χερη ηωεχοντα, ελλ' ωε τδ δωκοδωα
λεγοντα μωσσηρ.

84. Inopinabilem uero suppositio-
nem cauēdum sustinere. Erit autem
inopinabilis multipliciter. nā & ea,
ex qua absōna contingit dicere, ut si
omnia dicat aliquis moueri, aut ni-
hil: & quæcunque peioris moris, esse
eligenda. Insuper & quæ sunt con-
traria cōsiliis, ut quoniam voluptas
bonum, & iniuria facere melius quā
iniuriam pati. Nam non (ut oratiō-
nis gratia sustinentem, sed ut dicen-
tem ea) quæ uidentur, oderūt.

Cum declarasset modum, quo respondens debet
se preparare ante disputationem, nunc docet positio-
nem, quam respondens debet sustinere in disputatione,
et dicit, [Inopinabilem uero suppositionem cauendum
sustinere,] et exponit Alexander per suppositionem, po-
sitionem siue problema. Deinde Aristoteles exponit ino-
pinabilem positionem, et dicit, [erit autē inopinabilis]
positio] multipliciter, nam ea] positio, [ex qua contin-
git dicere absōna,] hoc est absurda, et præter opinionem,
et ea, ex qua accidit dicere contraria consiliis, ea posi-
tio quidem ex qua accidit dicere absōna est, [ut si omnia
dicat aliquis moueri,] ut dixit Heraclitus, nam huic opi-
nioni accidit dicere nullum ens esse immobile, [Aut] si a-
liquis dixerit] nihil] moueri, ut dixit Parmenides, accidit
enim negare sensum, [et] ut si aliquis dixerit, [quæcum-
que peioris moris, esse eligenda,] accidit enim sic dicen-
tibus uirtutem esse fugiendam, secundo ea positio est in
opinabilis, ex qua accidit dicere [ea quæ sunt contraria

consiliis, ut quoniam uoluptas bonum, et iniuriam face-
re melius quā iniuriam pati.] Deinde assignat causam, qua
re non debet respondens sustinere inopinabilem positio-
nem, ut orationis, id est disputationis] gratia sustinentē,
sed ut dicentem ea, quæ] sibi] uidentur, oderunt.] Hac ra-
tione Athenienses decreto publico Protagoram ab agro
Atheniensi fugarunt, quod renouauerit in dubium de-
os esse, Socratem uero morti condemnauerunt, quod opi-
niones contra communem Atheniensium consensum di-
sputauerit. Anaxagoras Clazomenius propter extranea
as positioes, quæ erāt hoībus cōtra arte, uix euasit. Arist-
magus in philosophia magister, propter eandē causam
ab Athenis profugus mortuus est in Euboiā. Et de regio-
lis, quibus respondens debet respōdere ad inductionem,
hactenus dictum sit.

οσοι δε τδωρ λογωρ φειδ' ο συλλογίζοντα,
λυτερον αναρωωτα παρ' ο γινεταε δ' φειδ' ο.
ου γορ οτωδω ανελωρ, λελεωκερ, ουδ' ει φειδ' οε
δσε ε αναιεδ' μοσορ, εχοι γορ αρ πλεω φειδ' η δ'
λογ' ο. διορ ει τισ λαβοι τορ και ημωορ γραφερ,
σωκρατω δε καιδ' οδωα, συμβαίνα γορ ειε τδ=
τωρ σωκρατω γραφερ, αναιερε δ' οτωδω τουτ'
σωκρατω καιδ' οδωα, ουδερ μαλλον λελυτω δ'
λογ' ο, και τω φειδ' ο δ' εζωμα αλλ' ουωα
ρα τωτο ο λογ' ο φειδ' ηε αρ γαρ τρε τρηη και
δ' ημωορ ηλ, μη γραφορ δε ουκετι ωδ' το τωδω
του η αυτη λωσιε ερεμοσε, ωστε ου τωτο αναιε-
τερον, αλλα ε η καθημωορ γραφερ, οί γωωα ε
καθημωορ γραφη, λελυτω η δ' αυωω αναιερε εε
νλωρ παρ' ο γινετη ε φειδ' ο.

85. Quæcunque uero orationum
falsum syllogizant, soluendum inte-
rimēdo id, propter quod sit falsum,
nam non is, qui quoduis interimit,
soluit, neque si falsum est, quod inte-
rimitur, habere enī potest plura fal-
sa oratio. Ut si quis sumat sedentem
scribere, Socratem uero sedere, acci-
dit enim ex his, Socratem scribere,
Interempto igitur Socratem sedere,
nihil magis soluta est oratio. Quan-
uis falsum sit postulatum, sed nō pro-
pter id oratio falsa. Nam si quis sit se-
dens quidem, non scribēs autem, nō
amplius in tali apte accommodabi-
tur eadem solutio. Quare non id in-
terimēdum, sed sedentem scribere,
Non enim omnis qui fedet, scribit.
Solutio igitur omnino, qui interimit
id, propter quod sit falsum.

Cum docuisset respondere ad inductionem, nunc do-
cet respondere ad syllogismum, et dicit, [Quæcunque
uero orationum,] id est syllogismorum,] falsum syllogi-


Et autem soluendum interimendo id, id est, eam propositionem propter quod hoc est propter quam sit falsum, id est, propter quam concluditur falsum. hoc quod dixit declarat per rationem, et dicit, [nam non is, qui quoduis interimit, id est, qui quavis propositione negat, soluit, neque si falsum est, quod interimitur habere enim potest plura falsa oratio, id est, syllogismus, et sic poterit respondens interimere alterum eorum, per quod non fit falsum: sicuti est in hoc syllogismo, quale est corpus, qualitas est quale, ergo qualitas est corpus. falsitatis enim quæ in conclusione est, causa est propositio maior, quæ accipit, quale corpus esse, et sic illa interimenda est. nam quod qualitas sit quale, propositio vera est. Deinde manifestat, quod dixit per exemplum, et dicit, [ut si quis sumat sedentem scribere, Socratem vero sedere. accidit enim ex his Socratem scribere.] quod falsum esse supponamus. Qui igitur infert Socratem scribere, per ambas falsas propositiones, non propter Socratem sedere, falsum infertur, nam si verum fuisset, nihil minus conclusio erit falsa, propterea dicit Aristoteles [interempto igitur Socratem sedere, quod est minor: nihil magis soluta est oratio, id est, syllogismus, [quavis falsum sit postulatum, id est, propositio minor. [sed non] propter id, [id est, falsitate minoris oratio, id est, conclusio [falsa est.] Cuius causam assignat, nam si quis sit sedens quidem, ut Plato, [non scribens autem, non amplius in tali] syllogismo apte accommodabitur eadem solutio. Nam erit minor vera, et conclusio falsa. Ergo causa falsitatis in primo syllogismo non fuit minor. Tunc concludit quid sit interimendum, et dicit, [quare non id interimendum, scilicet minor, [sed sedentem scribere. non enim omnis qui sedet, scribit,] propterea concludit, [solutus igitur omnino, qui interimit id, propter quod fit falsum.] per hæc patet eum recte solvere, qui interimit propositionem falsam, et cognoscit illam esse causam falsitatis conclusionis. nam (ut Alexander inquit) fieri potest ut aliquis neget propositionem, quæ causa est falsitatis conclusionis, sicuti solam falsam, non cognoscens in ea esse causam falsitatis conclusionis. Qui igitur sic destruit atque negat propositionem, soluit quidem rationem, nisi tamen solutionem illius. In omnibus enim causa cognitio scientia est, unde sicuti medicus scientificus est, non qui sanat tantum, sed ille qui causam, per quam sanat, cognoscit: sic qui negat propositionem falsam, quæ est causa falsitatis conclusionis, non bene soluit, sed qui scit quoniam illa est causa.

οὐδ' ἐστὶν ἄνευ τῆς αἰτίας τὸ πρὸς τὸ λῶ-  
 τος καὶ ἀπὸ τοῦ τῶν ψευδῶν ὑποθέσεων, οὐ γὰρ ἐ-  
 πὶ τῶν ψευδῶν, οὐδ' ἐπὶ τῶν ἀληθῶν, ἢ ἐπὶ ἀναρ-  
 μολοῦν. ἀλλὰ ἡ ἀλήθεια ψευδῶν, ἀποδεικνύει  
 οὐ τῶν γὰρ ἀπὸ τῶν ψευδῶν, τῶν ἀληθῶν, ἢ  
 οὐ, τῶν ἀληθῶν, τῶν ψευδῶν.


86 Nouit autem solutionem, qui scit quoniam propter id falsa est oratio, quemadmodum in iis, quæ falso describuntur. Non enim sufficit instare, neque si falsum sit quod interimitur, sed id, propter quod falsum,

assignandum. sic enim erit manifestum, utrum prospiciens an non, facit instantiam.

Nunc declarat eum noscere solutionem, qui scit illud propter quod falsa est conclusio. et per exemplum ut dicitur sumptum a geometricis speculationibus hoc exponit, et dicit, [Nouit autem solutionem, qui scit quoniam propter id falsa est oratio] siue conclusio, ut propter maiorem uel minorem. Et affert exemplum in geometricis



speculationibus, ut si fieret syllogismus, linea ductæ ab eodem puncto ad idem punctum sunt æquales, sed linea H, G, K, et linea H, I, K, sunt ductæ ab eodem puncto ad idem punctum, ergo sunt æquales. Conclusio est falsa, et causa falsitatis non est minor, non enim habet instantiam, sed maior, nam habet instantiam. Non enim omnes lineæ ductæ ab eodem puncto ad idem punctum sunt æquales, siquidem linea per arcum A, E, B, et linea per chordam A, B, sunt lineæ



ductæ ab eodem puncto ad idem punctum, et tamen non sunt æquales, qui igitur in hoc geometrico syllogismo negaret maiorem, quia cognosceret illam esse causam falsitatis conclusionis, recte responderet: sed quia negaret maiorem, quia est falsa, et non cognosceret illam esse causam falsitatis conclusionis, hic soluet et argumentum, sed non recte: quia ignoraret utrum maior causa sit falsitatis conclusionis, uel non, dicit, [Quæ admodum in iis, quæ falso describuntur,] subaudi in geometricis, [non enim] in geometricis sufficit instare, id est dicere propositionem esse falsam, quia habet instantiam [neque si falsum sit] omni ex parte quod interimitur, sed est assignandum id, propter quod falsum est, quod concluditur, et dicere conclusionem esse falsam, quia hæc propositio est falsa, et est illius falsitatis. Sic enim erit manifestum, utrum prospiciens aut, non facit instantiam. Nemo enim potest assignare hoc esse falsum, et esse causam falsitatis conclusionis, quin sciat falsitatem, et causam falsitatis. Ergo scientificus ruidens est, qui scit propositionem esse falsam, et illam esse causam falsitatis conclusionis.

Εἰ δὲ λόγον καλῶσαι συμπερασματικῶν, τῶν ἀ-  
 χῶν, ἢ γὰρ ἀνελεῖν τὰ ἀπὸ τῆς ἀλήθειας, ἢ τῆς ἀ-

87 Est autem prohibere concludi orationem, quadrupliciter, nam aut interimendo id, propter quod fit falsum.

A Cum docuisset falsam rationem, siue falsum syllogismum solvere, nunc docet quomodo, et quot modis respondens potest impedire aliquam rationem concludere. Non enim est idem solvere et impedire, soluitur quidem syllogismus qui iam finitus est, et ad conclusionem uenit. Impeditur uero proficiens ad conclusionem, non autem ad eam finitus. hæc ratione solutio uno solo modo dicitur, impeditio autem quadrupliciter, quod proponit, et dicit, [Est autem prohibere concludi orationem] hoc est, Est, autem prohibere, syllogismum ne concludat conclusio nem quadrupliciter, deinde per ordinem exponit hos quatuor modos, et dicit, [Nam aut interimendo id propter quod fit falsum. Sed dices, interimere id,] propter quod fit falsum, est solvere, ergo non est prohibere, uel impedire syllogismum ne concludat. Alexander inuit solutionem, quod unus et idem modus sit solvere, et impedire, alia tamen atque alia ratione. Nam qui interimit solutionem causam conclusionis, soluit: qui autem interimit, ne conclusio inferatur, impedit, atque prohibet.

B ἢ πρὸς τὸ ἐρωτῶντα ἔνασιν ἐπιπῶντα πρὸς αὐ-  
 τὸν ἢ οὐ λέγειν οὐδὲν, ἢ οὐδὲν τοῖς ἀποκρίσειν, οὐ  
 οὐδὲν ἀποκρίσειν πρὸς αὐτὸν.

88 Aut ad interrogantem, instantiam dicendo. Sepe enim non soluit quidem, tamen qui interrogat, non potest longius procedere.

Exponit secundum modum prohibendi, et dicit, [Aut ad interrogantem instantiam dicendo,] id est, secundo modo respondens potest impedire syllogismum, dicendo instantiam, hoc est impedimentum ad interrogantem, et hoc facit querendo intellectum interrogationum, uel quaestiones laterales, quæ sunt propinquæ interrogationibus, ut si interrogatio esset, omne seipsum mouens est immortale, querendum esset quid intelligit interrogans per seipsum mouens, et utrum omnia seipsum mouens sit indiuisibile, an diuisibile. Sæpe enim respondens mouens, hæc quaestiones non soluit quidem, tamē qui interrogat, non potest longius procedere. sed in disputationibus occurforis detinebitur.

τρίτην δὲ πρὸς τὰ ἐρωτῶντα, συμβαίνει γὰρ  
 ἀρῆναι μὲν τῶν ἐρωτημάτων, μὴ γίνεσθαι, ὁ δὲ κού-  
 λωμὸς, ἀπὸ τῆς κακῆς ἠρωτητικῆς, προεθέρει  
 Δεῖται γὰρ γίνεσθαι τὸ συμπερασματικῶν, ἐν μὲν δὲ τῶν  
 ἀληθῶν ἐπιπῶντα, ἐν δὲ τῶν ψευδῶν, ἐν τῶν ἐρω-  
 τῶντα ἐν ἀρῆναι ἢ ἔνασιν, ἐν δὲ ἀναρμολοῦν, πρὸς τὰ  
 ἐρωτημάτων.

89 Tertium autem ad interrogantem. Accidit enim ex interrogatis quidem non fieri quod uolumus, quoniam non bene interrogata sunt. Ad dito autem aliquo fieri conclusionem. Si igitur non amplius potest producere interrogans, ad interrogantem erit instantia. Si autem po-

test, ad interrogatam.

Exponit secundum modum, et dicit, [Tertium autem] modo prohibendi dicimus esse ad interrogantem, ipsa. [Accidit enim ex interrogatis quidem, non fieri quod uolumus] nos interrogantis, id est, non inferre conclusionem, quam intendimus, [quoniam non bene interrogata sunt.] Nam licet sint uera, tamen quia non bene interrogata sunt, uel quia non componuntur secundum rationem syllogisticam, aut quia aliquid deficit interrogatis, ideo impeditur ratio. [Addito autem aliquo,] quod deerat, accidit fieri conclusionem. Tunc concludit quando ad interrogantem, et quando ad interrogatam est facienda instantia, et dicit, [Si igitur non amplius potest producere interrogans, quia est aptus diuertit ad collaterales quaestiones, et ad digressiones,] ad interrogantem erit instantia facienda, ut per talem instantiam, hoc est, impedimentum non proficiatur ad conclusionem. [Si autem] interrogans potest ex eo, quia natura non est aptus ad digressiones, impedimentum est faciendum ad interrogatam, nam sic uelit, nolit, cogitur detineri, atque immorari.

τετάρτη δὲ ἡ ἀπὸ τῆς ἀναρμολοῦν, ἢ πρὸς  
 τὸ χρονον, ἐν οἷς γὰρ τοιαῦτα εἰσίν, πρὸς τὸ  
 διαλεχθῆναι πλείονος ἢ ἐξ ἑσῆς, ἢ ἐξ ἑσῆς  
 διαλεχθῆναι. ἐν δὲ αὐτῶν εἰσαγωγῶν καὶ ἀποκρίσεων,  
 περὶ τῶν γινόμενων ἀναρμολοῦν, ἢ εἰς ἑκὼν, ἢ  
 ἐκ τῆς ἀναρμολοῦν, ἢ ἐκ τῆς ἀναρμολοῦν, ἢ  
 ἐκ τῆς ἀναρμολοῦν, ἢ ἐκ τῆς ἀναρμολοῦν.

90 Quartum autem, & pessima instantiarum est, quæ est ad tempus. Nam quidam talibus instat, ad quæ disputare pluris est temporis, quam præsentis exercitationis. Instantiæ igitur, ut dictum est prius, quatuor modis fiunt. Solutio autem est earum, quæ dictæ sunt, prima tantum. Reliquæ autem prohibitiones quædam, & impedimenta conclusionum.

Docet quartum modum prohibendi, et dicit, [Quartum autem, et pessima instantiarum est, quæ est ad tempus.] utpote, quum respondens impedimentum facit tale, pro cuius discussione, est necessitas maioris temporis. [Nam quidam,] scilicet respondentes talibus, scilicet impedimentis, [instanti] contra interrogantes, [ad quæ] et de quibus disputare pluris est temporis, quam presentis exercitationis. Id est, disputationis. Ut si interrogatio esset, utrum anima sit per se mobilis an non. Et respondens quæret, utrum motus sit an non. Tunc epilogat, [Instantiæ igitur] (ut dictum est prius) quatuor modis fiunt. Solutio autem earum, quæ dictæ sunt, prima tantum, reliquæ autem prohibitiones quædam, et impedimenta conclusionum. Ergo hic per instantiam, non intelligit singularem propositionem, quæ est opposita uniuerſali, sed obicem, præ-

G pedimentum, atque prohibitionem faciendarum argu- mentationum, ne uidelicet concludant conclusionem. Ap pellat aut hunc quantum modum, pessimam instantiam, quoniam opus est eorum, qui male arte utuntur. na eorum qui male arte utuntur, opus est prolo gare ratione, et tras ferre disputationem ad difficilius problema.

Ἐπιτιμῆσαι δὲ τὸ λόγιον, καθ' ἑαυτὸν τε τὸ λὸ- γιον, ἢ δὲ τὸν ἐπιτροπὸν ἀναμύχην ἢ ἀντιή.

91 Inculpatio vero orationis, & secundum ipsam orationem, & quando interrogatur, non eadem.

Nonnulli Aristotelem asserunt nunc post impedime- ta agere de increpationibus, in quibus consistit solutio, que dicitur secundum quid, quaque dicitur solutio ad ho minem. Albertus uero uelle uidetur in suis uerbis Aristo- telem agere de increpabilibus orationibus. Et sic per o- rationem interrogationem intelligere uidetur. Alexander uero, cui credendum est, per orationem, ratione sine argumentum intelligit, quod ex ipsis propositionibus in- terrogatis sit. Non enim potest increpavi argumentum, quin interrogatio increpatur: nec contra increpabilis est propositio, quin et argumentum increpabile sit. diuidi- tur igitur increpatio primo, quod sit uno modo increpa- tio orationis, propter orationem, alio modo propter uten- tem, ut quando non bene interrogatur, ergo oratio incre- patur interdum propter se, nonnunquam propter proter uitatem respondentis uel opponentis: propter se quidem, quando assylogistica fuerit, uel per falsa syllogizans, aut per ignotiora, aut aliis modis, ut postea dicit quinq; modos esse increpandi orationem propter se. unde dicit, [Inculpatio uero orationis] que graec dicitur ἐπιτι- μῆσαι, hoc est, increpatio, et secundum ipsam oratione, et quando interrogatur, non eadem est. Et sic oratio uno modo est propter se increpabilis, alio modo propter proteruitatem opponentis uel respondentis, et primo et secundo modo non est eadem increpatio.

Ἰ πολλαὶς γὰρ τὸν μὴ καλῶς διαλέχθεαι τὸν λόγον, ὁ ἐπιτροπὸς μὴ αὐτῷ, ἅδι δ' μὴ συγγώ- ρημ' ἐξ ὧν ἤν διαλέχθεαι καλῶς πρὸς τὸν δέ- σποιν, οὐ γὰρ ἔστιν ἅδι δ' αὐτῶν μόνον, ὁ καλῶς ἐπιτε- λεῖσθεαι τὸ κοινὸν ἐργον.

92 Plerunque enim quod no bene disputetur oratio, is, qui iterrga- tur, est causa. Quoniam no concedit ex quibus ad positionem bene erat disputare. Non enim est in altero fo lo bene absoluere commune opus.

Cum proposuisset differentiam increpationum, nunc assignat modos increpandi orationem ex parte utentium. Et primo ostendit, quod non in eisdem increpantur inter rogans et opponens. Et ad hoc ostendendum, sumit, non bene interrogandi sepius non interrogantem, sed respō dentem causam esse, et dicit, [Plerunq; enim quod non bene disputetur oratio, is qui interrogatur], scilicet respō

dens, et non interrogans causa est. Cuius causam assit- gnat, et dicit, [Quoniam non concedit] ea, [ex quibus ad positione bn erat disputare], bn, scilicet dialectice. Et qua ali- quis possit dicere soli opponentis esse bn dialectice dis- putare, subdit, [Non enim est in altero solo], scilicet in op- ponente bn absoluere cōe opus, [quia neque in opponē te solo, neque in solo respondente, sed in ambobus. Commu- ne uero opus syllogismus dial ecticus est (ut exponit Ale xander.) non disputatio, ut exponunt Iuniores. Oportet enim utruinque eundem syllogismum perficere, unūquen- que offerendo in syllogismo, quae ad se attinent. Interro- gans enim communē syllogismū perficit, ea interrogando, quae superius praecepit. s. semper probabilia, uel mi- nus improbabilia. Rūdēs uero ea dādo, quae praecepit esse dāda, ut probabilia, uel minus improbabilia. Nā cū sic nō uideret, opponētē occasione daret, nō interrogandi ad propositū, sed proponendi opposita iis, quae interrogātur.

Ἀναγκαιοὶ ὁμῶς ἔτιος πρὸς τὸ λέγοντα, καὶ μὴ πρὸς τὸν δέσποιν ἐπιχειρήσιν. ὅταν δ' ἀποκηρύσσῃ- νται τὰ κώρια ἐξ ἑωσίων τῶν ἀπῆρας ἠγορασ- σάτων, ἀποκολλούντες δ' αὐτῶν, ἀγωνισμάς καὶ οὐ διαλεκτικὰς ποιοῦνται τὰς διατρεβίαν.

93 Necessarium igitur quādoque ad dicentem & non ad positionē ar- gumentari. Quando is, qui respon- det, contraria interroganti praesumit corroborare. Proteruientes igitur altercatorias, & non dialecticas faci- unt exercitationes.

Ex iis quasi corollarie concludit, quando interrogas cogitur transferre se de proposito principali ad ipsum respondentem, et dicit, [Necessarium igitur quādo- que ad dicentem], id est ad ipsum respondentem, qui di- cit, [Et non ad positionem] principalem [argumentari] iterrogantem ipsum. Et exponit, quando, et dicit, [Quā- do is, qui respondet, cōtraria interroganti praesumit cor- roborare], hoc est, non contraria interrogatis, sed con- traria interroganti, quid uero sit contrarium interro- ganti, et quid contrarium interrogato, superius patuit.

Ex his ulterius infert, quales sunt disputationes, quas faciunt interrogans, et respondens, cum proteruunt in uicem, et dicit, [Proteruientes igitur], scilicet et respō dens, et interrogans [altercatorias, et non dialecticas exercitationes], id est disputationes [faciunt]. et per al- tercatorias, non sophisticas, ac litigiosas disputationes in telligit, ut Iuniores exposuerunt. Sed quae tentant (ut Ale xander inquit) omni modo per quacunque fieri potest, respondentem circumuoltere, non quidem argumentis fa- ctis ad positionem, sed ad respondentem. Vbi patet nō ip- sum interrogantem in terpatioe dignum esse, quāuis ma- le atque nō dialectice interroget, sed respondentem, qui causam praebuit huiusmodi circūuolutionis, atque digres- sionis, quales disputationes exercuit Calicles apud Pla- tonem in Gorgia, nec uerum, nec probabile quidem con- cedens. Ex his patet una causa, quare increpatio oratio- nis ex parte orationis differat ab increpatione orationis ex parte utentium.

A Εἰ δὲ ἐστὶν ἰσομυρία καὶ ὑπὸ τῶν ἁγέρων, ἀλλ' οὐ δὲ ἀκακίαν, διὰ τὸ ἐπιτελεῖν τὸν λόγον, ἀλλ' οὐ δὲ μόνον τὴν ἀληθῆ συλλογιστικὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀ- λειαν. οὐδ' αὖτε διὰ τὴν ἀληθῆ ἀπῆρας ἠγορασίας καὶ ἀ- λειαν. πολλὰ γὰρ τὸν ἀληθῆ τεθέντων, ἀναρεπ- ἀνάγκη τὸν ἀκακίαν ὡστε πρὸς αὐτῶν τὰ ἀ- λειαν, ἐπὶ τῶν ἀ- λειαν τεθέντων. ἀναρεπ- τῶν δ' αὖτε καὶ τῶν ἀ- λειαν, τινὲς δ' οὖν αὖτε καὶ τῶν ἀ- λειαν, οὐδ' αὖτε γινώσκουσιν, μὲν ἀλλ' οὐδέ τι κέ- νη ἐστὶν ἀπῆρας ἠγορασίας, καὶ ἀλλ' οὐδέ τι κέ- νη ἐστὶν ἀπῆρας ἠγορασίας.

94 Insuper autem, quia exercitati- onis, & experimēti gratia, & non do- ctrinæ huiusmodi sunt oratiōes, per- spicuum, quoniam nō solū vera syl- logizandum, sed etiam falsum. Nec

B per vera semper, sed quandoque eti- am per falsa. Saepe enim uero posito interimere necesse est disputantem. Quare proponenda falsa, quando- que autem & falso posito, interimen- dum per falsa. Nihil enim prohi- bet alicui uideri, quae non sunt mag- is quā uera. Quapropter ex iis quae illi uidentur oratione facta, magis e- rit suusus quā ad iutus.

Iuniores uolunt Aristotelem docere, quibus utendum est in translatione a principali proposito ad dicentem, et non displicet. Alexander autem uult Aristotelē de- clarare in quibus disputationibus possumus uti ueris, et falsis in syllogismo, ut habeatur nō omnes rationes, quae sunt ex falsis, esse increpandas. et dicit Aristoteles, [In- super quia exercitationis, et experimenti gratia, et non do- ctrinae huiusmodi sunt orationes], id est disputationes, et per [huiusmodi], proteruio[s]as intelligit, de quibus pro- ximo textu dixit, [per spicuum quoniam] in talibus [non solum uera syllogizandum, sed etiam falsum: nec per ue- ra semper, sed quandoque etiam per falsa]. Causa autem est, quia tam per uera quā per falsa contingit interime- re disputantem, qui uidelicet est causa digressiuae dispu- tationis. et hoc dicit, [Sape enim uero proposito, interi- mere], subaudi ex falsis [necesse est disputantem]. scum qui causa est, ut fiat proteruio[s]a disputatio. nā si respon- dens ponit uerum, cum oppositū uerū sit falsum, oportet interrogantem argumentari falsum, et cum falsum non syllogizetur, ex ueris, ergo ex falsis positis destruetur respondentem. ergo interimere disputans per falsa. Quod autem per uera dicit, [Quādoque autem et falso po- sitio, interimendum per falsa] subaudi et per uera ipsum respondentem nam si respondentens ponit falsum, cum op- positum falsi sit uerum, falsum positum destruetur. syla- logizando uerum, quod est eius oppositum per uera, si uera sunt respondententi probabiliora: aut per falsa, si fal- sa sunt respondententi probabiliora. nam uerum et per ue- ra, et per falsa constitui potest, modo falsa rūdenti sint

probabiliora. ergo per falsum, et per uerum contingit interimere disputantem, et cum per uerum, et per fal- sum. ergo per uera contingit interimere responden- tem, quae dictū est, uerum syllogizari posse per falsa, et per uera exponit, quae per falsa, et dicit, [Nihil enī pro- hibet alicui uideri], id est, esse probabilis, [quae non sunt] i. falsa [magis quae uera], ut Platoni probabilis est scire esse remissū, quod falsum est, et scire fieri in nobis de nouo. tunc cōcludit, [Quapropter ex iis, quae illi uidentur ora- tione] hoc est rōcatione facta, magis erit suusus [ad ue- ritatē concedendā, quae est opposita suae positioni, et ad- iutus] ad suam falsam positionem sustinendā. uerbi gratia si Plato diceret, aiā esse mortalem, sicut saepe sustinet, cū oppositū illius sit, aiā est immortalis: sic ex falsis, quae Platoni sunt probabiliora ueris, argumentarē, quod per remissū scit, est immortalis, aiā scit per remissū scit aiā, ergo aiā est immortalis. maior et minor sunt Plato ni probabilissima, tamen minor est falsa expresse, maior autē ambigua. Ex iis patet in dialecticis disputationibus di- sputationes uti posse ueris et falsis, aliter et aliter ueris q- dem, in inquisitionibus inuentiuis disputationibus, quae con- spectio[n]is causa sunt. Falsis autē, in proteruio[s]is quae fi- unt gratia exercitationis, atq; experimenti, non per se, sed ut ostendatur per respondentem errasse.

Ἐὰν δὲ τὸν καλῶς μεταβεβέροντα, δια- λεκτικῶς καὶ μὴ ἐπισκοπῶν ἀκακίαν ἀπῆρας ἠγορασίας, καὶ τὸν γὰρ μετὰ τὸν γωμετρικῶν, ἀντὶ τῆς ἀ- λειαν, καὶ τῶν ἀ- λειαν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν ἐπιτροπὸν μόνον, ἀλλ' οὐδὲ τὸν ἀ- λεκτικῶν συλλογισμῶν, πρὸς τὸν ἐπιτροπὸν.

95 Oportet aut eum, qui bene tras- fert, dialectice, & non cōtētiōse tras- ferre. Ut geometram, geometrice, si- ue falsum siue uerum sit, quod con- cludendū est. Quales autem dialecti- ci syllogismi, dictum est prius.

Quia superius ostēdit opponētē proteruia rūden- tis aliquando se de proposito principali ad aliud trasfer- re: nūc exponit quis est, qui bene se trasfert. nam potest q se trasfert bn et male se trasferre. nā qui ex diale- cticis in physica, et ex physiceis i mathematica se trasfert, male se trasferit: q uero se trasfert de ueris in falsa, uel de falsis in uera, intra terminos sui gñis, bn se trasferit, et dicit, [Oportet autē eū, qui bn se trasferit]. s. ex ueris in falsa, aut ex falsis in uera, [dialectice, et non conten- tiose trasferre], et exponit quis se trasfert dialectice, et dicit, [Vi geometrā geometrice], et nō per ea, quae sunt alterius gñis, [siue uerū, siue falsum sit, quod cōclu- dendum est] sic etiam dialecticē dialectice. nā ut geome- tra a trasferit geometricē, cum intra terminos sui gñis se trasferit, de uero in falsum, uel contra, sic etiam diale- cticus dialecticē, cū intra terminos sui gñis de uno in al- terū propositiū se transfinit, sed quoniam in dialecticis translationibus concluditur uerū uel falsum per syllogi- mos dialecticos, dicit, [Quales autem syllogismi diale- ctici sunt, dictum est prius]. dictū est enim esse, per quos probabilia per probabiliora syllogizamus.

Ἐπεὶ δὲ φαίνεται ὅτι ἀποδοξίαι εἰσι τῶν νοῶν, ἀπῆρας ἠγορασίας, καὶ τὸν γὰρ μετὰ τὸν γω- μετρικῶν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν ἀ- λεκτικῶν συλλογισμῶν, πρὸς τὸν ἐπιτροπὸν.

ἢ ἡσυχία, ἢ ἡσυχία, ἢ ἡσυχία...

96 Quoniam autem peruersus socius est, qui impedit commune opus...

Fortasse nunc assignat secundum modum increpandi orationem ex parte utentium...

97 Differt autem nihil siue in respondendo, siue in interrogando...

Διὰ τὸν ἄνθρωπον, ἢ τὸν θεόν...

ἢ ἡσυχία, ἢ ἡσυχία, ἢ ἡσυχία...

97 Differt autem nihil siue in respondendo, siue in interrogando...

Posset aliquis putare litigiosam disputationem solum proficisci ab ipso respondente...

ἢ ἡσυχία, ἢ ἡσυχία, ἢ ἡσυχία...

98 Nam nihil prohibet oratione quidem prauam esse, interrogante vero, ut possibile est...

Cum declarat affectu differentiam increpationum...

A existente bene affecto. et dicit. [Nam nihil prohibet orationem quidem prauam esse.]

Ἐπει δὲ ἔστιν ἀδιόριστον ὅτι τὸ ἀντιπᾶν...

99 Quoniam autem est indeterminatum, quando contraria, & quando ea, quae sunt in principio...

Causa autem est qui respondet, hæc quidem non dans, illa autem talia dās.

Ultimo declarat per ultimum modum per increpationem orationis esse diuersam ab increpatione utentium...

determinatum] hoc est, ignotum ac incertum respondenti subaudi, quando contraria, et quando ea, quae sunt in principio...

Καθ' αὐτὸν δὲ τὸν λόγον, πάντες εἰσὶν ἐπιτελεσθέντες...

100 Orationis autem secundum se, quinque sunt inculparationes.



¶ ma quidem, quando ex interrogatis neque quod propositum est, neque omnino quicquam concluditur, cum vel falsa sint, vel inopinabilia, aut omnia, aut plurima, in quibus consistere debet conclusio, & neque ablati quibusdam, neque additis, neque his quidem ablati, illis vero additis, fit conclusio.

Cum ostendisset non eandem esse increpationes orationis in se, & ex parte utentium, nunc vult narrare quot sunt orationis in se increpationes, & dicit, [Orationis autem secundum se,] & in se [quinque sunt increpationes] siue increpationes, & per ordinem exponit omnes, & dicit, [Prima quidem, quando ex interrogatis] id est, propositionibus assumptis nihil concluditur. dico nihil, quia [neque quod propositum est, neque omnino quicquam concluditur,] superfluit autem in grecis uerbis negatio, eo, quia peccat in materia, & in forma: in materia quidem, cum vel falsa sint, vel inopinabilia, aut omnia, aut plurima, [in quibus consistere debet conclusio,] consistit enim conclusio in propositionibus syllogisticis, ratione quidem extremorum, ut in causa materiali: ratione uero medii, ut in causa effectiua: in forma uero, quoniam ex positio non est syllogismus, [et neque ablati quibusdam] eorum, quae posita sunt, [neque additis] quibusdam ad ea, quae posita sunt, [neque his quidem ablati] ex eis, quae posita sunt, [illis uero additis] ad ea, quae posita sunt, [fit conclusio,] exempla horum syllogismorum peccantium in forma, qui propter id syllogistici dicuntur, multa esse possunt. Hic syllogismus peccat in forma, omnis uoluptas delectabilis, omne delectabile est eligendum, omne dolorificum est fugiendum, omne delectabile bonum, ergo omnis uoluptas bonum: tamen ablati quibusdam, sequitur propositum, scilicet quoniam omnis uoluptas bonum, nam ablati ea propositione, quae est: omne delectabile eligendum, & ea, quae est, omne dolorificum fugiendum, syllogismus erit, omnis uoluptas delectabilis, omne delectabile bonum, ergo omnis uoluptas bonum. Insuper hic peccat in forma, omnis uoluptas delectabilis, ergo omnis uoluptas bonum. Insuper hic est syllogisticus, uirtus est, quae bonum reddit hominem, uirtutum, quod prauum: liberalitas est medium dandi & auferendi, ergo omnis uoluptas bonum, nam si addantur aliqua propositiones ad has assumptas, non fiet syllogismus quod uoluptas omnis sit bonum, neque si ab his assumptis aliqua auferantur, ergo erit haec argumentatio omnino syllogistica, ergo quando ex interrogatis, quia falsa, & inopinabilia, & quia non habent formam, nihil concluditur, ratio erit omnino syllogistica, quia ex falsis, & peccans in forma. Talem rationem esse illam dixit Aristoteles, & Parmenidis in physico auditu demonstrauit Aristoteles, nam ex accipit falsa, & est syllogistica. Fuit autem haec, quicquid est praeter ens, est non ens, quod non est ens, nihil est, ergo unum tantum est

ens, haec est syllogistica, & sumit falsa, est quidem syllogistica, quia ex positio nihil sequitur, neque si aliqua addantur, uel demantur, neque si haec addantur, illa demantur. Quod autem assumat falsa, in physico auditu est exploratum. Insuper talis est & illa: quod est factum, habet principium, ergo quod non est factum, non habet principium: quod non habet principium, est infinitum, ergo ens est infinitum unum, & immobile. Haec enim ratio est syllogistica, quia nec ex his quae sumpta sunt, nec ex quibusdam additis, nec ablati, aliquid concludit, est etiam falsa accipiens, ut eo loco patet. Quare huiusmodi rationes sunt increpabiles secundum primum modum.

Διτρεξα δὲ ἐὶ τὸ εἶδος τῶν θεσίων μὴ γίνονται οὐλλογισμοὶ ἐκ τῶν τοιούτων τὰ καὶ οὐτως ὡς ἐξήρηται τὸ εἶδος ὅρου.

101 Secunda autem, si ad positionem non fiat syllogismus, & ex talibus, eo modo quo dictum est.

Secunda increpatione est, si propositiones syllogisticae posita sint, & ratio fuerit aliquid syllogizans, non tamen propositum, & hoc dicit, [Secunda autem] increpatione est, si ad positionem non fiat syllogismus, sed ad aliud positum, [et] secundo si sit [ex talibus,] hoc est, ex falsis, uel improbabilibus, [eo modo quo dictum est,] scilicet in prima increpatione. nam prima increpatione contingit omnia errata posibilia in syllogismo. Secunda uero est, ex eo quia syllogismus non concludit propositum, licet aliquid concludat: & quod concludit, ex falsis uel improbabilibus concludit, ut in prima increpatione est dictum. Talis fuit ratio Parmenidis, nam aliquid syllogizabat, sed non propositum, & amplius per falsa. Talis est & haec Platonis, omne per se mobile immortale. anima per se mobilis, ergo deus immortalis. Haec non concludit deum esse immortalem, sed animam esse immortalem, & accipit falsa, falsa enim est illa, omne per se mobile immortale, nam animalia per se mobilia sunt, quae non sunt immortalia. Falsa quoque est & haec, anima per se mobilis, nam induisibile non est per se mobile, ut sexto physica auscultationis probauit Aristoteles.

τρίτη δὲ ἐὶ τὸ εἶδος τῶν θεσίων μὴ γίνονται οὐλλογισμοὶ. ταῦτα δ' εἰκ χεῖρα ἢ ἐρωτηθέντων, καὶ ἢ ττομ ἔραδοξα τοῦ συμπεράσματος.

102 Tertia uero, si additis quibusdam fiat syllogismus. Haec autem sint deteriora iis, quae interrogantur, & minus probabilia conclusione.

Hanc tertiam increpationem Alexander intelligit, ut fit, quando syllogismus infert aliquid propositum, quod praetacet conclusioni principali, & quod est deterius praesumptis interrogatis, & minus probabile conclusione, quam expositionem non possunt uerbis Aristotelis accomodare, ideo dicamus aliter, quod tertia orationis increpatione sit, [si additis quibusdam] subaudi praesumptis interrogatis, [fiat syllogismus,] & haec est prima increpatione, [haec autem] scilicet quae adduntur, [sint deteriora

¶ ra] hoc est minus nota [iis, quae interrogantur,] haec est secunda, [et minus probabile conclusione,] haec est tertia increpatione. Quare haec tertia increpatione tribus constat defectibus. Talis est haec ratio, omne corpus, a cuius medio ad circumferentiam omnes lineae ductae sunt aequales, est rotundum, ergo caelum est rotundum. haec enim ratiocinatio concludit, si ei addatur sed caelum est corpus, a cuius medio ad circumferentiam omnes lineae ductae sunt aequales, uerum haec minor, est ignotior propositione praesumpta, & est minus probabile ipsa conclusione, & est falsa apud eos, qui caelum uolunt esse pyramidale.

Πάλιν ἐὶ ἀρεθεθέντων τῶν ἀντιθέσεων ἡ ἀλεῖσινα λαμβάνουσι ἢ ἀναγκαστικῶν ὡς τε οὗ τῶν ταῦτα εἶναι, λέγεται ὁ οὐλλογισμὸς.

103 Rursum si ablati quibusdam, nam quandoque sumunt plura quam sint necessaria. Quare non eo quod haec sint, fit syllogismus.

Asignat quartam increpationem, & dicit, [Rursum si ablati quibusdam,] ex his quae relinquuntur fit syllogismus. Talis est haec ratio, omnis uoluptas est delectabile, omne delectabile est eligendum, omnis dolor fugiendus, omne delectabile bonum, ergo omnis uoluptas bonum, nam si remoueantur haec, omne delectabile eligendum, & omnis dolor fugiendus, conclusio syllogizatur, quoniam omnis uoluptas est bonum. Deinde assignat causam, & dicit, [nam quandoque] interrogantes ad celandum, uel ad amplificandum orationem [sumunt plura] in syllogismo, [quam sine necessaria,] & propterea concludit, [quare non eo quod haec] scilicet superflua, & praeterea necessaria [sint, fit syllogismus,] nam illis ablati, non minus fit syllogismus, & fortasse uerbum [quare] quod graece est ὡς, pro redditiuo causae uidelicet quoniam, uel quia, accepit, & tunc est sensus, dico interrogantes sumere quandoque plura quam sint necessaria, [quoniam] non eo quod haec scilicet plura praeternecessaria [sint, fit syllogismus,] cum illis ablati, ex relictis fit syllogismus.

Ἐκ ἐὶ ἐξ ἐνδοξοῦ ὄραν καὶ ἢ ττομ τῶν τῶν συμπεράσματος, ἢ ἐξ ἀληθῶν, ἀλλὰ παλαιοῦ ἔργου λεομένων ἀποδείξαι τοῦ προεβλήματος.

104 Insuper si ex inopinabilioribus, & minus credibilibus conclusio ne: aut si ex ueris, sed maiore opera indigentibus demonstrari, quam problema.

Hic assignat quintam increpationem, & dicit, [Insuper si ex inopinabilioribus, & minus credibilibus conclusione, aut si ex ueris, sed maiore opera indigentibus demonstrari quam problema,] quoniam sunt difficiliora, & minus nota conclusione. Si enim syllogismus concludat conclusionem ex inopinabilioribus, & minus conclusione credibilibus: similiter etiam si ex ueris, sed quae pluribus temporibus indigent ad sui ostensionem quam principi

pale propositum, oratio est increpanda. Sed dices, hic quintus modus non uidetur unus, quia esse ex minus probabilibus, & esse ex ueris, quae indigent maiore ostensione quam problema ipsum, differunt ualde, ergo hic modus non est unus. Dicendum haec duo esse diuersa, tamen eorum unus est error, nam & uera, minus credibilia, omnia accipiuntur in quantum sunt minus nota conclusione, nam & minus probabilia, & uera difficilia, omnia minus sunt nota conclusione. ergo unus est error in his uerbi gratia, si demonstremus deos esse sic, alaria sunt, alaria sunt dii, ergo dii sunt, difficilius est credere alaria esse deos, quia deos esse, in super si monstramus animam esse immortalem sic, omnis per se motio immortalis, anima per se motio, igitur anima immortalis. Et si monstrabimus animam esse per se motiorem sic, omne per se mobile, est per se motio, anima per se mobilis, ergo anima per se motio: in his syllogismis incredibilia & ignotiora sunt assumpta, quam problema, nam monstrare animam esse per motiorem, difficile est: & monstrare omne per se mobile, per se motiorem esse, longe difficilius: & ostendere animam esse per se mobilem, etiam difficile, haec enim omnia minus credibilia sunt conclusionem. Herminius tertiam & quartam increpationem, ueram esse asserit, nam appositio, & ablatio correlatiuae sunt, quasi unam increpationis rationem habentes. Hunc uero quintum modum fecit duas increpationes, propter rationem quae tacta est in dubitatione. Contra obicit Alexander, & meo iudicio probe nam tunc secunda increpatione, & haec, quam quartam fecit Herminius, in unam incidere. Erat enim secunda, quando ad positionem fit syllogismus ex improbabilibus, uel minus probabilibus, & haec increpatione est quarta Herminii, nam apud eum quinta est ex ueris difficilibus, quare melius dicendum cum Alexandro, ex quarta Herminii, & quinta, fieri unam uidelicet quintam, quae est una sub eadem increpationis ratione, quae est cum propositiones sunt ignotiores conclusione, siue sint improbabiles, siue uerae, & sic differt hic quintus modus a secundo, & ab aliis.

Οὐ δὲ ἐὶ τῶν θεσίων μὴ γίνονται οὐλλογισμοὶ ἐκ τῶν τοιούτων τὰ καὶ οὐτως ὡς ἐξήρηται τὸ εἶδος ὅρου. τὰ δὲ χεῖρα ἢ ἐρωτηθέντων, καὶ ἢ ττομ ἔραδοξα τοῦ συμπεράσματος, διὰ λεκται καλῶς.

105 Non oportet autem omnium problematum syllogismos existimare similiter probabiles esse, & suafibiles. Nam natura statim sunt alia quidem faciliora, alia uero difficiliora eorum, quae quaeruntur. Quare si ex aliquibus, ut fieri potest, maxime probabilibus coniecturam fecerit, disputatum bene est.

Cum demonstrasset dialecticum syllogismum per probabiles propositiones fieri, nunc demonstrat non omnes dialecticos syllogismos fieri similiter per probabiles

**G** Propositiones, & hoc ostendit ex differentia problematum, quae syllogismi dialectici concludunt, & dicit, [Non oportet autem omnium problematum syllogismos] scilicet dialecticos [existimare similiter probabiles esse, & iustas] deinde assignat causam, & dicit, [nam eorum, quae queruntur] id est, problematum (ut exponit Alexander) [natura statim sunt alia quidem facilliora, alia uero difficiliora.] facilliora quidem, ut utrum uirtus sit eligenda an non: & utrum iustitia sit eligibilior diuitiis an non: & utrum sanitas eligibilior diuitiis, an non. difficiliora uero, ut utrum stelle sint pares, an non: & utrum tria tantum sint principia rerum naturae an non. erunt igitur propter differentiam problematum syllogismi dissimiles. nam qui problematum sunt natura facilliorum, ex facile probabilibus erunt: qui autem problematum natura difficiliorum, erunt ex propositionibus difficile probabilibus. propterea inserit corollarium, & dicit, [quare si ex aliquibus] propositionibus probabilibus, [ut fieri potest] maxima probabilibus] interrogans [conicitur] id est syllogismum dialecticum [fecerit, disputatum bene est.] nam syllogizant per probabilia quo ad fieri potest.

**H** Φαρόδου δὲ οὐδὲν οὐδὲν λόγῳ ἢ ἀότι ἐπι-  
 ἕμους, πρὸς τὴν ἐξ ἑστέρας καὶ καθ' αὐτὸ, οὐ-  
 δὲ μὴ καὶ ἀλλὰ καὶ ἀντὶ τῆς ἐξ ἑστέρας τῶν λόγων  
 ἡμετέρων, πρὸς δὲ τὴν ἐξ ἑστέρας ἐπαινετοῦ, καὶ πολ-  
 λῶν ἀντιθέσεων. καὶ ἀντὶ τῆς ἐπαινετοῦ  
 πρὸς δὲ τὴν ἐξ ἑστέρας ἡμετέρων, ὅταν ἐκ πολλῶν  
 ἐνδοξῶν συμπεραίνεσθαι ἐξάγοι ἢ καὶ ἀλη-  
 θῶν.

**106** Manifestum igitur quoniam orationis non eadem inculpatio & ad problemam, & ad se. Nam nihil secundum se quidem, orationem prohibet esse vituperabilem, ad problema autem laudabilem. Et rursus est diuerso secundum se quidem laudabilem, ad problema autem, vituperabilem: quando ex pluribus probabilibus & vires facile est concludere.

Cum declarasset differentiam syllogismorum ex differentia problematum, & differentiam increpationum, nunc exponit differentiam culpationum, quae sunt orationum in se, & per respectum ad problema, quod concludunt, & dicit, [Manifestum igitur quoniam orationis non eadem inculpatio, & ad problema] est, [et ad se.] & hanc differentiam exponit, & dicit, [nam nihil secundum se quidem orationem prohibet esse vituperabilem, ad problema autem laudabilem.] ratio in se vituperabilis est, uel quae accipit falsa, uel minus probabilia, & tamen syllogizat ad problema. Haec enim ratio est in se vituperabilis, aliter uero sunt, aliter sunt autem, ergo autem sunt. nam minor est falsa, concludit tamen conclusionem, & ita ad conclusionem erit laudabilis. Similiter & haec, omne quod mouet motu aeterno, est aeternum. deus mouet motu aeterno, ergo deus aeternus. haec enim in se vituperabilis est, quoniam ex ma-

nus probabilibus conclusionem, tamen ad problema est laudabilis a Peripateticis. [Et rursus est diuerso secundum se quidem laudabilem, ad problema autem vituperabilem.] Qui enim destruit omnia fieri fato, quia frustra laudes & reprehensiones essent, & rationem facit quae secundum se non est digna increpatione: at si ad problema referatur, vituperabilis esse uidetur. Dico tamen esse vituperabilem [quod ex pluribus probabilibus, & ueris] tunc polentioribus ratione dicta, [facile est concludere.] unde quia aliis rationibus fortioribus probari potest non omnia fieri fato, illa ratio ad problema hoc uidetur vituperabilis. potest enim probari, quia si omnia fato fieret, destrueretur natura contingens: & quia uirtus & uirtus, non essent in potestate nostra, & quia frustra esset consilium.

Εἰ δ' αὖ ποτε λόγῳ καὶ συμπεραίνεσθαι μέ-  
 νον μὴ συμπεραίνεσθαι μένον χεῖρον, ὅταν ὁ μὲν ἐξ  
 ἐνδοξῶν συμπεραίνεσθαι, μὴ τοιοῦτον τοῦ πορο-  
 βλήματος ἔντος, ὁ δὲ ποροδέεται τοιοῦτον, ὁ  
 ἐστὶν ἐνδοξῶν καὶ ἀληθῶν καὶ μὴ ἐν τοῖς πορολαμ-  
 βανομένοις ἢ ὁ λόγῳ.

**107** Erit quandoque etiam oratio laudans quam non concludens deterior: quando illa quidem ex absurdis concludit, cum non sit tale problema. Hoc autem indiget talibus quae sunt probabilia & uera, cum nondum in assumptis sit oratio.

Nunc secundo, ut Alexander placet, non eandem esse increpationem orationis in se, & ad problema, ostendit. uerum primus modus fuit per postiuam, hic secundus per comparatiuam. & dicit, [Erit quandoque etiam oratio] id est syllogismus. [concludens quam non concludens] deterior: quando illa quidem] scilicet concludens [ex absurdis concludit,] & syllogizat, [cum problema non sit tale] id est, quando concludit problema non absurdum, & sic syllogismus erit ad problema bonus. [Haec autem] oratio siue syllogismus ultra probabilia, & uera, ex quibus constat. [indiget talibus, quae sunt probabilia, & uera,] per quae concludat, [cum nondum in assumptis sit oratio] id est, syllogismus. Haec ergo oratio quatenus est ex ueris, est in se bona, & melior ea, quae est ex falsis. Quatenus autem per assumpta non concludit, sed indiget adhuc aliis ueris ut per illa concludat, est ad problema mala, deteriorque ea quae est ex falsis, & ad problema bona. Quare hic secundus modus differt a primo, quia primus per postiuam, scilicet per laudabilem & vituperabile processit: hic secundus per comparatiuam, quia per melius & deterius est. uterque tamen modus est per comparationem orationis in se, & ad problema.

Τοῖς δὲ Διόφ. ἰσοδοῦν ἀληθῆς συμπεραίνου-  
 σιν οὐδὲν ἀλλὰ καὶ ἐπιμύειν. ἰσοδοῦν ἢ ἴσ' ἀεὶ ἀ-  
 νόγῳ Διόφ. ἰσοδοῦν συλλογίζεσθαι, & δὲ ἀληθῆς  
 ἐστὶ καὶ Διόφ. ἰσοδοῦν ποτε συλλογίζεσθαι. φασὶ  
 εἶναι δὲ ἐν τῷ ἀναλυτικῷ.

**108** Eos autem qui per falsa uerum

A concludunt, non iustum est inculpare. nam falsum quidem semper necesse est per falsa syllogizare, uerum autem quandoque per falsa est syllogizare. manifestum autem id ex Analyticis.

Possit autem queri, utrum per falsa concludens uerum, semper sit increpandus. Ex dictis soluit dubium istud, & dicit, [Eos autem, qui per falsa uerum concludunt, non iustum est] subaudi semper [increpare.] & assignat causam, & dicit, [nam falsum quidem semper per falsa necesse est syllogizare, uerum autem quandoque per falsa est syllogizare.] manifestum autem id ex analyticis] scilicet secundo Priorum, & quia uerum quandoque per falsa est syllogizare, non est increpandus qui aliquando per falsa uerum syllogizat. exponit autem Alexander, quando est iustum uerum per falsa syllogizare, & quando non iustum, & asserit tunc esse iustum, cum falsa, per quae uerum demonstratur, probabilia ueris sunt, magisque illatiua propositi. Hos enim increpare non est iustum, cum dialectice propositum syllogizauerint, cum uero possint propositum per uera, & per falsa demonstrare, & eligunt falsa per quae demonstrant, tunc iustum est eos increpare, potissimum si uera sunt probabilia a falsis.

Ὅταν δὲ ἀποδείξῃς ἢ ἄλλος ὁ ἐρημῶν λόγος  
 εἰ ἂν εἰς ἄλλο πρὸς τὴν συμπεραίνεσθαι μηδὲ μὴ  
 ἔχον, οὐκ ἔσται πῶς ἐκεῖνον συλλογισμός. ἐὰν δὲ  
 φαίνῃται, ὁ σόφισμα ἔσται καὶ οὐκ ἀποδείξῃς. ἐστὶ δὲ  
 φιλοσοφίαν ἢ συλλογισμὸς ἀποδεικνύς. ἐπὶ  
 χεῖρον δὲ συλλογισμὸς ἐξ ἀληθῶν, ὁ σόφισμα  
 δὲ, συλλογισμὸς ἐπίστιος. ἀπὸ τῆς μαθ. δὲ, συλλογισ-  
 μὸς ἀληθῶν ἀναφάσεως.

**109** Cum autem demonstratio sit alicuius dicta oratio, si aliquid aliud esse, quod ad conclusionem nullo modo se habet, non erit ex illo syllogismus. Sed si appareat, sophisma erit, non demonstratio. & est philosophema quidem syllogismus demonstratiuus, & Epichirema syllogismus dialecticus, & sophisma syllogismus contentiosus, & Aporema syllogismus dialecticus contradictionis.

Cum declarasset non semper esse increpandum, qui per falsa uerum syllogizat, obiter ad utilitatem doctrinae assignat differentiam syllogismorum, quibus utuntur homines ad diuersa proposita. & primo quid demonstratio, & dicit, [Cum autem demonstratio,] quae graece dicitur ἀποδείξις, [sit alicuius] subaudi de aliquo [dicta] oratio,] dicta, scilicet libro Posteriorum, ex ueris, & propriis, deinde exponit quid prosyllogismus, & dicit, [si] ultra demonstrationem, quae est ex propriis, ex ueris, [aliquid aliud est] scilicet aliqua alia propositio, una uel plu-

res, [quod] uel quae propositiones [ad conclusionem nullo modo se habet,] uel se habent, si erunt utiles ad propositiones omnes uel altera ipsius demonstrationis, tales propositiones una uel plures erunt partes prosyllogismi, quoniam licet non sint utiles ad conclusionem principalem, sunt utiles ad propositiones demonstrationis quae syllogizat ad conclusionem principalem, & sic patet quid sit prosyllogismus, quia est syllogismus ex propositionibus utilibus non ad principalem conclusionem, sed ad propositiones demonstrationis. Deinde exponit quid sit sophisma, [Sed si] demonstratio nullo modo sit utilis ad principalem conclusionem, sed [appareat] esse utilis, [sophisma erit, non demonstratio.] Abutitur autem nominibus Aristoteles. nam sophisma in libro Elenchorum accipit pro problemate sophisticum, quod pro utraque parte habet sophisticos syllogismos: hic uero accipit pro ipso syllogismo sophisticum. Deinde exponit quid sit philosophema, & dicit, [et est philosophema quidem syllogismus demonstratiuus,] nam est ratiocinatio philosophorum, quae demonstratio dicitur, quod philosophi maxime omnium demonstrationes sectentur. & fortasse philosophema differt a demonstratione, quod demonstratio sit ratiocinatio mathematicorum: philosophema ratiocinatio philosophorum, quae differt a demonstratione simpliciter, sicut philosophia ab ipsa mathematica. Est enim mathematica in primo gradu certitudinis, & philosophia sequitur eam in secundo. Deinde exponit epichirema, & dicit, [et epichirema] est syllogismus dialecticus, quo uidelicet dialectici utuntur in disputationibus inquisitiuis, quae sunt gratia conspectionis, & inuentionis. & repetit quid sit sophisma, & dicit, [et sophisma syllogismus contentiosus,] quo utuntur sophistae. Deinde exponit aporema, & dicit, [et aporema syllogismus dialecticus contradictionis,] quo utuntur dialectici in proteruis disputationibus quae sunt gratia experientiae.

Εἰ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων ἂν δοκούντων ἀχρηστῶν  
 μὴ ὁμοίως δὲ δοκούντων, οὐδὲν καλῶς εἰς ἀχρηστῶν  
 μάλλον ἑκατέρων δοκῶν, ἀλλ' εἰς τὴν δοκίαν, & ἢ  
 μηδενέρας. ἢ εἰ τὸ δὲ δοκίαν τὸ δὲ μὴ δοκίαν ἢ  
 ὁμοίως, ὁμοίως ἀντὶ καὶ μὴ εἰ δὲ μάλλον θάτερον  
 εἶναι, ἀκόλουθῶς τὸ μάλλον.

**110** Si uero ex utrifque quae videantur, aliquid ostendatur, non autem similiter videantur. nihil prohibet quod ostenditur, magis altero uideri. Sed si hoc quidem uideatur, illud autem neutro modo sit: aut si hoc quidem uideatur, illud autem similiter non uideatur, similiter utique erit, & non. Itaque si magis alterum, sequetur quod est magis.

Remouet inum dubium, utrum semper conclusio sequatur qualitatem propositionum amborum uel alterius, & respondet, quod conclusio potest considerari in se, & ad uirtutem propositionum, si consideretur conclusio in







Γ ἐν ὅσοις ὁνομα καὶ ὁ λόγος ἄντ' σημαίνει, μὲν μόνον.

118 Petere itaque videtur id, quod est in principio, quinque modis. Manifestissimo quidem, & primo, si quis ipsum quod monstrari oporteat, petat. Hoc autem in eo ipso quidem, non facile latere potest. In multiuocis autem, & in quibuscumque nomen, & oratio idem significat, magis.

Proposita intentione exequitur, & dicit, [Petere itaque videtur] ipse interrogans [id quod est in principio, quinque modis.] & addidit [videtur] quoniam secundum ueritatem petitio, quae est eius quod est in principio, tot modis dicitur, quod in analyticis monstratum est. sed petere id quod in principio secundum opinionem est, quinque modis, quos per ordinem enumerat, & dicit, [Manifestissimo quidem & primo, si quis] interrogans [ipsum, quod monstrari oporteat, petat.] ut propter quid homo est rationalis, quoniam rationalis. dicit tamen Alexander hunc modum non esse secundum opinionem, sed proprie, & secundum ueritatem. & tamen Aristoteles tradit eum in hoc loco, quia quicquid est secundum ueritatem, potest esse secundum alicuius opinionem. ostendit in quibus facile, & in quibus difficile esse potest hic modus, & dicit, [Hoc autem] id est, hic primus modus [in eo ipso quidem,] quod non habet multa nomina, nec habet orationem, quia explicatur nomen, [non facile] interrogans [potest latere] respondentem. nam si petat utrum homo sit rationalis, quia est rationalis, petitio eius quod est in principio, perspicua est. Declarat autem in quibus latere potest, & dicit, [In multiuocis autem, & in quibuscumque nomen, & oratio idem significat, magis] latere potest. Si enim aliquis interrogauerit, propter quid homo est rationalis, & respondens diceret hoc idem interrogatum ad demonstrationem eius quod querebatur, nullum lateret, quoniam petit quod est in principio. At

1 I si aliquis interrogauerit propter quid Marcus fuit summus rhetor, & diceretur, quia Cicero fuit summus rhetor, magis in istis lateret, quam si aliquis idem quaesitum accipiat pro causa in eadem locutione. Similiter: si quaeratur propter quid homo est rationalis, & diceretur, quoniam terrigena est rationalis, homo est terrigena, ergo homo est rationalis. Similiter etiam si pro definitione nomen acciperet, quod in principio est petitur: & si definitionem pro definitione, nam ambo idem significant: sed qui definitionem pro nomine accipit, petit apparenter, monstrat enim aliquid per definitionem, cum nomen ignotum fuerit: sed quoniam definitionis est neminis idem est significatum, & notum a quo, ideo apparenter est petitio eius, quod est in principio. Alexander autem ostendit uerbum graecum συναντιμοις, posse intelligi pro multiuocis, & pro multiuocis: pro multiuocis quidem expositum est. In uniuocis uero, si quaeratur propter quid homo est scientiae capax, & respondetur, quoniam homo est animal pedestre bipes, omne autem animal pedestre bipes est scientiae capax, ergo homo est scientiae capax. Unde quia tam in uniuocis, quam in multiuocis latere potest quaesitum, ideo in utrisque potest esse pe-

titio eius, quod est in principio. Iuniores tamen hunc primum modum dissectauerunt in duos, ut sit primus, qui petitur idem secundum rem & uocem, ut si quaeretur propter quid homo est rationalis, & diceretur, quoniam homo est rationalis. Secundus uero, cum aliquid petitur idem secundum rem, sed non secundum eandem uocem. ut si quaeratur propter quid homo est rationalis, & diceretur, quia terrigena est rationalis.

Διδόσθω δὲ, ὅταν ἤτ' μὲρ ὁ λόγος ἀποδείξαι, καὶ ὁ λόγος ἴσ' αἰτίσιν, διὸν ἐπιχειρῶν ὅτι ἴσ' ἐναντιῶν μίαν ἐπιτίμη, ὅλας ἴσ' ἀντικειμένων ἀξιώσασαι μίαν εἴη. Διὸν γὰρ ὅτι εἰ καὶ ἄντ' δὲ ξου μετ' ἄλλων ἀπείδησ' παρ' εἰδόναν.

119 Secundo autem, quando quod particulariter oportet demonstrare, uniuersaliter quis petierit. ut qui argumentatur quoniam contrariorum una disciplina, omnium oppositorum postulauerit unam esse. Nam uidetur id, quod oportebat secundum se ostendere, cum aliis petere pluribus.

Assignat secundum modum, & dicit, [Secundo autem, qui] particulariter oportet demonstrare, uniuersaliter quis petierit. In uniuersali enim uniuersaliter particulare rocinatur, ergo si interrogat uniuersaliter, uidetur etiam particulariter interrogare. Quare si uoluerit particulare syllogizare, & interrogat uniuersaliter, uidetur interrogare illud idem, quod probare intendit. Et assignat exemplum, & dicit, [Ut] qui argumentatur, quoniam contrariorum una est disciplina, omnium oppositorum postulauerit unam esse. Nam uidetur id, quod oportebat secundum se, id est, secundum se ostendere, ipsum [petere cum pluribus aliis,] nam qui interrogat, utrum oppositorum una disciplina an non interrogat utrum contrariorum, utrum contradictoriorum, utrum priuatiue oppositorum, utrum relatiue oppositorum sit una disciplina, an non. Contra uero (ut Alexander inquit) non sic, non enim qui interrogat utrum contrariorum sit una disciplina, an non, interrogat omnia illa opposita. Alexander, etiam, ut proximo textu patet, asserit hunc esse modum, qui uidetur petitio eius quod est in principio, non autem uere est petere, quod est in principio. Nam qui constituit ex uniuersali propositione particularem, quae est sub ea, uere demonstrat. Est enim huiusmodi species maxime demonstratiua primo Posteriorum.

Τρίτον, ἐῖς τὸ καὶ ὁλόγου δὲ εἶξαι πορευομένους, καὶ τὰ μέρη αἰτίσιν. διὸν ἐπιχειρῶν ἴσ' ἐναντιῶν πορευομένου, τῶν δὲ ἴσ' ἀξιώσασαι. Διὸν γὰρ ὅτι οὗτος, ὁ μὲν παρ' εἰδόναν, εἰ δὲ εἰ δὲ ξου, καὶ ἄντ' χαεῖς ἀπείδησ'.

120 Tertio, si quis quod uniuersaliter est ostendere propositum, particulariter petat, ut si de omnibus contrariis propositum est, de aliquibus postulet. Videtur enim hic, quod cum pluribus oportebat ostendere, secundum se extra petere.

A Assignat tertium, & dicit, [Tertio] scilicet modo, uidetur petitio eius, quod est in principio, si quis quod uniuersaliter est ostendere propositum, ut omnium contrariorum est eadem disciplina, [particulariter petat] seorsum diuisim de omnibus per inductionem. & assignat exemplum, & dicit, [Ut] si de omnibus contrariis propositum est, hoc est, si propositum est, quoniam omnium contrariorum est eadem disciplina, [de aliquibus postulet] in particula, ut de sano &egro, albo & nigro, & sic de aliis. sed quoniam secundum hunc modum qui petit, secundum ueritatem non petit, quoniam inductiuus est hic modus, & maxime demonstratiuus, ideo dicit, [Videtur enim hic, quod cum pluribus oportebat ostendere] simul, nam de sano &egro, & de albo & nigro, & sic de aliis oportebat ostendere simul, quod disciplina sit eadem. [uidetur per se] seorsum diuisim in omnibus particularibus [petere.] tamen (ut recte Alexander inquit) hic modus non est uere petitio, cum sit inductiuus, & maxime demonstratiuus, sed uidetur secundum opinionem propter hanc causam.

Πάλιν ἔτις ἀειδῶν, ἀλλήλων τὸ ποσὸς βλαμῶ. διὸν εἰ δὲ ὁ λόγος ἀειδῶν τὸ ἰατρικὸν ὑγιάνει καὶ νοσῶσας, & χαεῖς ἐκάστων ἀξιώσασαι.

121 Rursus si quis diuidens petat problema, ut si oportet ostendere medicinam sani & aegri, utrunque extra postulet.

Assignat quartum modum, & dicit, cum quis debet ostendere coniuicta, & petit diuisim, ut si quis ostendere debet medicinam esse scientiam [sani & aegri, & diuidendo] petit hoc modo, est ne medicina scientia sani, & insuper est ne scientia aegri petat id, quod est in principio, & dicit, [Rursus si quis diuidens petat problema] propositum, [ut si] problema sit, quod oportet ostendere medicinam esse scientiam [sani & aegri, utrunque] horum [extra petat,] ut est ne medicina scientia sani, & insuper est ne scientia aegri sit enim diuidens problema, petere uidetur id, quod est in principio. Dicit autem Alexander recte, nec hunc accipere re uere illud, quod est in principio, si utrumque horum separatim acceptum notius fuerit, quam si unumque coniuictim sumeretur.

Ἡ ἔτις ἴσ' ἐπομέναν ἀλλήλοισ ἐξ ἀνάγκης, ὁ δὲ τῶν αἰτίσεων διὸν τὸ ἰατρικὸν ἀσύμμετρον τῆ δὲ μέτρῃ, δὲ ὁ ἀποδείξαι ὅτι ἡ ἀσμετρῆ τῆ ἰατρικῆ.

122 Aut si quis eorum quae sequuntur se inuicem ex necessitate, alterum petat, ut latus incommensurabile esse diametro, si oporteat ostendere, quoniam diameter lateri.

Assignat quintum modum, & dicit, [Aut si quis eorum, quae sequuntur se inuicem ex necessitate, alterum petat.] & per se qui se inuicem ex necessitate, conuertit inuicem intelligit, ut si problema sit, nullus homo est lapis, & interrogans petit, utrum nullus lapis est homo? Assignat tamen exemplum in geometria, & dicit, [Ut] si oporteat ostendere, quoniam diameter lateri est incommensurabilis, petat [la-

tus incommensurabile esse] diametro, nam sequitur, diameter lateri est incommensurabilis, ergo latus est diametro incommensurabile, & conuerso, & tu intellige, ut dictum est, non esse hoc petere id, quod est in principio, quando alterum conuertibile quod interrogatur, est potius problema, cum quo conuertitur, bene tamen est petere secundum apparentiam, & opinionem.

Ὅσ' ἀχῆς δὲ καὶ τὰ ἑναντία ἀπείδησ' εἰς ἀρχῆς, ποσῶν δὲ γὰρ ἔτις τὰς ἀντικειμένων ἀπείδησ' το, φάσιν ἡδὲ ἀπέφασιν.

123 AEqualiter autem & contraria petunt ei, quod ex principio est. Nam primo quidem, si quis opposita petat secundum affirmationem, & negationem.

Nunc agit de petitione contrariorum, & primo proponit quot modis est petere contrarium, & dicit, [Aequaliter autem & contraria petunt ei, quod ex principio est,] equaliter, quoniam quinque modis, sicuti quinque modis est petere, quod est in principio. Sed quid sit petere contrarium, Alexander exponit, & dicit, primo contrarium petitionem in rationibus atque syllogismis esse deductionem, ut quando opponens accipit aliquid a respondente, & tentat postea accipere oppositum illius, quod ab eo accepit, ut ostendat oppositum responsionis uerbi causa, si accepit a respondente omnia subiecti facta, postea quaerat, utrum aliquid sit in nostra potestate, an non, nam si respondere debet aliquid esse in nostra potestate, mox sequitur non omnia subiecti facta. Et ponit primum modum, & dicit, [Nam] primo quidem, si quis opposita petat secundum affirmationem & negationem, ut si a respondente opponens primo accepit, Socrates uidere omnem hominem, & postea interroget, utrum Socrates non uideat se? Annotat hic Alexander, ut mihi uidetur, satis ad propositum, quod sicut petentes id, quod est in principio secundum primum modum, non idem quaesitum in eisdem locutionibus petebant, non enim fieri potest, ut qui sic accipit, lateat sic, ne qui opposita, nam manifestum erit absurdum. Sed oportet eos transferentes locutiones accipere, ut puta in aliis nominibus, uel in aliis orationibus accipere affirmationem, in aliis autem idem significantibus negationem, ut si accepit a respondente omnem hominem esse animal pedestre bipes, petat postea utrum terrigena non sit animal pedestre bipes. Aut si accepit gladium esse ferrum incisuum, postea petat utrum ensis non sit ferrum incisuum. Homo enim & terrigena sub diuersis nominibus idem significant, quem admodum gladius, & ensis.

Διδόσθω δὲ, τὸν ἄντ' ἴσ' τὸ ἰατρικὸν ἀσύμμετρον ἀξιώσασαι καὶ καὶ τῶν.

124 Secundo autem contraria secundum oppositionem, ut bonum & malum idem.

Hic assignat secundum modum, & dicit, [Secundo autem] modo, petere contraria est, si quis petat [contraria secundum oppositionem] hoc est, secundum ea quae contrarie opponuntur [ut] si quaerat [bonum & malum idem] uerbi gratia, si accepit a respondente sanitatem bonum esse, postea quaerat utrum sanitas non sit inuisibilis ei, cui inest.

Si enim non sit inuicibilis, malum erit. Insuper si accepit in firmitatem esse malum, et postea interroget utrum infirmitas fuerit utilis egrotantibus si sic respondebit, idem erit bonum et malum.

τριτον, εἴ τις ἢ καὶ ὁλοῦ ἀξιάσας, ὡδὶ μέρους αἰ τοῦτο πλὴν ἀντίφασιν, διὸν εἰ λαβάν ἴφῃ ἔνασ- τίσαν μίαν ἐπισημύω, ὡς γιανς καὶ νοσώδους ἑτέρων ἀξιάσας.

125 Tertio vero si quis vniuersaliter postulans, particulariter petierit contradictione, vt si quis sumens contrariorum vnam disciplinam, sani & ægri, alteram esse petat.

Assignat tertium modum, et dicit, [Tertio uero] est petere contrarium. [si quis vniuersaliter postulans, particulariter petierit contradictionem, ut si quis] a respondente [sumens contrariorum unam esse disciplinam, petat] postea a[ sani et ægri alteram esse.] hæc enim particularis est, et illi contradictoria. Sed dices, hic tertius modus coincidit cum primo. dici potest (ut Alexander inquit) hos modos differe, quod ille accepit affirmationem et negationem quouis modo oppositas, hoc est in terminis, et propositionibus, hic uero affirmationem, et negationem in propositionibus tantum. Vt si aliquis accepit omnem uirtutem esse cōsensum, et postea petat utrum continentia non sit consensus, nam si respōdebit non esse consensus, sed pugnam, habebitur non omnem uirtutem esse cōsensum.

Ἡ τοῦτο ἀντιφασίαν εἶναι, ὡδὶ τοῦ καθόλου πλὴν ἀντίφασιν περιεῖται λαμβάνειν.

126 Aut si hoc petens, in vniuersali oppositionem tentet sumere.

Meo iudicio uerba sunt transposita, et debent sic legi. [Aut si hoc sumens, in vniuersali oppositionem tentet petere.] et tunc quartus modus est, quando opponens sumit a respondente particularem uidelicet sani et ægri esse eandem disciplinam, postea petat utrum nullorum contrariorum sit eadem disciplina, et propterea dicit, [aut si hoc sumens] scilicet sani et ægri esse eandem disciplinam, [in vniuersali oppositionem tentet petere.] ut utrum nullorum contrariorum sit eadem disciplina. si uero uerba legantur, ut in graeco reperiuntur, dicendum est Aristotelem non habuisse curam de nominibus, nam sumpsit petens, pro sumens, et sumere pro petere.

Πάλιν ἐπισημύω ἀπὸ τῆς ἐναντίας ἐξ ἀνάγκης συμβαλλόντων ἄσφῃ κειμένων

127 Rursus si quis petat contrarium ei quod ex necessitate accidit per ea, quæ posita sunt.

Hic Alexander non facit quintum modum, sed partem quartii modi, quasi dicat, rursus de quarto modo est, [si quis petat contrarium ei.] scilicet conclusioni, [quod ex necessitate accidit per ea, quæ posita sunt.] ut si essent posita, uoluptas secundum naturam, omne autem quod est secundum naturam bonum, ergo uoluptas bonum: et aliquis petet, utrum uoluptas non sit bonum? hoc enim est

petere contrarium quarto modo. Κὰρ εἴ τις ἀντὶ τῆς μὴ λαβάν τοῦ ἀντιφασίαν τοιαύτου ἀ᾿ ἀντιφασίαν τοῦ αὐτοῦ ἐξ ἀνάγκης ἀντίφασιν.

128 Et si quis ea quidē non sumat, quæ opposita, sed alia petat duo, ex quibus erit opposita contradictio.

Secundum Alexandrum hic assignat quintum modum et dicit, [Et si quis ea quidem non sumat, neque petat quæ opposita] sumt, [sed alia petat duo] uel disparata uel incompatibilia, [ex quibus erit opposita contradictio] positioni respondentis uerbi causa, si positio respondentis sit, Socrates est rhetor, et Philosophus, et opponens petat contrarium, utrum Socrates non sit rhetor? et utrum Socrates non sit Philosophus? ex his enim contrariis concessis, sequitur Socratem non esse rhetorem et Philosophum, et tamen constat nullum eorum esse uere oppositum positioni, sed impossibile, uel disparatum.

Ἀσφῃ δὲ τὸ τὸν αὐτὸν λαμβάνειν τὸν ἐμὸν ἄρῃ, ὅτι τοῦ μέρους ἢ ἀμαρτυρίας ἂν ὡς συμπεριεσσεύετο, ὡς γὰρ εὐνοῦ βλέποντες, τὸ ἐμὸν ἄρῃ λέγουμεν αἰτιῶδες, τὸ δ' ἐναντία ἐστὶν ἐμὸν τοῦ περὶ αἰτιῶσει, τὰ ἐξαίρετα πᾶσι περὶ ἀλλήλων.

129 Differt autem contraria sumere ab eo, quod est in principio. Quoniam huius quidem est peccatum ad conclusionem (nam ad illam aspicientes, quod in principio est, dicimus petere) contraria autem sunt in propositionibus, quo ipsæ aliquo modo se habeant adinuicem.

Quia dixerat totidem peti contraria, quot modis petitur, quod est in principio, ne credat aliquis hæc esse eadem, ideo inter ipsa assignat differentiam, et dicit, [Differt autem contraria sumere ab eo, quod est in principio] sumere, [quoniam huius quidem est peccatum ad conclusionem] id est, in propositionibus relatis ad conclusionem, [nam ad illam aspicientes] quod in principio est, dicimus petere] subaudi in propositionibus, [Contraria autem sunt in propositionibus, quo ipse aliquo modo se habeant adinuicem] scilicet uel contradictoria, uel contraria, uel ut dictum est, causa autem (ut Alexander inquit) quia qui petit quod est in principio, ad conclusionem erroris dirigit. Nam quod oportet monstrare, hoc petit. At qui opposita petit, in ipsa rationis acceptione errorem facit. Qui uero facit errorem in rationis acceptione, in acceptione propositionum contraria concedit, et accipit, ergo petere contraria est error in syllogismo, uel errorem efficere in syllogismo, petere uero id, quod est in principio, errorem efficit in conclusione.

Sed huic occurrens, quoniam Aristoteles in prioribus Analyticis docet syllogizare ex oppositis, ut si dicatur, omnis disciplina est studiosa, nulla disciplina est studiosa, ergo nulla disciplina est studiosa. Et ita uidetur opponens posse interrogare contraria, et petere illa, cum per ea fieri possit syllogismus, uerum ex his, quæ Aristoteles et Alexander

129 differt autem contraria sumere ab eo, quod est in principio. Quoniam huius quidem est peccatum ad conclusionem (nam ad illam aspicientes, quod in principio est, dicimus petere) contraria autem sunt in propositionibus, quo ipsæ aliquo modo se habeant adinuicem.

Ad exercitium autem, et exercitationem talium orationum, primū quidem conuertere ad assuescere oportet orationes. Sic enim, & ad id, quod dicitur, facilius nos habebimus, & in paucis plures sciemus orationes. Nam conuertere est tranfluentem conclusionem cum reliquis interrogationibus interimere unum quippiam eorum, quæ dicta sunt. Necessse enim si conclusio non est, unam aliquam interimere propositionum, siquidem omnibus positis, necesse erat conclusionem esse.

Cum dixisset loca pro uno quocunque problemate terminando, docuissetque interrogare, et respondere, tunc docet loca, per quæ unusquisque debet se exercere, ut assequatur finem boni dialectici. Nō enim multum ualeat ars sine exercitatione, quoniam (ut Victorinus inquit,) natura facit habilem, ars facilem, exercitatio, et usus potentem, et Cicero quantum artis præcepta gentes participaret, quid quam tamen laude dignum sine usu, et exercitatione consequi non possunt. Vnde quemadmodum rhetor sine exercitatione non potest finem suum consequi, sic dialecticus. Assignat ergo loca, in quibus dialecticus debet se exercere, si finem suum est consequitur, quorum primus accipitur a conuersione syllogismorum, et dicit, Ad exercitium

autem, et ad exercitationem talium orationum, id est dialecticorum syllogismorum, [primū quidem conuertere oportet orationes] id est syllogismos. Quod uero ad uerba atinet, ad exercitium autem, et exercitationem Aristoteles habet perὶ γυμνασίου, uel καλῶς τὸν, sed melem potius (ut mihi uidetur) exercitationem quā meditationem, ut uetus lectio habet significat. Et ita cum gymnasia idem dicit, et quasi expositiue tenetur. Sunt qui gymnasia fieri dicunt circa conclusiones interueniente argumentatione: exercitatione uero circa propositiones, et argumentationes interueniente uirtute memoratiua: tamen re non differunt, quouis modo dicatur. Et cum possit set locum, probat utilitatem illius, et dicit, [sic enim et ad id, quod dicitur facilius nos habebimus, et in paucis plures sciemus rationes,] et per id, quod dicitur, intelligit propositum. Nam qui se exercet in conuersionis syllogismis, hic primo se habet facilius ad syllogizandum propositum per syllogismum rectum, et ostensuum: nā qui se exercet in maioribus, facilius se habet in minoribus. Est enim syllogizare conuersiue longe difficilius quam syllogizare ostensiuē. Insuper et in paucis propositionibus, quia in duabus uel tribus habet plures syllogismos. Nam si respondens esset ad syllogismum ostensiuum dubius, conuertendo syllogismum haberet plures syllogismos, quia tres, quorum primus est ostensiuus, secundus, ex opposito conclusionis et minore interueniens maior, et tertius ex opposito conclusionis et maiore interueniens minorem et ita in duabus propositionibus, et una conclusionē, habemus tres syllogismos, et possunt esse alii, de quibus nō curo, ergo qui assuescit conuersionibus syllogisticis, redditur facilius, et copiosior. Quod uero ad uerba atinet, uerbum facilius, et accipere uerba oportet, quod licet possit interpretari copiosius, tamen facilius interpretatus sum, nā per quæ sequuntur, [et in paucis plures sciemus orationes,] intelligitur nos effici copiosiores. Deinde submemorat nobis syllogismorum conuersionem quam docuit secundo Priorum, ut intelligamus in paucis propositionibus nos fieri abundantius in syllogismis, et dicit, [Nā conuertere est tranfluentem conclusionem] ad oppositam qualitatem, [cum reliquis interrogationibus] i. e. cum reliquis propositionibus interrogatis interimere unū quippiam eorum, i. nunc maiore, nunc minorem, [quæ dicta sunt], s. in syllogismo ostensiuo, et tunc intelligas hoc, si conclusio sequitur necessario ex propositionibus positis, et reddit causam conuersionis, et dicit, [Necessse est enim si conclusio nō est,] si uerba sed falsa, [unā aliquā interimere propositionum] uidelicet sumendo oppositum conclusionis cum altera propositione, siquidem omnibus positis, propositionibus, et concessis, [necessse erat conclusionem esse,] et se qui nisi enim seruetur necessitas illationis, conuersio in syllogismis fieri non potest.

πρὸς ἁπλοῦς θεσίου, καὶ ὅτι οὕτως, καὶ ὅτι οὕτως τὸ ἐπισημύω σκεπτόμεν, καὶ εὐρόντο πλὴν λόγου, εὐδὸς ῥηπτήρων, οὕτω γὰρ ἔμασ συμψήσεται ὡς τε τὸ ἐρωτῶμεν, καὶ ὡς τὸ ἀποκρίνεσθαι γυμνάσια.

Ad exercitium autem, et ad exercitationem talium orationum, id est dialecticorum syllogismorum, [primū quidem conuertere oportet orationes] id est syllogismos. Quod uero ad uerba atinet, ad exercitium autem, et exercitationem Aristoteles habet perὶ γυμνασίου, uel καλῶς τὸν, sed melem potius (ut mihi uidetur) exercitationem quā meditationem, ut uetus lectio habet significat. Et ita cum gymnasia idem dicit, et quasi expositiue tenetur. Sunt qui gymnasia fieri dicunt circa conclusiones interueniente argumentatione: exercitatione uero circa propositiones, et argumentationes interueniente uirtute memoratiua: tamen re non differunt, quouis modo dicatur. Et cum possit set locum, probat utilitatem illius, et dicit, [sic enim et ad id, quod dicitur facilius nos habebimus, et in paucis plures sciemus rationes,] et per id, quod dicitur, intelligit propositum. Nam qui se exercet in conuersionis syllogismis, hic primo se habet facilius ad syllogizandum propositum per syllogismum rectum, et ostensiuum: nā qui se exercet in maioribus, facilius se habet in minoribus. Est enim syllogizare conuersiue longe difficilius quam syllogizare ostensiuē. Insuper et in paucis propositionibus, quia in duabus uel tribus habet plures syllogismos. Nam si respondens esset ad syllogismum ostensiuum dubius, conuertendo syllogismum haberet plures syllogismos, quia tres, quorum primus est ostensiuus, secundus, ex opposito conclusionis et minore interueniens maior, et tertius ex opposito conclusionis et maiore interueniens minorem et ita in duabus propositionibus, et una conclusionē, habemus tres syllogismos, et possunt esse alii, de quibus nō curo, ergo qui assuescit conuersionibus syllogisticis, redditur facilius, et copiosior. Quod uero ad uerba atinet, uerbum facilius, et accipere uerba oportet, quod licet possit interpretari copiosius, tamen facilius interpretatus sum, nā per quæ sequuntur, [et in paucis plures sciemus orationes,] intelligitur nos effici copiosiores. Deinde submemorat nobis syllogismorum conuersionem quam docuit secundo Priorum, ut intelligamus in paucis propositionibus nos fieri abundantius in syllogismis, et dicit, [Nā conuertere est tranfluentem conclusionem] ad oppositam qualitatem, [cum reliquis interrogationibus] i. e. cum reliquis propositionibus interrogatis interimere unū quippiam eorum, i. nunc maiore, nunc minorem, [quæ dicta sunt], s. in syllogismo ostensiuo, et tunc intelligas hoc, si conclusio sequitur necessario ex propositionibus positis, et reddit causam conuersionis, et dicit, [Necessse est enim si conclusio nō est,] si uerba sed falsa, [unā aliquā interimere propositionum] uidelicet sumendo oppositum conclusionis cum altera propositione, siquidem omnibus positis, propositionibus, et concessis, [necessse erat conclusionem esse,] et se qui nisi enim seruetur necessitas illationis, conuersio in syllogismis fieri non potest.

πρὸς ἁπλοῦς θεσίου, καὶ ὅτι οὕτως, καὶ ὅτι οὕτως τὸ ἐπισημύω σκεπτόμεν, καὶ εὐρόντο πλὴν λόγου, εὐδὸς ῥηπτήρων, οὕτω γὰρ ἔμασ συμψήσεται ὡς τε τὸ ἐρωτῶμεν, καὶ ὡς τὸ ἀποκρίνεσθαι γυμνάσια.

DE EXERCITATIONE LOCVS II.

131 Et ad omnem positionem & quoniam sic, & quoniam non sic, ar-

Gumentum considerandum, & cum inueneris solutionem, statim & querendum. Sic enim simul accidet & ad interrogandum & ad respondendum exerceri.

Secundus locus accipitur ab argumentationibus, quæ sunt pro utraque parte. Et dicit, [Et ad omnem positionem] id est, problemata, [et quoniam sic] scilicet pro parte affirmatiua, [et quoniam non sic] scilicet pro parte negatiua [argumentum considerandum] id est, diligenter inquirendum. [Et cum inueneris] argumenta pro utraque parte, [statim querendum est solutionem] eorū, quæ solui possunt: cætera uero, quæ solui non possunt, sunt pro ueritate seruanda. Deinde reddit causam, et dicit, [Sic enim simul accidet et ad interrogandum] id est, ad proponendum, et ad respondendum exerceri.

Καὶ μὲν πρὸς μὴ δὲνα ἀλλὰ μὲν ἔχοντα καὶ ἀντιθέτους. παρὰλληλὰ τε παρεμβάλλειν, ἐκλέγοντα πρὸς τὴν ἀντιθέσιν ἐπιχειρήματα. τοῦτο γὰρ πρὸς τὴν βιάζεσθαι πολλὰ ἐπιπορίαν ποιεῖ, καὶ πρὸς τὴν ἐλέγχου μετὰ ἀλλήλους βίβησιν, ὅταν ἐπιπορίῃ τις, καὶ ὅτι οὐ τὰς, καὶ ὅτι οὐ τὰς. πρὸς τὰ ἐναντία γὰρ συμβαίνει ποιεῖσθαι τὴν φυλάκην, πρὸς τὴν γὰρ ἀσπίδα καὶ τὴν ἔξω φιλοσοφίαν φρόνησιν, ἢ δύνανται συναρῆναι, καὶ συναρῆσθαι κέναι, τὰ ἀφ' ἑκατέρου συμβαίνοντα ἢ ὑποθέσεως, οὐ μικρὸν ὄργανον. λοιπὸν γὰρ τούτων ὅς δ' ἄρα ἐλέσθαι δάτορον.

132 Et si ad nullum aliū habemus, ad nos ipsos mutuo comparare, eligentes quæ ad positionem eandem argumenta sunt. Hoc enim & ad cognoscendum multam facilitatem præbet, & ad redarguendum magnum habet adiumentum, quando quispiā promptus est argumentari, & quoniam sic, & quoniam non sic. Nam ad contraria accidit facere obseruationem, & ad cognitionem, & ad eam (quæ secundum philosophiā est) peritiam posse conspiciere, & conspexisse, quæ ab utraque suppositione, non paruum instrumentum. Nam reliquū horum recte eligere alterum.

Remouet dubium, quoniam queri potest, utrum hæc exercitatio fieri debet cum socio, an per nosmetipsos? Respondet, [Et si ad nullum aliū] scilicet sociū [habemus comparare] argumenta pro utraque parte, [ad nos ipsos mutuo] comparare habemus saltem, [eligentes quæ ad eandem positionem argumenta sunt] pro utraque parte. Deinde enumerat utilitates huius comparationis, et dicit, [Hoc enim] id est, hæc enim cōparatio argumentorū

pro utraque parte, [et ad cognoscendum] scilicet ueritatē generatim omnē, [multam facilitatem præbet, et ad redarguendum respondētē] scilicet in disputatione certatiua [magnum habet adiumentū] dico magnum habet adiumentum, [quando] uidelicet [quispiā] promptus est argumentari, et quoniam sic] pro parte affirmatiua, [et quoniam non sic] pro parte negatiua. Causam autē cur habeat magnum adiumentū assignat, et dicit, [Nā ad contraria accidit facere obseruationē,] et qui habet ad contraria obseruationem et propitium, facile potest defendere omnē positionem (ut Alexander inquit) et argumentari cōtra omnem positionem. Hæc est prima utilitas. Deinde assignat secundam utilitatem, et dicit, [Et] hoc idem est [non paruum instrumentū] [et ad cognitionem] id est, ad ueritatis inuentionem, ut exponit Alexander [et ad eam peritiam, quæ est secundum philosophiā], quæ nihil aliud est quā ueritatis cognitio, ut dictum est primo huius. est dico nō paruum instrumentum ad hæc, quæ diximus [conspicere] de presentibus, [et conspexisse], argumenta, [quæ ab utraque suppositione] id est, quæ pro utraque positione sunt. Cuius causam assignat, et dicit, [Nā reliquū] id est [alterū, horum] hoc est altera duarū positionum cum suis argumentis [recte eligere alterum] id est, positionem alterā facit eligere, et cognoscere, quia ut dicitur primo libro de cælo, opposita inuicem se posita magis elucescunt.

Δεῖ δὲ πρὸς τὸ τοῦτο ὑπάρχειν εὐφροσύνην καὶ τὸ ἔστιν ἡ κατ' ἀλήθειαν εὐφροσύνη, ἢ δύνανται καλῶς ἐλέσθαι τὰ ἀληθῆ, καὶ φυνεῖν ἢ δὲ ἀδύνατον. ὅπου οἱ πεφυκότες εὐδύνανται ποιεῖν εὐφροσύνην, καὶ μισούντες, ἢ προσφρόνουμεν εὐφροσύνην, ἢ βέλτερον.

133 Oportet autem ad id, quod tale est, esse ingeniosum, & hoc est secundum ueritatem esse ingeniosum, posse bene eligere uerū, & diffugere falsum. Quoniam qui bene nati sunt, probe facere possunt, quippe cum qui amant, & qui oderūt, quod profertur, facile discernunt optimum.

Cum dixisset utilitatem, quæ habetur ex copia argumentorum, et positionum, et comparatione eorum, scilicet quod hæc sunt uilia ad inuentionem ueritatis, nunc obiter addit, quid confert ad ueritatis inuentionem præter hæc, quæ dixit, et dicit, [Oportet autem ad id, quod tale est] id est, ad inuentionem ueritatis ut exponit Alexander [esse] natura [ingeniosum], nam eufros, euphyes, latine natura ingeniosus interpretatur. Et exponit, quid est esse natura ingeniosus, et dicit, [Et hoc secundum ueritatem esse] natura [ingeniosum] posse] ex principijs nature [bene eligere uerum, et diffugere falsum.] Cuius causam assignat, [quoniam qui bene nati sunt,] bonoque ingenio præditi, [probe facere possunt] scilicet iudicando bene, beneque discernendo uerum a falso. Nam isti sunt ex natura [qui amant uerum, et oderunt falsum] et qui amant uerum, et oderunt falsum, [quod profertur, facile discernunt optimum.] et potest syllogismus esse. [Nā

A qui amant] uerum, [et qui oderunt falsum] ex his, quæ profertur, facile optimum discernunt: bene nati sunt qui amant uerum, et oderunt falsum. ergo bene nati, facile discernunt optimum ex his, quæ profertur. de syllogismo ibi, [Quoniam bene nati.] intellexit minorem, nam probe facere est amare uerum, et odisse falsum. Maiorem autem intellexit ibi, [quippe cum amant,] conclusio uero intelligitur, [et hoc est secundum ueritatem.] Hic patet id, quod Victorinus dixit, esse probe dictū, cū uidelicet inquit, naturam habentem efficere. Aristoteles enim quod Victorinus dixit habile, ingeniosum appellauit. Supra autem habilitatem, ars facit facilem, et supra facilitatem, usus, et exercitatio potentem omni temporis momento reddit. Naturam uero ingenii bonitatem (quæ habilitatem Victorinus uocat) Aristoteles docuit ex iudicio et electione ueri, et falsi cuitatione. non tamen ex eo, quia aliquis facile recipit ea, quæ a præceptore traduntur. nec ex eo, quandiu seruat, quæ didicit. Sed censet eum esse naturam ingeniosum, qui ex natura illi dispositioe, habilis est iudicare uerum, illudque a falso discernere, atque iudicare in cunctis quid eligendum, quidue fugiendum sit. Huius ingenii bonitatis ipse pluribus in locis et postimum libro de anima secundo, iudicium tradidit ex bonitate carnis, cum uidelicet carnes fuerint molles, non autem mollitudine, qualis est mulierum caro, quæ fluida admodum est, et labilis: sed aëre lenitate calida atque humida, qualis uirorum caro est: quæ cum lenis sit, non sinit, nec labitur.

Πρὸς τὸ τὰ πλεονεξίας ἐπιπορίαν τῶν πρὸς ἑαυτῶν ἐξετάσασθαι ἢ ἑλπίσας, καὶ μάλα περὶ τῶν πρὸς τὸν θεόν, ἐπὶ τῶν γὰρ ἀποδύσασθαι τῶν οἰ ἀποκρινόμενοι ποσάκις.

LOCVS TERTIVS.

134 Et ad ea, quæ sæpissime incidunt problemata, scire oportet orationes, & maxime, quæ pro primis positionibus sunt. Nam in his sæpe contendunt, qui respondent.

Assignat tertium locum, et dicit, [Et ea quæ sæpissime incidunt problemata, oportet scire orationes,] id est, argumenta, et quæ diu fieri solent, et quæ de nouo possunt oriri. problemata, quæ sæpissime incidunt (ut Alexander inquit) sunt, quæ consueti sunt disputari, quæque a compluribus sæpissime queruntur. Sunt autem hæc plurima apud antiquos, ut utrum tantum unum sit ens: ut dixerunt Parmenides et Melissus. utrum infinita sit rerū naturam alium principia. ut Anaxagoras, aut sex: ut Empedocles. utrum nulla contradicant, ut dixit Antisthenes. utrum omnia semper moueantur, ut Heraclitus. Utrum nihil moueri possit, ut Zeno. et utrum cuncta æque bona sint, ut credidit Pyrrhon. Insuper utrum idea sint, ut Plato autumat. Temporibus uero nostris problemata sæpissime consueti disputari, sunt, utrum non dentur inuisibilia, ut ii putant, qui terminos sectantur. Utrum ens dicat tertium conceptum uniuocum substantiæ, et accidentibus, deo, et cæteris, quæ ab ipso deo sunt, ut exteri arbitrantur.

Virū materia sit principium indiuiduationis, ut creditur Diogeni Diuum Thomam inuenitur. Utrum singulare sit primum cognitū ab intellectu nostro, ut Gaudentiani uoluit. utrum cælum sit corpus sine materia, ut Aueroicci credunt. Utrum anima sit mortalis, ut opinantur Alexandrei. sunt et alia plurima, quæ, bonum esset, ut silentium compluribus ante annis habuissent. Non enim tot seculis philosophia fuisse conflictata, totque annis ignota, atque latentis. Ingeniosi enim uiri his innumeris subtilibus, (quæ nulli disciplinæ admisculantur,) occupati, librorum Aristotelis minimam partem legere potuerunt. Hæc enim occupatio in huiusmodi uanitatibus causa fuit, ut non modo philosophia, uerū etiā cæteræ bonæ artes à nostro seculo abierint. Unde nos primi nostro auro hæc contententes, ceptimus legere libros Aristoteli. propriis uerbis, commiserique græcæ expositiones cū latinis. uisumque multis bona occasio, ut non blactericas expositiones sine testimoniis legerent, sed græca uerba cum græcis penetrarent. erat enim propter hæc præteritis temporibus philosophia nullius (ut ita dixerim) præcili. nam præceptor noster Nicolaus Theatinus, qui in his fuit præclarissimus cum in Patuinis scholis philosophiam profiteretur, non pluribus cccc aureis honestatus est. Nos uero nullenatio auro eorum numero non semel sumus honorati, uisumque cæteris philosophantibus occasio, ut summis honoribus apud omnes haberentur. Addit Aristoteles quæ argumenta maxime scire oportet, et dicit, [et maxime] ea scilicet argumenta, [quæ pro primis positionibus sunt,] et nō intelligit per primas positiones, primas antiquorum philosophorum opiniones, ut imperiti putant, sed prima principia, ut Alexander exponit. cuius causam assignat Aristoteles et dicit, [nam in his] scilicet primis principijs, [sæpe contendunt respondentes] scilicet cum opponentibus. Et quoniam argumenta pro primis principijs, et cōtra prima principia pauca sunt, et admodum difficilia, propterea monet Alexander, ut quæ iam olim inuenta sunt, habeantur, aliæque de nouo construantur, ut cum necessarium fuerit nos ipsorum sustinere rationem, nec argumentationes, nec responsiones dubitemus.

Ὡς τὸ ὄρα ἐπιπορίαν ἔχει καὶ τῶν ἀποδύσασθαι τῶν πρὸς τὸν θεόν, ἐπὶ τῶν γὰρ ἀποδύσασθαι τῶν οἰ ἀποκρινόμενοι ποσάκις.

LOCVS QUARTVS.

135 Insuper etiam terminorū copiosos esse oportet, tum probabiliū, tum etiam primorum, atque se habere promptos. nam per hæc fiunt syllogismi.

Assignat quartum locum, et dicit, [Insuper etiam terminorum,] id est, definitionum [copiosos,] atque promptos esse oportet, tum [uidelicet] probabiliū, tum etiam primorū, [scilicet] principiorum. cuius causam assignat, et dicit, [nam propter hæc,] scilicet definitiones probabiliū, et primorum principiorum, [sunt syllogismi] eorum subaudi quæ sunt post principia. nec solum dalecticum, (ut





Hunc locum Alexander ad respondentem retulit. nam cum dixisset argumentum oportere referre propositio...

Αντί τε δε σκοπεῖται τὸς λόγους, εἰ ἐπι κλησῶν...

LOCVS XI.

141 Et semper oportet considerare orationes, si in pluribus communibus disputatur...

Assignat locum undecimum, et dicit, [Et semper oportet considerare orationes]...

τὴν δὲ γυμνασίου ἀποδοτέον, τῶν μὲν ἐκ ἀκλῆκῶν...

LOCVS XII.

142 Exercitatio autem facienda, inducitur quidem ad rudem: syllogisticarum vero ad expertum.

Assignat duodecimum locum, per quem declarat cum quibus disputatio inuentiva haberi debet...

ὁλωσ' δ' ἐκ τῶν γυμνασίων ἀποδοτέον, τῶν μὲν ἐκ ἀκλῆκῶν...

LOCVS XIII.

143 Omnino autem exercitationis gratia disceptantibus tentandum afferre, aut syllogismum de aliquo, aut propositionem, aut solutionem...

Assignat decimumtertium locum, et dicit, [Omnino autem exercitationis gratia disceptantibus tentandum afferre]...

ἐκ τῶν γυμνασίων ἀποδοτέον, τῶν μὲν ἐκ ἀκλῆκῶν...

144 Ex his enim facultas. Exercitatio autem facultatis gratia. Et maxime circa propositiones & instantias...

Probat quod dixerat, et dicit, [Ex his enim] quatuor, videlicet syllogismo, propositione, instantia, et solutione...

Assignat causam, et dicit, [est enim] (ut simpliciter dicam) dialecticus propositiuus, et instantiuus...

οὐχ ἄπειται δὲ Διλεκτικῶν, οὐδὲ πρὸς τὸν τυχόν...

LOCVS XIII.

145 Non est autem cum ois disputandum, neque contra quemlibet exercitandum...

In hoc ultimo loco docet Aristoteles, cum quibus sit disputandum, et vult cum captiuinculatoribus nullo pacto esse disputandum...

re, et cum eis disputare, qui inueniuntur digni cōtentione...

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΟΓΔΟΟΥ.

τῶν τοπικῶν, ἢ τοῦ ἐν ὅλῳ

Διλεκτικῶν.

LOCVS XV.

146 Oportet autem factas habere orationes ad hmoi problemata, in quibus cum paucissimorum copia eas ad quamplurima vtilis habeamus...

Vltimum locum assignat, quae pro parte superius (ut Alexander inquit) tradidit, et dicit, [Oportet autem factas habere orationes]...